HISTORIA PONTIFICIAE IURISDICTIONIS. EX ANTIQUO, MEDIO, ET NOUO VSU. IUXTA...

Michel Roussel, Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google

XIV. III. 15

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
ME
49

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA PONTIFICIÆ IVRISDICTIONIS.

EX ANTIQVO, MEDIO, ET NOVO VSV.

IVXTA SANCTORVM PATRVM, & Conciliorum decreta, & ſcripta: atque Hiſtoricorum Eccleſiaſticorum, & aliorum ex diuerſis nationibus relationes.

ADHIBITA PRAXI FORENSI GALLIÆ, Hiſpaniæ, & plurimarum orbis Chriſtiani Gentium.

OPVS IN DVAS PARTES DIVISVM.

Prior eſt de ea Iuriſdictione in perſonas & res Eccleſiaſticas.

Poſterior in perſonas & res purè Seculares.

AGITVR ETIAM DE IVRISDICTIONE ſeculari in eaſdem perſonas, & res Eccleſiaſticas.

ATQVE NIHIL CONTRA FIDEM, ET Religionem Catholicam, Apoſtolicam-Romanam.

PARISIIS,
Apud IOANNEM & STEPHANVM RICHER, in via D. Ioannis Lateranenſis ſub Arbore vireſcénti.

M. DC. XXV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO D. D.

RENATO MAVPEOV, REGI à ſecretioribus Conſiliis, & in ſuprema Subſidiorum regiorum Pariſienſi Curia Præſidi æquiſſimo,

MICHAEL ROVSSEL. S.

VIR Clariſſime non tibi moleſtum erit ſi huic operi tuum nomen præpono, vt ſciant omnes ad quos peruenerit, & mihi tecum amicitiam, & familiaritatem interceſſiſſe: & te meas qualeſcumque meditationes probaſſe, ſtimuloſque addidiſſe vt ab obliuione eas vindicarem: quippe cuius iudicium inſtar plurium mihi eſſe debuit iuxta illud ex Cicerone ſatis vulgare Hectoris Næuiani, qui non tantum laudari ſe lætatur, ſed à laudato viro, quidni ſubiungam à doctiſſimo? Iſtud enim conuincunt tot à te eleganter pronuntiatæ actiones cum Patroni generalis

Digitized by Google

Regij fungebaris munere, & cum ad Præſidis dignitatem vocatus Curia te delegauit, vt quæ ex eius mandatis habebas Reginæ tum Regenti, ac deinde Regi explicares. Ad hæc eximia, & incorrupta, vel calumnia teſte, in diſcutiendis litibus æquitas, & ſolertia: ac dum ſolus ſupremo ſubſellio inſides aduocatorum hinc inde perorantium argumenta concipiendi, eliciendique ex illis quod veriùs eſt, necnon referendi ad grauiſſimos Iudices qui tibi adſtant, collectiſque horum opinionibus Senatuſconſultum inde conflatum recitandi de plano facilitas præcipua: deniquc moderatio in omnibus vitæ tuæ actionibus ſingularis. Hæc, quæ norunt cuncti dici de te poſſe non ad blanditias, ſed ex veritatis ore, in cauſa ſunt vt gloriari ſeriò liceat quibus amicus es.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

AMICE Lector patere vt te paucis ſiſtam: grande opus non ex quantitate paginarum, ſed ex qualitate ſubiecti in vulgus tandem emitto poſt decem fermè annos apud me ſeruatum, vt heroici Poëtæ verè obſeruarem præceptum dicentis, Nonumque prematur in annum: Retardatus etiam ab illa quæ in ore crebro eſt parœmia, Veritatem odium parere: Ea enim in opere iſto, vt & aliis vitæ meæ actionibus, mihi ſingularis eſt. De Eccleſiaſtica, & Pontificia iuriſdictione ſcribo non neſcius quis cultus Eccleſiæ debeatur; nec ignorans maieſtatem eius, quamque veneranda, & terribilis (nempe ſicut caſtrorum acies ordinata, vt ait ſcriptura) omnibus eſſe debeat. Mater mea eſt, vt & omnium quos vita ſpiritali donauit, ſacramentis bonitati diuinæ conciliat, cibóq; ac potu reali ad regnum æternum ſuſtentat, nec ita frequenter quam optat: adeo pia eſt: nos autem profectò miſerè væcordes, & ſtupidi qui tantas dapes aut refugimus, aut non auida mente, ac puro, vt par eſt, corde deguſtamus. At non ſolum mater ſed domina. eaque dominatione prædita quæ ſupra ſit omnem quamcumq; poteſtatem inimici. Ergo quis non tantam, tamque potentem, & inuictam dominam formidabit, & reuerebitur? matrem ſic piam amore fouebit eximio? faceſſant Nouatores qui ſpiritu ſuo ducti ab ea ſegregantur ob neſcio quæ ſcandala: ac væ illis propter quos iſta. Sanè ſolent nos ad puriora primitiuæ Eccleſiæ ſecula reuocare: & noſtri Theologi verè probant eamdem fidem, eaſdemq; cæremonias nunc in Eccleſia Romana (quæ non alia eſt quam ea primitiua in ſanguine Chriſti, & Apoſtolorum fundata) obſeruari quibus hæc ſecula Deum propitiabant: ſed quoad religionem interiorem. Ego vero quoad iuriſdictionem & politiam exteriorem probabo plurima quæ nunc in vſu ſunt, & olim vſitata quoque fuiſſe, atque apud ipſum etiam Eccleſiæ vniuerſalis tribunali quod Apoſtoli Ro-

Digitized by Google

mæ conſtituerunt: aut ſi quid iſtud ad ſuam curam pertinere cenſuit ſucceſſu temporis, quod priùs inferiores audebant Epiſcopi, abuſus iſtorum inferiorum hoc exegiſſe: ac demum ſi ab eo tribunali vel inferioribus vſurpata ſunt, vt creditur, quæ non videbantur ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam exteriorem pertinere, hominibus id tribuendum qui ſorte ſua nunquam contenti plus quam oportet ſapere volunt. Vnde factum ſit vt temporales Principes Eccleſiaſtica iura cum animæ ſuæ periculo vſurpauerint: & vice verſa ſpiritales Eccleſiæ miniſtri accuſati ſint velut nimiam in temporalia curam adhibentes.

Sed proculdubio poterat iſtud opus adhuc in puluere iacere niſi ratio cõſilium dediſſet vt, ne ſuccumberem afflictioni luctuoſæ, ſi qua eſſe poteſt, ſolatium quærerem ex remedio quo vſus eſt Cicero qui ſe reficiebat à mœrore quem de Tulliæ filiæ ſuæ morte contraxerat, toties dies ſcribendo vt ipſemet teſtatus eſt in epiſtola ad Atticum.

Veniamne dabis Lector ſi iſti paginæ hanc meam afflictionem inſeruëro: ac inſuper nonnulla dixero de vxore mea cuius dolorum tantoperè particeps fui, & nunc morte tam grauiter afficior? Cur non mihi illud ſupremum beneuolentiæ teſtimonium ei reddere æquè decens erit ac Fabio maximo, & Tiberio Cæſari, quorum alterum Senatoria, & Cenſoria grauitas; alterum ſuperciliosa moroſitas non cohibuit quin vterque in filij ſui exequiis laudes eius explicaret? Veniam ſanè dabis ſi cum vxore viuis; & tali vxore: ſi vero tibi non eſt vxor, obſecro te vt memineris admonitionis Senatoris Romani qui ab amico deprehenſus dum equitat ſub arundine cum puerilis ſuis, rogauit eum ne citò de hoc ſuo facto iudicaret, aut in vulgus traduceret, ſed ſuperſederet quovſque pater eſſet. Ita tu ſuperſedeto quovſque maritus eris. aut ſi cœlibatum vouiſti, ne indignare ſi te recuſo Iudicem: videlicet iſtarum paſſionum nemo Iudex æquus eſſe poteſt, niſi qui eas ſit expertus. Deinde

Digitized by Google

quid non honorabo meam vxorem quando ita voluit Apoſtolus Petrus? Et cum Salomone mulierem fortem laudabo: & cum D. Hieronym. meam Paulam: & cum Plutarcho, imò non cum illo Aretaphilen, Cammam, Lacædemonias, & alias Paganas mulieres virtutibus moralibus illuſtres, ſed verè Chriſtiana pietate illuſtriſſimam? Quidquid ſit, ego qui me nihil non debere puto charæ coniugi pro continuo amoris officio quo ab illa viuente obſeruatus ſum, proque virtute qua floruit, volo poſteritas ſciat me illius conſortio beatum fuiſſe: & legentibus fortè commiſeratio caſus mei in tanta iactura ſuccu rret.

Philippa, igitur, De Courcelles honeſtis parentibus nata annum agens decimum paulo ſupra ſeſqui-quintum vxor mihi data eſt amplior corporis, claræque iam indolis quam nummorum dote. Vt creuerunt anni, ſic decora corporis, ingeniique: Et quod ad corpus attinet, in perfectum ætatis robur prouecta, ſtatura illi fuit neque proceritate faſtidioſa, neque breuitate deſpicienda: ſed ea quam, quod inter vtramque mediocritatem auream teneat, ditem vulgò dicimus: non macilenta, non obeſa, verum plena: eaque membrorum ſtructura, & proportione qua ex ſculptoris accurrati digitis excidere poſſet: nulla demum deformitate inſignita, ſed in qua maieſtatem, & grauitatem conſpexiſſes. Quid de ſerena fronte, ridentibus oculis, ore purpureo, ac liberali, ingenuo, nitenteque vultu, cui, ſi aliqua, ſaltem pauca de abundante pulchritudinis penu defuerunt? hæc ſi minima ſunt, ait Cicero, tamen dicantur bona neceſſe eſt: candiduli dentes, venuſti oculi, color ſuauis. atque hæc Philippæ fuerunt. Verùm vt Alexander ſuum Homerum, quem theſaurum locupletiſſimum reputauit, ſcrinio pretioſo recondebat; ſic iſta pretioſa pretioſiorem longè ſuppellectilem intus continebant. Namque huic venuſtati exteriori mentem venuſtiſſimam Deus dederat:

Digitized by Google

ſagax, & viuax ingenium: intellectum ſupra ſexum: pietatem in ſuum conditorem præcipuam: memoriam fidelem, vnde familiaribus ſuis, iiſque mirantibus ſacras conciones quas attenta aure percipiebat, & quidquid legerat, exactè repetebat: generoſum, elatumque ad honeſta animum: pectus liberale, & munificum quatenus per ſuam fortunam, reſque ſuas ei licebat: eximium amorem in ſuum coniugem: charitatem non fucatam in pauperes: linguam ſobriam, maximéque à maledicto alienam: in conuerſatione ciuili hilarem modeſtiam, modeſtamque hilaritatem quæ deuotioni, & verecundiæ muliebri nihil derogaret: vt quod Pſalmiſta dixit de beato homine, dici quoque de illa poſſet: iocunda mulier quæ miſerebatur, & commodabat, & diſponebat ſermones ſuos in iudicio: quò fiebat vt nulli cuiuſcumque conditionis fœminæ præſentia eius non grata fuit: ſiquidem ſcita, faciliſque accommodare ſe quibus cum verſabatur modo Dei timor, initium ſapientiæ, adeſſet: ſeu honeſtis recreationibus oblectandus animus eſſet, ſeu pietatis & meditationum religioſarum narrationes placerent, ſeu quæ ad res domeſticas pertinerent: atque ita incredibile dictu eſt quantum ſibi puras, ſanctaſque amicitias comparabat omnia ſe quaſi omnibus faciens. His adde pudicitiam ſollicitam, quæ mulierum maxima dos eſt: ſuique conſeruandi honoris (ſic enim populari ſermone loquimur, quoniam nuptarum, non ſecus ac puellarum potiſſimus imò totus honor conſiſtit in caſtitatis ornamento) tanta cura, tantuſque amor vt ſoleret ſæpè cum vehementia dicere ſe ruituram libentiùs in medios ignes, quæviſque tormenta quam vt conſentiret decori ſuo, vnde ex ea caſtitate fronte aperta prodibat, vel minimam labem inferri: ac luto, & ſtercore viliores cenſeret, ſupraque peſtem fugiendas quæ naufragium iſtius honoris feciſſent, nec pœniterent. Denique vt paucis plura contrahantur, abhorrens erat illi à vitiis, &

ſcelere

Digitized by Google

ſcelere pectus. Teſtis eſt mihi Deus, teſtéſque ſunt qui eam nouerunt, ſi quid mentiar dum hæc de illa recenſeo. Ergonè, dices, illa prorſus fuit immunis à næuis? Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ait Ioannes, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Neque mea Philippa, licet pulcherrima luna, maculis caruit, ſed quas repentinis lachrymis citò detergebat contrita: adeo erat illi mens parata ad amorem, & timorem Dei. An vero piaculum foret, & contra charitatem quæ, vt ait Apoſtolus, multitudinem peccatorum operit, defunctæ, & per tot cruciatus expiatæ errorum meminiſſe, quorum miſericordia Dei, vt ſuperamus, oblita eſt? Hoc ſufficiat, ſi non omnibus numeris abſoluta fuit: nec quoque cæteræ vt nemo perfectus niſi Deus. Cum tali igitur coniuge vixeram paulominùs ſexdecim annis: ecce improba febris anno 1623. circa menſem Auguſtum eam inuaſit: & abſcedens poſt vnum & alterum menſem morbo teterrimo tradidit, cum quo colluctata eſt nouem circiter menſes non ſine diris cruciatibus, iiſque ferè continuis: at quibus incredibilis patientia meditatione paſſionum Chriſti fulta, ſpeſque in illas maxima vnicum ſolamen, & remedium ad eos tolerandos fuerunt: ac ſe reſpiciens in illo languore qui eam depaſcebat: Hæc eſt, aiebat, mutatio dexteræ excelſi: Dominus tetigit me, ſed vt ſaluaret me. Ecquid ſuperbire de membrorum quantumvis concinnata compagine quæ tot miſeriis expoſita eſt, ac veluti flos campi citò exareſcit? Omnis gloria filiæ Regis ab intus: Abſit mihi gloriari inpoſterum niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: & cætera quorum vel ex prædicationibus Eccleſiaſticis, vel ex piorum librorum lectione recordabatur. Atque hæc dicenti ſtatim ſuccedebat cor humiliatum, & votum, ſi conualuiſſet, animi remiſſioris, vitæque emendatioris, modeſtioriſque quam vnquam, & ab amore ſui, ſtudioque apparatus exterioris alienæ. Sed fatalis

Digitized by Google

dies inſtabat cum remedia non prodeſſent, eaque exquiſita quæ Medicus doctiſſimus, æquè ac piiſſimus Franciſcus Tornayrius ſuggerebat: non quidem quod de incolumitate ſperaret: Cum primùm enim morbi atrocitatem percepit, de illa conclamatum eſſe mihi dixit: ſed vt aliquatenus dolores eius leniret & ſubleuaret. Sanè ingrati admodum forem animi ſi non prædicarem vbique ſedula ipſum opera, ſummaque præſertim charitate ægræ præſto adfuiſſe: profeſſus ab initio ſe, ſi Deo placeret, vnicam eius gloriam in ea curatione quærere. Et qua in nos extrema beneuolentia ducebatur, non ſibi ſatisfactum putans ſi de remedijs ſtatueret, non dedignabatur chirurgi fungi munere: vt eſt in ea quoque medicinæ parte optimè verſatus iudicio etiam peritorum chirurgorum quos in conſilium vocaui, & qui ad ea quæ proponebat nihil ſibi ſupereſſe confeſſi ſunt, ſed morbum inſanabilem eſſe: Quod ille iamdiù ſciens, cum mederi nequiret corpori vt ſaltem animæ ad Deum fortiter compoſitæ contribueret, afferebat ex intima pietate deuotas exhortationes quibus illa plurimum recreabatur. Denique ea præſtitit quæ vix meliora poſſet in Heroinam Montpenſieram cui addictus eſt: quam Deus omnipotens in longos annos ab omni malo ſoſpitem teneat. Tandem bonitas diuina hanc mulierem miſerata recepit ad ſe animam eius iſto malorum lauacro à contagione fragilitatis humanæ purgatam decima tertia die Iunij qua celebrabatur feſtiuitas altera ſanctiſſimi & veriſſimi corporis Chriſti, vt in eo obdormiret cuius frequenti refectione defectus humanos ſolebat reparare. Sic vixit, ſic mortua eſt egregia mulier ſine prole. Quippe cum intra primum à nuptijs annum filiam edidiſſet paucis tantum diebus ſuperſtitem, in ſterilitatem incidit ex ſanguinis, vt creditur à vena emiſſione, cuius author fuit Medicus non parui cum viuebat nominis, qui vocatus ob pleuritidem non veram putauit ſic ei medendum licet admonitus fluere tum

Digitized by Google

menſtrua quorum inde continua ſuppreſſio contigit quaſi ex reuulſione ex eaque per interualla dum erumpere illa volunt nec poſſunt, ventris & capitis acuti dolores qui tandem creduntur in illum morbum quo defuncta eſt abiiſſe contracto maligno vlcere per illos malignos humores non excretos: vt diſcant mulieres quam ſit periculoſa tum temporis venæ ſectio. Defuncta, inquam, in ædibus ruralibus notiſſimi probitate vitæ, & fide ſua argentaria Ioannis Andreæ Lumagues ad quas optima mulier vxor eius ſecura de coniugis ſui venia illam inuitauerat, vt experiretur num patentis aëris, & ſpatioſæ domus, iucundique ex ea proſpectus amœnitas aquis Spahenſibus, quas tum hauriebat, commodum aliquod afferre poſſet: ibique agentem religioſiſſima mulier, filiæque eius religioſiſſimæ Maria, & Catharina nullo non charitatis, & beneuolentiæ genere affecerunt: atque expiranti mixtis mecum lachrymis & precibus perpetuò adſtantes vltimum vale dixerunt, oculos clauſerunt, & corpori exanimi ſepeliendo charitatem Tobiæ exhibuerunt. Sic obſeruata ad extremum vſque amicitia qua viuentem dignabantur. faxit Deus vt tantorum iſtius familiæ officiorum memoria nunquam diſcedat à pectore meo: æquum enim eſt vt qui de amantiſſima vxore mea optimè meruerunt, eorum nunquam obliuiſcar. Me vero chariſſima, & amore digniſsima coniux in amaritudine amariſsima reliquit cui propémodum impar fuiſſem, niſi recordatione beatitudinis qua, vt per miſericordiam Dei credo, fruitur hæc amaritudo dulceſceret. Neque enim ita noſtri amantes eſſe debemus quin nos conſolemur ſeparati ab illis quos vnicè amauimus, recogitantes eos extra omnem dolorem eſſe, & delitijs cæleſtibus perfrui ad quas, ſi verè Chriſtiani ſumus, adſpirare debemus per caſtigatos mores, & maximè per afflictiones, ſi accidant: vt ſimus conformes imagini Chriſti quem oportuit pati, & ita intrare in gloriam ſuam: ne, vt

Digitized by Google

admonet D. Hieron. inuidere gloriæ eorum videamur, ſi voluerimus diutiùs flere regnantes. Sed iam ad te redeo, Lector: ignoſce diù te remoranti, & propter quam remoratus es: ac eius memoriæ gratulare, & benedic: habetoque grato animo hoc opus cum reuiſendo, & typis mandando animum obſirmaui, vt ſic ſeriò labore occupatus ægritudini meæ minus eſſem intentus. Sic te Deus adiuuet, ſeruetque tibi, ſi vxorem optas, non abſimilem iſti. Cæterum æqui bonique conſule mendis, & erratis, ſi quæ, præter à me notata ex typographia, & in vnum collecta, deprehendes. Et quando ex lectione mei laboris facilè aduertes propoſitum meum eſſe congerere varios exterarum regionum vſus ad politiam Eccleſiaſticam forenſem pertinentes, nec omnes notaui, quoniam non omnes ſciui, enixè omnes practicos exteros obſecro vt de ſuo quique foro addant huic operi, ſi ad eos peruenerit, quæ iſti propoſito conformia erunt: Vnde ſciatur pleniùs quatenus hîc vel illîc exerceatur iuriſdictio Eccleſiaſtica: & obſeruetur authoritas Pontificis maximi, vel in quo ei conueniant, aut diſcrepent nationes orthodoxæ (nam cæteras vt execratas nihil moror) quoad illam politiam abſque tamen præiudicio fidei, & religionis cuius ille ſummum caput agnoſci debet. labor ſanè gratiſſimus, ſed qui non niſi ea via conſummari vix poteſt. Neque enim facilis eſt ſcitu peregrini fori ſtylus in eo non verſatis.

Digitized by Google

CATALOGVS CAPITVM.

LIBER I.

De perſonis & rebus Eccleſiaſticis.

CAP. 1. p. 1.
De Sacerdotio Iudaïco & Gentilitio.

CAP. 2. p. 7.
De Sacerdotio Chriſtiano. Iuriſdictionem eius Monarchicam eſſe.

CAP. 3. p. 15.
De Romani Pontificis Iuriſdictione principali in legibus, & conſtitutionibus faciendis, & promulgandis quoad fidem, religionem, & negotia Eccleſiaſtica.

CAP. 4. p. 21.
De eadem authoritate in priuilegiis, & diſpenſationibus concedendis ad varios caſus enumeratos.

CAP. 5. p. 37.
Alij caſus diſpenſationum.

CAP. 6. p. 61.
De diſpenſatione à iuramento, & fidelitate: de diſpenſationibus in genere vbi liceant, vel non: de compoſitionibus ob illas: de reſeruatione abſolutionis peccatorum quorumdam, & indulgētiis.

LIBER II.

De Magiſtratibus & miniſtris Eccleſiaſticis, dignitatibus, & beneficiis.

CAP. 1. p. 81.
De electionibus.

CAP. 2. p. 95.
De confirmatione electionum.

CAP. 3. p. 114.
De ordinationibus, & confirmationibus in quacumque diœceſi Occidentalis Eccleſiæ factis à ſummo Pontifice.

CAP. 4. p. 126.
Quærelæ gentium ob neglectas à ſummo Pontifice electiones, & ereptas Metropolitanis confirmationes: varijque & irriti contra illum conatus.

CAP. 5. p. 141.
De authoritate qua ſupremi Principes temporales ſua quiſque in regione electionibus obſuerunt vt tandem nominandi ius obtinerent.

Ac primum de Imperatoribus.

CAP. 6. p. 165.
De Galliæ, & Hiſpaniæ Regibus.

CAP. 7. p. 183.
Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Boho-

miæ, Vngariæ, & Poloniæ Reges eo iure vſi, necnon aliæ poteſtates temporales ſupremæ hoc capite enumeratæ.

CAP. 8. p. 209.

Recapitulatio ad præcedentia capita de electionibus, & nominationibus.

CAP. 9. p. 212.

Varia in electione Romani Pontificis ſchiſmata, variæque ad ea præuenienda conſtitutiones.

CAP. 10. p. 247.

De Cardinalibus eorumque origine, & creatione.

CAP. 11. p. 261.

De collatiuis dignitatibus & beneficiis.

CAP. 12. p. 273.

De reſeruationibus apud nos ſublatis & conceſſis.

CAP. 13. p. 283.

De prærogatiuis apud nos ſummo Pontifici conceſſis in diſpenſatione beneficiorũ collatiuorum.

CAP. VLTIMVM. p. 299.

De authoritate ſummi Pontificis in collationibus apud aliquas alias gentes.

LIBER III.

CAP. 1. p. 314.

De ſuprema ſummi Pontificis iuriſdictione in Eccleſiaſticas perſonas.

CAP. 2. p. 321.

De Conciliorum congregatione & confirmatione, & ſummi Pontificis ad ea authoritate ac primaria ſede.

CAP. 3. p. 341.

De authoritate generalium Conciliorum.

CAP. 4. p. 357.

De aliis congregationibus Eccleſiaſticis perpetuis.

LIBER IV.

De Pontificia iuriſdictione contentioſa in Eccleſiaſticos: & quibus caſibus illi ſubſint, quibuſve ſubſint laica iuriſdictioni.

CAP. 1. p. 369.

De iuriſdictione contentioſa apud Iudæos & Gentiles non eam abſolutè fuiſſe pro omnibus cauſis & perſonis apud Sacerdotes; ſed partim apud eos, partim apud laicos.

CAP. 2. p. 379.

De eadem iuriſdictione inter Chriſtianos: quatenus à principio fuit in Eccleſia, aut penes Eccleſiaſticos: ac praxis vetus, vetereſque ſanctiones de criminalibus Eccleſiaſticorum cauſis.

CAP. 3. p. 409.

Eiuſdem iuriſdictionis in criminalibus quoad Eccleſiaſticos praxis poſterior apud plurimas gentes.

CAP. 4. p. 439.

De ciuilibus cauſis in quibus Eccleſiaſtici non ſunt fori Eccleſiaſtici, ſed laici.

CAP. 5. p. 455.

De ciuilibus cauſis Eccleſiaſticorum quę ſunt fori Eccleſiaſtici.

CAP. 6. p. 465.

De Eccleſiaſtica iuriſdictione

Digitized by Google

ſummi Pontificis in Eccleſiaſticorum criminalibus & ciuilibus cauſis, ac primis-inſtantiis.

Cap. 7. p. 475.

De modo iuriſdictioni Pontificiæ Romanæ in Eccleſiaſticos dato quoad primas inſtantias: & qua pœna illos coërcere valeat Pontifex.

Cap. 8. p. 493.

De prouocationibus ad ſummum Pontificem.

Cap. 9. p. 515.

De modo his prouocationibus dato.

LIBER V.

De eadem ſuprema ſummi Pontificis poteſtate in res Eccleſiaſticas.

Cap. 1. p. 522.

De antiqua, & poſteriore diſpenſatione rerum Eccleſiaſticorum.

Cap. 2. p. 541.

De decimis & huiuſmodi indictionibus quas ſummus Pontifex exegit de rebus & perſonis Eccleſiaſticis.

Cap. 3. p. 555.

De indictionibus à ſummo Pontifice factis ob viſitationes, procurationes, ſpolia defunctorum ſacerdotum, & fructus vacantium beneficiorum.

Cap. 4. p. 569.

De ijſdem fructibus qui in Annatas verſi ſunt. Ac de ipſis Annatis & alijs iuribus quæ pro bullis exiguntur.

LIBER VI.

Secunda pars iuriſdictionis Pontificia in laicos & res temporales.

Cap. 1. p. 588.

Qualis primitus fuit ea iuriſdictio.

Cap. 2. p. 601.

Qualis fuit medio ſeculo in criminalibus cauſis.

Cap. 3. p. 610.

Qualis eod. ſeculo in ciuilibus cauſis.

Cap. 4. p. 626.

De reuocatis criminalibus cauſis in laicos ab Eccleſiaſtica iuriſdict.

Cap. 5. p. 639.

De reuocatis ciuilibus laicorum cauſis ab ead. iuriſdict.

Cap. 6. p. 657.

De executione ſententiarum Eccleſiaſticarum.

Cap. 7. p. 667.

De prima ſummi Pontificis iuriſdict. in laicos ex cauſis criminalibus, & laicis.

LIBER VII.

De abſoluta iuriſdictione temporali Pontificia in Reges & alias poteſtates ſeculares.

Cap. 1. p. 688.

An & cuiuſmodi iuriſdictio in temporalibus fuit penes Pontificem Iudæorum.

Cap. 2. p. 694.

De Pontificis Chriſtiani ead. abſoluta iuriſdict. in Imperatoribus conſtituendis & coronandis.

Digitized by Google

CAP. 3. p.708.
De progreſſu authoritatis Pontificiæ Romanæ in collatione dignitatis Imperialis, & confirmatione eiuſdem.

CAP. 4. p.732.
De eodem progreſſu eiuſdem authoritatis Pontificiæ in Reges.

CAP. 5. p.755.
De gladio materiali & temporali vt eius ſtringendi, & recondendi poteſtas adtributa ſit nutui, & iuſſui ſummi Pontificis ad bellum inferendum, & pacem ſanciendam.

CAP. 6. p.771.
De bellatoribus Eccleſiaſticis, & Pontificibus Romanis.

LIBER VIII. ET. VLT.

CAP. 1. p.786.
De gladio ſpirituali ſummi Pontificis, id eſt excommunicatione.

CAP. 2. p. 811.
Pontifex Romanus nullius gladio ſpirituali ſubiectus eſt, quia in hæreſim cadere non poteſt, ex qua ſola animaduertere in eum liceret.

CAP. 3. p.819.
De titulis Romano Pontifici datis.

CAP. 4. p.826.
De honoribus debitis Eccleſiaſticæ dignitati ac ſpecialiter Epiſcopo Romano.

CAP. VLTIMVM. p.840.
De veſtitu, & ornatu Sacerdotum, ac præcipuè Pontificis Romani.

FINIS.

Digitized by Google

HISTORIA IVRISDICTIONIS PONTIFICIÆ.

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

DE SACERDOTIO IVDAICO ET GENTILITIO.

Lectio Capitis.

1. *Duplex gladius, ſpiritualis & materialis, vnde duplex iuriſdictio.*
2. *De rebus Eccleſiaſticis & ſpiritualib. Iuriſdictio ſolis Pontificibus conueniens.*
3. *Aliqui tamen Reges Iudaici curam & iuriſdictionem ſuam rebus Eccleſiaſticis adhibuerunt.*
4. *Ratio.*
5. *Ante legem ſcriptam an promiſcuus fuit Sacerdotij, & ſacrificiorum vſus.*
6. *In lege ſcripta quæ differentia fuit inter ſacrificia Sacerdotum & Laicorum.*
7. *Quæ fuit authoritas Pontificis Iudæorum quoad res ſacras.*
8. *Moſes inter Sacerdotes numeratus.*
9. *Etiam ſub Regibus ſummæ authoritatis fuit Pontifex, ideoque illis, & Romanis ſuſpectus.*
10. *Notabilis hiſtoria Iudæ Pontificis maximi Iudæorum.*
11. *Sic apud Romanos, & alias gẽtes plurimi reputata eſt hæc dignitas.*

IVRISDICTIONES ab eo procedere qui merum imperium abſolutumq. habet, quòd propriè poteſtas appellatur, & in gladij vſu conſiſtit ad animaduertendum in facinoroſos tritum eſt, ex primis Iuriſprudentiæ rudimentis.

Vt autem homo qui huic imperio ſubditus eſt duplici ſubſtantia conſtat, anima & corpore, ſic duplex eſt gladius: ſpiritualis I.

illam attingens ſi delinquat, materialis quod in corpus exercetur. Vt verò vtrumque, id eſt, anima & corpus à Deo pendet, ſic propriè Dei ſolius eſt ea poteſtas, proindéq; eius ſolius gladij vtriuſq; attrectatio quod Ioannes in Apocalypſi denotare videtur per illũ gladium vtraque parte acutum ex ore Dei procedentem: Hinc ergo duæ iuriſdictiones: Pontificia nempe, quæ circa res ſacras & ſpirituales animæ proprias verſatur: altera temporalis quæ circa corpus, quæque ſunt ei conuenientia. An autem placuerit nonnunquam Deo ambas ab vno homine exerceri, eóque Pontifice, aliàs diſquiremus. Sed hoc certiſſimum maximè peculiarem Pontificibus fuiſſe eam quæ de religione, rebus ſacris, & ſpiritualibus eſt.

II. Vnde licet Deus vno homine vſus eſſet, ad ordinandam vtrãq; iuriſdictionem eóque leuitá nempè Moyſe, tamen ſimul atque conſecratus eſt Aaron, vt Sacerdotio ſupremo fungeretur, abſtinuit Moyſes omni Sacerdotali miniſterio, ac deinde duo velut Principes ſucceſſerunt huic, & illi iuriſdictioni, nempè Ioſue Moyſi propter temporalem, Eleazar Aaroni propter Pontificiam.

Ioſeph. lib 3. antiq. cap. 9.

III. Quod ſi aliquando Reges in iſta lege quid præſumpſerunt quod ad res ſacras & religionem pertinere videbatur, puta Dauid benedicens populo in nomine Domini exercituum: Salomon Abiatharem deponens, & atrium Domini ſanctificans, conſtituénſque iuxta diſpoſitionem Dauid patris ſui officia Sacerdotum in miniſteriis ſuis, & leuitas in ordine ſuo: Ezechias item, & Zacharias ſimilia ordinantes, ac Ioas Ioiadæ ſummo Pontifici, & Sacerdotibus interdicens, quod notabile eſt videlicet ne ampliùs acciperẽt pecuniam iuxta ordinem ſuum, id eſt ad vſus ſuos conuerterent quæ in Gazophilacia mittebatur; ſed ad inſtaurationem templi redderent eam; nam indecorum erat iſtis opiparè & lautè eſſe de illa pecunia, cum ſarta, tacta domus ſacra non foret: quidnon & hodiè noſtris Sacerdotibus?

Reg 2 cap. 6. ſimilis benedictio ex Salomone 3. Reg. cap. 8. Paralip. 1. ca. 8.

IV. Hæc inquam ſi licuerunt Regibus: nempè quia & politiam exteriorem Eccleſiæ reſpiciebant: & forſitan quod in eis præfulgeret aliqua Sacerdotalis authoritas: Vnde Saül inter Prophetas, & cum illis prophetans ſimul atque in Regem vnctus eſt: ac licuit Dauid accingere ſe Ephod lineo, quamvis id ornamentum eſſet proprium Sacerdotum & Leuitarum, adeò vt in Ephod ſacerdotium intelligeretur à 70. Interpretibus, ac eidem impunè fuit panes propoſitionis manducare, quos ſicut ait Dominus in Euan-

Reg 1. cap. 10.

D Hieron. ep. 24. ſelect. lib. 1.

Digitized by Google

gelio non licebat manducare niſi ſacerdotibus, atque in hoc vt dixit D. Auguſt. figurauit perſonam non tantùm regis, ſed ſacerdotis, quanquam ſi nudus ſcripturæ textus attendatur: videantur ei dati ob neceſſitatem, quæ omnia excuſat, quoniam deerant laïci panes qui eſurienti darentur.

Reg. 1. cap. 21. Math. 12. D. Auguſt. in Pſalm 51.

Sed quod de interiore iuriſdictione erat, propriè ad animam pertinente, nullis fas fuit, niſi ſacerdotibus, ex quo ad id miniſterium ſpeciales homines præpoſiti fuerunt.

V.

Equidem primis temporibus non ad vnam familiã, certóſve homines relegata videtur ſacrorũ cura: quanquã placeat D. Hieron. primogenitis eam debitã fuiſſe, proindéque vt volunt Hebræi eos vſos eſſe veſtimentis ſacerdotalibus. Sed vt poſt receptam legẽ ac in leuitica tribu conſtitutum ſacerdotium, non deſierunt alij qui non erant de illa tribu ſacrificare: ſic dici poteſt etiam non primogenitis, ſacrificia licita fuiſſe: ideo Abel & Iacob qui minores natu erant, ſacrificauerunt. Gentilium vero libri ſunt pleni ſacrificiorũ ab alijs quam ſacerdotibus factorum, quorum memorabilia ſunt apud Liuium, Sabini cuiuſdã patris familias parantis immolare bouem, quę portendebat imperium huic ciuitati in cuius ciue immolata eſſet; ideò præpediti bono dolo antiſtitis Romani; & C. Fabij Dorſuonis inter medios Gallo capitolium petentis vt ſacrificaret. Quin etiam erant ſacra quędam certis familijs attributa, eaque à popularibus diſtincta quæ omnes ciues faciebant, ait Feſtus. Denique non ipſe Poeta ſui moris callentiſſimus induxiſſet paſtorem dicentem.

Queſt ſeu tradit. Hebraicar. in Geneſ. vbi de Melchiſedech, & infrà vbi de veſtimentis Eſaü loquitur.

In verbo menſæ & in verbo migrare: Ibique Scaliger.

Cum faciam vitula, tu frugibus ipſe venito.

Ideſt, Cum ſacrificabo niſi ſacrificia etiã fierẽt à non ſacerdotibus.

VI.

Illud verò non iniucundum erit animaduertere, vbi promulgata lex fuit de ſacerdotijs & ſacrificijs, conceſſum quidem fuiſſe principi populi, & regi, atque etiam populo ipſi; ſeu cuilibet ex populo ſacrificare hoſtias & victimas coram Domino: itaque ſacrificandi munus commune extitiſſe, & in eodem templo, in quo ſacerdotes ſacrificabant, ac ſuper eodem altari, extra quod illicita erant regulariter ſacrificia, vt liquet ex libro Ioſue; licet Gedeon, Dauid, Salomon, ſpecialia ſibi altaria quæſierint, neque reprobati fuerint: ſed, vt ait D. Auguſtin. illos potius ſuſtinebat Deus, quam vetabat, exaudiens ſic extra tabernaculum offerentes. Animaduertendum, inquam eſt, eam differentiam inter ſacros & prophanos ſacrificos fuiſſe, vt ſolis ſacerdotibus li-

Cap. 22.

Libr. 7. Quæſt. ſuper Iudic. cap. 36.

Exod. cap. 27. 28, 31. 40.

Digitized by Google

cerct adolere ſuper altare Domini : cumque duo eſſent altaria; vnum de lignis Setim veſtitum auro puriſſimo; aliud laminis æneis opertum : illud ad odores duntaxat & incenſus : hoc verò ad victimas, holocauſta, libamina, & quaſcumque oblationes: illud coram arca, quæ erat in tabernaculo : hoc antè tabernaculum : ad illud, ſolis fas fuit ſacerdotibus accedere & offerre, adeo vt punitum lepra conſtet Oziam, quod ſuper eo prǽſumpſiſſet incenſum adolere. Nam ſeparatus erat Aaron, vt miniſtraret in ſancta ſanctorum, & filij eius ac adoleret incenſum Domino, ſecundum ritum ſuum. Neque etiam in hoc poſtremo, alijs quàm ſacerdotibus concedebatur cæremonias agere, quæ poſt immolationem fiebant, iubente Domino, vt omnia quæ ad cultum altaris pertinebant, & intra velum erant, per ſacerdotes adminiſtrarentur : iſta porro fuerunt, vt immolare quidem & offerre pro peccato ſuo quilibet poterat, & debebat. Sed pro peccato orare, immolati animalis ſanguinem ſuper altare fundere, & adolere quædam ex immolatis in holocauſtum, à nullo reperitur quàm à ſacerdotibus, iure vſitatum : homo, inquit lex, immolabit vitulum ad oſtium tabernaculi, & offerent filij Aaron ſacerdotis ſanguinem eius fundentes ſuper altaris circuitum : & cuncta quæ adhærent iecori, inteſtinis, & pedibus adolebit ſacerdos ſuper altare in holocauſtum, & ſuauem odorem.

Paralip 1. cap.23.

Num 28.

Leuit cap. 1 4. Iudic. cap. 6.

VII. Quod ſi pontifici & ſacerdotibus huiuſmodi licuerunt ſolis, quæ ad ſacrificia attinebant; quidni & eis iuriſdictio erat, de legibus ſacrorum, ac in tranſgreſſores vindicta? Sanè dixit Deus, ſi quis non obedierit ſacerdotis imperio, moriatur homo ille, & cętera quæ infra notabimus, cum de iuriſdictione contentioſa agemus. Verumtamẽ poſt leges à Moyſe latas tam de ſacerdotijs & rebus ſacris quàm de ſecularibus, non legimus quidquam edictũ aut promulgatũ à põtifice, niſi quod Eſdras affixit vt excõmunicati eſſent, eorũque facultates ærario tẽpli adſcriptæ, qui biduo vel triduo proximo non conueniſſent in Hieruſalem. Et quidem Diodorus Siculus apud Photium in bibliotheca refert, ſummam fuiſſe iſtius põtificis iuriſdictionem, ad eumque pertinuiſſe edicta in populi congregationibus & concilijs proferre : ac Iulius Cæſar confirmans Hircano ſacerdotalem primatiam, ait ſe velle, vt huic incumbat authoritas iudicandi & decernendi controuerſias, quę circa diſciplinam Iudaïcam naſcerentur. Teſtis autem eſt Egeſippus ita ſacerdotium confirmaſſe Hircano vt non concederet re-

Ioſep. lib 14. cap.17 antiq.

Digitized by Google

gnum ſed Antipatro Idumæo relinqueret id adiudicare, vel huic, vel Alexandro: Is vero Hircano adiudicauit. Itaque quod ei Cęſar conceſſerat, non vt regi erat, ſed vt pontifici.

Obſcurum tamen eſt, per exempla: nec enim extant, an poteſtate principali pontificia vſus ſit in legibus promulgandis, pontificibus & ſacerdotibus creandis, cæteriſque exercendis huiuſmodi quæ pontificem ſummum, id eſt, principem quoad res ſacras attinent: ſeu quod editis à Moyſe nullæ addendæ fuerint, ſeu quod cooptatio fieret in ſacerdotij vacantis locum aut hæreditario iure, aut omnium pontificum & ſacerdotum ac etiam populi ſuffragijs: Sed Deus docuit à Leuita, id eſt, ſacerdote hæc omnia pendere debuiſſe, quando per Moyſem & leges promulgari, & ſacerdotes creari voluit. VIII.

Nam Moyſes à ſacro Pſalmiſta inter ſacerdotes numeratur: ac Philo Iudæus cum diuina prouidentia factum ait regem, legiſlatorem, pontificem & prophetam. Denique Gregorius Nazianzenus ſcribit Moyſem & Aaron ſacerdotes fuiſſe, iiſdem fungentes muneribus. Sed Aaron poſt Moyſem qui princeps erat ſacerdotum: quanquam recens Toſtatus, cum neque etiam minorem ſacerdotem fuiſſe, ſed duntaxat Leuitam aſſerat.

Pſalm. 98. & ibi D. Auguſt.

Lib. de vita Moyſis.

Et item Clemens Papa li. 2. conſtit. Apoſtolic. cap. 29.

Q. 14. in cap 29. Exodi.

Sed hoc indubitatum eſt ſummæ authoritatis & poteſtatis pontifices fuiſſe, etiam ſub regibus, vt probatur ex vna hiſtoria Ioiadę pontificis maximi, in reſtituendo ad ſolium Iudaicum Ioja contra Athaliam.

IX.

Quapropter Lyſias Anthioco conſilium dedit ſi vellet Iudęos prorſus debilitare, vt Oniam ſummum pontificem ſecum abduxeret, ac pōtificiam dignitatem in alienam familiam transferret: & cum Herodes vſurpaſſet regnum, nec item ſacerdotium poſſet, quia Leuiticus non erat, & formidaret ſi alicui ex illuſtriore, & nobiliore filiorum Aaron familia daretur, cuiuſmodi erant Aſmonęi ex Machabęis orti, qui illud huc vſque tenuerant, ne armaretur poteſtas aduerſus poteſtatem, pręcipuę curę habuit huic præficere aliquem ex genere quidem ſacrificorum, ſed viliore & obſcuriore: Et quoniam quodammodo coactus fuerat id conferre Ariſtobulo Hircani ex filia nepoti, ideò ſubornauit qui illum in aquis natantem ſuffocarent tranſlato ad Anauel ſacerdotio: Deinde ad Ieſum, ab eoque ad Simonem quem hac dignitate voluit honeſtari, vt illuſtriores redderet nuptias quas auebat contrahere cum illius filia cuius inſigni forma flagrabat.

Digitized by Google

Defuncto dehinc Herode cum cœpiſſet à prætoribus Romanis Iudęa gubernari, inoleuit, vt demiſſis ex ead. ſtirpe ad infimam conditionem viris mandaretur ſacerdotium, ne ſuaptè vi potens, in nobiliſſimi alicuius manu ingens telum eſſet. Atque quanti æſtimauerint eam dignitatem, argumento eſt quod in arce Antoniana ſoleret ſacrum Ephod à Romanis cuſtodiri, quaſi ea cuſtodia retineretur vis ſacerdotalis poteſtatis: Denique quò magis vileſceret, & decreſceret, facti ſunt annui pontifices dicente Euangelio apud Ioannem: Erat enim Caïphas pontifex illius anni. Præualuiſſe tamen poſtea, vt vnus foret pontifex Iudæorum iſque hæreditario iure, teſtatur. D. Epiphanius hiſtoriam inſignem referens de Iuda infante, patri pontifici Elieli ſuccedente ac laſciuia ętatis, adoleſcentior factus, in voluptates prolapſo, quibus illæſa fuit mulier Chriſtiana quam ille vt venuſtiſſimam corrumpere cupiebat; Sed fruſtrà: quippe tutam ſigno crucis (audiant hæretici) quo ſe munierat contra illius pręſtigias magicas quibus in eius pudicitiam graſſabatur.

X. Hæc autem docet etiam hiſtoria, pontificatum eo quoque tempore apud Iudęos plurimę poteſtatis fuiſſe: & quomodo niſi quia velut principali imperio in his quæ ad ſacra vteretur ſiue in ſtatutis, & iudiciis pronunciandis, ſiue in ſubrogandis ſacerdotibus, ſiue in diſpoſitione ſacræ pecuniæ? Qui enim ea poſſunt obſeruantur vt plurimum ab inferioribus: Qui non poſſunt, nihili ferè habentur: Sic ea ſemper fuit hominum conditio vt tanti æſtimentur quanti poſſunt.

XI. Nec ſecus apud gentilitios populos exiſtimata eſt authoritas pontificum idololatriæ adeo, vt apud Gallos de ea obtinenda armis contenderetur: & Iulius Cæſar nondum imperator nihil non obmitteret, quod ei pontificatum maximum pararet. Denique notiſſimum eſt ſimul atque in Monarchiam abijt reſpub. * Rom. imperatores pontificis maximi perſonam, & munus agere voluiſſe, adeo vt Collegium pontificum ſoleret ad imperatorem recens electum ſtolam, & habitum pontificalem deferre, quod etiam in Chriſtianis imperatoribus obſeruatum eſſe, & Gratianum reieciſſe ſcripſit Zozimus: ac D. Cyprianus Decium, ait, tyrannum multo patientiùs & tolerabiliùs audiiſſe leuari aduerſus ſe æmulum principem; quàm conſtitui Romæ æmulum ſacerdotem. Denique Nicocrates non ſibi ſufficere putans, quod Cyrenenſium ciuile dominium vſurpaſſet, Melanippum

* Imperat. Valentin. & Martian. reſcribentes pro firmitate concilij Calched. ſe primo tit. pontifices inſcripſerunt. vt legitur act. 3. eiuſd. concil.

Epiſt. ad Antonin.

Plutarch. de præclarè geſtis mulierum in Aretaphile.

Digitized by Google

Apollinis ſummum ſacerdotem interfecit, non alia de cauſa quam vt eius ſacerdotio potiretur, quod, vt de alijs infrà dicemus, vacare iſtud, niſi morte non poſſet. Neque verò tanti reputata eſſet hæc dignitas, niſi in ſuo miniſterio abſolutam ferè de legibus, & rebus ſacris iuriſdictionem haberet.

CAPVT II.

DE SACERDOTIO CHRISTIANO.

Iuriſdictionem eius Monarchicam eſſe.

Lectio.

1. *Sacerdotij Chriſtiani author Chriſtus.*
2. *Chriſtus ex ſtirpe ſacerdotali & regia ortus.*
3. *Sed ex familia regia humiliore, vt humilitatem doceret.*
4. *Sacerdotes aliquando extra tribum ſuam, ſed in Iuda ſola vxores duxerunt: indeque Chriſti ortus ex vtraque ſtirpe.*
5. *Ratio affinitatis tribus Leuiticæ in Iuda.*
6. *Non ideò legi tribuum confuſionem prohibenti repugnabat.*
7. *De regno Chriſti, prophetia malè Herodi tributa: vnde hæreſis.*
8. *Gloria ſacerdotum, imò & Chriſtianorum, Chriſtus ſacerdos & Rex.*
9. *Quomodo etiam laici ſunt ſacerdotes.*
10. *An Chriſtus voluit ſuo ſacerdotio iuriſdictionem Monarchicam ineſſe.*
11. *Ad hoc decidendum Chriſti voluntas: Apoſtolorum, ac qui eos ſucceſſerunt interpretatio eſt attendenda.*
12. *Omnis dominatio triplex, ac Monarchica potiùs conuenire ſtatum Eccleſiaſticum.*
13. *Omnibus religionibus vnum ſemper Pontificem præfuiſſe.*
14. *Argumenta, quibus aſſeritur ſtatus Monarchicus Eccleſiæ.*
15. *De Principatu & Monarchia D. Petri, id eſt; Pontificis maximi Chriſtianorum authoritates SS. Patrum.*
16. *Ratio iſtius Principatus eſt vnitas.*
17. *Abſolutus eſſe debet ille Principatus.*

IAM ſupereſt vt ad noſtri ſacerdotij dignitatem accedamus, ac eius primordia, progreſſus, & incrementa perquiramus.

Illius quidem author Ieſus Chriſtus ſacerdos in æternum 1.

ſecundum ordinem Melchiſedech cuius humanam originem,
II. D. Ambroſius ait ſacerdotalem, & regalem fuiſſe, eumque ſacerdotem ex ſacerdotibus, regemque ex regibus ſecundum car-
III. nem dicit. Quod profectò de proſapia regali conſtat: Nam nunquam ſatis honoranda Virgo Maria de tribu Dauid erat, cuius deſcendentes iniuria temporum, quæ familiam regiam attriuit, plurimùm de claritudine auita deciderunt: authore præcipuo Hærode, qui quo fieret obſcurior regia ſoboles, neve ignobilitatem natalium illius argueret, igni dedit quoſcumque codices inuenire potuit regalis propaginis memores. Nec profectò iſthæc abſq; diuina prouidentia vt haberet, vnde humilitatis exemplar naſceretur: quæ humilitas eo mirabilior videretur, quo tanta in perſona regia eſſet, & in naſcendi conditione, & in victu, veſtitu, ac conuerſatione, & in morte: quippe factus obediens vſque ad mortem crucis.

IV. Sed ſacerdos etiam ex ſacerdotibus: licet enim ſacerdotes ex tribu Leuitica eſſe deberent, adeò vt Eſdras de numero ſacerdotali expunxerit, quicumque ſuam docere non poſſent inde genealogiam: & regulariter tribuum confuſio non fieret: quin etiam vt ſcripſit Ioſephus, in Pontifice adlegendo requireretur, vt ab vtroque parente Leuiticus eſſet: contigit tamen nonnunquam vt Leuita vxorem duceret de alia tribu. Sic ea mulier, qua Leuitæ deſponſata abuſi ſunt filij Benjamin, erat de tribu Iuda. Ipſe etiam Aaron Leuiticus vxorem habuit Elizabeth filiam Aminadab de tribu Iuda, ſororemque Naaſon qui fuit dux iſtius tribus. Denique D. Auguſtinus, ſacerdos Iojade, inquit, de tribu Leui duxit filiam Ioram Regis hominis de tribu Iuda, hincque factum eſt, vt Elizabeth & Mariam cognatas in Euangelio legamus cum fuerit Elizabeth de filiabus Aaron: ex quo intelligitur de tribu Leui, & filiabus Aaron aliquas nupſiſſe in tribu Iuda: vnde ita fieret inter ambas illas cognatio, vt Domini caro non ſolum de ſacerdotali, verum etiam de regia ſtirpe propagaretur, ſicque ab vtroque latere verè Chriſtus, id eſt, vnctus eſſet. Itaque cum ex ea tribuum commixtione Ieſus deſcendiſſe probaretur, Suidas refert ſacerdotes Iudaicos conſilium habuiſſe de illo in defuncti Pontificis locum ſubrogando.

Lib. 2. cap. 7.

Lib. 1. contra Appionem.

Iudic. cap. 19.

Lib. 7. quæſt. c. 47 lib. 1. de cōſenſu Euangelii cap. 3. & lib. 2. cap. 2.

V. Obſeruat autem Toſtatus potuiſſe fieri, vt ſacerdotes cum regibus per nuptiale fœdus contraherent affinitates, quo, & illi honoratiores eſſent huiuſmodi affinitate regia, & iſti meliores fierent

In ca. 21. Leuit. q. 25 & in c. 21. Exod. q. 2.

fierent conſortio ſacerdotum, ac proinde acceptiores populo. At mihi alia meditatio ſuccurrit cùm iſtos Leuitas, & ſacerdotes video, non niſi in tribu Iuda, id eſt, regia coniuges accepiſſe: nimirum non decuiſſe verè regios homines, (quid enim ſacerdotio regalius, id eſt, excelſius?) niſi cum familia regia miſceri, vt ſic pares cum paribus.

Porrò illa tribuum iſtarum commixtio legi tribuum confuſionem prohibenti non officiebat, ſiquidem lex hæreditatibus, & ſucceſſionibus duntaxat proſpiciebat, ne de tribu in tribum tranſirent. Cùm verò Leuitæ interdicerentur portione terræ, periculum non erat ne tribus Iudæ portio alienaretur: ſic Beda. VI. In 3 cap. Lucæ.

Quamobrem ſummo optimo iure ſe Chriſtus, regem Iudæorum, dixit vt ad quem verè regnum pertineret hæreditatis lege: & in quo perficeretur prophetia: non deficiet Princeps ex Iuda, neque dux ex femoribus eius donec venerit cui reſeruatur. Quod impiè Herodiani hæretici, Herodi Antipatri filio, de quo proximo capite loquuti ſumus, adaptabant eum pro Chriſto habentes, quoniam ipſe Idumeus, ſiuè Aſcalonita regnum Iudaicum adeptus erat. VII. Epiph. hæreſi. 20.

Glorientur ergò merito, nec tamen ſuperbiant noſtri ſacerdotes, (ecquid enim ſuperbia in ſucceſſoribus Chriſti?) tanto conditore: Imo omnes Chriſtiani quos D. Petrus, & Ioannes in Apocalypſi genus electum, & regale ſacerdotium appellat: non tamen quod nulla eſſe debeat differentia, inter ſacerdotes & laïcos: ſiquidem vt animaduertit Tertullianus, differentiam inter ordinem, & plebem conſtituit Eccleſiæ authoritas, & honor per ordinis conſeſſum ſanctificatus à Deo: ſed quia cæteros Chriſtianos quodammodo ſacerdotes eſſe oportet, & vt ait D. Petrus, ſpirituales domos in ſacerdotium ſanctum offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum, id eſt, animas ſuas igne charitatis, & perfecti in Deum amoris incenſas. VIII. IX.

Itaque cum ex tribu regia deſcenderit Ieſus, quæſtio eſt an ideò deſcendit, vt ſacerdotio Iuriſdictionem regalem & Monarchicam conſtitueret in omnes perſonas Eccleſiaſticas, & Seculares: & pro omnibus rebus tam ſacris, quàm prophanis & temporalibus. X.

Sanè notiſſimum eſt ex Iuriſconſultorum deciſionibus attendi, in pleriſque teſtantis, & diſponentis, non ſolum verba, ſed vſum vt ex eo voluntas eius pleniſſimam, & veriſſimam inter- XI.

Digitized by Google

pretationem capiat, dicente etiam Petro Chriſtum reliquiſſe exemplum vt ſequeremur veſtigia eius: rogante Paulo vt eſſemus illius imitatores, quemadmodum & ipſe Chriſti erat: ac tandem quæ longè potior eſt authoritas clamante Patre, hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi benè complacui, ipſum audite: Audire autem filium non eſt voci illius aures dare, ſed dictis & præceptis quæ vox perſonat, animum obſequentem præbere. Nam vulgare eſt illud etiam pagani, præcipuum eſſe munus amici quæ voluerit defunctus meminiſſe, quæ mandauerit exequi. Quis autem verior amicus quam qui animam pro ſuis poſuit? Is autem eſt qui intonat beatos eſſe non auditores, ſed factores legis.

Deinde qui eius leges exceperunt, obſeruandi ſunt quomodo eas ſuis actibus, & reſponſis ſunt interpretati. Nam piè & verè Potho præſbyter de ſtatu domus Dei diſſerens: Domus hæc, inquit, in primitiua Eccleſia ædificari cœpit quæ ab Apoſtolis Spiritu ſancto dictante inſtituta eſt. Nam in primitiua Eccleſia formam habemus, quemadmodum in cordibus noſtris domum Domini conſtruamus: domus hæc ab imis ad ſumma proficit quæ à fundamentis incipit. Fundamenta eius in montibus ſanctis: montes ſunt Apoſtoli, montes excelſi cœlo proximi: in his montibus, hoc eſt in Fide Apoſtolica conſtitutis dicitur nobis quod & Moyſi, Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.

Conuenit igitur vt Eccleſiæ principatum ad Domini noſtri necnon Apoſtolórum, & qui eos ſequuti ſunt, verba, præcepta, & exempla reuocemus, vt qualis eſſe debeat non ignoremus.

XII. Primùm vero cum omnis dominatio tripartitò diuidatur in Monarchicam, Ariſtocraticam, & Democraticam quæritur à pluribus, vtri potius adſcribenda ſit Eccleſiaſtica: ſed conſiderantibus Eccleſiam militantem eſſe ad inſtar cœleſtis, & huic vnum principem nempè Deum: deindè à probatioribus & melioris notæ viris ac Philoſophis Monarchicam alijs præferri, Sanior eſt opinio, Statum Eccleſiæ Monarchicum eſſe. Et quidem ille diſpoſitionis eſt ordo, & omnium rerum conſentiens harmonia non multos, ſed vnum ſibi ducem principemque eſſe: ſic in naui vnus gubernator: in acie vnus imperator; atque etiam

Gerſ. ait ſtatum papalem inſtitutum eſſe à Deo Monarchicum & regalem in Eccleſiaſtica Hierarchia: & qui eum voluerit impugnare, aut diminuere hæreticum eſſe: & adeo illum ſtatum eſſe Monarchicum vt in alium puta Ariſtocraticum mutari nequeat aliâs enim non eſſet vna Eccleſia. Conſiderat. 1. ſuper ſtatu ſummi pontif. Conſiderat. 13. de ſtatu Prælator. Conſiderat. 7. de auferibili tate Papæ.

Digitized by Google

in republica Ariſtocratica & Democratica, quis neſcit præcipua rerum eſſe peracta per vnum?

XIII.

Sed hoc ſpeciale in Religionibus quibuſcumque, vt his vnus præeſſet Pontifex: ſic Ægyptij ſuum habebant quem Clemens Alexandrinus, Prophetam vocat, penes quem fuerat ſacerdotalium librorum videlicet de legibus, de dijs, & vniuerſa ſacerdotum diſciplina cognitio. Sic Indi Brachmanæ ſaum: ſic noſtri Druidæ, cui Galli licet exoſum adeò habuerint regnum, vt Vercingentorigis patrem affectatæ dominationis inſimulatum morte affecerint, libenter colla ſubiecerunt: ſic Iudæi: ſic denique Romani quamvis politicam adminiſtrationem in plures diuiſam eſſe voluerint, vnum tamen Pontificem retinuerunt: atque adeò placuit ille principatus, vt non quemadmodum in cæteris magiſtratibus politicis, annuus eſſet, ſed perpetuus: vnde etiam nec relegatus aut in carcerem miſſus ſacerdos deponeretur, vt ſcripſit Plinius, quod tamen verum de ſolis Auguribus, ait Plutarchus: ſed apud Tacitum Blæſijs ablata ſacerdotia prædixerunt eis moriendum eſſe, quaſi non auferri poſſent niſi morte.

Lib.6. ſtrom.

Philoſtr. in vita Appolonij lib. 2. & 3.

Plin. lib. 18. cap. 2.

Plutar. cap. 99. quæſt. Rom. Atque idem de ſacerdotibus depoſitis in marcello cap. 2. Tacit. lib. 6. annal. Sic apud Hæbreos perpetua eſſe debebat hæc dignitas, quod tamen ſub Regibus non eſt obſeruatum. Ioſeph. lib. 15. antiq. cap. 3. primum vero qui hanc legem violauit, ait fuiſſe Antiochum Epiphanem. ibid. Attamen Salomon Abiatharem depoſuit; vt eſt in ſacro volumine: & refert idem Ioſeph. lib. 8. antiquit. cap. 1.

XIIII.

Cum hæc ita ſint credere non debemus Chriſtum, non reliquiſſe Eccleſiæ ſuæ ſtatum excellentiorem, vt ſub vno eſſet vnitas, quemadmodum ex pluribus granis conflatur, vnus panis qui conuerſus in corpus Chriſti, vnit in vno capite & corpore Chriſti, fideles omnes.

Ergo vt nihil à Chriſto dictum, factum, pronuntiatumve eſt perperam, non ſine cauſa Petro ſeparatim ab alijs claues cœlorum delegatæ ſunt, ſoluendi, ligandique poteſtas commiſſa eſt: ſolus interpellatus eſt de amore, vt propter illum audiret, Paſce oues meas & agnos meos: ſoli dicitur, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: ſoli præcipitur vt confirmaret fratres ſuos: ac tandem ſolus ad Ieſum pergit per maris plenitudinem, cæteri autem per varias cymbas: hæc inquam quæ vulgaria ſunt, non ſine cauſa: ſed vt ſciretur in poteſtatem plenitudinis illum vocatum: cæteris autem Apoſtolis partem ſolicitudinis eſſe commiſſam, cuius partis integrum corpus in vno Petro Chriſto Vicario eſſet: huic per omnes cœlos, id eſt,

Digitized by Google

per omnes regiones iuriſdictionem competere: alijs autem in cœlo tantum, id eſt, ſua duntaxat in prouincia: & breuiter Optatus Mileuitanus, Claues inquit, regni cæteris communicandas accepit.

Orig. tract. 1. & 6 in Matth. D Auguſtin in Pſalm. 108. Gerſon de poteſt. Eccl. conſiderat. 4.

Quod verò quidam volunt quæ dicta ſunt Petro, dicta eſſe illi pro Eccleſia aut Apoſtolis, nihil derogat primatui, vel vt Gerſon loquitur Monarchiæ Petri. Imo primariò & principaliter dicta hæc Petro vt intelligerentur dicta Eccleſiæ, proindeque omnibus Apoſtolis & ſacerdotibus denotante primatum Petri, quo conſtitutus eſt cæterorum caput quandoquidem in eo intellecta eſt Eccleſia, intellecti ſunt Apoſtoli: ac vt dixit D. Auguſt. figurarit ille Eccleſiam, propter illum primatum, quem in diſcipulos habebat. Sed vt liberius loquamur, quare cum abſolutè Chriſtus, hæc omnia ipſi Petro dixit non credemus ei ipſi abſolutè adtributa?

XV.

Orige. homil. 17. in Lucam. hom. 8 in Hieremiam. D. Chryſ. ho. 55 in Mat. & hom. 87. in cap. 21. Ioann. D. Damaſcen. ſerm. de tráſfigurat. Chriſti. Valent. & Theodoſ. l. vn. de ordin. epiſc. C. Theodoſ. D. Athanaſ. epiſt. ad Fœlicem. D. Baſil lib 2. aduerſ. Eunom. D. Hieronym. cap 4. de regul. Monach.

Quapropter quod Optatus dixit, & plurimi alij ſancti Patres dixerunt, nempe D. Petrum, verè Apoſtolorum principem eſſe, qui totius Eccleſiæ arcem teneat, pro omni Eccleſia redditurus rationem: ſic Origenes, & D. Chryſoſtomus: Hieremiam quidem vni genti pater: Petrum autem Chriſtus vniuerſo terrarum orbi præpoſuit: & alibi: quid tandem aliis omiſſis de his duntaxat Petrum affatur? Os erat Apoſtolorum, & Princeps, & vertex ipſius cœtus. D. Damaſcenus: ideo Petrum aſſumptum eſſe in montem, vt transfigurationis Chriſti conſcius eſſet, quia totius Eccleſiæ gubernacula ſuſcepturus erat. Imperat. Valentin. & Theodoſius, S. Petrum dicunt Principem Epiſcopalis coronæ, & Rectorem vniuerſitatis. D. Athanaſius ſuper fundamentum Petri Eccleſiæ columnas eſſe confirmatas, id eſt, Epiſcopos: D. Baſilius Petrum propter fidei excellentiam Eccleſiæ ædificationem in ſeipſum ſuſcepiſſe: denique D. Hieronym. totius Monarchiæ principatum traditum eſſe Petro. En Monarchia.

Et quis iam negabit, niſi præfractè hæreticus D. Petri Monarchiam & principatum tot ſanctorum hominum elogiis aſſertum? Neque verò ſtolidum vllum eò vſque futurum puto, vt quod de illo dictum eſt, non cenſeat eius ſucceſſoribus in eadem cathedra conuenire. Quod ſi fortè quiſquam extet, audiat vt conuincatur, niſi Pharaonis cor induerit, Ireneum Lugdunenſem tribuentem Romanæ Eccleſiæ potentiorem principalitatem, ad quàm cæteræ conuenire debeant. D. Auguſtinum: in Romana

D. Auguſtinus ep. 162. 165.

Digitized by Google

Eccleſia Apoſtolicæ Cathedræ vigere principatum: &, vt veluti per turbas eliciatur teſtimonium, Archimandritas & Monachos 2. Syriæ vocantes Hormiſdam ſedentem anno 539. principem paſtorum: & caput omnium: Dardaniæ epiſcopos, Gelaſium I. an. 492. beatiſſimum patrem patrum: Græcos Epiſcopos, ex Concilio Conſtantinopolit. 6. Agathonem patrem ſuum, cui ſit commiſſa Sedes Apoſtolica: ac nouiſſimis ſeculis eoſdem Græcos in Concilio Florentino, cum ſuo Archiepiſcopo Conſtantinopol. & Armeniorum antiſtite, agnoſcentes Pontificem Romanum ſucceſſorem Petri Principis Apoſtolorum: totius Eccleſiæ caput & omnium Chriſtianorum patrem, & Doctorem: eique in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe. Tandemque Antiochenus Epiſcopus, eundem Pontificem appellauit patrem patrum, paſtorem paſtorum, coronam capitum, lumen oculorum, benedictionem vniuerſæ reip. Chriſtianæ, portantem claues regni: tanti ab omni æuo verè orthodoxi, hanc maieſtatem reputauerunt. Vnde non timuit Pataræ vrbis Epiſcopus cum Iuſtinian. Silucrium nefariè tractaret ei obiicere multos eſſe in mundo Reges: nullum verè eſſe ſicut Papam ſuper Eccleſiam totius mundi.

Iuſtin. imperat. dicit Romæ eſſe ſummi pōtificatus apicem, fontem ſacerdotij. Nouel. 9. li. 8 C. de ſumma Trinit. Tomo 2. cōcil. ſub Hormiſda. Eod. tomo 2. ſub Gelaſio. Act. 18. & alibi conc. Conſtāt. anno 678. Epiſt. Antioch. epiſc. tomo 4. biblioth. patr. Vide Ioan. Gobellinum li. 4. commentar. Pij 2. Onuphr. in vitis eiuſd. Pij Adriani 6. Pij 4. & Iulij 3. Acta Concilij Lateran. de epi. Epiſc. Maronis. ad Leon 10. Libera. in Breuiario cap. 22.

XVI.

Rationem autem iſtius principatus S. Patres ad neceſſitatem vnitatis retulerunt, vt vno capite conſtituto ſchiſmatis tolleretur occaſio, & iam ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem cathedram, collocaret alteram. Nam vt notauit D. Cyprianus, non aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſchyſmata quàm inde quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur.

Opt. lib. 1. D. Hier. dialo. aduerſ. Luciferianos & li. 1. contra Iouinian.

XVII.

Faceſſant autem qui volunt Pontificem Romanum principem Eccleſiarum eſſe non abſolutum, ſed velut etiam Spartæ Regis & iam tum Venetiarum Ducem penes, quem Regis ſpeciem intueri poſſis poteſtatē nuſquam, vt Contarenus ait: adeò etiàm republ. inferior vt Decemuirum capitali ſupplicio ſit obnoxius quod Exemplis probatur: nec penſione trium millium, & quingentorum aureorum ei adtributa vti liberè queat, in alios vſus quam qui ei præſcripti ſunt. Denique ſolo regio apparatu ornatuque corporis diſpendium poteſtatis ei rependitur.

At noſtrum Pontificem huiuſmodi eſſe debere nec ſcriptura

Digitized by Google

dicit, nec ratio patitur. Neque enim qui Petro claues dedit, & qui vt paſceret commiſit; adiecit, vt ex præſcripto huius, aut illius poteſtate clauium, & iure paſtoris fungeretur: ac paucis D. Hieronym. Eccleſiæ, inquit, ſalus in ſummi ſacerdotis dignitate pendet cui ſi non exſors, & ab omnibus detur eminens poteſtas tot in Eccleſijs efficiuntur ſchiſmata, quot ſacerdotes.

D Hieronym. Dialogo aduerſ. Luciferian.

Itaque nec iudicari ab vllo homine poteſt, qui iudicare omnes debet, ſaltem in foro conſcientiæ, nec minus reddenda illi obedientia, licet iniquè gubernet, quam principi temporali licet tyranno: ne prætextu corrigendi aut deponendi illius, ſchiſmata, confuſio rerum & hæreſes naſcantur, ac medicina morbum augeat, quod ſæpius contigiſſe hiſtoriæ docent: adeò non placet regum regi ſubditorum rebellio aduerſus principes ſupremos, quia eos ſuo reſeruauit iudicio, exacturus ab eis maiorem villicationis rationem, quo maiorem poteſtatem habuerint dicente Scriptura: Potentes potenter tormenta patientur.

Iam vero in quibus conſtiterit illa principalis Iuriſdictio noſtri Pontificis, & quæ iura ſibi adtribuerit Monarcha ſpiritualis primum, & ſucceſſu temporis diſquirendum eſt. Hoc interim præſcientes quod exemplis patebit, medios & poſtremos pontifices plurima ſanxiſſe, & ad ſe reuocaſſe in exaltationem authoritatis Eccleſiaſticæ quæ primi ignorauerunt: nempe ſeu quod neceſſitas aut abuſus cauſam dederint, vt intentiore gladio vterentur: ſeu quod non ſatis, vt videbatur, reuerentibus eam maieſtatem, aut temporali eius dominio inuidentibus viſum ſit adhibere ad obedientiam exigendam, & illud dominium conſeruandum plurima quæ an prædeceſſoribus placuiſſent ambigitur. Nec tamen inde minor principatus aut reuerentior cogitantibus, idem contigiſſe Monarchis temporalibus quos conſtat non ſemper abſoluta vſos eſſe poteſtate, ſed plerumque ex comitiorum decreto: Deinde omnia primum rudia & debilia, augere & politiora fieri ſucceſſu temporis.

Digitized by Google

CAPVT III.

DE ROMANI PONTIFICIS IVRISDICTIONE PRINCIPALI IN Legibus & Conſtitutionibus faciendis, & promulgandis quoad Fidem, Religionem & negotia Eccleſiaſtica.

Lectio Cap.

1. *Monarcharum præcipua Iuriſdictio eſt in legibus promulgandis.*
2. *Romani pontifices leges dederunt omnibus Regionibus.*
3. *Non ambitione ſed debito iure hanc Iuriſdictionem eos exercuiſſe.*
4. *Lex de legalibus non obſeruandis à D. Petro pronunciata.*
5. *Monarcha Senatum habere debet: cui tamen non adſtringitur neceſſariò.*
6. *Variæ Conſtitutiones primorum Eccleſiæ Romanæ Pontificum ad varios vbique Epiſcopos.*
7. *Aſſeruerunt ſuas Conſtitutiones adhibita excommunicationis pœna. Exempla.*
8. *Cenſura in D. Cyprianum Stephani I. Decreto de non rebaptiſandis contradicentem.*
9. *Canones Romanorum Pontificum ab orthodoxis obſeruatos eſſe.*
10. *Præcipuam vim vbique habuerunt eorumdem Pontificum Decreta de Fide.*
11. *Exempla ex Concilijs generalibus.*
12. *Maiora Eccleſiæ negotia ad eos referenda eſſe, ijdem Patres cenſuerunt.*
13. *Neceſſarium eſſe ad Legum Eccleſiaſticarum promulgationem vnum Eccleſiæ Monarcham.*

STET ergo ſententia, Eccleſiæ Statum Monarchicum eſſe ac viſibilem illius Monarcham, oportere dici Romanum Pontificem.

Porrò liquet Monarcharum præcipuam Iuriſdictionem eſſe in Legibus ſanciendis, & Magiſtratibus inſtituendis, qui illarum obſeruationem curent. Sed de Legum promulgatione primùm dicamus. I.

Equidem Romanorum Pontificum habemus Decretales Epiſtolas, ad omnes vbique Eccleſias, quibus multa quoad Eccleſiaſticam diſciplinam continentur. Vnde patet ſcribentium diffuſa, & non vno loco limitata authoritas. Et ſi quis conferat primo- II.

Digitized by Google

rum Sedis Romanæ Pontificũ Decreta, cum Sanctionibus Synodorum ſiue prouincialium, ſiue generalium, quæ deinde ſequutæ ſunt, animaduertet has illis conuenientes eſſe velut promulgantes Epiſcopi ſuis in prouincijs, quod Eccleſiæ principes ſtatuerant: vt in ciuili politia muneris eſt Prætorum, Præfectorum, & Magiſtratuum prouincialium, Edicta Imperatorum, & Regum, in ſuis tribunalibus publicare.

Iſtæ autem Epiſtolæ fidem faciunt, quanti iuris tum fuerit Iuriſdictio Romani Pontificis: quandoquidem de appellationibus, cauſis, & negotijs Eccleſiaſticis Edicta fecerint. Neque verò
III. minoris momenti eſſe debent, quod quaſi in ſua cauſa loquuti ſunt, vt Nouatores allegarent. Nam quis crederet in re tanti ponderis, ipſos ſanctos martyres quorum, tot ſeculis veneratur ſacra memoria, & quos æuo beatorum aggregatos certò credimus, falſam ſibi authoritatem aſſeruiſſe, nec vnquam dicti, factiue ſui quod eam primatiam ſeu Monarchiam teſtaretur, pœnituiſſe? An non in ſanctitate mortui eſſent, ſi in falſi aſſertione, aut iuris indebiti vſurpatione? At ſanctos comprobant tot miracula. Deinde veros, & orthodoxos eos fuiſſe adeò conſtat, vt ab eorum legitima ſucceſſione non vllis hæreticis interrupta probetur vnitas Eccleſiæ. Quis autem orthodoxos dixerit falſam opinionem habentes? Et quæ tandem cauſa intactos ſequentium ſeculorum vitijs vt ſuperbia, vel auaritia impuliſſet homines, niſi Dei ſolius ac ſponſæ eius Eccleſiæ cauſa, & veritas vt ea curarent & proferrent quæ principatus ſummi erant? Quis denique credat inter gladios, ſupplicia, nuditatem, & paupertatem de ambitione cogitaſſe illos, ſuam vt cathedram attollerent, qui vitæ ſuæ vix ac ne vix quidem conſulere poterant?

Tertull. de præſcript. D. Auguſtin. epi. 165.

Itaque iure ſuo meritóque Sanctiones canonicas promulgauerunt quibus inferiores & ſubditi in quibuſcumque Eccleſijs
IV. obedirent. Primum exemplum habemus in Actis Apoſtolorum, vbi de legalium obſeruatione rejecta eſt quæſtio ad vrbem tunc inter Chriſtianos primariam: ac Concilio hac de re habito præfuit Petrus: atque is velut teſtatus deciſionem iſtius quæſtionis à ſe petendam eſſe: Gentes, inquit, elegit Deus per os meum audire verbum Euangelij, nempe leges Euangelio conformes. Nam propoſita controuerſia eò ſpectabat. Cenſuit itaque non imponendum eſſe iugum ſuper ceruices diſcipulorum, id eſt, non cogendos gentiles ad Euangelium venientes legalia obſeruare.

Equidem

Digitized by Google

Equidem conuenerunt Apoſtoli, & ſeniores cum Petro: ſed profectò Monarcham ponimus, id eſt, optimum principem, vel iuſtæ Monarchiæ caput: qui Senatum habeat, cuius ex conſilio regat: & Iuriſconſultos quos conſulat, eorumque ſententijs accedat potiuſquam illi in ſuam, vt Alexander Seuerus apud Lampridium: & Theodoſius, ac Valentinianus in ſuis Conſtitutionibus dixerunt: neque tamen inde ſequitur Monarchiam, illam in Statum Ariſtocraticum abire, vt ex Gerſonio notauimus. Certum enim eſt Monarcham pleraque facere poſſe, etiam legitimè abſque conſilio Senatus: neutiquam verò principem Senatus, abſque illius deliberatione, & reſolutione in Statu Ariſtocratico, quia totus ab illo pendet: non item Monarcha. Quod ſi iſte ſuum Senatum negligat, & neglecto eo illegitimè gubernet tyrannus eſt; ſed princeps, cuius ordinationi reſiſtere non licet. V.

L. 8. C. de legib.

Quamobrem indubitatum maneat Pontifices Romanos, vt Eccleſiæ Monarchas ſuo optimo iure Conſtitutiones feciſſe, leges que ſanxiſſe pro vniuerſa Eccleſia, eaſque miſiſſe etiam ad longinquas regiones, puta Euariſtum, ad Epiſcopos Africanos, & Ægyptios de validitate nuptiarum, & reſtituendis epiſcopis, qui abſque iudiciali forma dejecti erant: Alexandrum ad omnes epiſcopos de accuſationibus ſacerdotum, & querelis aduerſus epiſcopos, de benedictione ſalis & aquæ, & mixtione vini, & aquæ in Sacramento ineffabili: Xiſtum de ſacris vaſis, non ab alijs quam ſacratis hominibus attrectandis; de appellationibus ad ſedem Apoſtolicam, & ſpoliatis iniuſtè ſacerdotibus reſtituendis: Teleſphorum ad vniuerſos fideles de ſeptem Hebdomadarum ieiunio à clericis ante Paſcha obſeruando, & Hymno Angelico in Miſſa recitando: Pium ad eoſdem de Paſchate celebrando die Dominica: Anicetum ad epiſcopos Galliæ de ordinationibus epiſcoporum, de primatibus & metropolitanis, & de habitu & tonſura clericorum in modum Sphæræ ſuper caput: Victorem ad Theophilum Alexandriæ epiſcopum, item de Paſchale eadem Dominica die celebrando: Calixtum de ieiunio quatuor temporum, & ad Galliæ epiſcopos, vt nullus epiſcopus alterius fines inuadat, de mutationibus, id eſt, tranſlationibus epiſcoporum, ob neceſſitatem duntaxat, & de gradu in quo licita ſit coniunctio conſanguineorum: Vrbanum ad omnes Chriſtianos de diſpenſatione, & cuſtodia rerum Eccleſiaſticarum: Anterum ad VI.

Digitized by Google

Epiſcopos Boeticæ, & Toletanæ prouinciæ, de ijſdem mutationibus: Fabianum ad Epiſcopos Orientales de Chriſmate conſecrando: Fœlicem I. & Marcellum aduerſus eos qui Filium minorem Patre dicunt: & alios Pontifices Romanos, qui ac etiam prędicti alios Canones ediderunt ad rem Eccleſiaſticam pertinentes.

VII. Neque verò hæc Reſcripta ſimplices admonitiones fuerunt, ſed leges à principe promulgatæ, & ad ſubditos miſſæ quibus obedire deberent: quod non neſciens Victor Aſianos Epiſcopos excommunicauit, quoniam Decreto ſuo de feſtiuitate Paſchatis non adquieſcerent: an verò ſtolidę mentis fuiſſet eos excommunicare, niſi tutus eſſet iure ſuo in omnes Eccleſias principali? Item cum D. Cyprianus vt homo pronus eſt ad lapſum reclamaret ab Edicto quod Stephanus I. publicauerat de non re-

VIII. baptizandis illis, qui ab hæreticis ſed inuocato Trinitatis indiuiduæ nomine baptizati eſſent, & Concilio Carthagine habito diceret, proferamus quid hac de re ſentiamus neminem iudicantes, aut à iure communionis amouentes: Neque ęnim quiſquam noſtrum ſe Epiſcopum Epiſcoporum conſtituit. Quorſum inquam hæc Cyprianus inferret, niſi quia ſciret Romanum Pontificem ſolitum eſſe pronuntiare cenſuras in eos qui Decretis ſuis contumaces eſſent? Tu verò Cypriane (cum venia dixerim) an potuiſti per ea verba, nemo ſe Epiſcopum Epiſcoporum conſtituit, comprehendere Pontificem Romanum ſucceſſorem Petri, qui alio loco non obſcurè ſignificaſti, ita Petro primatum eſſe in Apoſtolos datum, tantamque iſtius primatus vim vt eius authoritate poſſet D. Paulum à quo reprehendebatur compeſcere? At qui Primas eſt, nonnè Epiſcopus Epiſcoporum rectè dicitur? Quis vero crederet inanem illam primatiam? Porrò inanis foret, ſi non authoritate decernendi & iubendi prędita eſſet. Itaque merito patres eum primatum non modo in perſona Petri, ſed cuiuſcumque Pontificis Romani, vt ſucceſſoris eius in principatu & Monarchia conſtituerunt, vt Iam notauimus: & de illa D. Cypriani contumacia D. Auguſtinus loquens ſatis intelligit, ſe potius Stephani Decreto obedire, quam ſententiæ Cypriani, ne in Petrum contumelioſus exiſteret: Quis enim, inquit, neget illum Apoſtolatus principatu, cuilibet epiſcopatui præferendum? Denique ipſa etiam eſt D. Auguſtini ſententia Cyprianum ad ſe reuerſum, Stephani Decreto adquieuiſſe.

Lib. 2. cap. 2. de baptiſmate contra Donat.

Ep. 48.

IX. Longum eſſet omnes referre Canones, quos Pontifices Roma-

Digitized by Google

ni purioris ætatis vt volunt hæretici, pro omnibus Eccleſijs ediderunt: habentur autem in voluminibus Conciliorum: ſed hoc certum à pijs & orthodoxis viris illos obſeruatos eſſe: quippe cum D. Hieronymo ſentientes ſpargere eos, qui cum illis non colligerent: Antichriſtos eſſe, qui Chriſti, id eſt, Vicarij eius non eſſent. Et in eam fermè ſententiam D. Auguſtinus canonicas haberi dicit ſcripturas, quas Apoſtolica ſedes habere decreuit, & ab ea meruerunt alij accipere.

Ep. 25. lib. 1. Select.

Can in canonicis diſt. 19. ex cap 8 lib. 2. de doct. Chriſt.

X. Sed potiſſimum præualuiſſe Pontificum Romanorum Decreta de Fide apud antiquos orthodoxos Patres pleniſſimè conſtat, nempe eius Eccleſię Pręſulum, cui totam doctrinam Apoſtolicum ſanguine ſuo perfuderunt, vt dixit Tertullianus: in qua nullus Pontifex inuentus eſt Donatiſta, id eſt, hæreticus vt ſcripſit D. Auguſtin. ad quam notauit, D. Cyprianus non poſſe perfidiam acceſſum habere: & D. Hieronym. Romanam fidem pręſtigias non recipere etiam ſi angelus aliter nuntiet quam prædicatum eſt Pauli authoritate munitam non poſſe mutari.

De præſcript.

Ep. 165.

Ep. 55.

Apolog. 5. aduerſus Rufin.

XI. Quid quod in Concilijs Generalibus (vnde magnum teſtimonium huic narrationi) Patres poteſtati ſunt nempè in Calchedonenſi ſe credere quod Leo: in Conſtantinopolit. 5. ſe amplecti epiſtolas præſulum Romanorum Apoſtolicæ ſedis de Fide, & quatuor Concilijs vel etiàm vno eorum ſcriptas: in Conſtantinopolitan. 6. ſe Agathonis ſequi doctrinam de duabus naturis Chriſti eiuſque ſubſcripſerunt Epiſtolæ: in Nicæno 2. vniuerſali 7. ſe ſentire quemadmodum continetur Adriani Papæ Litteris. In Conſtantinopolit. 8. anathematizauerunt Photium, quod contra ſacras regulas, & ſanctorum Romanorum veneranda Decreta, è laïco factus eſſet Epiſcopus: ac demum in Epheſina Synodo lecti ſunt Commentarij Romæ ſcripti contra Pelagianos.

An hæc erant approbare Iuriſdictionem principalem Romani Pontificis, id eſt, ſummi in legibus & conſtitutionibus faciendis? Nam ſi approbauerunt quoad fidem multò magis, XII.
quoad cætera Eccleſiæ negotia, quæ vbi maiora eſſent ad eum referri oportere ſcripſerunt Theodoritus Cyri Epiſcopus epiſtola ad Leonem: & Theodorus Studita ad Leonem 3. alijque Orientales Græci & Epiſcopi ad eum confugientes, ab inimicis oppreſſi docuerunt, vt ſuis locis videbimus.

Atque eò loci docere poſſemus, tantam apud eoſdem anti-

Digitized by Google

quos Patres reputatam eſſe, Fidei Romani Pontificis integritatem, vt qui cum eò ſentiret orthodoxus diceretur, qui non ſentiret hæreticus. Sed fortaſsè hunc Tractatum de legibus, & decretis, iſta narratio egrederetur, proindeque ad alium opportuniorem locum transferenda.

XIII. Quod autem ad legum & canonum promulgationem dubitari non debet, quin neceſſe ſit illam pendere ab vno, qui ſit totius Eccleſiæ Princeps: ſiquidem ſi Anarchia conſtituatur, vt omnes Epiſcopi ſint æquales, quandoquidem par in parem non habeat imperium: ac etiam primates ſint in poteſtate æquales, certũ eſt quod vniuſquiſque in ſua Primatia, vel Dioeceſi ſtatuerit, alios niſi placuerit non admiſſuros, provt in politico ſecularium principum ſtatu animaduertitur. Vnde ſanè Eccleſiæ, animarumque ſalus in dubio hæreret: ac hæreticis improbiſque, quidlibet ſanciendi fas eſſet. Ergo vt omnes contineantur in officio oportet, vnum omnibus præeſſe, vt iam diximus: qui leges ſanciat Eccleſiæ ſalubres, caueatque ne exitiales inferantur.

CAPVT IIII.

DE EADEM AVTHORITATE IN PRIVILEGIIS ET DISPENSATIONIBVS concedendis ad varios caſus enumeratos.

LECTIO CAP.

1. *Priuilegia conceſſa Monaſterÿs ab Epiſcopo Rom. quid tribuerint.*
2. *Tributorum exemptionem à principe ſeculari expetendam eſſe, quoniam his ſunt obnoxÿ Eccleſiaſtici.*
3. *Pontifex Rom. nihil iuris habet in diſpenſatione temporalium purè ſecularium.*
4. *In ſpiritualibus & rebus Eccleſiaſticis priuilegia dare poteſt.*
5. *De Eunuchis & diſpenſatione cum illis vt ad ſacros ordines promoueantur.*
6. *De Apoſtolicis Canonibus.*
7. *De tranſlatione Epiſcopi & in hac diſpenſatione.*
8. *Differentia inter tranſlationem & tranſitionem.*
9. *Ab Epiſcopo Romano pendet in iſtis diſpenſare.*
10. *De renuntiatione.*
11. *Cenſura renuntiationum in fauorem.*
12. *De diſpenſat. cum lapſis pænitentibus.*
13. *Cum Bigamis.*

Digitized by Google

14. *De Polygamia.*
15. *De Continentia & puritate in ſacerdotibus requiſita.*
16. *Laici ſumpturi panem cœleſtem, uxorum ſuarum conſuetudine an abſtinere debeant aliquot antè diebus.*
17. *De vxorijs olim ſacerdotibus, vt poſt ſacerdotium abſtinere ſe illis debuerint.*

VT Principis ſupremi eſt Leges & Conſtitutiones facere, ita eius eſt illas interpretari, eiſque derogare per diſpenſationes & priuilegia quæ nulli alij concedere licet: Nam in iſtis concedendis maximè poteſtas elucet imperantis. Vnde apud veteres Romanos cum Status popularis eſſet lex 12. tabularum vetabat irrogare Priuilegium niſi Comitijs centuriatis. Et quoniam hæc prærogatiua eſt dominatus ſummi priuilegium dare, Ideo dicitur ſacrilegij inſtar eſſe de principali iudicio diſputare, & qui diſputarit infamiæ notam incurrere. Cic. in orat. pro Sextio. L. 2 de crimine ſacrilegij. l. 1. de leg. & conſtitut.

Quia vero regulæ, legeſque canonicæ exactè ſeruabantur in priſca Eccleſiæ ſanctitate, pauca reperiuntur priuilegiorum & diſpenſationum monumenta. Sed poſteriora ſecula hanc Romano Pontifici detulerunt authoritatem certis duntaxat caſibus, ſed minoris momenti ad inferiores Epiſcopos relegatis: quoniam grauiora, arduaque negotia ad ſuam ſedem remittenda eſſe placuit, etiam primis Romanæ Cathedræ Antiſtitibus non ambitione vlla, vt diximus, quæ iſtis ſine dubio ſanctis tribui non poteſt abſque grandi peccato, ſed ex debito propter prærogatiuam S. Petri.

Porrò nota ſunt Priuilegia quæ Eccleſijs & Monaſterijs conceſſerunt Greg. Magnus, Ioan. VIII. Nicolaus 1. & alij: horum enim conſignata ſunt exemplaria in iſtorum Pontificicum ſcriptis. Non tamen ita fuit abſolutum Romanis Pontificibus priuilegia impartiri huiuſmodi, quin & ſimilia concederent Epiſcopi in ſua quique Dioceſi, provt conſtat ex Marculphi formulis: ex quibus etiam addiſcimus Regem in conceſſione priuilegiorum Eccleſiaſticorum concurrere ſolitum: videlicet Epiſcopi concedentes, quoad iura Eccleſiaſtica: puta eximentes aliqua Monaſteria ab Epiſcopali Iuriſdictione: Rex vero quoad temporalia, (quorum penes illum eſt diſpoſitio, nam per Reges terræ, vt ait D. Auguſt. poſſidentur) vt quietè poſſiderent quidquid illis oblatum & datum eſſet, & fiſcus remitteret quodcumque iûs ab illis præſumere poſſet. Vt ſcirent ſe obnoxios eſſe principi- I. Lib. 1. formul. cap. 1. & 2. II.

Digitized by Google

bus à quibus proinde priuilegia ſua expetere deberent, neque ſe diuino iure ſed humano exemptos eſſe cenſere oportere, vt D. Thomas dixit: nec abhorrens à ſententia S. Patrum. Siquidem D. Paulus prædicauit, Omnem animam poteſtatibus ſubditam eſſe, proindeque tributum præſtare. Nam vt eo loci notat D. Ambroſ. Tributum eſt ſubiectionis ſymbolum, ideoque penditur à ſubditis vt ſciant ſe non eſſe liberos. Ac ne quis putet Eccleſiaſticos vt filios ab ea ſubiectione, & proinde tributi erogatione exemptos. Ecce D. Chryſoſtomus ab iiſdem Apoſtoli verbis ne quidem Angelum excepit, non prophetam, non ſacerdotem. Sic Origenes: his tributa, inquit, penſitamus dum adhuc ſecundùm carnem viuimus, & quæ carnis ſunt cogitamus. Nam ſi vineam Domini colimus, & vitem veram quæ eſt Chriſti exercemus in nobis: de iſta vinea miniſtris ſeculi tributa non pendimus, ſed ipſi Domino fructus in tempore reddemus. Et infra: Exigunt enim à nobis tributa terræ noſtræ, & vectigalia negotiationis noſtræ.

In cap. 13. ad Rom.

In d. cap. 13.

Baſilius Magnus: Soluat Tributum Monachus qui tributis eſt obnoxius: explicat vero alibi. Quis ſit tributis obnoxius: Is nempè qui ad Monaſterium ſe aggregans, aliquid quod ad Cæſarem pertineret attulerit: Quod ſi ita diſceſſerit vt propinquis omnia reliquerit, nihil eſt quod dubitet, aut ipſe, aut qui eum receperunt. Sic Gregor. Nazianzenus Iulianum peræquatorem exhortatur ne deſcribat Sacerdotum & Philoſophorum cœtum, qui nullo vinculo humi tenentur, qui ſola corpora, ac ne ea quidem tota poſſident, qui Cæſari nihil, omnia Deo habent.

De regul. Monach cap 97. cap. 94. breuior. regul.

Orat. ad Iulian.

Ergo ſi haberent, deſcribendi eſſent, aut impetrandum à principe vt tributi penſione liberarentur cuiuſmodi idem Nazianzenus pro iiſdem Clericis exorat. Denique D. Ambroſ. Si priuilegium quærat Sacerdos vt onus curiale declinet: patria & auita omnium facultatum poſſeſſione cedendum illi eſt, & alibi: Si tributum petit Imperator non negamus, agri Eccleſiæ ſoluunt tributum.

Ep. 166.

Ambr. in reſp. ad relat. Symmachi. ep. 31. & orat. contra Auxentium.

Vnde nemini mirum eſſe debet ſi ad contributionem onerum vocati ſunt Clerici quippe quæ iure humano debeant ſiquidem eodem iure poſſeſſionibus terrenis incumbentes. At iſtius iuris moderator eſt Princeps temporalis: qui ideo poteſtatem habet remittendi onera temporalia. Et remitti Eccleſiaſticis plurimum placuit videlicet pro agris Eccleſiæ, non pro auitis & peculiari-

Digitized by Google

bus, vt nos Galli tenemus, ſancitumque eſt in comitijs Aurelianenſibus & declaratum tam in Conſiſtorio Regio pro Delphinatibus, quàm nuperrimè in Curia Iuuaminum Lutetiæ. Neque ſoli hoc obſeruamus: Nam author eſt Alphonſus Villadiego Hiſpanus apud ſuos id in vſu eſſe, vt Eccleſiaſtici de ſuis patrimonialibus tributum præſtent: atque etiam Eccleſiæ de fundis tributariis qui ad eos peruenerunt: & de cæteris vbi ratio vrgens requirit.

Artic. 129. Die Lunæ 14. Martis. an. 1622.

Cap. 5. *De la inſtruction. iudicial.* n. 126. & ſeq. vſque ad f. prope. capit.

III. Sed non eſt huius loci diſquirere an rectè necne tributis ſubijciantur Eccleſiaſtici: ſufficiet non ita abſolutam eſſe in illos poteſtatem Romanorum Epiſcoporum vt ipſorum agros tributis eximere, & priuilegiis donare queat niſi conſentientibus principibus temporalibus. Quapropter cum Bonifacius 8. conſtitutionem edidiſſet pro exemptione Clericorum, ac ea confiſus Clerus Anglus ſubſidium regi denegaret, Rex eum à protectione ſua ſecluſit, vt tunc impunè eſſet Clericorum poſſeſſiones prædari: indeque coacti pacem redimere conceſſa bonorum ſuorum quinta parte. Nec quid diſſimile narrat Guillelmus Brito de noſtro Philippo Auguſto, cui non eſt auſus Innocentius 3. contradicere, licet imploratus ab Eccleſiaſticis.

Thom. VValſing. in Edouardo 1. & in Neuſtria ad an. 1296 1297.

Brito li. 5. Philipp Rigord. in eius vita.

Ac demum certiſſimi iuris eſt apud nos nullius eſſe momenti exemptiones à Pontifice Romano conceſſas in temporalibus, ſed Regis ſecularis opus eſſe Reſcriptis. Quæ liberaliter ſæpenumero indulſerunt vt veteres hiſtorici referunt Aimoin. pro Monaſterio S. Vincentij: Flodoardus pro Eccleſia Rhemenſi & aliis.

Aimoin. lib. 5. cap 1. Flodoat d. li. 2. cap. 11. & 17. Greg. Turon. lib. 3 cap. 23. lib. 10. cap. 7.

IV. In ſpiritualibus autem non dubitatur quin ſummus Pontifex priuilegia indulgere poſſit, neque ſolis Eccleſiaſticis verum etiam laïcis & Principibus ſecularibus qui ea ſæpiſſimè ab eo exquiſierunt, puta ius nominandi ad beneficia ſimplicia quędam: Ius percipiendi decimas & priuilegium ne à ſuis Epiſcopis excommunicentur, ſed à ſolo duntaxat Epiſcopo Romano: & alia huiuſmodi publicante etiam Ludouico XI. per compita Lutetiæ Pariſiorum, conceſſum eſſe regibus Franciæ à Pontificibus ſummis, vt ſingulo quoque quinquennio Synodum Eccleſiaſticam conuocare poſſent Cleri reformandi cauſa: cujus cōceſſionis authoritate conuocationem promulgabat, quanquam notum ſit pleraque eſſe indicta à ſuperioribus Regibus ac potiſſimùm Carolo Magno & Ludouico Pio: neque iſtis Pontificibus, quod dicatur, authoribus neque etiam reclamantibus Epiſcopis. Imo Lu-

Addit. ad Monſtrelet.

Digitized by Google

douicus Rex Italiæ Lotharij Imperatoris filius accepto, à patre mandato Conuentus habuit in Italia, & præſentibus omnibus etiam Epiſcopis dixit, ſe cognoſcere velle de vita & officio Epiſcoporum atque omnium Clericorum, de ſacris concionibus ad populum, de inſtauratione templorum, diſciplina Monarchorum, & cæteris huiuſmodi. Quorum tamen plurima nullatenus Principem ſecularem attinent. Denique Carolus aduerſus etiam ipſum Pontificem nempe Leonem, & Ludouicus aduerſus Paſchalem, Synodos Romæ edixerunt, ſed de eorumdem Pontificum & Cleri conſenſu, vt credendum eſt. At Carolus Caluus quo validior eſſet ad conuocandos & corrigendos Eccleſiaſticos, ſe in hoc vices Romani Pontificis gerere dixit.

Sigon. lib. 5. de regno Ital. ad an. 855.

Aimoin. lib. 5. cap. 33.

V. Sanè plurima fiebant olim extra diſpenſationem Epiſcopi Romani, & priuilegium ab eo impetratum, in quibus hodie requiritur. Nam qui nulla neceſſitate ſed inconſiderato caſtitatis amore virilia ſibi abſciderant, vetabantur Decreto Apoſtolico & Nicæno ad ſacros ordines promoueri. Cuius Decreti Nicæni cauſam dediſſe dicitur Leontius præſbyter, qui accuſatus de commercio cuiuſdam iuuenculæ mulieris, iuſſuſque ab Euſtachio Antiocheno eius contubernio abſtinere, ſeipſum caſtrandum dedit, quo ita liberè eius commercio vti poſſet: neque tamen vel ita ſuſpicionem abluere potuit, quo minus cum præſbyter eſſet deponeretur. Sanè in eum qui ſe caſtrauit quaſi imparem libidini, plura eleganter D. Baſilius. Fuitque quondam Secta Valentinianorum, vt ait Epiphanius, ſeu Valeſiorum ex D. Auguſtino, qui quos ſecum admittebant, perſuadebant vt ſe caſtrari permitterent, nec antè ſinebant animalibus veſci quam ſe emaſculaſſent: Tunc vero concedebant quaſi non amplius periculum eſſet, ne per edulia ad illecebras carnis prouocarentur, videlicet Domini dictum ad litteram capientes, qui cordis, id eſt, ſenſus interioris, caſtrationem per ieiunia & macerationem non ipſam exteriorem intellexit, vt pote quæ fomitem peccati non reſecat. Vnde ſcitum nec ipſos caſtratos à deſiderio concubitus prorſus auerſos eſſe faciente fidem, quod narrat Philoſtratus in vita Apolonij. Indeque etiam eunucho prohibuit Synodus in Trullo mulierem habere, vt notat Zonar. ad can. 3. Nicæn. Porrò ſemper vetita fuit ipſa caſtratio carnis, niſi ex conceſſione principali: Qua de re Iuſtinus Martyr. narrat hiſtoriam cuiuſdam adoleſcentis Chriſtiani, libellum Fœlici præfecto Auguſtalis offerentis, vt Medico

Can. 21. Apoſt. can. 1. Nicæn. 1.

D. Athanaſ. in Apolog. de fuga.

Opuſcul. de vera Virginit.

Epipha. hæreſi. 58. D. Auguſti. de hæreſib. cap. 37.

Zonar. ad can. 21. Apoſtol.

Tit. de Eunuch. 42. lib. 4. C.

Iuſtin. orat. ad Auton. Pium.

Digitized by Google

Medico caſtrandi eius licentiam faceret quod ille timore pœnæ detrectabat. Ergo qui in hoc crimen incidiſſet non debebat ſacris initiari niſi ſaltem à ſeueritate iſtius canonis abſolutus. Quis vero à canone ſeu Apoſtolico ſeu tanti Concilij diſpenſare poterat niſi ſummus aliquis Epiſcopus quem eminens dignitas, ſupra cæteros erigeret quaſi ſupra canones? At cum Origenes vt tutiore fama conuerſari cum mulieribus poſſet manum violentam ſuis virilibus adhibuiſſet, Theodiſtus Cæſareæ Epiſcopus & Alexander Hieroſolymorum ipſi ſua ſponte eum præſbyterij dignitate cohoneſtauerunt. Quod licet Demetrius Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus argueret, non fuit tamen infectum. Legitur etiam Tigrius factus præſbyter licet Eunuchus non à natiuitate, ſed credi poteſt vel in ægritudine à Medicis ſectus, vel Barbaris quibus ſeruitutem ſeruierat. Certum enim eſt Eunuchos olim in delitijs fuiſſe, ideoque ſolitos in commercium haberi.

Sic plura repetere licet exempla in quibus non attendebatur Pontificis Romani diſpenſatio, ſed Epiſcopi conferendo diſpenſabant.

Sed Principalitas eius tandem obtinuit vt diſtinctio fieret atque Epiſcopus diſpenſaret cum eo qui vel ægritudine, vel vi, vel aliquo alio caſu caſtratus eſt inuitus licet ei per dictos canones diſpenſatio non videatur neceſſaria: at lege Moſaica quæ quanto ſacerdotium Euangelicum Iudaico præſtantiùs eſt, tanto magis obſeruanda fuit in illo vt ad perfectiorem ſtatum, perfectiores & non vitiati corpore reciperentur. Ei autem qui ſeipſum emaſculauit quia pro homicida cenſetur, maiore diſpenſatione ſubueniri oportet: quod Clemens 3. notauit. Nam de primo loquens eum promouendum cenſet: de ſecundo verò addit vt ad ſacerdotale officium excepto duntaxat altaris miniſterio promoueatur: Noſtra, inquit, authoritate & tua ad Epiſcopum ſcribens.

Iuo. ep. 231. cap. 3. & 4. de corpore vitiat. non ordinand. Rebuff. tit. de diſpenſat. cum corpore vitiat. n. 15. 16.

Quoad verò alia corporis vitia, hæc relinquntur Epiſcopi diſpenſationi etiam ſcribente Papa ad Epiſcopum, vt cum mutilato diſpenſet modo non ſit vitium eminens: de hoc enim Papæ diſpenſatio neceſſaria eſt, vt ſi promouendus altero oculo careat: quanquam canon Apoſtolicus docuerit eum qui oculo defectus aut obtuſo crure eſſet ordinandum Epiſcopum ſi alias dignus exiſteret. Nec enim mutilationem corporis polluere, ſed inquinationem animæ.

Idem Rebuff. d. tit. n. 7. 8. 11.

Can. 77.

Digitized by Google

VI.

Ad an 102. Vide diſtinct. 16. can Clemẽt. & alios ibi can. & Bellarminũ lib. de ſcriptoribus Eccleſ. vbi qui veri, falſive ſint canones.

Verumtamen obſeruandum eſt non omnes qui dicuntur Apoſtolorum canones canonicos eſſe: ſed quinquaginta duo tantum vt diſcuſſit Baronius: conueniens in hoc cum Leone 9. vt eſt in decretis.

In can 82. Paulus loquitur, aut inducitur loquẽs de Oneſimo ſeruo, cuius ipſe meminit Epiſt. ad Philemonem. Sozom. lib. 6. cap. 30.

Et quidem oportet hunc canonem Apoſtolis adtributum de mutilitatis ordinandis ignoratum fuiſſe in primis Eccleſiæ ſeculis: Neque enim Ammonius ſibi amputaſſet aurem ne initiaretur ſi ſciuiſſet eam mutilationem nullum impedimentum ordinationi afferre: Neque vero non ceſſantes eum velle ordinare allegabant iſtum canonem, ſed dicebant defectum alicuius membri Iudæis duntaxat curæ eſſe qui vmbram & ſuperficiem obſeruabant, non Eccleſiæ Chriſti quæ interiùs penetrat ad morum integritatem. Affirmante autem Ammonio ſibi linguam quoque præciſurum, à conatu receſſerunt: fuiſſet enim ad Eccleſiaſtica munia incapax.

VII.

Can. 15. & 16. Sozom. lib. 2. cap. 18. Can. 1.

Diſputatum etiam eſt aliquando an licita eſſet tranſlatio Epiſcopi de Epiſcopatu ad Epiſcopatum. Namque Nicæna Synod. 1. voluit ne de ciuitate ad ciuitatem tranſeat vel Epiſcopus vel præsbyter, vel diaconus. Cuius decreti memor Conſtantinus magnus interceſſit ne Euſebius Pamphili Epiſcopus ad Antiochenam ſedem transferretur: atque cum Sardicenſis Synodus eum canonem renouaſſet, & huius velut oblita Conſtantinopol. 1. auctrix fuiſſet vt Gregorius Theologus Nazianzena Cathedra relicta ad Conſtantinopolitanam venirent, admonita deinde querelis plurimorum Epiſcoporum hoc factum eſſe contra regulam Eccleſiaſticam quod dederat, à volente recepit. Namque Greg. repoſcentibus Epiſcopis depoſitum reddidit.

Can. 14.

VIII.

Verumtamen Apoſtoli tranſlationes permiſerunt quando transferendus plus poſſet lucri conferre vbi tranſire debebat, puta propter hæreticorum vel infidelium conuerſionem, & maiorem religionis profectum. Ac tandem Græcis Patribus placuit tranſitiones duntaxat improbandas eſſe, non tranſlationes: primas quidem quia ambitæ crederentur ſecus de ſecundis. Nam tranſlatio videtur non à ſponte eius qui transfertur procedere ſed ab alterius transferri cogentis: tranſitio vero cum quis per ambitionem relicto quem habet Epiſcopatu ad alium tranſit ſuo ipſomet impulſu, vt explicat Nicephorus, quod nos hodie intruſionem diceremus. Ac idem plures refert tranſlationes in quibus nulla Romani Epiſcopi authoritas interueniſſe dicitur, licet agno-

Niceph. lib 14. cap. 39. Vide Balſa. ad can. 15. Nicæni. cauſa 7. can. ſcias. q. 1.

Digitized by Google

ſcantur factæ per diſpenſationem ob vtilitatem Eccleſiæ, niſi quod tranſlationem Procli è ſede Cyzicena ad Conſtantinopolitanam Cæleſtinus 1. approbauit duabus epiſtolis. At iamdiu Calixtus 1. ſedens anno 221. ſcripſerat huiuſmodi mutationes ſeu tranſlationes authoritate Apoſtolicæ ſedis faciendas eſſe, & Anterus anno 237. meminit cuiuſdam Euſebij de parua ciuitate Alexandriam mutati Apoſtolica eadem authoritate. Verum refert quoque Fœlicem tranſlatum eſſe communi Epiſcoporum, ſacerdotum & populorum conſilio.

Tandem Pontifex Romanus effecit vt à ſe tranſlationem licentia pendeat, ideoque transferendus ab illo poſtuletur: aliâs qui ſine eius venia transferri ſe permiſerit priuetur vtraque Eccleſia, necnon canonici qui tranſlationi conſenſerint eligendi poteſtate mulctentur. At Nicæno canone non ſua priuabatur Eccleſia, ſed ad eam redire cogebatur. quod & Calchedonenſi confirmatum eſt. Verumtamen ſerpenti latius ambitioni obuiandum fuit per maiores pœnas. Quapropter Græci obſeruauerunt vtriuſque priuationem. Nicetas enim author eſt Doſitheum quod procurante quidem Imperatore, ſed abſque Sacerdotum conſilio è ſede Hieroſolymitana ad Conſtantinopolitanam tranſiſſet vtraque decidiſſe. IX.

Can. 15. Nic.

Can 5. & 10.

Lib. 2. in Iſaa. tio Angelo.

Ergo Romani Epiſcopi explorandus eſt conſenſus, itaque Aimonius refert Ioannem Papam Concilium generale habuiſſe in Gallia, ibique decretum Papæ Leonis de Epiſcopis ſedes ſuas mutantibus legendum curaſſe propter Frotharium qui à Burdegalo Pictauos, indeque ad Bituricenſem ciuitatem exilierat. Porrò ipſe Leo videlicet quartus, Synodo coacta Romæ Anaſtaſium præſbyterum Cardinalem excommunicauit, & ſacerdotio priuauit quod relicta ſua Eccleſia aliam inuaſiſſet nec citatus ad Synodum comparuiſſet.

Tom. 3. Conc. parte 1.

Itaque Iuo tranſlationes Epiſcoporum neceſſitate vrgente, Metropolitani & ſummi Pontificis authoritate fieri oportere dixit. Ac Innocentius 3. Antiochenum Patriarcham ab Epiſcoporum confirmandorum iure ſuſpendit, quod tranſlationi cuidam conſenſiſſet inconſulta Apoſtolica ſede ad quam de iure, vt ait, pertinebat.

Ep. 146. 154.

Iam vero nihil crebrius eſt iſtis verè tranſitionibus vt quas ambitio & auaritia ſuadeant, damnatas inde à Sardicenſibus Patribus, cum nullus inueniatur qui de maiore ad minorem Eccle-

Cap. 1. de trāſl. Epiſcopi Eademque ratione Piſanum

Digitized by Google

Archiepiſcopū coarguit quod tranſlationes præſumeret. ep 8.

ſiam tranſeat verum è contra nimium indulgente Pontifice, cuius tamen apud nos ſola authoritas non ſufficit : requiritur enim Regis conſenſus ob Concordatum de nominationibus : vel Patroni.

X. Sic vt quis dignitati Epiſcopali aut alteri Sacerdotali renuntiet, diſpenſatio eiuſdem Pontificis iam neceſſaria eſt, quanquam me herclè raro ac nunc rariſſimè ſe ſe exercuerit ea in re illius authoritas maximè poſtquam ambitione omnes ducuntur ad faſtigia.

Qua de re D. Bernard. ep 82. & ampliſſ. Proſper. lib. 1 de vita contempl. c. 6.

Theodorit. lib. 5 cap. 13. atque ipſe D. Ambro. orat in Auxēt. & ep. 37 de Baſilicis tradit.

Sanè quandoquidem ſpirituale coniugium eſt ſacerdotis & Eccleſiæ non temere ab illa iſte diſcedere debet: præſertim vbi tempeſtas ingruit vt animam Epiſcopus pro ouibus ponat. Hinc laudata D. Ambroſij ſancta fortitudo, fortiſque pietas. Cum enim Valentinianus iunior eum è templo iuberet exire, id, inquit, non faciam : neque enim lupis oues committam, neque blaſphemis templum diuinum concedam. Quod ſi necare me vis, in ipſa Eccleſia interfice. Plures tamen ceſſerunt cum reſiſtere non valerent ſe videlicet meliori tempori reſeruantes: hinc D. Athanaſij opuſculum de fuga in perſecutionē.

Nicephor. l. 15. cap. 27.

Idem l. 5. ca 10. Niceph. Greg. lib 5. 6. & 7. Zonaras in Alexio Comneno de Coſma. Nicetas in eod. Alexio de Theodoſio.

Nonnulli vero & animo & corpore ceſſerunt cum viderent ſe gregem indomitum habere. Sic Martyrius Antiochenus Epiſcopus: Clero, inquit, rebelli, & populo inobedienti, & Eccleſiæ contaminatæ nuntium remitto ſacerdotalem mihi reſeruans dignitatem : Sic Narciſſus Hieroſolymit. Epiſcopus. Nec ſecus apud nouitiores Græcos Coſmas, Theodoſius, Arſenius, Gregorius, Athanaſius & Ioannes ſede Conſtantinopolitana ceſſerunt ob eamdem cauſam : ac Theodoſius quod Alexium Imperatorem ab inceſtis nuptijs reuocare non poſſet: adeoque ceſſit Coſmas vt duntaxat Pſalterium ſecum ex rebus Eccleſiaſticis referret.

Nec Epiſcopatum recuſare, nec huic renunciare olim licitum fuiſſe, patet ex epiſt. Epheſinæ Synodi de Euſtachio: & ijs quæ annotauit Zonaras ad eam epiſtolam. Mariana de reb. Hiſpan. lib. 6. cap. 3.

Neque vero quondam fas erat abire è ſua Eccleſia abſque ſuperioris authoritate vt Clerico abſque Epiſcopi, Epiſcopo abſque Metropolitani, Metropolitano abſque Primatis. Sic enim canones voluerunt. Hinc apud Hiſpanos cum Cæcilius Menteſanus vitæ tranquillioris ſtudio Eccleſiæ adminiſtratione relicta ſe ſe in Monachorum Collegium abdidiſſet, eum ob id Rex Siſebutus ad dicendam cauſam deſertæ Eccleſiæ vocauit. Itaque gradatim procedendum erat. Quod ſi Primatem renuntiandi voluntas caperet, quis ei author eſſet niſi omnium Primas Romanus Ponti-

Digitized by Google

fex? Ipſe vero quia ſuperiorem non habet, dubitatum eſt an per ſe renuntiare poſſet ac poſſe decidit Cæleſtinus 3. cum ipſe cedere vellet, vt refert Bonifacius 8. in hoc tamen ſuſpectus: Quippe fraude damnanda dictus induxiſſe Cæleſtinum vt ſe abdicaret, abdicato ſucceſſurus, neque Cardinalibus placuit abdicatio: ſiquidem cum illis vocatis expoſuiſſet ſe Pontificium honorem vltro abiecturum ſi modo admittere vellent Ioan. Præſbyterum Cardinalem S. Priſcæ quem ſibi ſucceſſorẽ deſtinauerat, omnes reclamauerunt non debere Pontificem nouo exemplo & poſteris fortè pernitioſo tanto magiſtratu ſe exuere.

Eberhard. in annalib. Thom. VValſing in Edouardo 1. Papyr. Maſſon. in eius vita. Hinc verò Bonifacij fraus præſumitur a Thoma quod Pontifex factus eam conſtitutionem abrogarit.

Quod autem iſtud exemplum antiquioribus confirmare vult gloſſa ad cap. 2. de renuntiat. in 6. hæc adeo futilia ſunt vt retinere lectorem non debeant.

Verum fruſtra eſt de hac renuntiatione licitane ſit, necnon quibuſve conſentientibus fieri debeat anxium eſſe, quandoquidem ex his quæ fortè vno aliquo caſu accidere poſſunt iura non conſtituuntur, ſed ex ijs quæ vt plurimum accidunt. Ac idem dicendum videretur de aliis renuntiationibus: Licet enim aliquando ſatis frequentes fuerint quando ſanctitas hominum dignitates fugiebat, iam vero quotuſquiſque eas refugit, illiſque renuntiat?

L. 3. & 4. de legib.

Cum autem in vſu erant Gregorius magnus ſicut nulli Pontificum non petenti abeundi veniam, ſuccedendum eſſe pro qualibet ægritudine docuit: ita voluntariè renuntianti ſedi ſuæ ſucceſſorem non denegauit, ait Fulbertus Carnotẽſis. Deinde Nicolaus 1. cenſuit Epiſcopum ſui Primatis conſenſum expetere debere: Quod ſi de renuntiatione illius ſuboriretur quæſtio hanc referendam eſſe ad Apoſtolicam ſedem: & Synodus Moguntina vt Abbas ex conſilio ſui Epiſcopi renuntiaret. Quod Gregorius 9. interpretatus eſt, niſi ab eius eſſet exemptus iuriſdictione. Quæ interpretatio tandem operatur (cum omnis ferè iuriſdictio interuerſa ſit, cunctique Eccleſiaſtici poſthabitis ordinarijs ſe vnius Pōtificis Romani coërctioni obnoxios eſſe voluerint, quia in tam longinquo tribunali ſpes eſt impunitatis,) vt non valeat renuntiatio niſi apud illum: Idque etiam quod non amplius pura & ſimplex ſit, ſed ambitioſa & in fauorem indeque ſymonia quam ſolus iſte Pontifex dicitur eluere poſſe: Vnde fit quoque vt inferiorum beneficiorum renuntiatio quæ Alexander 3. vetabat inconſulto Epiſcopo dimitti, nunc fiat Romæ videlicet in fauorem.

Ep. 8. Can. 6. q. 3. can. denique. Can. abbas 18. q. 2. Cap. 15. de renuntiat. ex.

Digitized by Google

XI. Sic perierunt iura nec de cætero attenduntur ſex illæ cauſæ propter quas ſolas exaudiri debere renuntiantem aiebat idem Alexander 3. Grande proculdubio vulnus Eccleſiæ, cui nulla vnquam manus medebitur niſi ipſa Pontificia ſuprema reſecans fauorabiles illas ſed peſtiferas reſignationes quibus boni excluduntur, indigni admittuntur, fitque plurimum hæreditaria beneficiorum ſucceſſio quam tantopere Eccleſiaſtica diſciplina abhorruit. Quod ſi reſecarit non forte ditiorem Epiſcopatum ſuum poſteris relinquet; Quid vero prodeſt homini ſi totum mundum lucretur animæ autem detrimentum faciat? At ſanctiorem: cautione etiam iuſtis legibus adhibita ne collatores inferiores vacantes Eccleſias & dignitates niſi graduatis & optimæ famæ viris conferant: aliâs ſit deuolutioni locus.

Cap. 10. eod. de renunt.

XII. Vt autem rari fuerunt qui ſedibus ſuis renunciarunt, Vnde diſpenſationis authoritas non multum claruit in eo caſu: ſic è contra plurimùm exercuit Eccleſiam illorum obſtinatio qui ob lapſum in idolatriam vel hæreſim excluſi non ſolum ſacris Eccleſiæ, ſed gradibus quos in illa obtinebant, redeuntes deinde ad puram fidem conſeruare ſuos gradus voluerunt: Qua ex re cum agendum mitius in eos eſſet ne deſperatione victi turbas in Eccleſia facerent, diſpenſatione opus fuit, quæ ſanè prodire debebat à ſummo Principe; ideoque ab Epiſcopo Romano qui ſummus eſt in Eccleſia Princeps.

Lapſorum prima claſſis fuit, illorum qui metu tormentorum idolis ſacrificauerunt licet corde fidem retinentes. Aduerſus iſtos Nouatianus extitit validus, ſed indiſcretus hoſtis, qui non modo huiuſmodi lapſis in idolatriam ſed in peccatum mortale poſt baptiſma pœnitentiam prorſus denegandum cenſebat: Quod Pontifici Romano Cornelio ſanctiſque Patribus diſplicuit. Sed qui decernendum ea de re cenſuit fuit D. Cyprianus in Africa vbi Synodos habuit quibus deciſum eſt lapſis pœnitentibus gratiam Sacramentorum faciendam eſſe, non item dignitatum Eccleſiaſticarum. Cum vero eſſet vnius tantum ſedis Pontifex non poterat ſuo decreto legem imponere cæteris neque etiam ipſa Africana Synodus quoniam ſpecialis erat: Quod intelligens idem Cyprianus hoc decretum eo validum confirmat, quod Cornelius cum eo & cum omnibus Epiſcopis in toto mundo conſtitutis ſimiliter ſtatuerat. An vero ſatis erat dicere omnium Epiſcoporum in toto mundo conſtitutorum eam deciſionem fuiſſe? Quid vero ſpecia-

Epiſt. 68.

Digitized by Google

literCornelium nominare niſi quia principaliter attendenda erat decisio eius vt principis Eccleſiarum? Sequitur deinde quod D. Auguſtinus ſcripſit, Melchiadem Pontificem Romanum veniam dare voluiſſe Donatiſtis qui vellent ad gremium Eccleſiæ redire, ita vt quibuſcumque locis duo eſſent Epiſcopi quos diſſentio geminaſſet, eum confirmaret qui fuiſſet ordinatus prior: alteri autem plebs alia regenda prouideretur: Quæ vero authoritas fuiſſet illi indulgere non conſtitutis ſub Romana Dioceſi, niſi quia omnium primas & princeps id iure principatus facere poterat: & niſi quia Pater Chriſtianæ plebis vt ibidem ait D. Auguſtin. Omnes Chriſtiani vbicumque poſiti ſub illo erant tanquam filij ſub Patre.

Epiſt. 162. Conc. Carthag. apud Zonaram can. 74. de Clericis Donatiſtarum ad Eccleſiæ vnitatem redeuntibus an admittendi forēt in iiſdem honorib' quos ante habebant conſulendus dicitur maximè Anaſtaſius vrbis Romæ Epiſcopus.

Denique cum ſub Liberio Pontifice an. 362. ead. quæſtio de lapſis recipiendis agitaretur in Oriente, Synodus quidem Alexandrina habita eſt, ad quam Legatos delegaſſe Liberius dicitur Euſebium Vercellenſem Epiſcopum & Luciferum Calaritanum, in qua ſancitum eſt auctores hæreſis Epiſcopos, & Sacerdotes, qui poſtea pœnituerant eſſe recipiendos in communionem, ſed non in gradum: Qui vero non fuiſſent auctores, ſed neceſſitate & violentia compulſi, communioni & gradui reſtituendos. Quam Synodum non ratam fore putans D. Athanaſius vt omnes illi obedirent niſi confirmata eſſet à Romano Pontifice, confirmationem exegit à Liberio, vt ipſe reſcripſit Epiſtola ad Rufinianum: & refertur in Nicæno Concilio 2. Verum quod magis comprobat eam Epiſcopi Romani in reſtituendis vbique lapſis poteſtatem eſt factum Euſtathij Sebaſtheni Epiſcopi qui expreſsè profectus eſt ad Liberium vt reſtitutionem pro ſe & quibuſdam alijs obtineret veram apud eum fidem profeſſus. Itaque communicatorias retulit litteras ex quarum iuſſione reſtitutus eſt in ſedem ſuam.

Act. 1.

D. Baſil. ep. 74.

Tanta quippe credita hæc poteſtas vt ab omnibus ex quacumque regione imploraretur: & licet Nicæna magna Synodus de Nouatianis quid ſimile decreuiſſet, Euſtathius tamen qui alia hæreſi laboraſſe dicebatur nempe Arriana, non ſufficere ſibi hoc decretum exiſtimauit niſi per interpretationem velut extenderetur ab eo cuius eſt ſolius leges & canones interpretari vt & ab illis diſpenſare. Ac tandem ſolitos eſſe etiam Epiſcopos ſummum Pontificem pro lapſis reſtituendis ſupplicare, & conſulere conſtat ex Greg. magni Epiſtolis.

Can. 8.

Digitized by Google

Lib 4. ep. 17 ad Conſtantinop. lib. 7. ep. 25 ad Sabinianum.

Plures ſunt alij diſpenſationum gradus qui vt nec obſeruati primis temporibus, ſic neque leguntur indulti à ſummo Pontifice, puta de bigamis & cæteris defectum patientibus ordinandis: de pluritate beneficiorum quam adeo execrata eſt ſanctitas Eccleſiæ primitiuæ, de voto, de gradu conſanguinitatis, de iuramento & alijs.

XIII.

Can. 17. ſic Innoc. ep. 2 cap. 5. can. 26. Concil Arelat. 2. ſub Siricio.

Can lector diſt. 34. can. quicũque diſt. 50.

Cap. 2. de Bigamis cap 3. ep. 1. ad Timoth.

Epiſt. ad Vercell. Eccleſ.

Nam canon Apoſtolus vetuit bigamos aut qui viduam & concubinam habuiſſent ordinari. Quod deinde Hilarius Pontifex in Synodo Romana conſtituit. Siricius autem qui Hilarium præceſſit, & poſt Siricium Martinus ſcientes à Romana ſede diſpenſationes (ſi peti deberent) petendas eſſe', cenſuerunt magnam bigamo gratiã fieri ſi relaxaretur in illis ab ea ſede diſciplina vt ſinerentur manere in minoribus ordinibus in quibus eſſent per ſubreptionem promoti : ac ſic toleraretur factum quod vt fieret nunquam concederetur, quia vt dixit Lucius 3. in bigamis contra Apoſtolum diſpenſare non licet: Apoſtolus autem voluit etiam diacones vnius vxoris viros: Nicæna vero prima Synodus ab omni clericatus ordine bigamos rejecit, canone qui quidem non reperitur in codice iſtius Synodi, ſed refertur à D. Ambroſio.

Etiam bigamo non licet habere penſionem ſuper beneficio niſi ex diſpẽſatione. deci. 516. deciſ. Greg. 15.

Et quidem cautum erat in Leuitico, Sacerdotes mei non plus nubent: quod Tertulianus notauit in exhortatione ad caſtitatem, aiens omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes ac proinde non bis nubere debere: atque Græci velut in crimen reuocauerunt Polygamiam quam non coniugium ſed caſtigatam fornicationem vocabant, digamis imponentes duorum annorum pœnitentiam, & quandoque trium & quatuor: adeo vt nonnullus Patriarcha Conſtantinopolit. etiam Imperatori Polygamo ſacra myſteria denegarit.

XIIII.

D Baſil. can. 4. ad Amphiloch. can 50. 79. Reſponſa Patriarcharum lib. 3. iuris Oriental. Curopalates de myſtico Patriarcha quartas Leonis Philoſophi nuptias benedicere nolente.

1. ad Corint 7.

Sed verum eſt quod ſupra notauimus puram ſcripturarum intelligentiam à Romana Eccleſia vt omnium matre quæ cæteris purum lac ſuggerit, capiendam eſſe. Scit enim à magno Apoſtolo permiſſum eſt viduis non ſe continentibus nubere ne vrantur. Itaque nullam Polygamiam condemnat, quia in quibuſcumque viduis eadem eſt Apoſtoli ratio vt nubere permittantur videlicet ne vrantur ſi continere nolint. Neque etiam lege Moſaica omnibus ſacerdotibus viduarum nuptiæ interdictæ erant, at Pontifici ſolum maximo vt Philo Iudæus ſcripſit.

Noſtra vero ob digniorem ſacerdotij dignitatem, & quia æqualis eſt

lis eſt dignitas, Epiſcoporũ & Sacerdotum quoad ordinem, etiam ab hoc excluditur & bigamus & qui viduam duxerit. Quapropter diſpenſatio eſt neceſſaria ſummi Pontificis, quam illum concedere legitimè poſſe indifferenter ait D. Thomas, licet, inquit, diſpenſare non debeat niſi ex magna & euidẽti cauſa: Quin & Epiſcopos diſpenſandi ius habere quoad minores ordines. Quia vero ſubripi ſummo Pontifici poteſt, nec creditur diſpenſare contra præceptum Apoſtoli niſi vrgeat grauis ratio. Ideo cum hæc ceſſaret, noſtra Curia aliquando declarauit nullam & abuſiuam bigamo conceſſam diſpenſationem, licet duntaxat vt ad minores ordines perueniret, quibus capax fieret obtinendi beneficij: Sed quis potiùs reijciendus erat cum ſuam turpitudinem manifeſtaret cupiens videlicet ordinibus ſacris inſigniri non zelo in Eccleſiam, ſed auaritia pura?

Quodlib. 4. art. 13
Quæſt 67. art. 5. ad concluſ. in ſupplemento.
Papon. lib. 2. arreſt. tit. 4. arreſto 3.

XV. Porro liceat animaduertere tantam eſſe noſtri Sacerdotij dignitatem vt puriſſimos eſſe oporteat, qui ad illud accedunt: à puritate autem abeſſe congreſſus, etiam cum vxore credebatur in Iudaica lege adeo vt Mathiæ ſummo Pontifici non licuerit ſacrificare, ſed ei vna tantùm die alter ſit ſubſtitutus qui ſacrificaret, licet nihil aliud eum afficeret quam quod noctu ſomniaſſet ſe rem cum vxore ſua habere. Necnon eſt notiſſima Dauidis hiſtoria, cui ſuiſque fas non fuit ſanctos panes comedere antequàm ſe mundos à mulieribus per tres dies affirmaſſet: quippe id præceperat Deus per Moyſem in Exodo. Atque vt diabolus ſimia ſemper fuit myſteriorum Dei, Ethnici mundos eſſe voluerunt à concubitu qui ad ſua Pſeudoſacra veniſſent, teſte Tibullo.

Ioſeph. lib 17. antiq cap. 8.

Vos quoque abeſſe procul iubeo diſcedite ab aris
Queis tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Lib. 2. Eleg. eleg. 1.

Cui adſtipulantur Clemens Alexandrinus de Ægyptiis, DD. Hieronymus & Auguſtinus. Cum vero longè ſanctior ſit Hebraico panis noſter, vt pote diuinus, & ipſum totũ corpus Chriſti, quantò puriores eſſe oportet qui illum ſumpturi ſunt? Hinc piè Græci in Synodo ſub Luca Patriarcha pronuntiauerunt, tribus diebus abſtinere ſe debere coniuges qui diuinorum myſteriorum futuri eſſent participes, ac pœnis ſubiecerunt ſponſos qui ipſo die matrimonij coirent: quin etiam & Sabbatho & Dominico abſtinendum eſſe carnali copula, quoniam in iſtis diebus offeratur ſpiritualis hoſtia, & tota quadrageſima. Quibus non diſſentiens D. Auguſtinus, ait tempore quadrageſimæ, & diebus feſtiuis eam

Clemens lib. 1. ſtromat.
Hieron. lib. 1. contra Iouin.
Aug. ſerm 37. ad fratres in eremo
XVI.
Balſamo ad can. 3. ſynodi Carthag. & in reſp. Patriarch. lib. 3. iuris Oriẽtalis.

Digitized by Google

Serm. 244 de tempore.

copulam euitandam eſſe: ac fieri vt ex illis qui adeo intẽperantes eſſent, vt dierum reſpectum non haberent, naſcerentur liberi leproſi vel arreptitij, vel lunatici. Itaque ſynodus Cabilonenſis 2. Gallicana abſtinentiam ab operibus carnis aliquot diebus præcepit. Sed ex vetuſtiore ſynodo Elibertina citantur Canones quibus ante ſacram Communionem aliquot diebus, puta tribus, aut quatuor, iubetur hęc abſtinentia, necnon in tribus quadrageſimis anni, & in quarta, & ſexta feria: at iſti Canones non extant in eo Concilio Elibertino quod habetur iuxta editionẽ Garciæ Loiſæ, vt annotatur tomo 1. Conciliorum.

Can. 46. ſub Leone 3.

Citãtur à Gratiano can. omnis homo de cõſecrat. diſt. 2. Burchardo lib. 5. cap. 22. lib 19. cap. 155. Iuone parte 2. cap. 32. parte 15. ca. 16.

Porrò Eccleſia Romana hæc fidelium deuotioni reliquit, nec peccatum committere cenſuit eos qui caſtitatem illam non obſeruarent. Quandoquidem ab Apoſtolo ſcriptum ſit neutrum coniugum habere ſui corporis poteſtatem, nec alterum ſine alterius conſenſu vacare debere orationi, vt fraudet conſortem non vacans debito cui obnoxius eſt. Quoad vero Sacerdotes ita puros illos eſſe voluerunt Græci, vt cenſuerit Balſamo illum qui in ſomnis fluxum paſſus eſſet, licet non ex praua cogitatione, myſteriis diuinis carere oportere: atque etiam D. Auguſtinus cenſuit huiuſmodi pollutum participare non debere ſacram Communionem niſi priùs ſe expiauerit cordis compunctione, eleémoſina, & ieiunio.

Qua de re vide ſanctos Patres, cauſa 33. q. 8.

Balſamo & Auguſt. locis ſupra citat. ſed de hac Pollut. Idem D. Augu. lib. 10. Confeſſ. cap. 30. Iuſtin. Martyr in reſponſ. ad Græcos q. 21.

Sed quoniam hæc fluxio naturalis eſt; ideoque quod non contingeret Sacerdoti Iudæorum ſummo, ſi credere licet, inter miraculoſa 10. priuilegia Sacerdotio Iudaïco exhibita poſitum: hinc deciſum eſt non eſſe impedimento quominus eam paſſus ſacra myſteria celebret, nec etiã ſi ex nimia crapula proceſſerit: rectiùs tamen facere illum eo caſu qui ſe ſponte à ſacrificio remouerit, vt ſcripſit D. Gregor. reſponſo 11. ad Auguſtinum Monachum. Quibus vero caſibus peccato mortali imputetur pollutio nocturna, illuſioneſq; eam prouocantes docent Patres annotati ad c. 30. lib. 10. Confeſſionum D. Auguſtini.

Galat. lib. 4. ca. 8. de arcan. Eccleſ. Cathol. Benedictus in Summa, lib. 8 cap. 8. n. 54.

XVII. At quorſum hæc inquies vt ex iſtis obſeruationibus inferatur magna cum ratione Eccleſiam Romanam quæ vniuerſis præſidet cælibatum requirere in Sacerdotibus vt mundiores ſemper ſint ad diuina myſteria in quibus tanta mundities requiritur: atque errare illos, qui ex Apoſtoli præcepto vt Epiſcopus ſit vnius vxoris vir, intelligũt Epiſcopum aut Diaconum, de quo id quoque præcepit, vxorium eſſe poſſe. Nam vt D. Ambroſ. notauit: Ne quis

ſ. ep.

Digitized by Google

filios creare in Sacerdotio, Apoſtolica inuitetur authoritate: habentem dixit filios non facientem. Cui interpretationi conſentiunt D.Hieron.D.Chryſoſt.& Epiphanius. Hinc illud D.Hieron. Epiſcopi, Præsbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè poſt Sacerdotium in æternum pudici.

Hieron. lib. 1. contra Iouin. D. Chryſoſt. in epiſt. Pauli ad Timoth. 1. ca. 3. homil. 10. D.Epiphan. hæreſi 59. idem D Hieron. epi. 50. ad Pammachium. & lib. 2. epiſtol. ſolet epiſt. 20. & cõtra Vigilant. plura Sermandus ad epiſt. 16. lib. 5. Sidonij.

Sanè Concilio Ancyrano placuit, vt qui proteſtantes ſe vxorum conſuetudini renunciare non poſſe, nihilominus ordinati fuerant ab Epiſcopo & promoti ad Diaconatũ, manerent in eo miniſterio quandoquidem ſic Epiſcopus decreuerat. Succeſſit deinde magnum Nicænum Concil. in quo famoſa agitata eſt diſceptatio, an ab vxorum amplexu diſtrahi Sacerdotes oporteret: Quod cum plurimis placeret, oppoſuit ſe Paphnutius, vt eſt in hiſtoria Eccleſiaſtica: decernens vt qui cœlebs ad ſacerdotium veniret, ſic maneret: qui vero vxorius, non interdiceretur vxoris copula. Eoque ſic diſſuadente non vltra ſtatuerunt Patres quam ne ſubintroductam id eſt concubinam mulierem haberent ſacerdotes. Et quidem Apoſtolico Canone prohibetur Epiſcopus, aut Præſbyter vxorem habens eam abijcere prætextu religionis: Quod ſi abiecerit excommunicetur. Quod intelligendum, niſi ex cõſenſu vxoris, quo duntaxat interueniente credendum eſt Petrum vxorem reliquiſſe ſuam.

Can. 3.

Can. 6.

Nihilominus quæ eod. tempore quo Nicæna, celebrata eſt in Hiſpania Elibertina ſynodus prorſus iuſſit Sacerdotes ab vxoribus abſtinere, & non generare filios. Et quamuis qui contra conſuetudinem vxorum loquebantur in Nicæna ſynodo non obtinuiſſent, præualebat tamen illorum opinio: Quam non ignorans Syneſius cum deſtinaretur Epiſcopus palam aſſerebat ſe ab vxore ſua disiungi non poſſe quin cum ea cohabitaret, prolemque ſuſciperet. Et Ioſephus, quidam cum vxore ſua defuncta raperetur ab Arrianis ad Sacerdotium, euaſit ſe alteri vxori coniunctum dicens, vt ſcripſit D.Epiphanius.

Can. 33. Sic can. 2. concil. Carthag. 2. tomo 1. cõcil. tẽpore Siricij. Can 13 & 20. Turin 2.

Niceph. lib 14 cap. 55.

Hæreſi 30.

Tandem cum res indiſcuſſa diu manſiſſet, determinata eſt in Concilio generali Conſtantinopolit. 6. vt Epiſcopi poſtquàm ordinati eſſent, ſecederent à propriis vxoribus. Quod cõfirmauit Leo in Nouellis, & retinẽt Græci vt teſtatur Balſamo. Ne autem contra Apoſtolicum Canonem facere viderentur qui Epiſcopis cum vxoribus ſuis habitare permittit, inferebant Patres iſtius ſynodi ſe hoc non decernere diuinis Apoſtolis aduerſantes, ſed ſtatum Eccleſiaſticum in pulchriorem ordinem prouehi volentes.

Can. 12.

Lib. 3. Iuris Orient. in reſp. Patriarch.

Digitized by Google

Quod vero Eccleſia ſanxit vt Epiſcopi vxoribus ſuis abſtinerēt, non ideo matrimonium diſſoluit: vnde lapſus eſt Iuſtinianus permittens coniugem in ſæculo manentem alias nuptias inire: At eius interdixit vſum carnalem: quaſi ex cōſenſu coniugum quippe credita mulier renuntiaſſe viri ſui amplexibus, quibus ſi priuari noluiſſet eum à Sacerdotij voto vindicaſſet, quo eſſet illis priuanda. Nec ſecus quondam mulieres Cereris Sacerdotes viuentibus viris & conſentientibus amica ſeparatione viduabātur, vt ſcripſit Tertull. lib. de Monogamia. Quin etiam lege ciuili Ethnica Sacerdotium erat iuſta diuortij cauſa. Nam & in ſuis quoq; Sacerdotibus continentiam deſiderauerunt Ethnici: vnde quod notat Origenes Athenienſium Pontificem vnicum non ſatis ſibi fidentem contra maſculas cupiditates ſolitum cicuta oblinire virilia ſua: quo remedio putabatur ſatis idoneus ad caſtè obeundas cæremonias.

L. 53. §. ff. de Epiſc. & Cler.

Sic Sacerdos Iouis Hāmonis ſi vxorem habebat huic renūciabat. Athenag. lib 5. de vero amore.

L. 60. §. 1 de donat. inter vir. & vxorē. ff.

Lib. 7. contra Celſum.

Denique adeo rata fuit hæc ſeparatio propter Sacerdotium vt inter alia crimina obiecta Antemio Epheſino Epiſcopo ab Euſebio coram Ioanne Chryſoſtomo, illud fuit, quod cum propriæ vxori renuntiaſſet, rurſus illi congreſſus erat liberoſque ex ea procreauerat. Notabiliſque eſt & Illuſtris hiſtoria Vrbici apud Gregorium Turonenſem graui dolore percuſſi quod electus Epiſcopus Aruernis cum vxorius eſſet, derelictam ex ritu Eccleſiæ vxorem repetierat. Qui vero cœlibes erant variis canonibus prohibiti ſunt aliam mulierem ſecum habere, quam quæ proxima affinitate iuncta vt mater vel ſoror extra omnem ſuſpicionem concubitus eſſe poſſet: nec huiuſcemodi tamen admittere voluit D. Auguſtinus, quia viſitari poterant ab extraneis mulieribus, vnde ſuſpicio vel tentatio ſuboriri poterat. Sed poſt plura ſæcula vlterius progreſſi, Epiſcopi in ſynodo Moguntina omnem prorſus mulierum conuictum Sacerdotibus interdixerunt, quia compertum fuerat quoſdam Sacerdotes ſe ſororibus commiſcuiſſe ex illiſque liberos ſuſtuliſſe. Hæc autem habita eſt Synodus anno 888. ſedente Stephano 6. Porro plena eſt hiſtoria ſchiſmatum enatorum, ob vxorium conuictum Sacerdotibus interdictum, authore in primis Gregorio 7. cuius votum tandem conſumpſiſſe dicitur Calyxtus 2. ſynodo Remis habita, vnde illi verſus apud Ioann. le Maire.

Pallad. in dial.

O bone Calixte nunc Clerus odit te,
Olim Presbyteri poterant vxoribus vti
Hoc ſuſtuliſti quando tu Papa fuiſti.

Digitized by Google

CAPVT V.
ALII CASVS DISPENSATIONVM.

LECTIO CAP. 5.

1. *De diſpenſatione à voto religionis & continentiæ.*
2. *De diſpenſatione cum Monachus facta vt confeſſiones audire, & prædicare extra Monaſterium poßint.*
3. *Prædicatoris munus quondam proprium & licitum ſolis Epiſcopis.*
4. *De querelis ordinariorum ob huiuſmodi diſpenſationem, & ſanctionibus Lateranenſis Concilij ac Summorum Pontificum.*
5. *Admonitio ad Sacerdotes Parochianos.*
6. *De diſpenſatione à decimarum præſtatione, ab ordinaria iuriſdictione & regula ſtrictiore.*
7. *Regula D. Franciſci dicitur ei à Deo data.*
8. *De diuortio & ſeparatione coniugalis vinculi, vt ne quidem propter adulterium licita fuerit.*
9. *Partes Epiſcopi Romani in concedenda, vel prohibenda huiuſmodi ſeparatione.*
10. *De conſanguinitatis & affinitatis gradibus qui impedimento nuptiis fuerunt, aut non fuerunt.*
11. *Imperator ſibi attribuit diſpenſationem in iſtis gradibus.*
12. *Quid olim Epiſcopi Romani ſenſerint de diſpenſatione in iſtis gradibus.*
13. *Quid poſtea: vnde facilis fuerit diſpenſatis etiam in proximioribus gradibus exceptis fratre & ſorore.*

ITaque votum caſtitatis inductum eſt à quo diſpenſationes vix leguntur in primitiua Eccleſia: vt ſciatur exemplis an propter illas recurrendum fuerit ad Romanum Pontificem neque ad vllum alium: ſed quia diſpenſare eſt Principis non dubium eſt, quin ſi diſpenſandi caſus contigiſſet, is Pontifex implorandus fuiſſet.

Porro de obſeruando voto continentiæ, & vt non valeat contractum poſt illud matrimonium habetur ampliſſimè in Decretis vbi tamen obſeruanda eſt opinio D. Auguſt. non eſſe iſtud matrimonium ſeparandum, ne mariti fiant adulteri cum viuis huiuſmodi vxoribus alteras ducunt. Can. 27. q. 1. tota. Can. Nuptiarũ ibid.

I. An vero ſummo Pontifici vt Principi Eccleſiæ competens diſpenſandi poteſtas incidat in eum caſum non meum eſt diſquirere: ſed D. Thomæ opinio eſt, illicitam & nullam eſſe diſpenſationem ab iſto Pontifice indultam qua Monachus voto continentiæ quod eſſentialiter inhæret ſtatui religionis ſoluatur: licet, inquit, nonnulli Iuriſtæ contrarium dicant, eo prætextu quod inde vtilitas publica procuretur: quibus reſpondet ille periculis rerum humanarum obuiandum eſſe per res humanas, non autem per hoc quod res diuinæ conuertantur in vſum humanum, dicente lege in Leuitico; Quod ſemel ſanctificatum eſt Domino non poteſt in alios vſus cõmutari. Sic D. Baſilius permittit quidem mulieribus virginitatem profeſſis nubere: a ſed iis quæ profeſſionẽ fecerant, aut infideles, aut hæreticæ: Nam, inquit, quæcunque dicit lex iis dicit qui ſunt in lege, quæcunq; autem iugum Chriſti non ſubierunt, eæ nec Domini leges norunt. Quin etiam Innocentius 3. reſcripſit eum qui votum religionis fecit non poſſe ante illud impletum, fieri Epiſcopum.

2. 2. q 88. art. 11. in concluſione & reſponſ. ad arg. Vide Couarruuiam contradicentem tit. de teſtam. cap. 2. Iacobũ Almain in tract. de poteſt. Eccleſ. & Laïca, vbi de voto ſimplici & ſolemni, c. 13. & 14 in to. 1. Gerſonij: & refertur arreſtum Curiæ Pariſienſis huiuſmodi diſpenſationẽ approbans reiecta appellatione ab illa tanquam ab abuſu. Papon. lib. 19. Placitor. tit. 2 arreſto. 16.
a Can. 2. ad Stimphiloch.
b cap 10. de voto & voti redempt.
c Hieron. Blãca in commentar. Arrag. rer. Mariana lib. 10. cap 5.

b Diſpenſationis tamen ab huiuſmodi voto quam indulſerunt ſummi Pontifices illuſtria leguntur exempla: puta Ramirum Monachum & Sacerdotem mortuo Alphonſo eius fratre in acie contra Mauros Arragonij elegerunt: iſque ſe inſcribebat c Regẽ & Sacerdotem: & diſpenſatione à ſummo Pontifice petita vxorem duxit: cui diſpenſationi lex data dicitur vt cum primum prolem haberet ad priſtinum religioſæ vitæ inſtitutum rediret: cuius adeo non oblitus fertur quin ſubter regales veſtes Monachalem geſtaret habitum. Itaque ſuſcepta filia, eaque nupta Raimundo Barcinonẽſi qui Rex inde fuit, tum memor ſponſionis, tum quod deſpectui ab omnibus haberetur, quia ineptus erat rebus gerẽdis, cucullum reſumpſit retento tamen regio nomine, & libertate redeundi ad regni adminiſtrationem quando vellet: adeo ægrè purpura exuitur.

Sic Poloni Cazimirum in Monaſterio S. Benedicti profeſſum apud Gallos, diaconumque petierũt ab Abbate qui reiecit eos ad ſummum Pontificem, à quo non ſolum voti ſolutionem, ſed vt nubere poſſet licentiam impetrauerunt iis conditionibus, vt ſingula hominum capita exceptis nobilibus, & ſacro miniſterio addictis obolum penderẽt Romanæ Eccleſiæ pro lucerna perpetuò in æde D. Petri arſura: vt omnes Poloni rotundam Cæſariem ad inſtar Monachorum haberent, nec more barbarico vltra aures

Cromer. lib. 4. ad an. 1040. Vetuſtior vero Longinus qui & Blugoſſius dicitur huic tributo ait addictos etiam fuiſſe nobiles & clericos.

promiſſam: vt denique ſinguli equites feſtis ſolemnibus dum ſacra peraguntur faſciam lineam candidam in modum ſtolæ qua in ſacris vtuntur Sacerdotes atque diaconi de collo ſuſpenſam ferrent. Fœlix porro, prudenſque iſtius Cazimiri adminiſtratio fuit.

Sed illud minus ideoque ad diſpenſationem procliuius, vt Monachis Sacerdotibus conceſſum fuerit confeſſiones quorumcũq; pœnitentium, quod erat contra decreta quibus cautum audire fuit ne Monachus alicui pœnitentiam tribueret niſi confratri ſuo, quia eum iuxta nominis ſignificationem oporteret eſſe à cœteris ſegregatum. II.

Profectò D. olim Athanaſius plures ex Monachis in clerum allegit, quin etiam ad Drachontium Monachũ ſcribens vt ſe pararetur Epiſcopum fieri multos refert ex Monaſterio ad Epiſcopatũ eſſe vocatos, vt Serapionem, Agathonem, Ammonium, & alios: & D. Ambroſius meminit S. Euſebij Epiſcopi Vercellenſis Monachiſmum iungentis clericatui. Epiſt. ad Dracontium. vide hiſt. Trip. lib 8. cap 1. Ep. ad Vercell. Eccleſ 82.

Erant enim hæc prorſus diſtincta ab initio: indeq; illud D. Hieron. alia monachorum eſt cauſa, alia clericorum: clerici paſcunt oues, ego paſcor: de altario viuunt, mihi quaſi infructuoſæ arbori, ſecuris ad radicem ponitur, ſi munus ad altare non defero: nec poſſum obtendere paupertatem cum in Euangelio anum viduam duo quæ ſola ſibi ſupererant æra mittentem in gazophylacium laudauerit dominus. hæc ille: & alibi clericos appellat Patres monachorum: rurſus: Monachus ſi ceciderit rogabit pro eo Sacerdos: pro Sacerdotis lapſu quis rogaturus eſt? Hiſto. Tripart. lib. 8. cap 1. Ep. ad Heliod. lib 2. Selectar. 6. Ep. 19. eod. lib.

Ex quibus percipitur quod monachi parocho ſacerdoti ſuberãt, adeo vt ab illo Sacramenta deberent expectare, & in Eccleſiam vbi Sacramenta miniſtrabantur, ita conuenire deberent, vt eis valuæ aditorum occluſæ eſſent quæ Pontificibus, Sacerdotibus, & miniſtris duntaxat patebant. Quin etiam humilitate qua pollebant refugerent Sacerdotij dignitatem quæ doctis inter illos cõferebatur ob prauos Sacerdotum mores, vt legitur in Hiſtoria tripartita.

Equidem Siricius ſedens anno 384. cenſuit vt Monachi quorũ laudabilis erat vita poſſent ad ſacros initiari ordines vſq; ad Epiſcopatum, ac idem D. Hieron. ſentiens eos abhorrere non debere Sacerdotia: ſic viue, aiebat ad Ruſticum Monachum, vt clericus eſſe merearis: quod ſi populus, vel Epiſcopus te in clericũ eligat, age ea quæ ſunt clerici. D. Dionyſ. ep. ad Demophil. monachum.

Digitized by Google

Ergo Monachus ad Sacerdotium promotus agere ſacerdotalia potuit. Quidni? Sed ita vt tamen Sacerdotibus ſęcularibus honorem deferret eiuſdem D. Hieronymi præcepto: nec in eos inſurgere auderet: quod quidam Monachus ætate D. Dionyſij auſus grauiter ob id ab illo increpitus eſt: nefas eſſe dicēs Sacerdotem à Monachis corrigi & reprehēdi, ſiue aliquid impiè in diuina facere videatur, ſiue aliquid eorū quę vetant leges feciſſe arguatur. Nec denique Eccleſiaſticas functiones vſurpare eis liceret: id enim prohibuit ſynodus Calchedon. niſi iubēte Epiſcopo propter graues vrbis neceſſitates. Quæ prohibitio denotat Monachos ex indulto eis priuilegio vt Sacerdotes eſſe poſſent ampliora capeſſere voluiſſe: quin etiam vt baptiſterium habere præſumerent, non ſanè niſi vt baptiſmum conferrent, at D. Gregorius id iuſſit è monaſterio deduci.

Ead epiſtol.

Can. 4.

Lib. 6. ep. 56.

Itaque qui fiebant ex Monachis Sacerdotes ad hoc fiebant dūtaxat, vt ſodalibus ſuis miniſtrarent Sacramenta, neque verò extra Monaſterium aut Laïcis conferrent.

Sed vt ſanctitate vitæ viſi ſunt digni qui inter populos verſarentur, vnde illos ad optimum vitæ genus reformarent, impertita quoque eis eſt confitendi, docendi, & prædicandi licentia: concedentibus Epiſcopis, vt ait Nicephorus Chartophylax, atque ita vt quaſi ad Monachos omni confeſſiones recipiēdi, & abſoluendi poteſtate tranſmiſſa illorum genibus cuncti accūbere cœperint, raro autem ſęcularibus Sacerdotibus; vt ait Balſamo: tamen in codice iuris Orientalis reperitur ab Anchialo Patriarcha Conſtātinopolitano decretū vt Monachi in ſuis receſſibus aſſidui eſſent: Laïci autē Sacerdotes miniſterio vacarent: adeò vt etiam iſtis laïcis Sacerdotibus id miniſterium interdiceretur ſi Monachi fierent, licet ſe ad hoc longa conſuetudine tutos dicerent vt quæ ante monachiſmum poterant Sacerdotes laïci, peragerent etiam poſt monachiſmum.

De hac re, vide ampliſſ. Can. 16. qu. 1.

Epi. ad Theod. monach. to. 2. Biblioth. Patr.

Lib. 2. Iuris Orient. c. 3.

Equidem quod attinet ad Parrochiale & Sacerdotale munus ſcio dictum à Chriſto, Oues audite vocem paſtoris: à Petro, paſcite gregem qui in vobis eſt: & vt nuper annotatum eſt ex D. Hieron. clerici paſcunt oues, ego paſcor, de ſe vt monacho loquens. atque olim docendi & prædicandi munus ſic peculiare Epiſcopo credebatur, vt in quibuſdam Eccleſiis tacerēt Pręſbyteri & pręſentibus Epiſcopis non loquerentur, quod primùm tamen introductum dicitur poſtquam Arrius Pręſbyter in Alexādrina Eccleſia peſtiferam

Sozom lib. 7. cap. 19.

ſeram doctrinam prædicauit. Vnde D. Auguſt. refugiebat omnes prædicandi coram Valeriano Epiſcopo: ſed ille iuſſit vt doceret neglectis aliorum Epiſcoporum querelis, qui hoc inſolitum in Africanis Eccleſiis dicebant: ipſe vero aiebat vſitatum in Orientalibus: quod autem non dignarentur Epiſcopi audire Præſbyteros docentes, aut inuiderent, peſſimum ait D. Hieron. ſed Concilio Vaſenſi ſub Leone I. data eſt Præſbyteris prædicandi authoritas.

Poſſid. in vita D. Auguſt. c. 5.

Ep. 11. ad Nepotian. lib. 2. ſelect.

Cum enim vbique non poſſent eſſe Epiſcopi, nec ordinabãtur niſi in maioribus ciuitatibus operæ pretium fuit etiam minoris gradus Sacerdotibus id muneris concedere, vt in tanta meſſe operarij multi ſufficerent: ſed ne tamen ignaui & otioſi, hanc ſibi conuenientem curam prorſus abijcerent cum ignari eſſe non debeant, vt alicubi dixit D. Ambroſ. effugere illos non poſſe officium docendi quod Sacerdotij, id eſt Epiſcopatus (nam de ſe ad Epiſcopatum vocato loquitur) impoſuerit neceſſitudo. Nihil tamen minus omnes ferè faciunt relegato ad alios hoc munere, vt iam fuerit neceſſe præbendas Theologales conſtituere in vnaquaque Eccleſia Cathedrali aſſignandas doctori Prædicatori: quod in Eccleſia Conſtantinopolitana multò antè conſtitutum fuit. Ibi enim erant conſtituti Doctores quibus quod Patriarchæ loco & iure docerent proximus à patriarcha locus quaſi illum repræſentantibus deferebatur lege Imperiali.

Lib. 1 off. c. 1.

Carolus Magnus edixit vt Epiſcopi aut prædicarent, aut Epiſcopatu cederent: à quo tamen edicto excuſauit quẽdam Epiſcopũ ineptum prædicationi. Sangallienſ. lib. 1. de geſtis eius, c. 10. apud Caniſ. tom. 1 antiq lect. Paulus ait Epiſcopum eſſe debere aptum ad docendum 1. ad Timoth 3. Zon. ad Can. 58. Apoſt. Balſamo ad Can 19. Synodi 6. in Trullo. Alexius Comnenus in conſtit. de doctoribus.

IV.

Vbi vero apud Latinos Monachi priuilegium ſibi à ſummo Pontifice conceſſum dicentes, eoque vtentes confeſſiones pœnitentium audire cœperunt, grauis eſt Galliæ contentio orta aduerſus illos ab Epiſcopis, & parochis aſſerentibus nullas eſſe Monachis factas confeſſiones, proindeque teneri ſe parocho confiteri, ac ſi nullo modo confeſſi fuiſſent, quia Monachis authoritas iuriſdictionis deerat: & à non iudice dicta ſententia nulla ſit. Quapropter in Concilio generali Lateranenſi ſub Innocentio 3. iuſſi ſunt omnes proprio Sacerdoti confiteri, id eſt parocho cui ſubſunt quandoquidem non proprius nequeat ligare, aut ſoluere alienum parochianum niſi certa de cauſa parochus conceſſerit. Neque etiam ſufficere indulgentiam, vel priuilegium Monachis à Papa conceſſum, vt poſſint confeſſiones audire Laïcorum, ait

Annal. Steron. ad an. 1188. 1299.

Annal Eberchardi ad D. an. 1188.

Cap. Omnis de pœnit. & remiſ.

Gl. ad dict. c. in verbo Alieno.

gl. quia per iſtud priuilegium non intendit Papa præiudicare parochis, ſed tantùm ſimpliciter vt Monachi confeſſiones recipere poſſint quas aliter nequirent niſi eſſent priuilegiati obſtante Monachiſmo, reſtat ergo vt habeant licentiam proprij Sacerdotis: quæ etiam non ſufficeret illis niſi à Papa eſſent diſpenſati, vt quod minus conforme eſt profeſſioni ſuæ exequi valerent: igitur vtrũq; cõcurrere oportet. Quo factum eſt vt in Cõcilio generali Lugdunenſi ſub Gregorio X. ann. 1274. eis interdictum fuerit quoad extraneos Prædicationis & audiendę confeſſionis officium, exceptis tamen Prædicatorum & Minorũ ordinibus. Sed ſi reſolutio gloſſæ vera eſt, etiã ſi indulgeretur Prædicatoribus & Minoribus vt confeſſiones audire extraneorum & prædicare in parochiis poſſent, ſupereſſet nihilominus, vt ad hanc indulgentiam accedere deberet parochorum conſenſus, niſi quod Galterus Epiſcopus in Synodo Pictauienſi anno 1284. permiſiſſet Sacramẽtorum adminiſtrationem fideli etiam à non ſuo Sacerdote, modo is, aut Apoſtolicæ ſedis, aut Epiſcopi Diœceſani, aut proprij Sacerdotis licentiam haberet: quaſi alterutrum ſufficiat.

Cap. 10. §. Perſonis de Religioſ. domibus in 6.

§. Sanè eod.

Ex Bochello lib. 8. Decret. tit 9. cap 31.

Cõcilio Senon. an 1527. Monachis abſoluẽdi poteſtas cõceditur eis nẽpe qui per ſuos Abbatis, aut alios ſuperiores Epiſcopis præſentati ab eiſq; approbati fuerint: ea vero poteſtas limitatur vt non amplior ſit quam Curatorum vel Parochialiũ Sacerdotũ, niſi fortè Epiſcopi maiorem conceſſerint, Can. 37. tom. 4. Concil. atque idem ſtatutũ eſt apud Germanos ex Cõcil. Colon. part. 4. ca. 7. an 1536. Concilio Maguntino anno 1549. confitendi laïcos, & eos abſoluendi à peccatis Epiſcopo reſeruatis poteſtas datur cap 26.

Sanctioni Lugdunenſis Concilij ſucceſſit conſtitutio Bonifacij 8. quæ vocatur ſuper cathedram, facta nimirum vt ſatisfieret querelis Parochorum, eaque diſponitur vt deinceps non prædicent in parochiis niſi conſentiente parocho: nec confeſſiones ſecularium audiant niſi impetrata ab Epiſcopo licentia: ſed eis abſolutè permittitur ſepulturas recipere fidelium qui morientes eas apud illos elegerint: conſulens vero Pontifex indemnitati parochorum attribuit eis quartam fructuum quos iſti Monachi percepturi eſſent ex prædicationibus, confeſſionibus, & ſepulturis: à qua deinde quarta Benedictus 11. eos abſoluit, liberioréque iſtorum iurium facultatem conceſſit: ac deinde Sixtus 4. Sanctione directa ad Germanos apud quos ead. diuiſio fuit inter parochos & fratres Minores, ac Prædicatores.

Tantis quondam naſcentes illi ordines ad Eccleſiæ maximum fructum, vt experientia comprobauit, agitati fluctibus fuerunt: non ſecus ac qui noſtro propè ſeculo in lucem prodierunt: neſcio an dixerimus, aut Parochorum & ſecularium Sacerdotum liuore:

a Ea eſt in c. 2. de ſepult. in Extrauag. Comm. & in cap. dudum de ſepulturis in Clement. quam conſtitue Ioann 22. confirmauit cap. vnico de iudiciis in extrauag.

b Cap. inter cunctas de priuilegiis, cap. vices de treuga & pace.

Digitized by Google

aut indiſcreto miniméque audaci illorum zelo, quibus ſanè propoſita eſſe debuit B. Franciſci modeſta humilitas, qua profitebatur etiam ſi haberet tantam ſapientiam quantam Salomon, nollet tamen prædicare in parochiis contra parochorum voluntatem: ac de D. Thoma legitur cum ei concionanti denuntiaſſet academiæ miniſter quem Bidellum vocant, vt è cathedra deſcenderet, ſtatim illum paruiſſe.

In Teſtam. quo‘ eſt to. 5. Biblioth. Patr.

Profectò ſatius eſſet his delegationibus & priuilegiis non peruerti quodammodo ordinem hierarchicum, & diſtrahi oues à paſtoribus, atque Monachos, quorum ſolitaria debet eſſe vita, cum ſecularibus atque etiam mulieribus verſari, quod inficias iri non poteſt deprauaſſe illorum mores.

Sed innocētia, integritate vitæ & doctrina Sacerdotes parochiani inuitent ad ſe laïcos quos ſiniſtris & incompoſitis moribus, V.
ac in res ſacras indecentia & irreuerentia alienatos à ſe fuiſſe ſatis conſtat, nec ipſi Epiſcopi & Parochi munere ſuo defungentes, id delegent imperitis plerumque ſacerdotibus qui neſciunt diſcernere lepram à lepra, quique adeò curſim, adeò indecore plerūque ſacrum officium quin & ipſam ſacrām Lithurgiam peragunt, vt videantur nihil diuinæ cogitationis habere, ac Dei cui offertur, cuique ſacræ preces canuntur maieſtatem attendere: ſed hoc ſolum vt quomodocumque miniſterium impleant quod neceſſe habent præſtare, vel ex officio gradus ſui & beneficij, vel mercedis cauſa vt de altari viuant, non aliàs impleturi: ſuſurrantes etiam interdum, garrientes & ridentes inuicem, nullaque corporis parte nec vllo geſtu ad Deum compoſiti: Vnde Parochianorum in illos contemptus, ac ſtudium monaſtica & religioſa templa ſectandi, in quibus è cōtra ſunt graues & docti viri: & in quibus cum tanta modeſtia, tantoque decore, tanto ornamentorū nitore, tantaque attentione Deo canitur & litatur, vt qui ſic ſe agunt erga Deum, non immeritò credantur gratiora illi offerre ſacrificia.

Sed vt ad rem, quia hoc munus prædicandi & confitendi videbatur eſſe contra regulam Monachorum, proindeque neceſſaria erat diſpenſatio, vides vt expetita fuerit à ſummo Pontifice vt Principe Eccleſiarum: à quo etiam deinde prodierunt diſpenſationes à decimarum præſtatione, exemptiones ab ordinaria iuriſ- VI.
dictione contra quas tantopere clamatum eſt, vt videbimus ſuo loco, & denique ab ipſa ſtrictiore regula Monaſtica: quæ potiſſimum quoad fratres Minores exactè obſeruanda fuit, ſi verum eſt

Digitized by Google

VII. quod legitur in vita D. Franciſci: illum nempe cum ſancire vellet religioſam viuendi normam, aſcēdiſſe montem ad inſtar Moyſis, ibique à Deo præcepta accepiſſe: nec ſemel: ſed cum deperditus eſſet illorum codex ei Deuteronomium ab eod. omnium legiſlatore ſummo exibitum eſſe, cum hoc mandato, vt regulas iſtas exactè obſeruaret tanquam à Deo editas, nec ſineret his aliquatenus derogari.

Sanè negari non poteſt quin relaxatio magnum detrimentum, & magnam caducitatem ne dicam dedecus attulerit ordinibus Mendicantium, nec ſine graui Eccleſiæ ſcandalo, vnde benignè amplexi & amplectendi qui tandem extiterunt natiuæ regulæ reparatores quidquid oblatrare ſciant difformitatis vindices.

VIII. Iam vero à voto religionis & continentiæ ad aliud votum tranſeamus, quod eſt matrimonij, & videamus quæ partes fuerint ſummi Pontificis, ſiue in illo diſſoluendo, ſiue in contrahēdo per gradus conſanguinitatis: qui vterque caſus quoniam eſt contra leges, ideo opus habuit licentia Principis.

Atque vt de primo caſu primùm loquamur, incidit in illud ingens ſacramentum de quo dixit Deus hominem non ſeparare, quos ipſe coniunxerit: de quo etiam Apoſtolus prædicauit grande illud eſſe ſacramentum in Chriſto & in Eccleſia. Quod ſi à ſacramento & iuramento quolibet alio legitimo vix licet diſpenſare, quomodo licebit ab eo quod conciliauit Eccleſia, confirmauit oblatio, & oblatum renunciauerunt Angeli, id eſt Præsbyteri? Porro vt licitum ratumque ſit matrimonium, plures circunſtantiæ requiruntur, vt iuncturi capaces ſint coniugij, vt conſentiant, vt non ſit clandeſtinum, nec in gradu prohibito: huiuſmodi vero coniugium eiuſque fides diuini iuris eſſe dicitur ex eo quod Deus id inſtituerit. Vnde noſter Chriſtus rectè argumentatus eſt, homini ſeparationem interdictam eſſe eius quod Deus coniunxerit, neque ab initio diuortiis locum fuiſſe, ſed ea deinde lege Moſaica permiſſa eſſe Iudæis propter duritiem cordis eorum. At vobis dico (ait Dominus reformator iſtius legis) quod quicumq; dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur: & qui dimiſſam duxerit mœchatur. Atq; Apoſtolus huic præcepto conformis: Alligatus es vxori noli quærere ſolutionem. Quod reſciēs Sibilla Hieroſolymorum regina cum eam Patriarcha, Tēplarij & Hoſpitalarij cuperent ſeparare à Guidone cuiante regiam ſortem nupſerat, vt cum Valranno comite Tri-

Rogerius de Houeden ad an. 1186. in Hērico 2.

politano fœdus iniret, quia in ſpecie rebus ad Orientem Chriſtianis vtiliſſimum id fore videbatur, ipſa fingens diuortium ſibi placere ſacramentum ab illis exegit accepturos illos quemcumque maritum elegiſſet. Tum vbi iurauerunt & proceſſerunt omnes in templum, fuderuntque preces vt dignus ei ſponſus contingeret, qui ſimul cum ea coronaretur (namque eo die celebrabatur coronationis Sybillæ ſolemnitas) ad eundem Guidonem cōuerſa: Ego, inquit, te eligo in Regem & Dominum meū, quia quos Deus coniunxit homo ſeparare non debet. Quo audito Patriarcha quique iurati cum eo erant, huic quoque coronam impoſuerunt. Præclarum fidei coniugalis non violandæ documentum.

Credibile vero eſt primos Chriſtianos Euangelici præcepti memores diuortia abhorruiſſe quæ ipſi Ethnicis conuitio dabant, quod degenerantes à priſca matrimoniorum fœlicitate, quæ per annos fermè ſexcentos nullum repudium admiſerat, iam adeo frequenter diuertebant vt repudium videretur eſſe quaſi votum matrimonij, ait Tertull. in Apologetico. Vnde mirum quod deſcenderit in Montani ſectam quæ diuortia ſuadebat vt ſcripſit Euſebius. Lib. 5. cap. 17.

Ergo qui hæc in aliis arguebant, cauebant ne idem conuitium in eos retorqueretur: ſcientes inſuper D. Apoſtoli præceptum. Ne etiam fidelis cum infideli iunctus dimitteret habitare ſecum conſentientem. Quapropter Gregorius Nazianzenus: Equidem, inquit, filio meo Veriano libentiſſimè conſilium darem vt diuortium non faceret: quod legibus noſtris omnino diſplicet, tametſi Romanorum leges aliter iudicent. Ep. 211.

Hinc quod etiam nullatenus permiſerunt eam ſeparationem prætextu maioris voti videlicet vt poſſet alter coniugū Sacerdos, aut Monachos fieri, alter vero ſic derelictus ad aliud matrimoniū transire tanquam iſto ciuiliter mortuo. Neque enim vinculi ſeparationem conceſſerunt, ſed copulæ & ita vt mutuò conſentirent coniuges: prout ſupra notauimus.

Ergo hæc propter ſacerdotium ſeparatio non fuit diſpenſatio: neque abſoluta vinculi coniugalis diſſolutio, quæ nec credita eſt licita propter adulterium, ſed corporum duntaxat ſeparatio ſi accuſanti marito placeret. Itaque Paulus cognomento ſimplex ſuā vxorem in adulterio deprehenſam reliquiſſe dicitur, vitam amplexus Eremiticam ſub Antonio Magno, in qua tantum profecit vt ſuo præceptore illuſtrior haberetur miraculis conficiendis,

Apud Iudæos lex de diuortiis nō pro muliere erat, ſed pro viro: neque repudiata mulier ad alias nuptias cōuolare poterat niſi conſentiente marito,

Digitized by Google

qui eam repudiauerat, tamē Salome Coſta baro libellum repudij miſit, ſed cōtra legē. Ioſeph.lib 15. antiq.cap.11.

dæmonibuſque affligēdis & profligandis. Sed cum ob eam cauſam dimittebant certum illis erat corporis duntaxat, non vinculi diuortium eſſe, vt pote non diſſolubilis niſi à Deo vt noſtri ex veterum Patrum teſtimoniis ſic conſtanter dictum Domini interpretātibus rectè defendunt aduerſus ſectarios. Vnde cum Fabiola illuſtriſſima fœmina dimiſſo ob adulterium viro alij nupſiſſet euangelici vigoris & rigoris ignara (in quo ait D. Hieron. nubēdi vniuerſa cautio viuo altervtro coniugū amputatur) hac de re, quia crimen erat, publicam pœnitentiam coram Epiſcopo Romano, Præsbyteris, omniq; populo egit: Nec egiſſet, ad eāq; Pontifex & clerus adegiſſet, aut ſaltem admiſiſſet, niſi cōſtitiſſet nullo prętextu, nequidē adulterij viuente coniuge alias nuptias ineundas eſſe.

In Epitaphio fabiolæ ad Oceanum.

Porro in Concilio Tridentino Oratores Veneti ſuper anathemate de diuortiis, interceſſerunt ne incolę regnorum Cypri, Cretæ, Corcyræ, Iacynthi, & Cephaloniæ damnarentur inauditi, ex eo quod ab antiquiſſimo tempore in more habuerint vxorem adulteram repudiare, & alteram ducere. Qua de re cum difficultas eſſet, inuentum eſt temperamentum, non vt ij damnentur qui dicunt adulterio matrimonium ſolui poſſe, & aliud contrahi quod D. Ambroſ. & alij Patres Græci tenuerunt, vtque apud Orientales moris eſt: ſed ij anathemate feriantur qui dicunt Eccleſiam errare, cum docet propter adulterium matrimonij vinculum non poſſe diſſolui, nec licere aliud matrimoniū contrahere; quod affirmant Lutherani: hæc author hiſt. Concilij Trident: ſi ei fides tam in relatione quam in allegatione Patrum.

Lib. fin. p 609.

Turpiùs tamen fecit Valentinianus Imperator, qui cum Iuſtinam deperiret, ipſe addictus Seueræ coniugio hanc quidem non repudiauit, vt pote conſentientem iſtis amoribus, ſed illam ſuperinduxit lege lata de duabus vxoribus licitè ducendis, quemadmodum olim Claudius de nepte ducenda. Quod adhuc erat contra legem diuinam: Eritis duo in carne in vna: cui præualere non debebant ſacræ ſcripturæ aliquot exempla cum legibus non exēplis iudicandum ſit.

.IX

Epiſcopi vero Romani nullæ tunc partes fuerunt non in concedendo (nunquid enim iis moribus, pietate & religione quibus ea tēpeſtate pollebant Pontifices cōceſſiſſet?) ſed in prohibendo. Placet tamen Baronio hanc de Valentiniano hiſtoriam commentitiam eſſe à Socrate, quoniam à nullo iſtius ætatis ſcriptore refertur, & quod Damaſus qui tunc Romæ ſedebat hoc factum ſi-

Digitized by Google

ne cenſura non tuliſſet: ſed vt fides fiat Socrati cogit nonnihil circunſtantia, quam affert nimirum liberos ex eo cõiugio ſuſceptos quos etiam nominat.

Sed dici poteſt ex Iuſtina non vt vxore verum vt cõcubina: porro Concilio Tolet. 1. vxorem habenti concubinam habere non licet, & qui habet à cõmunione repellitur: qui vxorem non habet concubinatus ei licitus eſt; id vero quia concubina verè vxor erat, ſed ſine dote & contractu.

Conſtat vero ex D. Auguſtino vbi Chriſtianos potentes ſæculi diuortiorum libido inceſſit interpellatos eſſe ab illis Epiſcopos: ergo non ipſum ſolum Pontificem Romanum tãquam ab eo ſolo diſpenſatio ab iſto vinculo penderet. In Pſal. 149.

Habemus autem Chriſtianorum Imperatorum ſanctionem de diuortiis & alteris propter illa nuptiis, ſed fortaſſe quia cum nondum omnes ad fidem conuerſi eſſent, legem dabant fidelibus & infidelibus. Sed Iuſtinianus qui poſterior fuit, certas quidem diuortiorum cauſas ſtatuit, nihil vero de alteris nuptiis. 1 8 c. de repudiis. Nou. 117. c 7. & ſeq cum c. 12

Porro quædam illuſtria Principum Chriſtianorum leguntur diuortia nec conſulto, quod dicatur Pontifice Romano: Sic Dagobertus noſter Gomatrudem ob ſteritilitatis vitium reiecit, & Nantildem monialem cœpit, duo ſimul peccata committens, & duorum vinculorum contemptum: Sic Carolus Magnus Theodoram Deſiderij filiam accepta Hildegrande Sueua: quanquam olim D. Germanus Gunteramnum ob ſimilem errorem cenſura Eccleſiaſtica caſtigaſſet: adeo vero deinde diuortia licita fuerunt vt de illis formulæ conceptæ legantur apud Marculphum, ex quibus tranſitio permitteretur à repudiatis ad alteras nuptias.

Sed tandem Epiſcopi Romani ſuæ poteſtatis callentiores, id quidam prorſus vetuerunt, quidam aliquando cõceſſerunt. Inde Nicolai 1. in Lotharium Imperatorem: Gregorij 7. Vrbani & Paſchalis in Philippum 1. Innocentij 3. in Philippum Auguſtum Galliæ Reges cenſuræ. Tãtique fuit Lothario Epiſcopi Romani authoritas, vt licet quorũdam Epiſcoporum haberet conſenſum, diceret tamen ſe mallè illius indulgentiam. Eodemque reſpectu Henricus 4. Imperator reuocatus ſcribitur à diuortio quod cum Berta vxore meditabatur, vt alij nuberet cauſatus ſe non poſſe cum illa, tam naturali, quam maritati coitus fœdere copulari, vt ait Sifridus, legato Pontificio referente hoc diuortium ingratum fore, tum Italiæ proceribus quos illa attingebat affinitate, tum Lãbert. Schafnaburg ad an. 1069. Carol. Sigon. de Occid. Imp. in Henrico 4. Auent. lib. 5. Annal. Boior. Sifrid epiſt 2. ad Alexand. Pontif.

Digitized by Google

præſertim Pontifici maximo. Nec ſatis fuit Henrico quod Archiepiſcopus Moguntinus eam ſeparationem ſolemni conuentu, iureque ſuo ſe facturum pollicebatur: tunc vero diuortium appellabatur à Damiano, vt id prohiberet, miſſo res peſſima, & à nomine Chriſtiano abhorrens. Sic etiam cum Rodulphus Virimanduorum comes vxorem ſuam repudiaſſet, vt Petronillam Alienoræ Reginæ propinquam duceret obtenta etiam diſpenſatione à camera Apoſtolica, ſed furtiuè & inſcio, vt credibile eſt Pontifice maximo, coactus eſt eiuſdem cenſuris ad priorem redire: Et quomodo aiebat D. Bernardus, quos Eccleſia coniunxit, diſiunxit camera? nempe quæ in tenebris facta ſunt, opera ſunt tenebrarum.

Sed noſtro Carolo Pulchro diuortium permiſit, ob ſpiritualem affinitatem, quia eum è lauacro ſacro ſuſceperat Mathildis mater Blancæ vxoris tum ſeparandæ: quod confictum putabatur: veriorque cauſa vt Blanca adulterij rea & conuicta occultæ morti ſubtraheretur: quippe quoniam ea viua nubere alteri Carolus nequibat: eaque de cauſa Ludouicus Hutinus Margaretam eodem crimine damnatam occidi in carcere curaſſet quò tranſire ad ſecundas nuptias poſſet.

cap 3. de cognat. ſpirituali.

Huiuſmodi autem ſpiritualem affinitatem impedimento eſſe nuptiis conſtat ex decretis, iureque recepto Occidentalis, & Orientalis Eccleſiæ: vnde quod narrat Zonaras in Nicephoro Phoca: Idque ita obſeruatum vt Guilielmus Moguntiæ Archiepiſcopus Othonem Patrem ſuum conſortio Criſtiano amouerit quia commatri ſuæ nupſerat. Et Vuladiſlaus Poloniæ Rex perpetuo ſuorum diſſidio laborarit authore Alberto Cracouienſi Epiſcopo, quoniam cum filia matrinæ ſuæ coniugium inierat. Nec ante illos obediētes habere potuit quam diſſoluto Reginæ morte matrimonio: creditumque ob eas nuptias vindicta diuina fulgur in eius currum immiſſum, vnde equi, & nonnulli cuſtodiæ regiæ milites afflati fuerunt: ipſeq; in deliquiū & ſurditatem ceciderit.

Cap. 2.

De hac cognatione ſpiritual. vide Patriarcharū decreta lib. 3. iuris Orientalis.

Itaque eos coniungi vetatur per quos, vel illorum alterum parentes compaternitatem inierunt. Tum etiam ſi poſt contractus nuptias compatrini fiebant, eos diſſoluendos eſſe credebatur. Vnde Fredegundis aſtutata pellex vt cauſam diuortij inter Chilpericum Regem, & Audoenam vxorem eius daret, cum eis nata eſſet filia ſuaſit Reginæ vt eam è ſacro lauacro ſuſciperet, prætextu quæſito nobiliſſimæ filiæ nobiliſſimam matrinā deberi: Deinde Regi ſcrupulo iniecto author fuit vt eam in cœnobium relegaret,

Digitized by Google

ret, ne velut inceſto, & illicito concubitu pollueretur.

Verum ſatis de iſta cognatione ſpirituali, vt iam diplomata Pōtificia diſtrahendis nuptiis quæſita abſoluamus; id eſt à Romano Pontifice tandem aſſueta peti: quanquam iure decretalium Epiſcopis competat diuortia cōprobare: ac proinde Ludouici iunioris cum Alienora nuptię diſſolutę fuerunt ex placito Concilij Baugentiaci, in quo Rhemorū, Senonū, Rotomagenſium, & Burdegalenſium Archiepiſcopi conſederunt. Ioānis Angli per Heliam Burdegalenſem Archiepiſcopum, VVilielmum Pictauienſiem, & Henricum Sanctonenſem.

Cap. 5. de eo qui cognouit conſanguin.

Legitur tamen in hiſtoria Sicula Epiſcopos Siciliæ noluiſſe notionem ſuſcipere diuortij, quod Richardus Sagienſis illectus amore cuiuſdam meretricis, quæ Capuani Archiepiſcopi neptis erat, proſequebatur, ſed eam remiſiſſe ad Cardinales Neapolitanum, & Hoſtienſem: & Hoſtienſis quidem vir integræ mentis, cum videret Neapolitanum auro corruptum eſſe, noluit adeſſe iudicio. Cauſa vero propter quam Richardus coniugium diſſolui cupiebat, fingebatur quod ante illud conſobrinæ vxoris conſuetudinem habuerat: idque commentum aſſerebat per falſos teſtes, vt vxor aiebat, qui ſe actui obſcœno interfuiſſe mentiebantur. Itaque Neapolitanus acceptis iſtorum teſtium ſacramentis & depoſitionibus coniugium diſſoluit, permiſitque Richardo, cum vellet, alij nubere: mulieri autem perpetuam viduitatem indixit. Quæ ſentētia cum pleriſque inepta, & iniuſta videretur, vt inſons ſic mulctaretur, ac latenter quæreret, num in cauſis paribus idem ius reddendum eſſet, reſpondit Cardinalis, ſibi licere quod eis nō liceret, neque ſe feciſſe quod aliis conſequendum traderetur.

Iure decretaliū non ob id diſſoluitur matrimonium quod contrahendum impediret. c. 5. de eo qui cognouit cōſang.

Quod ſi Cardinales prærogatiua ſuæ dignitatis tantum ſibi tribuerunt, quanto magis ad ſummum Pontificem referri debuerūt huiuſmodi cauſæ? maximè poſtquàm Principes vni ſe iſtius Pontificis iuriſdictioni ſubditos eſſe voluerunt.

Inde Ludouicus 12. cum ſe nondum Regem cauſaretur vi adactum nupſiſſe Ludouici 11. deformi filiæ; atque exhiberet obteſtationes, quibus ante nuptias profeſſus fuerat contrariam voluntatem, interceſſit apud Alexandrum 6. (cui omnia ſacra, ſanctaque vilia fuerunt, ipſe etiam Lucretiæ filiæ ſuæ impudiciſſimæ fœminæ nuptias dirimēs prætextu frigiditatis qua ſubornati teſtes maritum eius laborare dixerunt) vt eius cum venia ab hoc coniugio diſcederet, & aliud ſortiretur. Quod Alexander concedens, ac-

Digitized by Google

ceptis 30.mille ducatis, Regeque obligato ei auxilio futurum aduerſus Romandiolæ Vicarios, delegauit Epiſcopum Settenſem cum Bulla diſpenſationis, iuſſum tamen eam Regi occultam habere quouſque Dux Valentinianus Pontificis filius cum Rege ſuas res ad libitum compoſuiſſet. Spes enim erat, nihil non Regem cõceſſurum vt votis potiretur. Sed Ludouicus ab Epiſcopo clam edoctus diſpenſationem expeditam eſſe, idque eodem iure ducẽs ac ſi tradita ei fuiſſet, diuortio facto celebrauit nuptias cum Anna Caroli 8. vidua, ac Britanniæ hærede: hæc Guichardinus. Deniq; Henricus 8. Angliæ Princeps, tantis conatibus apud Clemẽtem procurauit ſeparari ſe ab Auſtria Catharina, nec procuraſſet ſi ſuorum Epiſcoporum ſufficere ſententiam putaſſet. Et quidem quia cum ſubſint Epiſcopi quoad corpus & temporalia Principi terreno, verendum eſt ne vis eis adhibeatur vt etiam illicitis conſentiãt, rectè prouiſum eſt vt ad maiorem poteſtatem deducantur Principum ſupremorum ſpirituales cauſæ: inferiorum autem puta diuortia Epiſcopis Diœceſanis relinquuntur, vt quæ nunc cum effrænata, & pudenda licentia tranſiguntur obtentu frigiditatis.

Quia per ſignaturam cenſetur Papa gratiam facere ſufficit illam conceſſã, & litteras expeditas eſſe, vt poſſit illarum diſpenſatione & effectu vti in cuius ſunt fauorẽ licet nondum ei traditæ fuerint: ſed nõ ante expeditionem litterarum niſi expeditio vergat ad ſolũ lucrum concedentis. Rebuff. in pract. Cãcellar. pag 428.

Tametſi vero tanti ſit Romani Epiſcopi authoritas vix inuenies, vllum ab eo diuortium conceſſum, ex eoque venia tranſeũdi ad aliud coniugium niſi obiecta aliqua cauſa, ſeu vera, ſeu falſa, aut præcedente, vt conſanguinitate; aut ſubſequente, vt frigiditate quæ nullum fuiſſe, aut iam eſſe prius vinculum declaret: atq; his ceſſantibus adeo ratum illi fuit, vt nec mores quantumlibet mali, ac ne quidem hæreſis, aut infidelitas ſuperueniẽs eum mouerit; quia ſacramentum fidei quod ſemel eſt admiſſum nũquam amittitur, ſed ratum efficit coniugij ſacramentum, vt ipſum in coniugibus illo durante perduret ex reſponſo Innocẽtij 3. ad Ferrarienſem Epiſcopum. Imò neque etiam corporalem diſceſſionem permiſit niſi adhibito Eccleſiæ iudicio.

Cap. 7 de diuortiis.

X. Sed quoad contrahendum facilior diſpenſatio fuit earum cauſarum quæ ne contrahatur impediunt: quarum præcipuæ ſunt, aut conſanguinitas, & affinitas, aut votum religionis in quibus, quia maioris ſunt momenti placuit neceſſariam eſſe ſummi Pontificis indulgentiam. De voto iam aliquot exempla adduximus cum de Monachis è Clauſtro ad Principatum ſæcularem vocatis diximus: quibus addunt aliqui Conſtantiæ quam dicunt Monialem cum Henrico 6. coniugiũ, de quo dicemus in hiſtoria Principum excõ-

Digitized by Google

municatorum. An vero licita ſit diſpenſatio ad huiuſmodi coniugia ſuprà vidimus quid ſenſerit D. Thomas: quem variaſſe Felinus refert, profertque Theologos & Doctores qui eam opinionẽ propugnauerint, vel impugnarint. Et quidem ſi fides inuiolata eſſe debet, ſi iuſiurandum, ſi denique coniugium, quomodo violari poteſt quod ille promiſerit qui profeſſus eſt ſe abrenuntiare omnibus, & nunquam à voto receſſurum? quomodo coniugium ſpirituale quod cum Eccleſia contraxit primùm voto, deinde Sacerdotio cuius character indelebilis dicitur irritum eſſe poteſt, & tantæ coniugi veluti ex ſæculo pellex ſuperinduci?

In conſanguinitate facilior & expeditior videtur diſpenſatio. Siquidem primi homines cum fratribus & ſororibus nubebant. Quo alluſiſſe videtur Cicero de nuptiis & coniugio loquens: Sequuntur, inquit, fratrum coniunctiones: deinde ſobrinorum, cõſobrinorumque, qui cum vna domo iam capi non poſſint in alias domos tãquam in colonias exeunt, neceſſitate profectò exigẽte, vt genus humanum propagaretur. Quid ſi ſe offert alia neceſſitas? Nunquid ea diſpenſationem ſuadebit?

Lib. 1. off. De iſta materia, vide Origenem lib. 5 contra Celſum. Minutiũ Fœlicẽ in Octauio Ampliſſimè Couarruuiam tract. de matrimonio cap. 10.

Variarum porro gentium, varia quoad hæc produntur ſcita & exempla, vt apud Perſas licuerit ſororem ducere quanquam ſapientes Cambyſi reſponderint nefas id eſſe & contra legem, ſed Regem facere poſſe quod velit: Apud Græcos neptem & ſororẽ, etſi mulctatus dicatur Timon quod ſuam duxerit. Apud Iudæos verò ante legem ſcriptam Abrahamus Saram habuit coniugem, quæ ei ſoror erat ex patre non ex matre, ſi nudam ſcripturæ litterã attendamus, id enim ex profeſſo dicit Abraham: aut ſaltem proximo eum affinitatis gradu attingebat, Ioſepho ſcribente: Abrahamum dixiſſe eam fratris ſui filiã eſſe, ergo neptis erat: vt vertit Genebrardus. Iacob duas ſorores eod. coniugio habuit.

Exod. ca. 12. & 20.

Sed lege ſcripta prohibentur certi gradus qui vltra fratres ſororeſque, ac neptes non deſcendunt: vnde inter filios filiaſque fratrum & ſororum nuptiæ non interdictæ fuerunt, quanquam Philoni Iudæo aliud placeat, ſcribenti, neptium non ſolum, ſed & conſobrinarum matrimonia eſſe vetita. at fortaſſe ſeu degenerãtibus Iudæis à lege priſca, ſeu quod Principibus omnia rata ſint. Solymius non erubuit Ioſepho fratri filiam ſuam iſtius neptem ſupponere noctu pro ſaltatrice quam ille deperibat: ac demum reuelato facto eam pro vxore legitima Ioſephus habuit: ex eoque coniugio natus eſt Hyrcanus cognomine Iamna, quem Saluatoris

Lib. de ſpecial. lib. legib.

Ioſeph. lib. 12. antiq. cap. 4.

Digitized by Google

Ioſeph lib 18. antiq cap.11.

noſtri atauum ferunt. Deinde Herodes Pheroræ fratri ſuo filiam ſuam dare voluit coniugem, ergo patruo neptem. Porro Herodes licet Rex Iudæorum Idumeus erat. Omnibus autem nationibus ante legem Euangelicam perſuaſum fuit non duntaxat inter conſobrinos & conſobrinas valida eſſe coniugia, verum etiam patrui cum nepte vt ex Plutarcho, Demoſthene, & Homero conſtat. Sed Romanis pudor fuit ſupra gradum conſobrinitatis contrahere: vnde cum Claudius vellet Agrippinæ nepti ſuę nubere legem tulit qua id licere voluit: nec tamen obtinere potuit, vt probaretur ea lex: vnus quippe concupitor huiuſmodi nuptiarum extitit, impulſus Agrippinæ gratia quæ legi cauſam dederat. Quod verò deinde Nerua eam legem abrogauit, nonne quia in vſum reuocabatur? Et quidem Domitiano oblata eſt in matrimoniũ fratris eius filia.

Plutarch de 10. oratorib. in Antiphone. Demoſth. orat. aduerſ. Leochatē. Homer. Odyſſ. 7. in principio.

Zonaras in Nerua. Suet. in Domitiano cap. 22.

Euangelica vero lege quatuor Euangeliis comprehēſa, & Apoſtolorum epiſtolis nullus diffinitus eſt gradus, neque Apoſtolorũ Canonibus aliud cauetur quam ne clericus fiat qui duas in coniugium ſorores acceperit, vel viduam fratris, vel filiam fratris. Ergo vel cæteri id eſt laïci non prohibebantur, vel cæterorum cõſanguineorum nuptiæ interdictæ non erãt, nedum clericis: Nam exceptio firmat regulam. Si tamen Abdiæ vera eſt hiſtoria, Apoſtolis certum erat inter fratrum liberos nuptias illicitas eſſe: & ſi vera non eſt, quod magis eſt, hoc tamen ex illius antiquitate addiſcitur à pluribus ſęculis condemnatas eas eſſe apud Chriſtianos, narratur enim D. Andręas duos fratres ſuorũ liberorum, nempè filij vnius cum alterius filia coniugium meditantes, obiurgaſſe, ac pro cogitatione velut impia pœnitentiam ſuaſiſſe.

D. Baſil. ad Diodor. de eo qui duas ſorores habuit cõiuges.

Lib. 5. Apoſt. hiſt.

Can. coniunctiones 35. qu. 2. & 3.

Videntur deinde Calixtus 1. & Fabianus de nuptiis inter conſanguineos non contrahendis legem primi edidiſſe: deinde Iulius 1. extenſa etiam prohibitione vſque ad 7. gradum, tamen D. Ambroſ. paternum admonens ne filio ſuo iungeret filiam ſororis eius vterinæ, id eſt neptem, ait, Lege diuina prohiberi fratres patrueles qui ſibi quarto ſociantur gradu conuenire in coniugalem copulã: ac refert legem Theodoſij quæ idem vetat. Quin etiam apud Græcos lege Synodali Patriarchæ Conſtantinopolitani prohibētur nuptiæ fratrum conſobrinorum, ſeu patruelium, & eorum qui ex his nati ſunt. Et longè poſt Alexius Patriarcha ſtatuit, vt nec in 7. gradu permitterentur.

Can. de propinquis can. ſeq. Can. nullũ. 35. qu. 2. & 3.

Ep. 66.

Lib. 2 Iuris Orient.

Sed quamuis hæc eſſent, nihilominus impunè fuit apud Epiſ-

Digitized by Google

copos Romanos quibuſdam Principibus nubere conſanguineis ſuis: puta Honorio Imperatori qui Mariæ coniugis defunctæ ſororem Thermantiam duxit, cuius virginitatem delibare non potuit, vt neque prioris: ambæ autem eius erant conſanguineæ. Clotario noſtro duas eodem coniugio ſorores habenti. Heraclio Imperatori qui filiam ſororis ſuæ vxorem duxit, id eſt neptē, lege etiam lata, vel à Claudio repetita, vt id liceret: quam ob rem creditur Priapiſmo, id eſt perpetua tentigine vindicta diuina percuſſus adeo, vt quoties veſicam exoneraret vultum lotio ſpargeret, niſi tabula vmbilico admota prohiberet. Sic Principes gradus nuptiales prout placebat diffiniebāt. Nam & Iuſtinianus nuptias cōſobrinorum primi gradus, ſcilicet qui fratrum & ſororum liberi eſſent, ratas eſſe voluit: quin & ſui iuris faciebant firmare, & approbare conſobrinorum coniugia provt eſt apud Caſſiodorum: quod erat velut imo prorſus diſpenſare: quemadmodum & iuriſiurandi gratiam facere, id eſt à iuramento abſoluere præſumpſerunt Imperatores Antoninus & Verus. An fortaſſe, quia Pontificatu fungebantur? Sed ipſe etiam Chriſtianus Iuſtinianus diſſoluendarum nuptiarum caſus ſtatuit, quaſi ſui iuris eſſet earum diſſolutionem permittere, videlicet inhabilitatem, quam dicimus frigiditatem, ſanctimonialem conuerſationem, & alterutrius coniugum captiuitatem. Quorum omnium nullum approbauit Eccleſia, vt ſolueretur matrimonium, & ad aliud tranſiretur niſi primum.

Zonar. in Arcadio & Honorio.
Gagnin. in Clotario.
Can. 8. Pariſ. Concil. 1.
Aimon lib 4. ca 22. de Heraclio, & Cuſpinianus in eius vita.
§. duorum Tit. de nupt. Inſtit.
XI.
Lib. 7. ep. 46.
l. f ad municipal. & de incol.
Nou. 117. c 12.

Et diù poſt Alexius Comnenus Imperator Græcus aiebat, Licere, quibus à Deo rerum humanarum diſpenſatio commiſſa eſt ſupra leges, quando voluerint in ſponſalibus diſpenſare. Denique Ludouicus Bauarus eamdem ſibi prærogatiuam arrogauit, vt de conſanguinitate Margaritæ Ducis Carinthiæ filiæ & filij ſui cognoſceret ac pronuntiaret eam non obſtare quominus nuberent. Aliter Trithemius ſcripſit Ludouicum nempe illam nuptam rapuiſſe violenter viro ſuo, quod diceret inter eos cōſanguinitatem eſſe & iunxiſſe filio ſuo, vt ſic poſſideret ducatum Carinthiæ & Tirolis qui ad eam pertinebat. Qua de re quæſtus vir ad Ioan. 22. cauſa fuit vt Ludouicus excommunicaretur. Sed de iſta excommunicatione ſuo loco. Quomodocumque ſe habeat illa hiſtoria, eò recidit vt Ludouicus ſibi adtribuerit cognoſcere de validitate, aut inualiditate nuptiarum in gradu conſanguinitatis. Illaſque ratas, aut irritas facere: Quo etiam nunc priuilegio vtuntur non ſolū ipſe Imperator, ſed & Germaniæ Principes, & Status Imperij

Imperat. conſtit. Tit. de ſolut. ſponſal.
In Chron. Hirſaugenſi ad an. 1324.

Digitized by Google

(ad quos iura Epiſcopalia ex conſtitutione Imperiali trãſlata ſunt) vt & diſpenſationem graduum in coniunctione iugali concedãt, quemadmodum refert Ioachimus Stephanus Germanus, iſque Catholicus.

Lib. 1. Cap. 1. Inſtitut iuris Canonici.

Sanè apud nos quoniam cogimur tolerare hæreticos, ſi alicui illorum placet in gradu prohibito nubere, debet à Rege noſtro diſpenſationem expetere: aliâs inualidum erit matrimoniũ, atque ita quoniam iſti alieni ſunt ab Eccleſia: aliâs enim veriſſimum eſt quod dixit D. Ambroſius, Palatia eſſe Imperatorum: Eccleſias & res Sacras Sacerdotum. Ipſeque Iuſtinianus: maxima eſſe dona Dei Sacerdotium & Imperium, illud quidem diuinis rebus miniſtrans, hoc autem humanis Præſidens: nihil tamen abſurdi eſt ſi Iudex & Magiſtratus Laïcus de cõſanguinitate cognoſcat an ſit. Hæc enim quæſtio eſt facti: neque proinde Eccleſiaſtici auocare debent ab illo omnes cauſas eo prætextu quod innexæ ſint Sacramento, vel Eccleſiaſticæ rei, quo prætextu Epiſcopi hæretici, qui D. Chryſoſtomum abrogauerant iniquè, Imperatorem Arcadiũ iniecto ſuperſtitioſo ſcrupulo deterrebant ne de iniuſta illorum ſententia cognoſceret.

Ep 33. Nouel. 6. in principio.

Niceph. lib 13. cap. 20.

Sed hæc cognitio Principi Laïco non debet diſpenſandi ius tribuere. Quapropter cum apud Græcos eorum lege permiſſę eſſent nuptię cognatorum in 8. gradu, prohibitę in 6. & 7. diſpenſatione ſynodali opus fuit, vt Ioannes Catacuzenus Irenem Imperatoris Iſaaci Angeli ſororem illiq; in 7. gradu propinquam duceret vxorem.

Balſamo in Phocij tit. 13. de Laïcis. gl. quæ incipit 10. & 11. cap.

XII. Summos vero Pontifices diſpenſationem aliquam olim conceſſiſſe in aliquo gradu non legimus, niſi fortè pro diſpenſatione quis accipiat indultum à Gregorio Magno Anglis tum recens ad fidem conuerſis datum, vt qui ante baptiſmum & cõuerſionem cõſanguinei contraxerãt nuptias non diſiungerẽtur: Quod ne cui ſcandalum faceret, declarauit idem Gregorius ſuam intentionẽ non eſſe vt iiſdem adultis in fide eãdem diſpenſationem tribueret. Namque adeo auerſus erat ab huiuſmodi nuptiis, vt reſcribẽs ad Fœlicem Siciliẽſem Epiſcopum nuptias inter propinquos vſq; ad 7. generationem diceret inceſtuoſas & abominabiles coram Deo & hominibus. An vera diſpenſaſſet ab eo quod ſic abominabile & Deo repugnans credebat? Sed Zacharias refert diuulgatã eſſe prædeceſſoris ſui, qui fuit Gregorius 3. diſpenſationem qua quidam permitteretur viduam auunculi ſui, quæ & ipſa fuerat

Can quod lex cauſa, 35. qu. 2. & 3. Calixtus 1. diſtrictè prohibuit cõſanguineorũ nuptias, vt pote legibus diuinis dãnatas & licet pœnitentibus non ſe poſſe infamiã quam contraxerant abolere

vxor conſobrini ſui ſacrumque velamen induerat in pernitioſo, vt ait, matrimonio habere. Abſit vero, inquit, vt prædeceſſor noſter ita præceperit. Nec enim ab hac Apoſtolica ſede illa diriguntur quę contraria eſſe Patrum ſiue Canonum inſtitutis perhibentur. Quapropter ſcripſit ad Bonifacium vt eos admoneat, adhortetur, increpet, nec ceſſet quatenus à tali ſceleſto recedant matrimonio ne in ęternum pereant. Ergo diſpenſatio Pontificia neutiquã illis profuiſſet apud Deum quin perituri eſſent in æternum. At iam placet & à conſanguinitate, & à velamine diſpenſare poſſe Epiſcopum Romanum: Verum mehercle aliud eſt diſpenſare apud homines, aliud apud Deum. Vnde cum quidam Comes ob inceſtas nuptias excommunicatus à Dunſtano Cãtuarienſi Archiepiſcopo reſcriptum Ioannis 13. obtinuiſſet largo munere largiorique ſponſione (ſic hiſtoricus) vt peccatori conniueret, & cum Eccleſię gremio reciperet: Archiepiſcopus reſpondit ſe tunc obediturum Papę ſi Comes pœniteret. Itaq; ad Concilium à Dunſtano indictum venit nudis pedibus, amictus laneis indumentis, virgas manu ferens, & antè pedes Archiepiſcopi procumbens meruit abſolutionem, vt refert Baron. poſt Surium, ad an. 1370. adeo auerſi quondam ab iſtis nuptiis animi fuerunt, vt nec quidem in illic diſpẽſatio ſummi Pontificis admitteretur. dixit. ep. 2 to. 1. Concil. Vnde Canon cõiunctiones 35. qu. 2. & 3.

Deniq; licet Gregor. 7. addictiſſimus eſſet Mathildi Comitiſſę, non eſt tamen paſſus eam manere coniugem Azonis Marchionis Eſtenſis, qui prioris eius viri conſanguineus fuerat, eos enim ſeparauit. Sic Paſchalis 2. Alphonſum 9. Arragoniæ Regem diſiunxit à Varraca, quia vtique proauus fuerat Sanctius Rex cognomento Maior. Necnon Sabinenſis Epiſcopus legatus Apoſtolicus Iacobum 4. ab Alienora obteſtatum tamen ante ſententiam ſe pro legitimo habere velle quem bonã fide ignorans affinitatem genuerat. An vero quia antè nuptias explorata nõ fuerat ſummi Pontificis diſpenſatio eam conceſſuri ſi exoratus fuiſſet? Sed dubium an conceſſurus eſſet quando non tanta diſpenſandi licentia inuaſerat Eccleſiam, nullaque exempla legantur: imo tolerandum aliquando cenſuit Innocentius 3. coniugium ſine diſpenſatione contractum in quinto conſanguinitatis gradu, in quo forſan contrahendo non diſpenſaſſet. Iudices rerum Arrag. lib. 1. ad an. 1110 1111. & ad an. 1129. Hieronym. Blanca in cõment. rerum Arrag. Cap. 6. de conſang. & aff.

Namque adeo abhorruit Eccleſia nuptias inter cognatos, ſeu generali nomine parentes cõtractas, vt cum eas priùs prohibuerit in ſeptimo gradu authore Iulio 1. voluerit in computatione gra-

Digitized by Google

duum, ſeu generationum, vt longius producerentur non cōprehendi eum à quo inciperent. Idque Synodo habita ſub Alexādro 2. an. 1065. in qua damnati ſunt Iureconſulti velut incæſtus hæreſim profitentes, quia Iuſtiniani conſtitutionem de gradibus cōſanguinitatis in quibus authorem illorum numerat, quoniam in eis ſucceſſionum rationem habet, vt proximitas id eſt proximior hæres inde attendatur: ad matrimonia quoque extendebāt, vnde licita ea volebant eſſe in ipſo 7. gradu, qui tamen non niſi ſextus erat ex computatione Canonica. At Pontifex Romanus in illa Synodo cenſuit interdictionem nuptiarum, etiam in ſeptimo gradu, ita intelligendam vt extra authorem generationis eſſent ſeptē gradus completi, ac in octauo duntaxat liceret nubere. Vnde nouem gradus requirebantur ſi in numero cenſendus erat author: quem ideo excludi viſum eſt, vt ait Gratianus, quia cum vna caro ſint pater & filius non deberent exiſtimari cōſtituere duos gradus, ſed vnum qui inciperet à filio. Verum vt excluderetur nondum cenſuerat Eccleſia, vt liquet ex D. Ambroſio qui de prohibitione nuptiarum inter parentes ſcribens fratres patrueles, ait eſſe in 4. gradu, qui tamen cum ſint fratrum filij inueniuntur in ſecundo, duntaxat gradu iuxta computationem illam Alexandri 2. quæ apud Græcos non eſt recepta, obſeruantes quippè Iuſtiniani ſeriē. Ergo ea prior fuit Eccleſiæ ſeueritas vt in 7. gradu non valerent nuptiæ: ſed placuit poſterioribus Pontificibus eas validas eſſe in quinto gradu, in quo tamen author illorū quinque graduum non computaretur: quaſi extra illos gradus non eſſet generatio, ſeu cōſanguinitas, vt cenſuit ibidem Alexander: quam Iuſtinianus vſq; ad decimum gradum produxit vbi de ſucceſſorio iure quæſtio eſſet: eaque ratione quādo agitur contra fiſcum de hæreditate, quā ſui iuris aſſerit velut deficientibus hæredibus, ſunt qui eos admittendos opinantur vſque ad decimū dumtaxat gradum non vltra. Verum adiudicaſſe ſucceſſionem dicitur Curia Pariſienſis ei qui vltra etiam iſtum gradum erat: & profectò æquiſſimè quia fauores ſunt ampliandi odia reſtringenda, & ſub bono Principe fiſci ſemper cauſa deterior eſt. Quo fit vt ei quoque eadem Curia præferat vxorem in bonis viri cui nulli apparent ex ſanguine hæredes: & ſimiliter virum in bonis vxoris: ac licet iure municipali cautum ſit vt paterna paternis, materna maternis contingant neque confundantur patrimonia, tamen in defectum paternorum non ſuccedit fiſcus, ſed ad maternos deuoluuntur ea bona: nec ſecus ſtatuitur

Can. ad Apoſtolicā, can. 35. q. 5.

Tomo 1. iuris Græco Romani, & maxime reſponſo Demetrij Chomateni, & lib. 2. iuris Oriental.

Cap. f. de conſan. & ibi gloſ.

Chopp. lib 1. de dom. tit. 11. n. 7.

Digitized by Google

tuitur de maternis bonis. Sed in odioſis velut in retractu qui cõpetere non poteſt apud nos niſi ei qui cognatione attingit illum à quo fundus retrahendus proceſſit, non ſpectatur ea cognatio vltra decimum gradum: ſic ſubſtitutionum gradus ad quartum vſque limitauit edictum Aurelianenſe: cui Tholozana Curia non paruit, neſcio an ſubſtitutio ei fauorabilis videatur viderique debeat, ac proinde amplianda.

Dom. Seruinus cauſa Comitis Sueſſion. pro retractu terræ Blandi.

Chop. de vtili Andeg. Dominio c. 3. tit. 2 n. 4

Ergo ſic obſeruabatur ab Eccleſia gradus conſanguinitatis, vt qui in prohibito nupſiſſent, ſeparari eos oporteret: Vnde fraus inducta, vt quos ſui vinculi tæderet, ſolerent ipſi aut vir, aut mulier falſos conſanguinitatis titulos allegare, quemadmodum notauit Damianus Cardinalis.

Libello de cõtemptu ſæculi.

XIII.

Tandem eò progreſſa eſt hæc licentia, vt nullus ferè gradus exceptus ſit. Namque Duci Burgundiæ indultum, vt auunculi ſui Comitis Niuernenſis viduæ nuberet. Ioanni Guſmano Aſſidonenſi Duci, vt duabus ſucceſſiuè ſororibus: Emanueli Portugalliæ Regi, vt duabus item ſororibus quarum prima nepotis eius defuncti vxor fuerat: ac tertio coniugio nepti harum vxorũ gratiam faciente Alexandro 6. qui vt ait Mariana, alioqui minimè ſuperſtitioſus in venia concedenda, ſe aliquantulum difficilem præbuit. Idem Ferdinando Regi Neapolitano indulſit vt Ioannis aui ſui filiæ Alphonſi patris alia matre ſorori nuberet. Henrico 8. Angliæ Regi conceſſum, vt fratris ſui viduæ Catharinæ Auſtriæ iũgeretur Iudaico more, ſed improbato ex Concilio Næoceſariẽſi. Lege autem Iudaica fratris ſui viduam frater ſuperſtes interpellabatur vxorem accipere, ſiquidem, ~~ex ille defunctus~~ nullos reliquiſſet liberos. Nam ſi reliquiſſet nefas erat. Vnde Glaphyra objurgata in ſomnis ab Alexandro viro defuncto, quod inceſtas nuptias cum Archelao illius fratre contraxiſſet: morſque ei denunciata quæ mox ſubſecuta eſt. Eademque de cauſa Joannes Baptiſta objurgavit Herodem vt ſcripſit D. Auguſt. ac Innocentius 3. ejuſmodi morem a Livonenſibus antequam Chriſtiani eſſent obſeruatum vt relictam fratris frater ſibi ſociaret, approbavit: modo ex priore conjugio non eſſet proles: Lege tamen dicta ne in poſterum valeret ille mos qui tolerabatur in contractis jam nuptijs. Valere tamen placuit in Henrico 8. ſed eo vt dicitur prætextu quod defunctus Catharinam ex Virgine mulierem non feciſſet. Quanquã jure Canonico conſenſus non concubitus non faciat nuptias. Idq; ita verum ſit vt etiam per ſponſalia contrahatur affinitas, quæ impedit

Can. 2. ſic duabus ſororibus nubere prohibuit Elibertinum Can. 61.

Apud Livium Theoxena Poridi Sororis ſuæ viduo nupſit, vt nepotũ ſuorũ curam haberet. Decad 4. lib. 10

Ioſeph. lib. 17. antiq. c. 15

Egeſip. lib. 2. cap. 2.

In pſal. 140 ſub f.

Cap. 9 de divort.

ne ſponſa mortuo ante nuptias ſponſo contrahere conſanguineis eius valeat. Sed quàm infœlix Chriſtianæ reipub. hoc matrimonium extiterit, ſciunt omnes: maximè cum diſpenſatio quæ ad contrahendum illud matrimonium facilis fuerat, prorſus denegata fuerit ad diſtrahēdum: quamuis illud poſtremum ſatius fuiſſet, idque etiam iuxta Canones Eccleſiaſticos, niſi quod longè ante D. Bernardus dixit, præ auro Hiſpaniæ ſalus populi voluiſſet.

Lib. 3. ad Eug.

Atque ex ſuperioribus liquet nullum conſanguinitatis gradum intactum fuiſſe diſpenſationibus ſummi Pontificis exceptis fratre & ſorore, quorum apud Chriſtianos nuptiæ non interceſſerunt niſi quondam anno 1472. Comitis Armeniaci, ſed ſuppoſitis, falſoque confictis Bullis Calixti ab Ambroſio Cambraio eius Referendario: nec, vt credibile eſt, exorari potuerat Pontifex, aut non exorandum in tam ſceleſti voto crediderat Armeniacus quem proinde Rex Gallus Comitatu mulctauit.

Gaguinus in Ludouico 11.

Facilis autem diſpenſationum cauſa tandem fuit, vt plerique conſanguinei non vererentur nubere, nec petita Pontificis venia quam ſperabant ſe non ægrè impetraturos. Sed Clemens 7. conſtitutionem edidit qua declarauit ſe non amplius eo caſu diſpenſationes cōceſſurum. At ſucceſſores eius non tenuit eadem ſeueritas concedentes diſpenſationem, tam ante quam poſt cōtractas nuptias. Cuius à Rothomagēſis vrbis ſuprema Curia reiectæ duo referuntur memorabilia placita: vnum 17. Decembris ann. 1607. alterum 6. Auguſti an. 1609. quorum primo damnatæ ſunt nuptiæ eius qui vxoris ſuæ defunctæ nouercam vitrici ſui ſecūdam vxorē eo mortuo duxerat; altero nuptiæ quoque reprobatæ conſanguineorum ab vtroque latere tam paterno quam materno in ſecundo gradu poſthabita diſpenſatione, quam prior ante contractas, alter poſt contractas obtinuerat à ſummo Pontifice.

Conſtit 7. to. 1. Bullarum.

Germanus Forget tit de perſ. & reb. Eccleſ. cap. 8. Ioſias Beraut ad artic. 275 conſuetud. Norman.

Sanè in eadem Rhotomagenſi vrbe caſus luctuoſus contigit, qui in cauſa fuit vt ſummus Pontifex imploraretur, at incaſſum. Euſtachius Caulerius ducta vxore Maria Balduina, ſacriſque ad matrimonij perficiendum nexum pertinentibus, peractis, obijt antequam devirginare eam poſſet, quippe nondum ad ſe perductam: quoniam ex more patriæ non fit domi-ductio, nec concumbunt ſponſi niſi poſt nuptiale convivium quod differri conſuevit in vnum aut alterum diem. Et quoniam crebrò naſcuntur litigia ex diſſolutione conjugij non extantibus liberis, dum agitur de repetione dotis, aut nuptialibus pactis, viſum fuerat ad ea præue-

Digitized by Google

nienda, vt fœdus ſic diſſolutum reſolueretur in perſona Nicolai Caulieri fratris defuncti, cui Balduina velut eius vidua daretur coniux iiſdem conditionibus ſi modo Pontifex indulgeret: at Pontifice reluctante infecta res fuit. Equidem per ſolam deſponſationem de præſenti, quæ matrimonio quaſi æquiparatur, ad differentiam eius quæ fit in futurum, contrahi affinitatem vt nec frater, nec quivis conſanguineus defuncti ſponſam licet non prælibatam ducere queat decreta voluerunt, quæ tamen ſub incertis authoribus conſtant, ſed decretalibus ſummorum Pontificum reſcriptis quin etiam, quæ non minima eſt authoritas, honeſtate publica confirmantur. Quanto magis vbi nuptiale myſterium interceſſit in quo Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum eſſe dixit Leo Pontifex iuxta D. Paulum? Eo enim caſu verum eſt quod dicitur conſenſum non concubitum facere nuptias, ſed conſenſum velamine Sacerdotali & benedictione ſanctificatum quemadmodum ait D. Ambroſius: & Pontifex Euariſtus: non aliter coniugium legitimum eſſe, quàm ſi ſacerdotaliter vt mos eſt cum precibus & oblationibus à Sacerdote factis benedicatur.

Can. ſi quis deſponſauerit ſibi & gloſ. ibi. Can. ſi quis deſponſauerit vxorem cauſa 27. qu. 2 cap. litteras. cap. acceſſit de deſpõſat. impuber. Epiſt. ad Ruſticum vnde corrigendus Canon cum ſocietas d. cauſa 27. D. Ambr. ep 70 De Euariſto refertur Can. 1. cauſa 30. q. 5.

Quapropter non ex ſolis pactis, aut ſolo cõtractu matrimoniali affinitatem contrahi videretur, quandoquidem non eſt matrimonium niſi interuenerit Sacramentum: Idque maximè apud nos qui matrimonia extra Eccleſiam ſolo cõſenſu inita per verba de præſenti reprobamus iuxta edictum Bleſenſe videlicet, quia piè credimus ſoliùs eſſe Eccleſiæ, hæc fœdera ſancire. Ac ne quis dicat ſæcularem Principem non attinere de iſtis decernere: Non enim decernit de nouo, ſed ſanctionibus Canonicis inſiſtit quæ volunt, vt mox notauimus, non eſſe ratum matrimonium niſi quod conciliat Eccleſia. Denique ad validitatem matrimonij requirimus trinundinam promulgationem, vt dixit idem Tertullianus: & conſtituit Innocentius 4. vbi præualuit loci conſuetudo, ac generaliter Synodus Tridentina. Vbi vero hæc obſeruata ſunt, validum matrimonium credimus ſolo conſenſu, licet cõcubitus non interueniat: hunc enim nihil facere ad eſſentiam matrimonij, ſed ſolummodo aptitudinem ad illum decidit D. Thomas: & occidentalis, vel potius vniuerſalis Eccleſia tenet cui vt orthodoxæ magis adhærendum eſt, quam Schiſmaticæ orientali quæ vult cõſummatione carnali matrimonium perfici, vt affinitatem inducat: In quo tamen non ſatis ſibi conſtat: vt variis Patriarcharum conſtitutionibus Balſamonis, Michaelis,

Artic. 44.

3. parte ſummæ qu. 58 artic 10.

Balſamo in reſponſ matrim. lib. 1.

Theodoſij, Nicolai, & aliorum manifeſtum eſt in Codice iuris orientalis: quidam enim ex ſolis ſponſalibus licet non ſequutis nuptiis affinitatem oriri voluerunt, excepto ſi cum ſeptenui facta fuerint.

Cum itaque matrimonium ad Sacramentum vſque peruenerit, non debebat dubitari quin affinitas inter illam viduam licet non interueniente copula carnali, & Nicolaum Caulierum ceſſiſſet, vnde iuſta tenaxque remora diſpenſationi, quæ à ſummo Pontifice poſtulabatur, non tamen ſine exemplo eſt cõceſſas eſſe huiuſmodi per diſpenſationem nuptias: puta anno 1583. Sourdiano Courteriano licuit Annam Roſtainiam ducere vxorem cum illibata ei deceſſiſſet Franciſca illius vxor: atque in familia non adeo illuſtri vrbis Pariſienſis idem conceſſum eſt: aliaque exempla ſupra retulimus.

CAPVT VI.

DE DISPENSATIONE A IVRAMENTO & fidelitate: De Diſpenſationibus in genere vbi liceant, vel non: De Compoſitionibus ob illas: De Reſeruatione abſolutionis peccatorum quorumdam & indulgentiis.

LECTIO.

1. *A vinculo iuramenti abſoluit Eccleſia.*
2. *Prærogatiua in hoc Epiſcopi Romani, vt ſummi Pontificis.*
3. *Zachariæ diſpenſatio qua abſoluit Francos ab obediẽtia quam debebant Hilderico Regi.*
4. *Secus fecit ante illũ Honorius I.*
5. *Vt deinde in vſu frequenti fuit hæc diſpenſatio promouentibus illam quoque regibus.*
6. *An non valeant niſi quando ita conſenſerunt.*
7. *Fidelitas etiam erga infideles obſeruanda, & de clade Varnenſi, & aliis quæ ex non obſeruata contigerunt.*
8. *De diſpenſationibus in genere quatenus & quando licitæ ſunt.*
9. *De abuſu illarũ iamdiu notato.*
10. *Quatenus non admittuntur in regno Galliæ, & de appellationibus ab abuſu.*
11. *Cenſura Miniſtrorum Curiæ Romanæ.*
12. *De compoſitionibus nummariis ob has diſpenſationes, & illarũ cenſura.*

Digitized by Google

13. *De authoritate eiuſdem Pontificis Romani vt ſummi in abſoluendis ex quacunque Diœceſi peccatoribus.*
14. *De Confeſſione auriculari.*
15. *De ſeueritate quondam pœnitentiarum.*
16. *Peccatores Romam ibant pœnitentiam acturi, ſed cum licentia ſuorum Epiſcoporum qui aliàs indignabantur.*
17. *Plerumque tamen directo itum eſt ad eund. Pontificem.*
18. *Quando cœperũt reſeruare ſibi aliquot peccatorum abſolutionẽ Pontifices Romani, & quare.*
19. *De Indulgentiis, & quando cœperunt in vſu eſſe.*
20. *De abuſu illarum ex quæſtu qui proinde prohibitus eſt.*
21. *Ex illo abuſu Lutheri primus lapſus & nimia in illum ſeueritas.*
22. *Indulgentiæ ab Epiſcopis Gallis conceſſæ in honorem corporis Ieſus Chriſti.*
23. *Examinantur apud Hiſpanos Bullæ Indulgentiarum.*

QVemadmodũ Eccleſiaſtica iuriſdictio ad ſe iuriſiurandi notionem ſpectare voluit, vt in tractatu de iuriſdictione videbimus, ſic & ab eo abſolutionem & diſpenſationem. Primùm Laïca iuriſdictio impugnauit quando prætextu iuriſiurandi prophanas controuerſias Iudices Eccleſiaſtici ſuſcipere voluerunt: ſecundùm vero nemo illis negat: ne quidem feroces milites negauerunt. Namque ſub Mauritio Imperatore recuſantes Philippico eis dato Duci obedire quod iuraſſent ſe nunquam eum pro Duce habituros: at, inquit Gregorius Antiochenus Epiſcopus ad eos ob id miſſus, num ſcitis Epiſcopo datam eſſe poteſtatem ligandi & ſoluendi? Quo audito paruerũt. I. Euagr. lib. 6. cap. 8. Leuit. cap. 5.

Sed quibuſcumque Epiſcopis ſemper licuit, & licet ſuos Diœceſanos ab illicito iuramento abſoluere & diſpenſare, ne id faciãt quod iurauerunt. Namque & veteri lege ideo Sacerdotibus offerebatur pro huiuſmodi iuramento, vt ab eo expiarẽt. Inde noſter Iuo quendam militem abſoluit nexu fidelitatis, quam Regi Anglorum promiſerat, erat enim illicita ſiquidem contraria priori qua ſe adſtrixerat ſuis dominis naturalibus & legitimis.

At prærogatiua Romanæ Cathedræ præualuit vt ad eam recurrerent Reges à iuramẽto abſoluendi puta, Ludouicus Imperator 2. cum coactus fuiſſet ab Adalgiſo Beneuenti regulo iurare ſe nunquam ditionis eius fines ingreſſurum neque vindicaturum, quod hoc iuſiurandum ab eo exigeretur, Ioannes 8. eum illo abſoluit authoritate Dei & S. Petri. Sic Rex Arragoniæ Innocen- II. Regino lib. 2. Chron. ad an. 871. 872.

tium 3. interpellauit de huiuſmodi abſolutione quam non obtinuit à licito iureiurando: ac ne quidem ab illicito, ſed pro hoc iuſſit Pontifex vt peccatum confiteretur & ſatisfactionem iniunctã impleret: quod erat eum ad ſuum Parochum, vel Diœceſanũ remittere. Sic Henricus Angliæ Rex cum coactus fuiſſet iurare in ſtatuta facta Oxoniæ à Prælatis & proceribus regni, plurima deinde reuocauit petita primùm ab Vrbano Papa abſolutione iuramenti. Sic etiam refert Anglus Neubricẽſis noſtrum Philippum Auguſtum ab expeditione ſacra redeuntem appuliſſe Italiam, & à Romano Pontifice petiiſſe vt ſolueretur iuramento quod ſe dicebat inuitum Anglo Regi præſtitiſſe: idque Pontificem recuſaſſe. Sed hoc commentum rectè confutat Belloforeſtius, vt rem cæteris hiſtoricis Anglis noſtriſque incognitam. Neque vero incognitum eſſe poſſet tantum Regem in Italiam deſcendiſſe, ſi res ita fuiſſet. Porrò Thomas Vvalſingham teſtatur inſitum fuiſſe Edouardo 1. Anglorum Regi, eiuſque patri cum regnabat, facilè quiduis promittere etiam cum iuramento, ſed ab eo faciliùs reſilire prætenſa ſemper abſolutione Papali, vt ille ait.

Cap. 18 de iure iurando ex.

Thom. VValſing. ad ann. 1258. & 1261.

Henricus Angliæ Rex perſuaſus à Vintonienſi antiſtite rationes à Magiſtratibus repetere, vt ſcilicet illis pro ſpongia vteretur, poſſeſſioneſque quas adoleſcens alienauerat reuocare potius quam populo ſubſidium inuitum imponere, à Pontifice Gregorio 9. iuramenti quo alienationes firmauerat, abſolutionem petiuit. ann 1231. & obtinuit. Polydor. Virgil. lib. 16. Imo idem Pontifex iuſſit eidem Regi, atque Andreæ Hungariæ, vt quæ ex patrimonio regni alienauerant, repeterent neque iuramentum metuerent, exceptis quæ Eccleſiis & piis locis, & Eccleſiaſticis conceſſiſſent. Ep. 270 & 280. Idem conceſſit Balduino Conſt. Imperatori. ep 312.

III. Sed famoſiſſima, vt ita dicam, iuramenti abſolutio, & quæ deinde ſequentibus Pontificibus Romanis exemplum fecit, eſt noſtrorum Patrum ab Hilderici obedientia in fauorem Pipini, quam pronunciauit Zacharias Papa. An vero ipſe etiam authoritate ſua depoſuerit Hildericum, & deponendo abſoluerit ſubditos à iuramento quo illi tenebantur: an ipſis ſua ſponte & abſque aliqua alia authoritate deponentibus conſenſerit, abſoluens duntaxat deponentes ab ipſo iuramento, non eſt huius loci diſquirere, ſed infra. Varia eſt enim in hoc variorum authorum ſententia: & an liceat Pontifici Romano rebellantibus ſubditis ob ignauiam vel tyrannidem eius, vel etiam ob hæreſim, accommodare ſuam authoritatem aut præuenire, vt iubeat illos ſe ab eius obedientia ſubtrahere, & alium eligere: eodem etiam loco breuiter examinabimus, quandoquidem eam quæſtionem fuſè examinauerimus expreſſo tractatu in Marianam, quo docuimus illicitam eſſe ſubditorum ſeceſſionem à ſuo Principe legitimo,

Digitized by Google

quamtumvis tyranno, quamtumvis diſcolo, vt dixit Apoſtolus.

IV.

Profectò laudandus Honorius 1. qui ante Zachariam anno 623. coërcendos cenſuit Epiſcopos ab Adoualdo Italiæ Rege, ad Arioaldum deficientes, quamvis ille ineptus eſſet rebus gerendis, vt pote impos mentis: & quod peius eſt, crudelitate nefanda graſſaretur in Primores: Vnde iuſta videbatur (ſi qua eſſe poteſt iuſta) defectionis ab eo cauſa. Hanc tamen improbauit Honorius quia contra iuſiurandum erat, & laudauit Petrum quod fidem illi ſeruaſſet nec acquieuiſſet ſuaſionibus Epiſcoporum in ſe reatum periurij ſuſcipientium. Sic vides in eodem pœnè facto, ac ijſdem circunſtantijs diuerſa iudicia: quorum vtrum ſanctius ſit pius lector æſtimabit.

Iuo Carnot. decreti part. 12. cap. 13.
Iuret. ad epiſt. 71 Iuonis.
Sigon. lib 12. de regno Italię ad an. 613.

V.

Succeſſu deinde temporis adeò hæc diſpenſandi & abſoluendi à fidelitate & iuramento authoritas Romani Pontificis ſe inſinuauit, vt non ampliùs dubitarit ea præualere aduerſus Principes hoſtes ſuos (ſed ſuo & Eccleſiæ plurimùm malo, vt videbimus in Hiſtoria ſchiſmatis Pontificum Romanorum, Imperatorum, & Regum) fultus doctrina & aſſertionibus virorum ſancti & magni nominis qui eam authoritatem defenderunt & promouerunt, vel aliquo in religionem & bonum publicum zelo, vel in Pontifices affectione: qum etiam ipſi Principes ſtabiliendæ huic authoritati vires fecerunt, vt per eam ad inuadendas ſuorũ vicinorum terras, via ſibi pateret vt veriùs ſit plus ambitione hanc authoritatem excreuiſſe, quàm non ipſo Pontificũ Romanorum nomine, & iure. Itaque Carolus 6. Galliæ Rex interceptam in Britannia vrbem quæ Sancti-Malo dicitur tuebatur diplomate Pontificio, quoniam Clemens nomine 7. in ſchiſmate ſedens Britanniam prædæ expoſuerat, quaſi ſchiſmatico Britanniæ Duce qui adhærebat alteri Antipapæ. Atque Carolus ſeptimus & Burgundiæ Dux fœdus ineuntes huic adiecerunt clauſulam, vt eius qui contra faceret, ſubditi in alterius poteſtatem tranſirent eique ſeruirent (quod tamen Principes facere non poſſe contra ſubditorum voluntatem Doctores aſſerunt) ac propterea ſoluerentur à fidelitatem Domini ſui videlicet per Pontificem Romanum cui ac Concilio Baſileenſi ſe ſubmiſerunt: maximè verò ipſe Dux (non item Rex) correctioni ac placito Papæ adeo deferens, vt ei vellet obnoxius eſſe omni immunitati, ac priuilegio tam iuris quam facti renuntians. Sicque firmato fœdere, ſtatim abſolutus eſt ab eo quod cum Rege Anglico juraverat. Denique Carolus V. Impe-

Argentræus lib. 9. c. 3. & 10.

Molin gloſ. 1. § 1. n. 26 27. 28. Pariſ cõſuetud.

Monſtrel. vol. 1. an. 1425.

Habetur tractatus Atrebatenſis in appẽdice Concil. Baſil.

Atque ibid. eſt inſtrumentum factæ pacis inter Regem & Ducem: eoque continetur abſolutio Ducis a iuramento Anglicano.

rator, & Franciſcus 1. duobus fœderibus inter ſe ſancitis Madritio, & Cameraci ſe ſubmiſerunt iuriſdictioni, & coerctioni Eccleſiaſticæ aduſque etiam inuocationem brachij ſæcularis incluſiuè: necnon conſtitutis procuratoribus in forma Cameræ Apoſtolicæ qui pro illis & vnoquoque illorum comparerent in Curia Romana coram ſummo Pontifice, vel Auditoribus Rotæ, & eos ſubijcerent cenſuris ſi quid in fœdus altervter peccaret: ac propterea prorogaret eorum nomine iuriſdictionem apud aliquem Epiſcopum Iudicem Eccleſiaſticum, neque alter ſine alterius conſenſu diſpenſari poſſet à iuramento & abſolui à cenſuris. Verum quam futilia fuerint hæc iſtis Principibus planum facit hiſtoria: atque ex huiuſmodi exemplis liquere poteſt, Principes ſeculares voluiſſe Pontifici Romano huiuſmodi ius in ſe tribuere quaſi non habuiſſet ſi non tribuiſſent.

Belleforeſt. in Franciſci 1.

VI. Sic Innocentius 3. aiebat Regem Galliæ cum ſuperiorem in temporalibus non haberet potuiſſe ſe in aliquo ſiue iuris alterius læſione iuriſdictioni ſummi Pontificis ſubijcere. E contra verò Galliæ & Scotiæ Reges dextras in æternū iungentes voluerunt, vt ſi alterutrius ſoboles deficeret, nec regni certus conſtaret hæres, tum per primores regni arbitros de ſucceſſore diſcuteretur, & Rex ſuperſtes non ſolum non permitteret quenquam non declaratum Regem occupare regnum, ſed ſi opus eſſet ſumma vi prohiberet: declaratum vero defenderet. Quæ ſumpto ſacro-Sancto Chriſti corpore firmauerunt iureiurando, & à ſummo Pontifice probanda curauerunt: adiectum tamen ne ab iſto liberarentur eo iureiurando, aut ſi id eſſet factum irritum foret.

Cap. 13. Qui filij ſunt legitimi.

Sic illi putauerunt ſibi ius eſſe excludendi ſummum Pontificem, ne de eo iureiurando diſpenſaret quaſi legem illi poſſent dicere.

VII. E quidem obſeruandum iuſiurandum eſt ſi licitum eſt, & fides legitima præſtanda eſt etiam hæretico & infideli: quod cum aliquoties non ſenſerit Pontifex ſummus (potuit enim errare vt homo) Chriſtiana reſpublica gemit ſe plurima orbis ſui parte mulctatam ob violatum à ſuis fœdus. Namque Boſnenſe regnum à Turcis occupatum eſt ex eo quod Nicolaus Modruſienſis legatus Apoſtolicus, author fuit Regi vt tributum pendi ſolitum Mahumeti recuſaret, ditionemque ejus excurreret. Inde etiam tam funeſta Varnenſis clades cum Iulianus Cardinalis legatus item Apoſtolicus ſuaſiſſet, nullius eſſe momenti debere pacem cum Amurathe.

Gobell. lib. 2. Commentar. Pij 2.

Digitized by Google

Amurathe ictam & iuratam ſuper ſacroſancto Euangelio: quippe aſtu & conſilio maxima quæque geri vt recenſuit Bonfinius: vel vt Æneas Siluius reſcribente Eugenio 5. nullum eſſe fœdus *Decad. 3 lib. 5.* quòd ſe inconſulto cum hoſtibus religionis percuſſum eſſet: Itaque iubente Vladiſlao Regi vt conuenta diſſolueret, eique iuramenta remittente. Sed Amurathes, (proſequitur Bonfinius) ſenſit *Syluius in hiſt. de Europa, c. 5.* periurium Deo curæ futurum, ſuccumbentibus ſiquidem in prælio ſuis depromptum è ſinu codicem initi ſanctiſſimè fœderis explicuit, intentiſque in cœlum oculis dixit ingeminans: Hæc ſunt Ieſu Chriſte fœdera quæ tui Chriſtiani mecum percuſſere: per numen tuum ſanctè iurauerunt, datamque ſub nomine tuo fidem violauerunt: perfidè ſuum Deum abnegauerunt: Nunc Chriſte ſi Deus es, vt aiunt, & nos hallucinamur, tuas meaſque iniurias vlciſcere. Vbi hæc dixit, prælium aduerſus Chriſtianos inclinare cœpit horrēda cum ſtrage, in qua ſuccubuit ipſe Rex, & plurima pars nobilitatis. Nec Coruinus altero etiam prælio victus fateri erubuit eas clades imputandas violato fœderi oratione & authoritate Iuliani. Ac gemello propè exēplo feruntur Arabes à Chriſtianis contra fœdus inuaſi ſub Imperatore Iuſtiniano Rhinocerote induciarum tabulis haſta ſuſpenſis, ac vexilli inſtar ante ſuum exercitum elatis, quaſi perjurij indicibus, eos in fugam vertiſſe. Denique quis neſcit quanta cum calamitate luerit Sedecias violatum iuſiurandum quo Regi Nabuchodonoſor obnoxius erat, dum credit potiùs falſis Prophetis vt violaret hortantibus quàm Ieremiæ vero Prophetæ contra ex Dei mandato ſuadente! Et quis non audiuit ſeruatam à Ioſue fidem datam Gabaonitis, licet per mendacium & dolum eam extorſiſſent?

Tanti nempe fides quam temerare nulli fas eſt, quæque cum pura ſit virgo nullam maculam in ſe admittit, reſpuitque ambages omnes, & vt vocant æquiuocationes quas Priſcillianiſtæ hæretici induxerunt cum dixerunt, non peccare illos qui in corde retinebant, & falſum ore proferebāt: & improbi Thalmudiſtę Iudęum *D. Auguſt. de mendacio cōtra Conſuet. Hieron. à ſancta fide lib. 2. contra Iudæos cap. 3.* non teneri iuſiurandum quod dederit obſeruare niſi ad intellectum id exigentis cōpulſus fuerit iurare: namq; aiebant ſe iuraſſe ad ſuum intellectum ex eoque provt placebat, fidem ſuam cauillabantur & eludebant.

Quod ſi fides & iuſiurandum huiuſmodi ſit, vt obſeruari nequeat abſque graui ſcandalo & peccato, tunc ſanè diſpenſatione *Felinus ad cap. Præterea de ſpōſalib. n. 24.* & abſolutione opus eſt, ſed quam expectare quilibet debet à ſuo

Digitized by Google

parocho vel diœceſano Epiſcopo niſi vbi locus dubitandi exiſteret, an eſſet, vel non concedenda, tunc volunt à Papa expectandam eſſe.

D.Thom 2.2. qu.89. artic 9. ad 3.

VIII. Hæc in ſpecie de diſpenſationibus ſatis ſint: Iam vero nunquid ſuperuacaneum eſſet quærere quibus in caſibus diſpenſandi poteſtas non ſit ſummo Pontifici? An à præceptis, legibus, & mandatis diuinis, an à Canonibus Apoſtolicis, & Conciliorum vniuerſalium, an à conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum, an denique ab eo quod inducit peccatum mortale ſi non obſeruetur, vt illo diſpenſante non contrahatur peccatum.

Sed huic datur vt poſſit à iure diuino & contra deciſionem Apoſtoli, non in totum, ſed ex parte: Id eſt non cum omnibus, ſed cum aliquibus diſpenſare puta à præſtatione decimarum: vel vt licitum ſit die feſto artem mechanicam exercere: vt matrimonium ſoluatur etiam à vinculo, vt votum ſoluatur, & aliis caſibus quos notat Felinus, [a] ſic vt poſſit non in vniuerſum omnes Clericos ſubjicere Laïcæ iuriſdictioni, ſed aliquos tantum: [b] Denique huic fas eſſe interpretari & limitare ius diuinum, ſed ita vt non poſſit concedere id fieri quod eſt à prima ſui origine peccatum. [d]

At Vrbanus Papa: vbi, inquit, Dominus, vel eius Apoſtoli, & eos ſequentes Patres ſententialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, ſed potius quod prædicatum eſt vſque ad animam & ſanguinem cōfirmare debet. Si enim quod docuerunt Apoſtoli & Prophetæ niteretur quod abſit deſtruere, non ſententiam dare, ſed magis errare conuinceretur: ſed hoc procul abſit ab eis qui ſemper Domini Eccleſiam contra luporum inſidias optimè cuſtodierunt. [e] Et Zozimus, contra ſtatuta Patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem ſedis poteſt authoritas: Denique Hormiſda: Prima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis Patrum nullatenus deuiare. Ad hæc narrantur Orientales Orthodoxi qui Romæ cōmorabantur ab Hadriano 2. ſe clam ſuſpendere voluiſſe, quod rumor eſſet eum irrita Nicolai 1. prædeceſſoris ſui decreta facere, quoniam VValdradam Lotharij olim concubinam ab iſto Nicolao excōmunicatam iam vero pœnitentem in gratiam recepiſſet. At Hadrianus eos in conuiuium adſcitos, & quod nunquam alijs Pontificibus Romanis contigerat, ait Anaſtaſius, eadem menſa cum eis adſidens docuit ſe ab Nicolai decretis non diſcedere: ſic-

a Ad cap. humilis de maioritate, & obed. n.7.
b Bouadilla lib.2. de la Politica cap.18.n.42. & ſeq. Rebuff ampliſſ. tit. de protect. concordat.
d Felin. ampliſſ. ad cap. quæ in Eccleſiarum nu.9. & ſeq. tit. de conſtit. Iacob. Almam in ſuo tract. de poteſt Eccleſ. ca. 11 12 & aliis.
e Can. ſunt can. cōtra can prima.25 qu.1.

Digitized by Google

que retinuit illos. Equidem ſi quod vnus ſtatuit alius deſtruat, cui credetur?

Sed mehercle non omnia quæ Apoſtoli & Primates ſanxerunt indiſpenſabilia ſunt: at quæ iuxta diuinum ius ſanxerunt. Id eſt tabulas Decalogi, & pro articulis fidei ac Sacramentis Eccleſiæ dederunt. In his enim diſpenſare nemo poteſt: verum interpretari poteſt. Siquidem occidere non licet, ſed indebitè & priuata authoritate: ieiunare dies iuſſos oportet, ſed non quem infirmitas excuſat & ſimilia.

Ac ne longiores ſimus proculdubiò eſt diſpenſationes eſſe neceſſarias & vtiliſſimas, ſed in neceſſitate duntaxat & bono communi, vt voluerunt ſancti Patres quando videlicet expedit Eccleſiæ & ſaluti publicæ, atque vt enitentur graues diſſenſionum ſciſſuræ in quibus non huius aut illius periculum, ſed populorum plurimorum ſtrages iacerent. Qui abſque neceſſitate diſpenſat non rectè dicitur Chriſti Vicarius, ſed Dux eſt cęcorum, ipſe cœcus ait Abbas Vindocinenſis. Vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt; vbi vtilitas prouocat, diſpenſatio laudabilis eſt, vtilitas dico communis non propria. Nam cum nihil horum eſt non planè fidelis diſpenſatio, ſed crudelis eſt diſſipatio: ait D. Bernardus ad Eugenium, & poſt illum Pius Gerſonius.

IX.

Can. neceſſaria Can. quod pro remedio Can. etſi illa cauſa 1. q. 7. Can. vt cōſtitueretur, diſt. 5.

Opuſcul. 5.

Lib. 3. de conſid. in ſerm. coram Alexādro in die Aſcenſ.

At quæ fuit neceſſitas vt quis diſpenſaretur ad plura beneficia, incompatibilia etiam curam animarum habentia ſicque vnus afflueret, alter eſuriret, ac vno verbo, illud os apertum prodiret quod iam verſum eſt in deriſionem? vt cum ſymoniaco, cum irregulari diſpenſaretur, & tot aliis caſibus in quibus nulla verſatur Eccleſiæ neceſſitas, nulla vtilitas publica: ſed ſola nundinantis opes Eccleſiaſticas quas pauperibus quibus debentur ereptas, priuatis cupiditatibus abſorbeat?

An vero qui diſpenſationem obtinuit illegitimam, id eſt, ſine cauſa tutus ſit in foro cōſcientiæ diſputant Theologi, neque meũ eſt cum illis opinari: ſed vt liberum eſt his aut aliis adhærere in eorum ſententiam libenter ierim qui pro negatiua concludunt. Deus enim qui clauium & ligandi ſoluendique poteſtatem dedit, non ad hoc dedit vt quod iniuſtum eſt, ea ſola poteſtate fieret iuſtum, eſſetque pro ratione voluntas: vnde toto cœlo aberrant qui ſatis ſibi putant etiam apud Deum ſi diſpenſationes quomodocumque furentur: vnuſquiſque enim peribit in ſua, quæ craſſa eſt, ignorantia: & ſi cæcus cæcum duxerit ambo in foueam ca-

Qui pro & cōtra faciunt citantur à Petro Aug. Morla emporij parte 1. tit. 1. q. 2. n. 25.

Digitized by Google

dent. Quapropter ſecuriùs eſt cum illis ſentire qui negant quam qui affirmant. Nam in his quæ ſalutem animi reſpiciunt ſcriptura dixit arctam viam eſſe.

Licet autem tanta ſit Epiſcopi Romani authoritas in diſpenſationibus, eas tamen non admittit noſtra Iuriſprudentia ſecularis in Curiis ſupremis aliquot caſibus: vt aduerſus regulas de publicandis reſignationibus, & de veriſſimili notitia, nec aduerſus concordata, nec plerumque aduerſus ſancta Decreta & Canonicas conſtitutiones, nec aduerſus Leges fundationi Eccleſiarum Cathedralium, Collegiatarum, & aliarum dictas, nec aduerſus iura patronatus Laïcorum, nec aduerſus conſtitutiones regias, & iudicia earumdem ſupremarum Curiarum, nec in temporalibus vt quis per iſtas diſpenſationes priuetur illis, aut donetur. Neque enim temporalitatem ſubiectam eſſe volumus Eccleſiaſticæ diſpoſitioni, at Regiæ tantum & Laïcæ: Deniq; nec aduerſus libertatem & priuilegia Eccleſiæ Gallicanæ vt dicimus. In his etenim caſibus ſi quid decreuerit per diſpenſationem ſummus Pontifex, admittuntur à Senatoribus noſtris appellationes tanquam ab abuſu, & ſolent irritam facere aut diſpenſationem, aut impetrationem quoquomodo relatam: atque dicuntur iſtæ appellationes ſucceſſiſſe appellationibus quæ quondam ad ipſum ſummum Pontificem deſerebantur, aut ad proximum futurum generale Concilium: ſicque occurrere viſum eſt inuerecundiæ impetrantium à ſummo Pontifice per obreptionem & ſubreptionem quæ ipſe bene conſultus fortaſſe non concederet: nec diſſimiliter Hiſpani ſolent ſi quod exoratum eſt ab eodem Pontifice lædit eorum Politiam, Priuilegia Regis, & regni, Concilia generalia, & indulta Apoſtolica, iubere Bullas in conſiſtorium regium afferri vt ſubreptionis admoneatur ſummus Pontifex, & huic prouideat vt refert Bouadilla: necnon Argentræus recenſet Petrum 2. Armoricæ ſeu Britanniæ Ducem edixiſſe ſub pœna corporis & confiſcationis bonorum, ne Bullæ quæcunque in publicum Ducatus ſui prodirent antequam examinatis in ſuo Conſiſtorio ipſe annueret.

Lib. 2. cap. 18. de la Politica, nu. 208.

Lib. 11. cap. 14. hiſt.

XI. Equidem non ſine cauſa hæc. Decipitur enim Romanus antiſtes: quis dubitat? ait Æneas Syluius poſtea Pius 5. homo eſt & inter homines viuat neceſſe eſt. Sunt in Romana Curia & auari & ſeductores: quis neſcit? Sic reijciens in miniſtros ſcandali cauſam. At de iſtis rectè D. Bernardus ad Eugenium: Veniamus ad

Lib. de moribus German. Martinum Epiſt. 369. ad Meyer de excuſat. contra.

Digitized by Google

collaterales & coadiutores tuos: hi ſeduli tibi, hi intimi. Quamobrem ſi boni ſunt, tibi potiſſimum ſunt: ſi mali æquè plus tibi. Ne te dixeris ſanum, dolentem latera: hoc eſt ne te dixeris bonũ malis innitentem: Aut ſi bonus ſis, bonitas tui ſolius quem fructum afferre poteſt? Quid, inquam, æmolumenti affert Eccleſiis Dei tua vnius hominis iuſtitia, vbi ſententia præualet affectorum aliter? Sed nec tuta tibi bonitas obſeſſa malis non magis quàm ſanitas vicino ſerpente: nec eſt quo te ſubducas malo inteſtino. Et è regione bonum domeſticum eo ampliùs quo ſæpius iuuat. Sed ſiue leuent, ſiue grauent, cui rectius imputandum quam tibi qui aut tales elegiſti aut admiſiſti. Poteſtatem non habent niſi quam tu eis aut tribueris aut permiſeris. Et cætera quæ religioſè à religioſo Abbate non vni Pontifici, ſed omnibus poteſtatem habentibus, ſiue in Eccleſia, ſiue in ſeculo, dicta credere oportet quo ſciant illi in delectu miniſtrorum maximam ſe curam afferre debere quandoquidem non pro ſe tantum, ſed pro miniſtris ſuis reſponſuri apud ſupremum iudicem. Neque blandiri ſibi Pontifex debet quaſi neſcius ſordium quæ à miniſtris ſuis profluunt. Toties enim vox orbis eis oblatrauit vt vigilandum ei ſit ne committantur quæ commiſſa ſæpius fuiſſe, & committi poſſe proculdubiò eſt. Cui rei Adrianum 6. voluiſſe dare operam ferunt. Namque his ipſi vacationibus quæ ipſius obitum anteceſſerunt deſtinauerat adhibitis Theologis & Iuriſperitis Romanæ curiæ diſcutere leges compoſitionum vt vocant, ad quas Datarius ab his quibus quid Pontifex indulget aliquid ſubſidij nummarij in neceſſitates pontificias de more exigit, vt ſi quæ moderatæ & tolerabiles forent retinerent vſum: ſi quæ grauẽs, & immodicæ tollerentur: ſed morte occupatus propoſitum caducum reliquit. Dicitur deinde Paulus 4. qui pontificatum adeptus eſt anno 1555. huic inhæſiſſe: Datario admonito ſeuerè ne pro impetrandarum quarumlibet rerum, quæ conceſſione parum dignæ viderẽtur, compoſitionibus, aliquas pecunias acciperet cum ſibi perſuaſiſſet multas pecuniarum ſummas eo munere contra ius cogi. Atque cum plures ſuper ea de re Theologorum hominum, iuriſque Pontificij conſultorum deliberationes habuiſſet quærens an hæ pecuniarum ſolutiones quæ compoſitiones vocantur, legitimæ eſſent, & à ſpontè offerentibus pecuniæ licitò capi poſſent, auditis omnium ſententijs grauiter in eos inuectus eſt qui accipiendas probarẽt. Ipſe nempè ex delegatis à Paulo 3. fuerat tunc

murmur. nationis Germanicæ.

XII.

Onuphr. in Paulo 4. Augu. Thuan. parte 1 hiſtor. lib 17 ad ann. 1560. Claud. Eſpencæus in cap. 1 epiſt. ad Titum.

Digitized by Google

Cardinalis Gaſpar Contarenus qui cum alijs decreuerat in clauium vſu, id eſt eccleſiaſtica functione, nihil debere pecunia geri.

Gomeſ. ad regul. de non iudic. iuxta fori ſupp. q. 14. Rebuff. ad Tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. nu. 96. & ad Tit. de diſpenſat. cum regul. facta n. 67.

Equidem compoſitiones ſunt quæ fiunt ob gratias conceſſas in foro fori, vt quando quis diſpenſatur ad plura beneficia, vel ſuper defectu natalium, reſidentia, conſanguinitate, voto, thoro coniugali, & ſimilibus. Nam ob gratias conceſſas in foro conſcientiæ non debetur compoſitio. Id autem dicitur in quo nihil adiudicatur à Iudice: nihil vt dicunt, canonizari permittitur, tantum anima dirigitur ad ſalutem: & ad hoc litteræ non requiruntur quę forum fori concernunt, & ad probationem producuntur quæ in foro conſcientiæ non requiritur, ſed dicto aſſerentis ſtatur. Hinc eſt quod in ſacra pœnitentiaria quando gratia in foro conſcientiæ petitur, abſolutio confeſſori committitur litteris laniatis & nullis teſtibus adhibitis vt antiquus & inueteratus ſtylus à tempore Benedicti 12. introductus habet. ſic Gomeſius & Rebuffus.

Itaque licitum iudicatur componere & capere in gratijs prioribus: quanquam Adriano & Paulo 4. ſcrupulum fecerint huiuſmodi compoſitiones. Et quidem Apoſtolis præceptum eſt generale ſermone vt gratis darẽt, quia gratis acceperant: ac dici etiam poteſt huiuſmodi compoſitiones viam ſternere tot diſpenſationibus per fas nefaſque quas iamdiu diſſipationes appellatas vidimus: Et quid non enim

Auri ſacra fames mortalia pectora cogit?

Vnde non mirum ſi huiuſmodi diſpenſationes ignotæ fuerint in curia Romana per plura ſecula cum venalitas ibi locum non haberet.

Sed ſatis de diſpenſationibus in foro fori: iam verò ad amplitudinem Pontificatus Romani ſupereſt, vt de gratijs quæ verſantur in foro conſcientiæ, & conſiſtunt in abſolutione peccatorum dicamus: quam certis caſibus ſibi ſolis aut à ſe delegatis reſeruauerunt Epiſcopi, Romani licet primariò iure omnes fideles à ſui dioceſani poteſtate penderent.

XIII. Sed indubitatum eſt nõ ſine cauſa & ratione ſoli Petro dictum eſſe, Quodcumque ſolueris, quodcumque ligaueris: deinde alijs ſimul omnibus, Quodcumque ligaueritis, quodcumque ſolueritis: Illi etiam ſingulariter, Paſce oues meas & agnos meos. Vnde neceſſariò elicitur claues ſpecialiter datas Petro, alijs communicandas, vt dixit Optatus: Huic poteſtatem plenitudinis, alijs par-

Digitized by Google

tem ſolicitudinis, vt ſciretur Princeps Apoſtolorum, & Ordinarius Ordinariorum: Quapropter ei competeret vni quod omnibus aliis: neque vno cœlo, vel vna regione, vt cæterorum clauderetur eius poteſtas. Denique ſi primario illi Eccleſia adminiſtranda conceſſa eſt, quidnon ei licuerit ſibi reſeruare quædam? ac licitum eſſe ſatis patet ex ſanctorum Pontificum ſanctionibus, ac etiam Concilio Sardicenſi quibus ad ſedem Apoſtolicam præcipua negotia, & cauſæ Epiſcoporum reuocantur, vt ſuis locis notabimus.

Tamen quoad peccata nuſquam legi (neq; enim me omnia legiſſe contigit) pro illis aditum eſſe olim, id eſt primis ſæculis, Romanum Pontificem, niſi quis in exemplum adducat Epiſcopos damnatos ad eum veniſſe, aut prouocaſſe vt ſi apparerent innocentes abſoluerentur: at iſtud in foro exteriore, non in foro conſcientiæ. Qui vero illud: num & hoc poterat? niſi etiam adducatur quod de Conſtantino refertur, ſcilicet cum ob Criſpum filiũ miſerandum in modum occiſum, & Fauſtam coniugem Balnei ardore ſuffocatam ab eo, ſtimulo conſcientiæ pungeretur, nec apud Sacerdotes gentilitios expiationem inueniret, vt qui atrocia hæc ſcelera dicerent expiari nequire, admonitum illum eſſe à quodam Chriſtiano Pontifices Chriſtianorum quæcunque peccata remittere poſſe. Sic Zozimus: ac conjicitur ille Chriſtianus fuiſſe Oſius Cordubenſis Hiſpanus contemporaneus & familiaris Conſtantino: quod ſi verum eſt & non tamen ab eo expiationem accepit, ſed Romę à Silueſtro, videretur aliquod argumentũ facere inde ab iſto potius quam ab illo baptiſma ſumptum, quia maioris crederetur poteſtatis: quid quod in actis Silueſtri quorum Adrianus Pontifex meminit actione 1. Nicæni 2. Concilij, dicitur admonitus Cõſtantinus ab Apoſtolis Petro & Paulo, vt piſcinam curationi lepræ, quam ei Deus ſubmiſerat poſt iſtas cædes, quæreret ab eod. Silueſtro: an rurſus vt inſigniretur illa poteſtas vt cæteris Epiſcopalibus amplior? Sed mehercle iſtis coniecturis reſponderi fortiore ratione poteſt, nimirum ideo celebritatem huius baptiſmi factam eſſe Romæ, & à Silueſtro quia Cõſtantinus tunc temporis in ea vrbe commorabatur. Ideoque ſub ſpeciali parochia & Diœceſi Silueſtri: à quo proinde velut à Paſtore & Sacerdote proprio, ouis pabulum & medicinam ſalutis ſumere deberet.

Ergo non multum facit ad id quod agimus Conſtantini expiatio ſeu baptiſma.

Digitized by Google

Sed magis vrget illud Tertulliani licet per deriſionem dictum: quippe qui iam defecerat à Romana ſede in gratiam Nouatianorum quorum vt vidimus hæreſis erat, non eſſe peccantes & lapſos poſt baptiſma, ad pœnitentiam & ſacra myſteria recipiendos: audio, inquit edictum eſſe propoſitum & quidem peremptorium: Pontifex ſcilicet maximus, Epiſcopus Epiſcoporum dicit: Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto. Hæc ille: quæ non obſcurè probant iam illa ætate Pontificis Romani Principalitatem agnitam ita eſſe vt Epiſcopus Epiſcoporum appellaretur: neque enim eo vocabulo vſus eſſet Tertullianus niſi in ore fidelium huic Pontifici contra Nouatianos adhærentium eſſet. Quod vero in ea qualitate pœnitentiam promitteret, nonne promiſſio erat pro omnibus ex quacunque regione, primatia, & diœceſi pœnitentibus, quia Epiſcopus Epiſcoporum ſolus poterat, & poteſt vbique quod ſinguli Epiſcopi in ſua quiſque Diœceſi? Quid etiam quod ſcripſit D. Hieronymus? Origenem videlicet ad Fabianum Romanæ vrbis Epiſcopum epiſtolam miſiſſe qua pœnitentiam agit quod plurimos errores in vulgus edidiſſet, & vt ſcripſit Euſebius, ſuam de recta fide confeſſionem an ideo miſit, vt apud eum ſupremum nempe Epiſcopum pœnitentiam ageret, ab eoque veniam conſequeretur? Et ſanè ſuprà notauimus lapſos pœnitentes gratiam expetiiſſe Pontificis Romani. Quid denique quod Flauianus Antiochenus periurij reus adhortatus & coactus eſt veniam à Damaſo, & Innocentio 1. expetere? Verum ſi aliqua ſunt huiuſmodi exempla rara ſunt: cōtentis olim fidelibus ſua Diœceſi ſuoque Diœceſano, ac eo Præsbytero quem ſecretorum tenacem ac ſapientem vnuſquiſque Epiſcopus ſingulis Eccleſiis præficiebat ad excipiendas peccatorum confeſſiones, iſtiſque pro qualitate delicti imponendam pœnitentiam: quem proinde pœnitentiarium vocabant: quò conuincitur auricularem confeſſionem extunc receptam fuiſſe: vnde ſcripſit D. Baſilius non omnibus ſed ijs neceſſario confitenda eſſe peccata noſtra, quibus credita eſt myſteriorum diſpenſatio. Odioſum quippe fuit ab initio, ait Sozomenus, Sacerdotibus tanquam in theatro audiente Eccleſiæ multitudine pronuntiare delicta. Exauthoratus demum eſt iſte Pœnitentiarius ſimulque ſuppreſſa hæc confeſſio: ac permiſſus quilibet prout ſibi ipſi conſcius eſſet ad myſteriorū communionem accedere. Sed quod noſtri Nouatores Nouatianorum in hoc ſequaces (nam & iſtis nullus fuit ſecretæ, vel publicæ

Lib. de Pudicitia.

Epiſt. ad Pammach. & Oceanū de errorib. Origen.

Euſeb. lib. 6. cap. 19.

Socrat. lib. 5. cap 19.

XIIII.

Interrogat. 288 in regul. breuiores.

Lib. 7. cap. 16

De occulta Confeſſione Epiſcopo ſiue Præsbytero facienda eſt cōſti-

blicæ confeſſionis vſus) aduertere debent: inde cœperunt fideles in promiſcuam & diſſolutam vitam delabi. Siquidem antea vt ego exiſtimo (refert idem Sozomenus) minora erant peccata, quod cauerent homines ea committere quæ pudor eſſet confiteri: & timerent in eorum Sacerdotum vt iudicum ſeueritatem incidere qui his confeſſionibus excipiendis erant præfecti.

tutio Tolet. 1. apud Buchard. & refertur to. 1. Concil ſub Anaſtaſio.

Videtur autem ex eo textu ſuppreſſa quælibet confeſſio, tam publica, quam ſecreta: ſiquidem permiſſus quilibet prout ſibi conſcius eſſet ad ſacra myſteria venire: licet Bellarminus, Turrianus, & Baronius probent duntaxat publicam eſſe ſuppreſſam. Quidquid ſit conſtat ſucceſſores Græcos Confeſſionem ſecretâm obſeruaſſe, ſeu non ante ſuppreſſam, ſeu reſtitutam quod neceſſaria viſa fuerit. Hinc Balſamo Michaëlem Patriarcham Conſtantinopolit. reſpondiſſe refert, non licere Sacerdoti ſine Epiſcopali permiſſione confeſſiones audire; (audiebantur ergo) idq; ſecundum Canones qui ſtatuunt eſſe deponendos exercētes vltra Prouinciam aliquid Sacerdotale: quamquam alibi notauerit Michaëlem Anchialum Patriarcham Conſtantinopolit. cenſuiſſe quædam eſſe munia communia quæ ab Epiſcopis peragi poſſint extra Diœceſim, vt ſacramentorum adminiſtratio: quædam vero ſpecialia, vt ſacrorum ordinum collatio quam nemo extra Diœceſim imponere valeat.

Bellarmin lib. 3. de Pœnit. ca. 14.
Turrian lib. 4. de dogmat. charact. verbi Dei.
Baron ampliſſ. de Pœnitentiario Sacerdote, & Confeſſione auriculari necnon de non ſublata tūc omni Confeſſione, to. 1 Annal. ad an. 56.
Ad Can. 8 Synodi Carthag.
Lib. 1 iuris Oriental.

Sed vt ad rem: rarum fuit in primitiua Eccleſia vt à Pontifice Romano indulgeretur peccatorum abſolutio eis qui non eſſent ſub eius ſpeciali Diœceſi. Namque Synodo Carthag. ſub Iul. 1. prohibetur Laïcus in aliena Eccleſia communicare ſine Epiſcopi ſui litteris: aliâs enim vocatur communio peſſima, & Mileuit. 2. ſub Innocentio 1. Quicumque non communicauerit in ſua Prouincia, ſed in aliis Prouinciis, vel tranſmarinis partibus iacturam communionis, vel clericatus excipiat.

Can. 7.

Can 18.

Quod ſi communio interdicta, an non etiam Confeſſio quæ ad Communionem præuia eſt, & in qua iudicialis authoritas conſiſtit quæ non valet niſi in ſubditum?

Cum verò inferiores ſubditi legem dicere nequeant, ab iſtis Canonibus excepta ſummi Pontificis poteſtas fuiſſe dici poteſt non ſecus, ac ab aliis qui peregrina, & tranſmarina iudicia improbauerunt vt alibi videbimus.

Sanè aliquot leguntur exempla illorum qui directo pœnitentiam ab eodem ſummo Pontifice impetrauerunt. Sic teſtantur

Digitized by Google

Ioannis 8. ſedentis anno 872. homicidas accurrere ſolitos ad ſedem Apoſtolicam quos tamen ipſe non abſoluebat, ſed pro illis apud ſuos Epiſcopos intercedebat. At Iuo refert ad Nicolaum 1. accurriſſe infœlicem Patrem trium filiorum necatorem, ab eoq; pœnitentiam accepiſſe. Et anno 919. ſedente Ioanne 10. Henricus eo nomine 1. Germaniæ Rex citatus ad Synodum à Sigiſmundo Halberſtatenſi Epiſcopo quod virginem velatam duxiſſet vxorem non comparuit, quia intercedente Conrardo Imperatore qui eum ſibi ſucceſſorem deſtinauerat, res non ſit vlterius progreſſa: ſed ablegata illa fœmina pœnitens Romam pedibus petiit, vt ſcripſit Ditmarus: Et Guillelmus Pictauiæ Dux ille notus non minus ſcelerum prioris vitæ atrocitate quam poſterioris ſatisfactionum ſanctarum laude, vbi à D. Bernardo admonitus, contritione delictorum percuſſus eſt ad Eugenium 3. venit gratiam peccatorum accepturus. Sic Bodo & Henricus Conrardi Epiſcopi Herbipolenſis homicidæ Innocentium 3. pœnitentes adierunt, grauemque pœnitentiam ab eo acceperunt.

Ep. 11. 15 61.

Lib. 1.

Tritem. in Chron. Hirſaug.

Equidem inſinuauit ſe reuerentia in S. Petri memoriam vt pœnitentes ab ipſis etiam Epiſcopis Romam delegarentur pœnitentiam ſuam acturi ad loca ſanctorum, ac litteris quas tractatorias dixerunt, eos commendabant pro amore Dei & reuerentia Sancti Petri Epiſcopis, & aliis quorum per Diœceſim tranſire debebant: vnde formula 10. incerti authoris inter formulas veteres.

Sed pœnitentiam acturi videlicet quam à ſuo Epiſcopo acceperant, non vero accepturi Romæ. Namque plurimi Epiſcopi non tulerunt ſuæ iuriſdictioni ea in re præiudicium fieri. Quapropter Ioannes 8. quod fortaſſe putaret non laturos Epiſcopos ſi ſecus faceret excommunicatos à ſuis Epiſcopis ad ſe occurrentes non abſoluebat, ſed pro illis apud eos intercedebat: ac licet grauior videretur ab vno illorum iniuncta pœnitentia non eam minuebat, ſed imponentis iudicio minuendam relinquebat, vt ex epiſtolis ſupra citatis conſtat. * Quod vero non tuliſſent Epiſcopi exemplo eſt Dunſtanus Cantuarienſis qui nullius momenti habuit litteras Comiti cuidam à Ioanne 13. indultas, quibus vt eum

Obſeruari quondam ſolebat vt volentes de Parochia ſua in aliã trãſire acciperent teſtimonialem litterã à Parocho ex cuius Parochia diſcedebant, qua eos à Parochiali ſua ſubiectione abſoluebat, & teſtabatur ſe nullum in illis ſcire impedimẽtum Canonicum quominus Eccleſiaſtica ſacramenta perciperent, & Eccleſiaſticæ traderentur ſepulturæ. Quod ſi duntaxat peregrinarentur dabatur eis alia teſtimonialis vt poſſent à die diſceſſus vſque ad reditum à quibuſvis alienis Præsbyteris audiri in confeſſione & abſolui, & ſacramentis dignari. Bochellus ex Synodo Carnotenſi, lib. 8. decretorum, tit. 22. cap. 9. & 10.

* Baron. poſt Surium ad an. 970.

à ſe excommunicatum abſolueret interpellabatur: ſed coëgit illum veniam humillimo habitu deprecari. Et Fulbertus Carnotenſis reſcripſit ad alterum Ioannem anno 1020. ne in communionem reciperet Comitem Rodulphum, qui ob direptas res Eccleſiæ & Clericos interfectos excommunicatus ad limina S. Petri contenderat tanquam de peccatis abſolutionem accepturus. Ingruerat enim opinio praua vt plurimi ſatisfeciſſe ſceleribus ſuis putarent, ſi Romam perrexiſſent: Ideoque damnantur in Synodo Cabilonenſi 2. ſub Leone 3. anno 813. niſi priùs peccata ſua Sacerdoti ſuo confeſſi eſſent. Nec ſecus cautum in Synodo Salegunſtadienſi ſub Benedicto 8. anno 1022. dictumq; non valere indulgentiam, quam quis à Romano Pontifice exoraſſet, niſi priùs iuxta modum delicti pœnitentiam à ſuo Sacerdote accepiſſet, eamq; impleuiſſet: tunc enim ei licere Romam pergere, ſed accepta à ſuo Epiſcopo licentia litteriſque ad Romanum præſulem.

Ep. 21. Can 45. Can. 16. 18.

Denique Synodus Lemouicenſis anno 1034. ſub Benedicto 9. licet annuens iudicium totius Eccleſiæ in Romana ſede conſtare, damnauit tamen, ſed propter periculum ſubreptionis vt ibi dicitur, excommunicatos qui ignorãtibus ſuis Epiſcopis Romam ad pœnitentiam aut abſolutionem impetrandam irent: neque antiſtites Romanos Epiſcoporum ſententias diſſoluere debere, at potius cõfirmare dixit, quia ſicut membra caput ſuum ſequuntur, ita caput membra ſua non contriſtari oportet: quod ſi Epiſcopus pœnitentiam impoſuerit ac pœnitentem Romam miſerit vt Pontifex iudicet vtrum ſit an non pœnitentia cõdigna pro tali reatu poſſe illum, aut eam pœnitentiam confirmare, aut leniorem, aut grauiorem dicere: quin etiam vbi Epiſcopus de qualitate pœnitentiæ hæſitans, vt in grauiſſimis delictis contingere poteſt, reum ad eumdem Pontificem delegauerit, licere ei ab eo remedium ſumere: verum neutiquam inconſulto ſuo Epiſcopo. atque ea fuit iſtius Synodi deciſioni qua etiam refertur ipſum Pontificem Romanum non admiſiſſe pœnitentem prius quam eſſet ei nota Diœceſani licentia. Vnde velut ex ea deciſione Sifridus Epiſcopus Moguntinus remittens ad Alexandrum 2. quẽdam conſanguinei ſui homicidam compleuit, aiebat, pœnitentiale ieiunium & cætera quæ Eccleſiaſtico iure traduntur ad remedium; quod reliquum eſt authoritati veſtræ reſeruauimus: & Iuo Carnotenſis reſcripſit ſe cuidam militi quod Monachum

Ep 3.

Digitized by Google

Præsbyterum emaſculaſſet ſtatuiſſe 14. annorum pœnitentiam, & ab armis abſtinentiam: rejeciſſe nihilominus illum ad Paſchalem 2. Pontificio fungentem anno 1099. vt gratia interdictionis armorum illi fieret.

XV. Prioribus nempe ſeculis graues imponebantur pœnitentiæ vt alij tribus, alij ſeptem, alij decem, alij toto vitæ tempore pœnitere rei iuberētur, adeo vt nec in articulo mortis cōmunio eis daretur: nec etiam iniungebantur huiuſmodi pœnitentiæ pro enormibus ſolum, & atrocibus peccatis, ſed pro communibus vt adulterio, fornicatione, homicidio vel fortuito, falſi crimine: ac dum peragebatur pœnitentia, nefas erat pœnitenti Eccleſiam ingredi, nec ipſi quoque Theodoſio licuit: ſed ante fores Eccleſiæ repræſentare ſe debebant Epiſcopo ciuitatis initio quadrageſimę ſacco induti, nudis pedibus, & vultibus in terram demiſſis reos ſe eſſe ipſo habitu & vultu præſtantes: & cætera quæ inter edicta Caroli Magni referuntur. Neque verò deſugere quiſquam huiuſmodi pœnitentiam poterat ad eam damnatus: Namque eam aut implere, aut vltimum ſupplicium ſubire debebat.

Can. 5. 6. 15. 21. 22. & aliis Ancyr. Concil. Can. 11. Nicæni Can 5 Elibert. Can. 73. 34. ibid capit. 71. lib 5. capitular.

Can. 15 Agath. Concil. Can. In capite diſt. 50. Capitulo 71. lib 5 capitular. d Cap. 72. & 145. eod.

Cum ergo tanta ſeueritas eſſet Epiſcoporum in puniendis peccatis, vt illius metu ea vitarent committere quæ ſic luenda eſſent, nec facile iſti ab hac ſeueritate deflecterent, fieri inde potuit vt ad Romanum Pontificem iretur: & facit quod Synodus Salegunſtadienſis apud Burchardum meminit quorumdam, vt ait, vecordium hominum qui ſalutares à Sacerdotibus pœnitentias acceptare propterea recuſabant, quoniam à ſummo Pontifice paratam ſibi pollicerentur indulgentiam.

XVI. Nondum tamen ſibi Pontifices Romani reſeruauerant aliquot peccatorum abſolutionem. Qui enim primus legitur in decretis reſeruationem feciſſe, eſt Alexander 3. ſedens anno 1159. videlicet eorum qui violentas manus in Clericos, vel Canonicos, aut cuiuſlibet Religionis conuerſos mitterent. Vnde mox querela Richardi Cantuarienſis Archiepiſcopi ſub hęc tempora ſcribentis: Porro, inquit, Cleri vel Epiſcopi occiſores Romam mittuntur, eunteſque in delitiis cum plenitudine Apoſtolicæ gratiæ, & maiore delinquendi audacia reuertuntur. Sic ille, quod tamen potius pertinet ad iuriſdictionem exteriorem vt videbimus in tractatu de iuriſdictione Eccleſiaſtica: adeo vbi abundauit ſalus, ibi & abuſus.

Cap. 5 & aliis de ſent. excom.

Cap. 4. cum §. 1. de crimine

Alexandro Innocentius 3. addidit reſeruationem illorum qui

litteras Apoſtolicas confingerent, vel adulterarent: poſtea Clemens 3. qui Eccleſias conflagrarent, diriperent, & ſpoliarent, vt iſtis caſibus abſolui nequiret reus ab alio quam à ſummo Pontifice, vel habente poteſtatem ab eo niſi in articulo mortis: ſequentes Pontifices alios caſus exceperunt expreſſos in Bulla de Cœna Domini; ac nonnullis Gallicis Synodis quas Bochellus tranſcripſit. Dicitur autem propoſitum in Concilio Tridentino vt Epiſcopis reſtitueretur facultas abſoluendi ab omnibus peccatis.

falſi.c 19. c.22 de ſent.excom.

Lib.2 decretor

Hiſtor Concil. Trid.lib.8 p. 607.

Sic tandem placuerunt reſeruationes vt per eas intelligeretur dictorum reſeruatorum grauitas, magiſque ab illis cauerent quæ non forent remiſſa niſi cum tanta itineris difficultate, & ab ipſo omnium Eccleſiarum principe quem adeuntes reuereri & vereri tanto plus deberent quanto plus coruſcat maieſtate. At memorabile eſt Clementis iudicium. Cum enim Ioannes Albertum Cæſarem patruum occidiſſet, & ſceleris pœnitentia compunctus ad eum vt expiaretur iniſſet paratus quas vellet pœnas ſubire, is pœnitentẽ ad Henricum Imperatorem reiecit: arbitrio Cæſaris percuſſorem Cæſaris luere oportere dicens. Itaque Cæſar illum in Eremitarum ſepta relegauit: ſic Pontifex plenitudine ſuæ poteſtatis non vtendum ratus eo caſu. Nec ſecus cum nonnulli quod Iuuenellum falſis delationibus offendiſſent, Sacerdotis ſui Conſilio ad Cardinalem Lunenſem Pontificis in ſchiſmate legatum veniſſent culpæ remiſſionem efflagitantes, is pœnitentiam illorum non aſpernatus eos à Iuuenello quem offenderant veniam petere iuſſit: ad hunc ergo profecti ſunt linteis ne agnoſcerentur tecti, & veniâ donati fuerunt.

Paul. Æmil. in Philippo Pulchro.

Gaguin. in Carolo 6.

Ex iſtis autem reſeruationibus prodiit aliud abſolutæ poteſtatis documentum, vt qui ius meri impleri habet, illud aliqua ex parte delegarit. Hinc indulgentiæ per quas Pontifex Roman. dat cuilibet Sacerdoti Diœceſano authoritatem abſoluendi à quibuſcumque peccatis, & votis exceptis duntaxat duobus, nempè peregrinationis ad terram ſanctam, & religionis. XIX.

Harum autem Indulgentiarum prima conceſſio refertur ad Gregor. Magnum qui eas dicitur indixiſſe ad ſtationes Romanas, ſeptem videlicet annorum: alij vetuſtiorem conceſſionem repetunt ex illo Tertulliani: Pontifex Maximus dicit: Ego mœchiæ, & fornicationis delicta remitto pœnitentia functis. Quod tamen non accedit ad indulgentias de quibus loquimur, quippè extraordinarias. Ac ſanè verius eſt iſtarum non adeo priſcũ eſſe vſum

Digitized by Google

vt quarum neque Patres, neque tot Concilia meminerunt: extraordinariarum, inquam. Certum enim eſt indulgentiam pro remiſſione peccatorum acceptam ſemper vſitatam fuiſſe apud omnes Epiſcopos: ſed qua peccatum quidem remittebant, non verò peccati pœnam quæ iuſtitiæ Dei debetur. Hinc penes illos tanta pœnitentiarum ſeueritas iam prædicta cuius tempus contrahere licebat Epiſcopo quod propriè erat indulgere.

Can. 5. Ancyr. Concil. Can. 61. Eliber.

Porro Indulgentiam ſcimus fundatam in meritis & ſanguine Chriſti, ac Sanctorum eius, qui in Chriſto & per eius ſanguinem meruerunt. Cæperunt autem non ſolum ipſe ſummus Pontifex, at Epiſcopi quoq; Indulgentias concedere; & quia nonnulli per eas indiſcretas, & ſuperfluas pœnitentialem ſatisfactionem eneruabant, præſcriptum eſt in Concilio Lateranenſi generali ſub Innocentio 3. vt non vltra annum eas concederent. Deinde ſub Clemente 5. anno 1314. reuocatæ ſunt in Concilio Rauennate omnes ab Epiſcopis Pouincialibus factæ conceſſiones de publicandis indulgentiis, tam Epiſcoporum, quam Apoſtolicæ ſedis: videlicet propter abuſum, quia quibus conceſſum erat illas annuntiare, ampliores annuntiauerant: & per hoc apud populos Pontificalis authoritas minui quodammodo & vileſcere videbatur. Adeo nihil eſt tam ſanctam quod malitia, & auaritia idolorum ſeruitus non vertat in abuſum execrandum. Vnde etiam in Concilio Saliſburgenſi, anno 1274. ſuſpenſæ fuerunt Indulgentiæ ab Epiſcopis conceſſæ ob quæſtuariorum fraudes: & Concilium Conſtantienſe ſtatuit deliberandum de Indulgentiis: ſed deliberatum non eſt, neque in ſequentibus Conciliis niſi in Tridentino vbi iubetur omnis quæſtus ab illis excludi. Certum vero eſt tantam fuiſſe ad eas populorum deuotionem, vt Bembus author ſit ex ſola Veneta ditione Alexandrum 6. collegiſſe pluſquam nongẽtas auri libras quas erogauit Pontifex improbæ licet famæ, in bellum Turcicum: ſancta equidem erogatio.

XX.

Seſſ. 40.

Seſſ. 21. cap. 9. Seſſ 25. ca 21. in Decreto de Indulg.

XXI. Porro non opus eſt meminiſſe (horret enim) Lutheraniſmi inde producti, cum Lutherus aliâs offenſus quod præter morem ab Auguſtinianis, è quorum erat cœnobio, Indulgentiarum diuulgandarum facultas ad Dominicanos eſſet tranſlata, aduerſus bullatores qui de illis in cauponis nundinabantur prædicaret & meritò. Nec tanto ſcandalo remedium adhiberetur: imò ſeueritate nimia ad pejora compelleretur Lutherus qui aliqua clementia retineri poterat. Siquidem à Leone 10 correptus ob vehemen-

Paralipom. rerum memorabil. poſt Cõradum Abbatem Vrſperg.

tiorem contra Indulgentias ſermonem ad eum reſcribebat his verbis: Beatiſſime pater proſtratum me pedibus tuæ Beatitudinis affero, cum omnibus quæ mea ſunt & habeo: viuifica, occide, approba, reproba vt placuerit: vocem tuam, vocem Chriſti in te præſidentis, & loquentis agnoſcam: ſi mortem merui, mori non recuſo. Sic ille: At quantum deinde mutatus quando dicebat, Rumpatur Papa, frendant Papiſtæ, ſic erit quia doctor Martinus Lutherus ita vult, ita iubet: & neque ſe ſuam opinionem Angeli cenſuræ commiſſurum: in tantam eum ſuperbiam ſuperbię Princeps diabolus coniecerat. Garaſſus locis citatus lib. 3. de Doctrina curioſa ſect. 29. lib. 1. ſect. 7.

Sed quoad Indulgentias, væ illis per quos ſcandalum: piis vero & fidelibus certum eſt nihil per illud veritati, vtilitati, & efficaciæ Indulgentiarum derogatum eſſe: & ad eas ſummi Pontificis authoritati: ex qua etiam liquet pleniſſima eius poteſtas in remittendis peccatis, & delegatorum ab eo: puta Monachorum, & Congregationum quarumdam vt notauimus. Epiſcopis autem limitata eſt poteſtas earumdem concedendarum prout ſummo Pontifici placet, vt vult D. Thomas: quia, inquit, habet plenitudinem Pontificalis poteſtatis ſicut Rex in regno. Illud vero ſanctiſſimum & piiſſimum quod ad honorem numquam ſatis procuratum ſalutiferi & viuifici panis ſeu corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti noſtrates Epiſcopi in Synodo Andegauenſi, an. 1270. iis, qui Comites ſe exhiberent Sacerdoti deferenti iſtud reale corpus ad ægrotos, relaxauerunt 20. dies de pœnitentiis eis iniunctis: quos tamen Synodus Rhemenſis & Trecenſis ad decem duntaxat reduxerunt. XXII. In ſupplem. q. 26. artic. 3.

Itaque iam plena eſt diſpoſitio indulgētiarum apud ſummum Pontificem cui etiam incumbit prouidere, ne impij iſtis abutantur: vnde laudandæ Bullæ quibus ad Hiſpanos directis iuſſit Indulgentiarum diplomata in ſuſpenſo eſſe quouſque examinata fuerint à Nuntio Apoſtolico in regno exiſtente, à Sacerdote Regio, & vno vel duobus à Rege deputatis, vt refertur edicto Ferdinandi & Iſabellæ quod in ſua inſtructione praxis iudicialis conſignauit Alphonſus Villadiego. XXIII. Capit 5.

Sed hæc ſufficiant de ſupradictis caſibus ſupremi Domini ſummi Pontificis, vt ad alios ſequentibus libris Deo fauente progrediamur.

Digitized by Google

DE MAGISTRATIBVS, ET MINISTRIS ECCLESIASTICIS, DIGNITATIBVS ET BENEFICIIS.

LIBER II.

CAPVT I.
DE ELECTIONIBVS.

• LECTIO.

1. *Conſtitutio Magiſtratuum Eccleſiæ præcipuorum incumbere debet curæ ſummi Pontificis.*
2. *Quales illos eſſe oportet excluſa omni gratia.*
3. *Chriſtus qui Apoſtolos, & Diſcipulos vocauit, confirmandi eos poteſtatem dedit Petro.*
4. *Duæ primæ ordinationes ab Apoſtolis factæ poſt electionem populi.*
5. *Conſtitutio Clementis 1. de electione Epiſcopi.*
6. *Praxis vt ad eam electionem concurreret populus cum clero, exemplis probata.*
7. *Electio D. Athanaſij vt eſſet Epiſcopus Alexandriæ.*
8. *Notabilis electio Alexandri Cumarum Epiſcopi.*
9. *Eius ſtudium de conſeruanda ſua pudicitia.*
10. *De eo quod dicitur, electio cleri conſenſus populi.*
11. *Suffragia habuit populus in electionibus nec tulit ſe illis priuari.*
12. *Probatur Synodorum Canonibus, & ſummorum Pontificum reſcriptis.*
13. *Cōſenſus idem propè erat quod electio.*
14. *Apud Iudæos & gentiles idem fuit populi concurſus in electronibus ſuorum Sacerdotum.*
15. *Aliquot tamen Conciliis prohibitus eſt populus ab iſtis electionibus.*
16. *Concilia, & decreta quæ ordinationes Epiſcopi voluerunt fieri ab Epiſcopis an intellexerint de electionib. an de conſecrationibus poſt electiones.*
17. *Decretum Nicæni 2. de electione Epiſcopi ab Epiſcopis facienda.*
18. *Nectarius & Tharaſius electi ab Epiſcopis in Conciliis.*

19. *Fraude*

Digitized by Google

19. *Fraus ſacrilega Flauita vt eſſet Epiſcopus: vnde Zeno reſtituit Epiſcopis electiones.*
20. *Iuſtinianus Clero & Laïcis eaſdem commiſit.*
21. *Prima Gallorum Epiſcoporum creatio.*
22. *Hæreditaria Sacerdotiorũ ſucceſſio.*
23. *Gregorius Nazianzenus non ſucceſſit patri in Epiſcopatu.*
24. *Sacerdos eſſe debet vt Melchiſedech ſine patre & matre.*
25. *Imitandus Chriſtus in vocandis diſcipulis, & quomodo eos vocauit.*
26. *Hæreditaria ſacerdotiorũ ſucceſſio reprobata.*
27. *Non licuit Epiſcopo Sacerdotem ſucceſſorem ſibi deſignare.*
28. *Cenſura reſignationum in fauorem.*
29. *Excluſus ab electionibus populus: ac deinde capitula elegerunt.*
30. *Vetus eſt abuſus in electionibus tam à Clero quam à populo.*
31. *Remedium.*

QVEMADMODVM legis ſanciandæ poteſtas eſt penes ſummum principem, ſic verum eſt dicere, magiſtratuũ qui eam obſeruari curent conſtituendorum ius ab eo pendere: ac proinde quoad illos qui ad Eccleſiam pertinent, nimirum Primatuum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum videtur idem inferendum de Epiſcopo Romano vt Eccleſię ſummo principe. Siquidem cum ſit rector vniuerſitatis, curam gerat non vnius Eccleſiæ, ſed Eccleſiarum & pro omni Eccleſia ſit rationem redditurus, ſequitur neceſſariò maximè illum attinere vt prouideat, & præuideat quis cuique ſingulari gregi præponatur paſtor. Atq; vtinam incubuiſſet huic ſolicitudini quondam: Non enim fortaſſe tot ſediſſent in cathedris Orientalibus hæretici qui ab eis fidem puram exulauerunt: Vtinam etiam ſic iam incumberet vt omni poſtpoſita ratione fauoris & gratiæ ex quacumque cauſa, niſi virtutis & meriti ſedulo vigilaret, ne quiſquam his dignitatibus præficeretur niſi ætate matura, caſtigatis moribus, & ſcientia requiſita, hoc eſt, qui 35. annum ad minus haberet, Theologiæ doctoratũ aut ſaltem Gradum optimo iure obtineret: & vt vult D. Paulus teſtimonium bonum haberet ab his qui foris ſunt excluſa prorſus prouiſionę quæ dicitur in forma gratioſa, & in forma dignum, quibus nihil minus gratioſum, & dignum eſſe poteſt Deo. Si enim ordo iſte obſeruaretur, non tot ſcandala & ſymoniæ faciem Eccleſię dehoneſtarent, neque caſta eximiaque virgo adoleſcentulis, ac plerumque indoctis, & vno

I.

II.

verbo incompoſitis, & indignis nuberet. Sed vt viam propoſitam ineamus videre licet qua forma iſtarum dignitatum ordinatio facta fuerit olim, & à quo tempore cæperit ſummus Pontifex eam ſui iuris facere.

III. Equidem Chriſtus ſummus Pontifex fundator Eccleſię duodecim primùm diſcipulos elegit, ac deinde ſeptuaginta duos: quorum omnium Petrum voluit eſſe caput: neque iſta diuina ſapientia quæ errare non potuit, opus habuit cum iſtos 72. vocauit conſilium priorum 12. aut conſenſum, vel ſuffragia adhibere: placet autem doctoribus primos 12. fuiſſe velut Epiſcopos: illos vero 72: velut inferiores Sacerdotes: ſed quod poſtea dixit Petro vt aliquãdò conuerſus confirmaret fratres ſuos, denotat ei & ſucceſſoribus eius datam in Epiſcopos, & Sacerdotes prærogatiuam confirmandi eos, ſeu in fide, ſeu in ſede; ipſum tamen Petrum non legimus ordinaſſe omnes Epiſcopos qui quoad vixit in pluribus locis conſtituti fuerunt, nec ab aliis ordinatos confirmaſſe: vt neque Titum & Timotheum quos Paulus ordinauit, & quando Paulus præcepit Timotheo vt per ciuitates ordinaret Præſbyteros non reſeruauit ſibi aut Petro confirmationem: fortaſſè quia vbi abuſus nondum erat, præcautione ſummi Principis ad eum euitandum opus non fuerat.

IV. Ex duabus autem ordinationibus quæ in actis Apoſtolorum habentur, vnius puta Epiſcopalis videlicet, quando Mathias locum Iudæ traditoris ſortitus eſt; alteriùs vero nempe diaconorum ſatis conſtat omnium fidelium tam ex clero quam ex populo cõcurſum ad eas fuiſſe. In prima enim cum textus dicat congregatos fuiſſe ferè centum, inter quos etiam erant mulieres, & quod ſtatuerunt duos qui ſorti committerentur, inferri poteſt non ſolum Petrum, aut ſolos Apoſtolos, ſed hos omnes congregatos ſtatuiſſe illos: id eſt elegiſſe vt ſorti committerentur. Sed clarius in poſteriore ordinatione dicuntur Apoſtoli non eam per ſe feciſſe: at conuocaſſe multitudinem diſcipulorum eique reliquiſſe vt conſideraret, id eſt eligeret ex ſe fratres boni teſtimonij quos ipſi ſcilicet Apoſtoli conſtituerẽt ſuper hoc opus. Multitudinem autem diſcipulorũ idem eſt ac multitudinem omnium fidelium qui tum erant: neque enim ſi de ſolis Eccleſiæ miniſtris Apoſtoli intellexiſſent multitudinis nomine quod grandem turbam ſignificat vſi eſſent: deinde additur: Et placuit ſermo coram omni multitudine, & elegerũt: id eſt omnis multitudo quæ ſine dubio

Digitized by Google

Laïcorum plurima pars fuit, elegit. Vt tandem abſque dubio ſit electionem Laïcis cum Clero permiſſam eſſe, conſecrationem verò ſibi ſolam Apoſtolos reſeruaſſe, vt quæ niſi à ſacris hominibus fieri poſſet.

Itaque in conſtitutionibus quæ Clementi 1. tribuuntur refertur D. Petrus præcipiẽs vt Epiſcopus à cuncto populo eligeretur: & tertio interpellaretur populus an ipſe ſit quem præeſſe peteret. Quod ſi non ſunt Clementis hæ conſtitutiones antiquitate tamen ſua velent ad probandum vetuſtatem popularis concurſus in electionibus, vt quod omnes tangeret ab omnibus approbaretur. V. Lib. 8. cap. 4.

Atque ea fuit Eccleſiæ primitiuæ plurima praxis tam in cæteris Epiſcopis eligẽdis, quam in ipſo etiam Romano Pontifice. Nam vbi narratur miraculoſa Fabiani electio, quem Sp. S. inſidens eius capiti ſub ſpecie columbæ deſignauit (quod etiam in primis Rauennatum Antiſtitum vocationibus contigit:) notatur ad electionem illam turbas populi congregatas, & diſſidentes fuiſſe, & D. Cyprianus loquens de electione Cornelij Pontificis item Romani, illam laudat & approbat vt de Dei & Chriſti iudicio factam quod eſſet de Clericorum penè omnium teſtimonio, de plebis quæ tunc adfuit ſuffragio, & de Sacerdotum antiquorum ac bonorum virorum collegio. Sic Leo 1. gratulatur Timotheo Alexandrino Epiſcopo quod in eum cleri, plebis, atque omnium fidelium egiſſet electio, quanquam ſcribat D. Hieronym. à Marco Euangeliſta, quem D. Petrus conſtituit, vſque ad Heracleam & Dionyſium ſolitos ſemper Præsbyteros fuiſſe, vnum ex ſe electũ in excellentiori gradu collocatum nominare Epiſcopum quo modo ſi exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de ſe quem induſtrium nouerint, & Archidiaconum vocent. Ergo duntaxat vſque ad Heracleam, & Dionyſium. Nam certum eſt deinde plebem cum Clero ad eam electionem conueniſſe. VI. Ep. 2. lib. 4. ad Antonian. Ep. 101. Sic de Arelatenſ. Epiſcopi elect. ep 106. Ep. ad Euagr.

Vnde quod ait D. Gregor. in orat. de laudibus D. Athanaſij. illum videlicet totius populi ſuffragiis non autem ſecundum peruerſum exemplum quod poſtea inoleuit, neque per vim ac cædem ſed ſpiritualiter illum electũ eſſe: in Apologia tamen ipſius D. Athanaſij, vbi reſpondetur Arrianis hanc electionem criminantibus velut à 7. duntaxat Epiſcopis factam, refertur non electum eum fuiſſe at poſtulatum ab vniuerſo populo, ita vt neq; diſcederet ab Eccleſia neque diſcedendi facultatem Epiſcopis VII.

Digitized by Google

permitteret quouſque Athanaſium declaraſſent Epiſcopum: in quo violentia videbatur, toleranda nihilominus vt in ſimili propè caſu reſcripſit D. Gregorius Nazianzenus in orat. de funere Patris.

Rurſus infinita propè apud omnes vbique Chriſtianas gentes referũtur iſtiuſmodi per clerum & populum electionis exempla, VIII. quæ nimij & ingrati ac faſtidioſi laboris eſſet recenſere: iuuat modo quæ notabilia & iucunda ſunt ſeligere puta quod refert Gregorius Nyſſenus in rebus geſtis Gregorij Thaumaturgi: nempe Cumas iſte vocatus vt ibi Eccleſiam & Paſtorem ordinaret, non ipſe ſolus, ſed congregato populo de hoc eligendo deliberauit: Itaque in partes diuiſus populus multos quidem plerique nominabant ſplendore vitæ, & familiæ præcipuos: vilioris autem conditionis & nominis neminem. Quo percitus Gregorius velut ex ambitioſa nominatione aiebat, poſſe etiam inueniri inter huiuſmodi homines idoneum. Ad quæ ſubridens aliquis è turba: quid non, inquit, Alexander Carbonarius aduocatur. Quod non ſine diuina permiſſione dictum reputans Gregorius iuſſit illum carbonarium adduci ſicut erat carbone deturpatum, & laceris veſtibus vix circundatum vt etiam nuda cutis alicubi pateret.

IX. Porrò venuſtiſſima facie fuit: ſed cum ſe continentem eſſe vellet, ſic pulchritudinem vultus obtexerat ne incentiuum voluptatis ſibi aliiſque eſſet: tutiore & ſanctiore cautione quam ille apud Valerium Maximum Ethnicus qui cicatricibus fœdis vultus ſui decus conſumpſit quod videret eo pleroſque inſanire: admiratus autem Gregorius Conſtantiam illius in eo habitu iuſſit ſuis miniſtris vt eum ad tempus amotum curarent lauacro perlui & veſtibus ſuis indui. Quo facto reductum dedit ciuitati Sacerdotem, nihil moratus conſenſum aut electionem populi: verum qui attonitus nouitate rei ſilentio rem confirmabat: illud vero conſtat ad eam electionem congregatum populum fuiſſe: atque Alexandrũ donatum eſſe dignitate, approbata vnius ex populo in eum voce licet fortaſſe non ſeria. Sic propemodum D. Ambroſius electus eſt Mediolani. Nam cum diſſentiret populus de electione ſui Pontificis & ſeorſim Epiſcopi de illa quoque deliberarent adueniente Ambroſio tunc præfecto vt tumultum ſedaret, ſubitò infans è turba illum proclamauit Epiſcopum, in eamque vocem omnes cõſenſerunt: nec abſimili exemplo legitur Ruſticus apud Aruernos electus regnante Childerico anno 459. Ciuibus enim

Theodor. lib. 4. Paulin. in vita eius.

Greg. Turon. lib. 2. hiſtor. c. 13

poſt obitum venerandi Epiſcopi de electione collidentibus mulier quædam velata, & deuota Deo reſidentes Epiſcopos adgreſſa eſt obteſtata, nullum ex illis in quos ſuffragia populi diuidebantur, placere Deo: Dominumq; ſibi Antiſtitem præuidiſſe: cumq; his dictis aduenirer Ruſticus & exclamaſſet eum eſſe quem Deus vellet, omnis populus poſtpoſita contentione Pontificalem dignitatem illi contulit. Sic D. Remigius concurſu populi vtriuſq; ſexus (adeo etiam mulieres electionibus ſe ingerebant) ad Rhemenſem cathedram vocatus eſt annorum duntaxat 22. cumque ætate ſe excuſaret velut prohibentibus canonibus, magiſque in eum acclamaret populus: noui luminis radius ſubitò de cœlo deſcendens in eius verticem, & vnguentum ſacrum ſuper eum infundens comprobauit vocatum eſſe illum à Deo: vt in eius vita refert Hincmarus qui & teſtatus eſt electum ſe eſſe Archiepiſcopum eiuſdem Eccleſiæ à clero & populo vrbis, atque etiam ab Epiſcopis Prouinciæ cum Archiepiſcopi Senonenſis, & Epiſcopi Pariſienſis conſenſu, necnon Abbatis & Religioſorum S. Dionyſij, atque approbante Carolo Caluo: ſed inter tot Eccleſiaſticos populus. Refertur to 3. Cõcilior. parte 1. ſub Sergio 2.

X. Quidam tamen diſtingunt vt electio eſſet cleri, conſenſus populi. Quò pertinere videtur quod dixit D. Cyprianus, vt ordinationes fierent ab Epiſcopis plebe præſente qui ſingulorum vitam pleniſſimè nouit, & vniuſcuiuſque actum de eius conuerſatione perſpexit: ſic coram omni Synagoga iubebatur Pontifex conſtitui: & D. Paulus præcipiens Timotheo quos ordinare deberet Epiſcopos: oportet, inquit, & illos habere bonum teſtimonium ab his qui foris ſunt, id eſt, Laïcis. Quæ videntur innuere vt approbet electum ſuo teſtimonio populus. Quod Stephanus Papa confirmauit dicens: Sacerdotum eſt electio, & fidelis populi conſenſus eſt abhibendus quia docendus eſt populus non ſequendus: & Gaufridus Abbàs ſolis clericis licitum eſſe eligere, & conſecrare Epiſcopos: cæteris duntaxat petere: ac Sardicenſis Canon: Si populi conuenerint, & petant ſibi rectorem, ſatisfaciendum eis eſſe vt veniant ex vicina Prouincia Epiſcopi, & ordinent Epiſcopum. Ep. 68. Can. Noſſe. diſt 63. Opuſculo de ordinat. Epiſc. Can. 5.

XI. Sed profectò vbicumque adhibitus fuit ad electionem populus. pleniſſima eius fuerunt de creatione Epiſcopi ſuffragia adeo vt etiam præualeret contra clerum. quòd liquet exemplo Siſinnij quem populi vox ſedi Conſtantinopalitanæ præfecit & obti- Socr. lib. 7. c. 26

Digitized by Google

Lib. 14. cap. 2.

Inde etiam cædes ſimilis in vrbe Treuerorum Lambert. Schafnaburg. ad ann. 1066. crudelitas Tarnănenſ. Mejer ad an. 1079.

Ep. 110.

nuit vt præferretur Philippo quem clerus petebat. Et ſi aliquando ea forma neglecta eſt, minus gratè accepti fuerunt Pontifices aliter electi, vel prorſus repudiati, atque etiam interfecti cuiuſmodi exemplum eſt in hiſtoria Nicephori, & Liberatus in Breuiario refert in Eccleſia Alexandrina ſchiſma ex eo quod populus Graianum vellet: Clerus vero ſuaſu Theodoræ Auguſtæ Iuſtiniani 1. vxoris Theodoſium: adeo vt etiamſi Graianus in exilium mitteretur, eum tamen Epiſcopũ agnoſceret populus, & coactus fuerit Theodoſius vrbe cedere. Et antè hæc tempora D. Auguſtinus reſcripſit ſe operam dediſſe ſeditioni ſedandæ in Eccleſia Mileuitana, ob id excitatæ quod prædeceſſor ſibi ſucceſſorem deſignauerat, de cleri ſolummodo ſententia non aduocata plebe: ac ne idem contingeret in Hipponenſi Eccleſia curauit vt clero & populo probaretur Eradius quem poſt ſe relinquebat.

Synodi Romanæ: vna ſub Nicol. 2. & 7. ſub Greg. 7.

XII.

Synodi Prouinciales ſunt Carth 3. ſub Anaſtaſio 1. eaque notab. pro forma examinădi Epiſcopi Cabilon. 2 can. 10. an. 664. Pariſ. ſub Childeberto can. 8. Aurel. ſub Vigilio an. 540 Can. 3. & ſub Siluer. Can. 7. Tolet. 4. can. 18 Rhemenſ. ſub Sonnatio apud Flodard. lib 2. c. 5. & in tom. 3. Concil. ſub Leone 9. can. 1. Ep 84. c. 5. & 6. cum ep 92. c. 1. & epiſt. 106.

Denique tantoperè probata eſt ea eligendi ab vniuerſo populo, id eſt Clericis & Laïcis, forma, vt pluribus Synodis Prouincialibus atque etiam Romanis ac decretis ſummorum Pontificum ſanciretur cum clauſula etiam irritante, videlicet vt præponeretur omnibus quem cleri plebiſque conſenſus concorditer poſtulaſſet, & nullus inuitis ac non petentibus ordinaretur: ſin aliter, ordinatio eſſet irrita: ne ciuitas Epiſcopum non optatum aut cõtemneret, aut odiret. Sic Leo 1. & ante illum Cæleſtinus 1. Nullus, inquit, detur inuitis Epiſcopus: cleri, plebis, & ordinis conſenſus ac deſiderium requiratur. Quamobrem Gregorius Magnus noluit confirmare Cõſtantinum quem Clerus ſedi Mediolanenſi præfecerat, antequam populi comitiis approbatus eſſet. Et Ioannes 8. innitens ſententiæ Leonis & Cæleſtini, vt ipſe ait, arguit Berdunenſem Archiepiſcopum, quod conſecraſſet eum qui non erat electus à clero & populo acceptusque Carolo Imperatori. Quibus addere licebit ciuiles leges, nempe Iuſtiniani 1. edicentis vt Laïci haberent ſuffragium in eligendo Epiſcopo: & Caroli Magni in capitularibus: Idque adeo obſeruatum apud nos, vt inde formula concepta fuerit quam habemus ex Marculpho. Ac demum ſic requirebantur populi ſuffragia, vt electio χειροτονια diceretur quia per manuũ porrectionem numerabantur

Cæleſt. epi. ad Epiſcop. Galliæ cap. 5. Gregor. epi. 58. 78 79. lib. 1. epi. 3. lib. 2. & aliis paſſim ac in eam ſententiam. Nicol. 1. epiſt. 65. ac de illo Anaſtaſ. in eius vita. Ioann. 8. epiſt. 70. 221. 260. 304. Greg. 7. epiſt. 41. lib. 2. epiſt. 14. lib. 4 epiſt. 3. lib 5.

Nou. 123. cap. 1 In principio capitul. 72. lib. 7. cap. 84. lib. 1. cap. 73. lib. 7. formular. lib. 7. cap. 5. 6. 7. Adde Iuonis epiſt. 104. 157. Hildebert. epiſt. 12. Gaufrid. epiſt. 11. lib. 2.

Digitized by Google

qui hunc vel illum eligebant: vt refert Zonaras ad Can. 1. Apoſtolor.

Atque hæc ſatis conuincere videntur non ad hoc ſolum vt eligenti clero conſentiret populus, illum interuenire ſolitum eſſe electionibus, ſed vt reuera vocem electiuam cum illo haberet. Quid quod ſi conſenſus poſt electionem neceſſarius eſſet, an eodem propè iure fuiſſet ac ipſa electio? Quippè niſi conſentiret populus alterum eligi oporteret: ac tandem ipſo etiam populo ſuum calculum dante vt citiùs in eum conſentiret cui plurima illius pars ſua voce vel ſuis digitis, aut ſcripto ſuffragatus eſſet. vnde diſertis verbis Rabanus ad illum textum Actuum Apoſtolorum, qui eſt de Diaconis cõſtituendis: Ordo, inquit, ſeruandus eſt, eligat populus; ordinet Epiſcopus. XIII. 1. gl. notab. in can 1. diſt. 62.

Sic apud Iudæos etiamſi hæreditaria dignitas Sacerdotis eſſet, aliqui tamen ſed ex familia Sacerdotali electi fuerunt: ſcribente Ioſepho Iudam qui ex liberis Matathiæ erat ſupremum Pontificem à populo eſſe dictum, & Ionathæ Simonem ab eodem ſubrogatum. Atque idem obſeruaſſe Ægyptios recenſet Heliodorus in hiſtoria Æthiopica. Quis vero neſcit ſupremum Pontificem Druidarum Gallorum adeo in populari electione fuiſſe, vt etiam diſſidentes populares ad arma proſilirent? Apud Romanos autem ſatis notum eſt præcipuas Sacerdotij dignitates popularis electionis fuiſſe, nempè Pontificem maximum, Regem ſacrificulum, & flamines: vt Pontifex tributis comitiis, Rex centuriatis, flamines curiatis crearentur, quemadmodum obſeruauit Sigonius: Refert tamen Cicero fas non fuiſſe per populum creari Pontificem maximum propter religionem ſacrorum; ſed propter amplitudinem Sacerdotij voluiſſe majores Romanos populo ſupplicari. Quæ ſanè obſcura ſunt, niſi intelligamus electionem quidem penes collegium Pontificum fuiſſe, ſed ſupplicato priùs populo vt electionis facultatem concederet provt obſeruatum aliquando in Religione Chriſtiana. Infra videbimus, vt Capitulum & Canonici eamdem facultatem à Rege poſtularent. Verum ex Plutarcho in Iulio Cæſare probatur eam electionem ad populi ſuffragia, & ex Liuio ad comitia pertinuiſſe. XIIII. Lib. 12. antiq. cap. 17. lib. 13. cap. 8. & 19. Lib. 7. Lib. 1. cap. 19. de antiquo iure ciuiũ Rom. Orat. 2. de lege Agraria. Liu. Decad 3. lib. 5. ferè initio.

Sed vt ad electiones Chriſtianorum Antiſtitum reuertamur; non deſunt etiam Concilia quæ eas populis ademerunt: puta Laodicena ſub Silueſtro qui ſedit anno 314. dixit non eſſe turbis permittendam Sacerdotum electionem. Et aliquot poſt ſecula XV. Can. 13.

Digitized by Google

Can. 1. tomo. 2. Concil. tunc vacāte Romana ſede poſt obitum Ioan. 3.

Bracarenſis circa annum 572. ſub Martino eiuſdem ciuitatis Epiſcopo voluit non licere populo electionem facere eorum qui ad Sacerdotium promouentur, ſed iudicium eſſet Epiſcoporum vt ordinandum probarent.

Nicen. Can 4. Antioch. Can. 19. Arelat. Can. 5. Afric Can 16. Carthag. 3. circa tēpus eiuſd. Cæleſtini Can. 39.

d. Cap. 4. lib. 8

Epiſt. 103. cum epiſt. 101.

XVI. Quid quod Cānone 1. Apoſtolorum, Anacleti ep. 2. Nicæno 1. Concilio, Antiocheno, Arelatenſi ſub Siricio, & Africano ſub Cæleſtino 1. dicitur ordinationes Epiſcoporum faciendas eſſe à tribus ſaltem Epiſcopis? An idem eſt ordinatio, quod electio? An ordinatio eſt conſecratio, id eſt vt ad conſecrandum electum à clero populoque Epiſcopum conuenirent ſaltem tres Epiſcopi? Equidem Rabanus vt notauimus ordinationem ab electione ſejunxit vt populus eligeret, Epiſcopus ordinaret: ſic in Clementis conſtitutionib. ordinatio Epiſcopi fit ab Epiſcopis, ſed poſt electionem populi: Et Leo 1. poſtquam gaudere ſe dixit quod Timotheus eſſet Alexandrinæ ſedi ſubrogatus ex cleri & plebis electione, ad Epiſcopos Ægypti de eius conſecratione reſcripſit.

Can. 17. Can. 40.

Can. 3. Vide Zonaram ad Can. 2. Apoſtolor. & ad ipſum Canon. 4 Nicæni 1. & ad Can. 13. Carthag. ſub Aurelio.

Sed in prædictis Synodis Carthaginienſe & Africana videtur ordinationi electio ineſſe, quandoquidem non concedatur plebi electio, ſed duntaxat vt audiantur qui ordinationi contradicerēt:
XVII. & Synodus Nicæna 2. explicauit de electione quod Nicæna 1. ſanxit de ordinatione: prohibens enim ne ſeculares Principes & Magiſtratus ſe electionibus inferrent, quas iam vſurpabant quaſi tranſlato hoc iure ad ſe à populo, edixit oportere vt promouēdus ad Epiſcopatum ab Epiſcopis eligeretur, quemadmodum, inquit, à ſanctis Patribus Niceæ decretum eſt. Atque ita in Concilio Conſtantinopol. 1. Nectarius eſt electus ab Epiſcopis: & in Con-
XVIII. ſtantinop. 7. Tharaſius, atque Zeno dicitur ius abſolutum eligendi Epiſcopi Conſtantinopolitani remiſiſſe Epiſcopis Diœceſanis, nimirum indignatus quod Flauites corrupto cuſtode tēpli
XIX. inſcribi ſe curaſſet libello quem iuſſerat Imperator ſuper altare poni, indicto 40. dierum ieiunio, vt exoraretur Deus inſcribere ipſe quem gratum haberet. Sed poſterior Iuſtinianus quaſi refi-
XX. gens priorem conſuetudinem voluit à clericis & primoribus ciuitatis tres nominari è quibus Epiſcopus ordinaretur, præcipiens expreſſè vt Laïci ſuffragium in eligendo Epiſcopo haberent. Sed an ei licuerit de rebus Eccleſiaſticis præcipere quæſtio eſt.

Niceph. lib. 16. cap. 18.

d. Nouel 123. c. 1. in princip.

Ado ætate 6. ad ann 100. Vetus Chronic. Britan.

XXI. Equidem nos Galli primos Epiſcopos habuimus ab Apoſtolis vel Diſcipulis illorum miſſos vt à Paulo Arelatenſes Trophimū, Viennenſes Creſcentem: à Lino Papa Britanni D. Clerum: ſic à

Polycarpo

Polycarpo Ioannis Euangeliſtæ diſcipulo ſucceſſor Irenęus Photino Lugdunenſi Epiſcopo conſtitutus eſt: item Gatianum à Romano Epiſcopo Turonenſibus, Paulum Narbonæ, Saturninum Tholoſæ, Dionyſium Pariſiis, Stremonicum Aruernis, Martialem D.Petri diſcipulum Lemouicinis datum refert Greg. Turonenſis. Sed vbi iſtorum & ſucceſſorum prædicationibus auctus eſt fidelium numerus electiones plerumque factæ ſunt tam à clero quam à plebe, vt vidimus: at notabile eſt quod ait Sidonius Apollinaris cum in electione Epiſcopi Cabillonenſis Pontificale Concilium Sacerdotum variæ voluntates oppidanorum turbarent, ac competitores prauis etiam artibus dignitatem ambirent, S.Patiens, & S. Euphronius conſilio cum aliis Epiſcopis clam habito, ac deſpecto turbæ furentis impetu S.Ioannem nihil minus optantem acclamantibus bonis collegam ſibi conſecrauerunt: ſic conſecratione electionem præuenientes. Lib. 4. de gloria Confeſſor. Lib. 5. hiſtor. cap. 30. Ep. 25. lib. 4.

Atque hi fuerunt electionum in prima Eccleſia modi ſiue à Clero populoque, ſiue ab Epiſcopis ſolis, vt prior tamen frequentior, & validior fuerit è qua etiam demum Reges & Principes conſtituendorum Antiſtitum authoritatem ſibi arrogauerunt quaſi lege Regia quæ populi iura ad illos tranſtulit.

XXII. Solebat nihilominus aliquando Epiſcopus ſibi ſucceſſorem deſignare vt apud Gregorium Turonenſem Maurilius Cadurcenſis Vrſicinum, & alibi paſſim in hiſtoria Eccleſiaſtica: exemplo fortaſſe ſumpto à D.Petro qui Clementem deſignauerat, ſed vt dicitur, non acceptum ne inde velut hæreditaria fieret Sacerdotalis dignitas vt apud Gentiles & Iudæos, adeo vt etiam infanti Pontificatus reſeruaretur, quemadmodum ſcripſit Epiphanius hæreſi 30. ac inde quod Samuel Heli defuncto non credatur fuiſſe Pōtifex maximus quaſi dignitate reſeruata eius filio anniculo: & Otho dicitur reuerſos ab exilio adoleſcentes auitis, & paternis Sacerdotiis in ſolatium reſtituiſſe. Sic in lege Chriſtiana Polycrates Epheſiorum Epiſcopus reſcribēs ad Victorem Pontificem Romanum ſe octauum ait, qui ex familia ſua tenuerit Epiſcopatum eumdem: ac de Gregorio Nazianzeno refertur eum Patri in Epiſcopatu ſucceſſiſſe: In quo tamen Sozomenus falli potuit ſucceſſiſſe eum putans, quia fuit Patri viuenti coadiutor, & eod. tempore Sozimorum Epiſcopus vt ipſemet ſcripſit. Quin etiam reſpondens illis qui eum calumniabantur quaſi cathedram Conſtantinopolit. ambiiſſet: In gratiam, inquit, cum veritate redeat Lib. 5. cap. 42. Aimon. lib. 3. cap. 34. Herodot. in Euterpe cap 1. Plutarch in Lycurg. de 10. orat. Niceph. lib. 4. cap. 37. XXIII. Sozom. lib. 6. cap 17. & cum eo D Hieron. & Suidas. Epiſt. 42. cum epiſt. 36.

M

qui nos alienam vxorem expetiiſſe aiunt, cum ne propriam quidem habere voluerimus. Denique Gregorius Præsbyter in vita eius narrat illum defunĉto Patre, cuius erat coadiutor, nũquam induci potuiſſe vt Epiſcopatum acciperet, ſed vrbe exceſſiſſe ac Conſtantinopolim perrexiſſe, vbi Archiepiſcopus ſit electus: deinde hoc Archiepiſcopatu cedens Nazianzenum rediiſſe, vbi rogatus à ciuibus vt tandem eius vrbis Sacerdotium acciperet, recuſauit, ac Eulalium conſtituit: videlicet vir doctus non ignorabat Sacerdotem Christianum eſſe debere velut Melchiſedech

XXIV. ſine patre & matre, id eſt, non generis nobilitate, non parentum fauore & electione vocatum, ſed morum gratia, & virtutum prærogatiua: Vnde Chriſtus in vocandis Diſcipulis non habuit rationem nobilitatis aut dilectionis: Petrum enim Bartholomeo nobili, & Ioanni dilecto prætulit: quia decens non erat iuuenem ſenibus præeſſe: neque etiam Leuitici generis, nec etiam ſui, id eſt, tribus Iudæ, ſed ex qualibet eos legit præmiſſa oratione in monte, vt inſtrueremur non perperam, nec ambitioſe Sacerdotia eſſe conferenda, ſed fuſis ad Deum præcibus, vt in re, ſi qua eſt, ſeria.

XXV.

D. Hieron. ſiue author regular. Monach. cap 4. & lib. 1. contra Iouinian.

Quamobrem hæreditaria ſucceſſio expreſſo Canone qui Apoſtolorum dicitur prohibita fuit in Sacerdotiis ne videlicet ex genere ordinatio fieret: vnde in Concilio Conſtantinopolitano 6. vetitus eſt mos Armeniorum qui ad Sacerdotium admittebant ex genere Sacerdotali duntaxat. Quem etiam morem in Eccleſia Aruernorum Claromontenſi, & Britannica ſiue Armorica arguit Hildebertus Cœnomanorum Epiſcopus, vt iamdiu in illã excanduerat Origenes. Sic apud Danos populus adeo voluit ad Archiepiſcopatum Lundenſem promoueri Æſchillum, non alia ratione quam quod è familia præcedentium Archiepiſcoporum eſſet, non ſe paſſurum dicens Archiepiſcopatum in alienam familiam transferri, vt Ericum Regem contra nitentem interfecerit.

Can. 76. & ibi Zonaras.

XXVI.

Can. 33.

Similem abuſum occupaſſe Hyberniã notat D. Bernard. in vita Malachiæ cap Cum hæc ita agũtur.

Epiſt. 55. & 65.

In cap. 27. Num. homel. 22.

Crantſ. lib. 5. Daniæ cap. 20.

Sed exploſa eſt ab omni æuo hæc Sacerdotalis ſucceſſio hæreditaria, vnde paulò ante hoc ſeculum nihil magis poſt Leonem 10. à ſummo Põtificatu Iulium Cardinalem remouit quam quod illi gentilis eſſet. Itaque electus eſt Adrianus cuius in hoc laudatur memoria quod difficulter cognatos ſuos ad beneficia promoueret, non quia eis candidè non faueret ſi alioqui idonei fuiſſent, ſed quia in ſacris reſpicere neceſſitudines naturæ nollet, vt quæ ibi locum non haberent: atque id quidem optima cum ratione.

Digitized by Google

Nam prophanæ leges quemquam eſſe ſibi ſuiſve iudicem vetant quod nimirum ſoleant affectus humani aciem mentis retundere, ne vt decet iudicare valeat: atque Doctor Bartholus: quando, inquit, Papa confert beneficium conſanguineo ſuo, præſumitur quod caro & ſanguis ei reuelauit, non Spiritus ſanctus. Quamobrem cum Patriarchatum Orientis ampliſſimum aliquot annis familia quædam ſibi vindicaſſet, ac poſtremus Patriarcha fratris ſui filium adhuc puerum deſignaſſet, fato tamen occupatus antè quam eum promouere potuiſſet: populus vniuerſus, tam Laïci, quam Eccleſiaſtici arripientes occaſionem abrogandæ huius tyrannidis, & reuocandi veteris ritus conuenerunt in ciuitatem Muzal tres Epiſcopi, ac ex omnibus ſingulis ciuitatibus tres aut quatuor primores cum litteris ſui populi: & re diuina peracta elegerunt Sulacham qui ipſe hæc narrauit Iulio 3.

Pius 5 conſtit. 58. incipiens quanta Eccleſia: interdixit ordinatio conferre vlla beneficia ſuo vel reſignanti: cõſanguineo affini vel familiari, & ſi contulerit Epiſcopus vel quilibet ordinatius ſuſpenditur à collatione, electione, præſentatione, confirmatione, & inſtitutione. Egregia ſanè conſtitutio & vbique etiam Romæ obſeruanda.

Sed non ſolum odioſa fuit hæc hæreditaria Sacerdotiorum ſucceſſio, verum & quod ſibi Epiſcopus ſucceſſorem nominaret: vt ſcilicet non legitima expectaretur electio, at defuncti gratificatio pro populi haberetur aſſenſu, quemadmodum Hilarius 1. in Synodo Romana reſpondit conſultationi Epiſcopi Tarraconenſis prohibens huiuſmodi ſucceſſionem. Et cum Bonifacius 2. Vigilium ſibi ſucceſſorem dixiſſet, Clerus interceſſit, eoque Bonifacium deduxit vt ipſe ſuum decretum combureret. D. tamen Auguſtinus licet dolens quod ex ignorantia Canonis Nicæni ſic ſe paſſus eſſet Hipponenſem Epiſcopum fieri: curauit vt Mileuitanæ Eccleſiæ remaneret Epiſcopus quem defunctus clero inſinuauerat: ac etiam ipſe ſibi ſucceſſorem deſignauit, ſed ita vt illos ſuis populis commendaret, quaſi non eſſet ſucceſſoria nominatio, at populi ſpontanea electio eius quem ex commendatione tanti tamque ſancti Pontificis non deberent dubitare dignum eſſe. XXVII.

Can 25. Antioch Concil. Notæ ad decret. Hilar. in ſumma Cõcil. Platina in Hilario. Ex lib. Pontificali in vita eius & Platina. d. Epiſt. 110. Poſſid. in vita eius.

Quid verò cenſurarum non effunderent veteres illi Patres cõtra reſignationes in fauorem, & contra coadiutorias vt dicunt, quæ cum magno Eccleſiæ ſcandalo vigent continuatis in eadem familia Sacerdotiis, aut ſaltem relictis non meliori, ſed cui voluerit reſignans? Sanè puduiſſe Gallos Epiſcopos iſtarum reſignationum ac propoſuiſſe in Concilio Tridentino de illis à Romana Curia reijciendis ſcribitur neſcio an verè: aut an aliquo zelo: an potius quia inferiorum Epiſcoporum intereſt nullas eſſe huiuſmodi reſignationes, vnde collationes ampliores habeant. XXVIII.

Hiſtor. Cõcil. Trid. lib. 7. p. 518.

Digitized by Google

Paſchalis 2. ſedens ann. 1099. iam Eccleſiæ Lemonicenſi conceſſerat vt ſolis Clericis liceret Epiſcopum eligere remota prorſus Laïcalis poteſtatis oppreſſione diplomate quod refert Chopp lib. 2. ſacr. politiæ tit. 4. artic. 6.

Cap. 55. de elect.

Itaque non diu nec frequentes fuerunt in primis ſæculis hi modi per ſucceſſionem ſubſtituendorũ Epiſcoporũ: ſed electiones vel à Clero & populo, vel ab Epiſcopis plura per ſæcula continuatæ fuerunt: excluſo tandem ab illis populo conſtitutione Gregorij 9. ſedentis anno 1127. qua prohibuit ne Laïci cum Canonicis electionem Pontificis præſumerent, nec præſumpta valeret nonobſtante contraria conſuetudine quam dicit potius corruptelam: atq; [a] Innocentius 3. in Concilio Lateranenſi electionem à Capitulo fieri voluit per ſcrutinium.

XXIX.

Excluſio plebis ab electione Pōtificis Rom. tribuitur Innocētio 2. In odiũ populi Romani ſeditioſè cõtra illum agētis Friſingēſis lib. 7. cap. 27. 34. Onuphr.

Cap. 24.

a Cap. 18. de elect.

Chronica Ioã. 2. Caſtillæ Reg.

Sed iam in vſu erat in pluribus Eccleſiis, vt Capitulum ſeu Canonici cathedralis Eccleſiæ eligerent, quod patet ex libro decretalium Sanctione Cæleſtini 3. qui Gregor. 9. præceſſit: & illuſtri exemplo. Nam Dominicus 28. Epiſcopus præcipuę Caſtellanorum ciuitatis quæ Burgos dicitur, Epiſcopatum adeptus eſt hoc modo, diſcordantibus Canonicis de ſubrogando in locum defuncti aliquo, illum arbitrum conſtituerunt, vt quem vellet, nominaret: Tum ſe ſibi ſuam vocem dare, ait: idque adeo elegantibus rationibus perſuaſit vt omnium votis approbaretur, ac deinde à ſummo Pontifice confirmaretur.

Ergò Canonici eligebant: quod ita continuum fuit vt plura poſt ſæcula Tenorio Archiepiſcopo Toletano vita functo, & Petro à Luna Benedicti Papæ Patrui ſui conceſſione Pontificium adepto, adduci Rex non potuit vt illum in ſedem admitteret niſi Capituli Toletani præcederet electio.

Sic apud Anglos Capitulum eligebat: vnde non abſimile ſuperiori refertur exemplum: Nam cum digladiarentur inter ſe Clerici & Monachi de electione Ludisfarnienſis Antiſtitis Eadmundus qui vt Malmeſburienſis ait, plus callebat luſum pilæ quam vſum cuculli ſubitò aduenit: Et me, inquit, Epiſcopum facite. Quam illi vocem non ſine inſtinctu diuino emiſſam ſentientes, illum prius Monachum (quia è Monachis Epiſcopus aſſumi debebat) deinde Epiſcopum fecerunt, deinceps Eccleſiæ vtiliſſimum. Ac ſcribit Mathęus Paris pro Monachis Cantuarienſibus iudicatum eſſe in Curia Romana illis ſolis licitum eſſe eligere Primatem Cantuarienſem non adhibitis Suffraganeis qui ſe vocandos prætendebant: atque ſuo loco videbitur inter Epiſcopos, & Capitula contra ſummos Pontifices, & Reges Anglos longas fuiſſe controuerſias dum illa ſibi ab iſtis præripi ius electionum vix ferebant.

In Ioann.

Digitized by Google

Sic cum Canonici Strigonienſis Eccleſię Colocenſem Archiepiſcopum ſibi dari poſtularent ab Innocentio 3. Suffraganei ſe oppoſuerunt dicentes, eam poſtulationem fieri non debuiſſe niſi ipſis conſultis vt qui ſolerent electionibus Strigonienſis Archiepiſcopi intereſſe cum Capitulo. Quapropter Innocentius mandauit vt electionem facerent cum illis, ſi in hoc eſſent fulti conſuetudine. Danorum item Canonicorum Lundenſis Eccleſiæ ius fuit ſuum Prælatum eligere: quapropter Æſchillus Archiepiſcopus noluit facultate vti quam à ſummo Pontifice habebat eligendi ſibi ſucceſſoris ne Eccleſia ſua honore ſuo diſpoliaretur. Cap. 4. de elect. Crantſ. lib. 6. Daniæ cap. 46.

Polonorum Epiſcopi, ait Cromerus, ex præſcripto ſacrorum Canonum à Collegiis ſuis, id eſt Capitulis legebantur. Sed hoc iure illa exciderunt: atque quamuis ann. 1207. vt ipſe refert Collegium Cracouienſe per Ioannem Archidiaconum effeciſſet vt libera deinceps ſibi eſſet electio Epiſcopi, tamen hoc indultum fuit nullius momenti.

In Gallia item id iuris Canonicis fuit vt Iuo Carnotenſis ſuis epiſtolis facit fidem, necnon iurare ſolitos illos neque pretio, neque gratia, neque minis à Rege illatis ſe elegiſſe. Vigebat tamen eodem tempore popularis electio: inde quod Gualonem à Beluacenſibus Clericis, optimatum Diœceſis conſilio & laude electum Epiſcopum ait. Et cum quidam Clericus ſe Dunelmẽſem Epiſcopum aſſereret, ſcribit eum ad ſedem Metropolitanam vocatum in ius non potuiſſe dicere quod electionem Cleri, aut conſenſum plebis haberet: ac proinde rejectum eum eſſe. Sed abſolutè Philippus Auguſtus cum pergeret ad bellum ſacrum conſtitutionem fecit qua voluit, vt defuncto Epiſcopo vel Abbate Canonici, aut Monachi venirent ad Reginam petituri liberam electionem. Ergo ſoli eligebant ſine Epiſcopis, aut populo. Ep. 54 66 144. Ep. 104. Rigord. in eius vita.

Denique reſponſum quod habuit Martinus 5. à noſtro Rege poſt Conſtantienſe Concilium docet capitulorum in ea re ius. Dixit enim nihil ſe antiquius habere quam in obſequio Romanæ ſedis permanere: placere tamen vt electiuis beneficiis prouideretur per electiones, aut poſtulationes capitulorum, confirmationeſque ſuperiorum.

Sed demum Baſileenſis Synodus hoc ius videtur generale feciſſe ſtatuens vt ſingulæ Eccleſiæ Epiſcopos, ſingula Collegia, & ſinguli Conuentus Prælatos ſibi eligerent. At hæc omnia incaſſum vt infrà videbimus. Adeo auaritia & ambitio præoccupa-

Digitized by Google

XXX. uerunt animos vt nihil non molirentur quo turbarent ordinem Eccleſiæ, vt ſuas res facerent. Quod ſua ætate notauit D. Hieronym. Multi, inquit, eliguntur non amore ſui, ſed alterius odio. In pleriſque ſuffragium meretur ſola ſimplicitas, & alterius prudentiæ, & calliditati quaſi malitiæ opponitur. Nonnunquam errat populus, plebiſque iudicium: & Sacerdotibus comprobandis vnuſquiſque ſuis moribus fauet, vt non tam bonum quam ſui ſimilem quærat præpoſitum. Euenit aliquoties vt mariti quæ pars major in populo eſt, maritis quaſi ſibi applaudant: & in eo ſe arbitrantur minores non eſſe virginibus ſi maritum virgini præferant. Dicam aliquid quod forſitan cum multorum offenſa dicturus ſum: ſed boni mihi non iraſcentur, quia eos peccati conſcientia non remordebit. Interdum hoc & Pontificum vitio accidit: qui non meliores ſed argutiores in clerum eligunt.

XXXI. In Concilio Tolet. 8. carpitur coniuratio paucorum, aut ruſticarũ plebiũ ſeditioſus tumultus in præficiendis rectoribus, ideoque caueatur vt deinceps promotiones fiant in vrbe Regia, aut in loco vbi princeps erit cum Pontificum maiorumque Palatij aſſenſu. Can. 10.

Sic ab vtraque parte peccatum eſt plebs cum numero prævaleret, credi ſibi volebat, & plerumque violentiam & arrogãtiam afferebat, vnde quod dicitur in Concilio Ticinenſi ſub Leone 4. ſedente anno 847. remouendam eſſe quorumdam Laïcorum procacitatem qui hoc ſolo obtentu quod ad electionis cõſortium admitterentur, Archipræſbyteris ſuis dominari præſumerent: neque fortaſſe Epiſcopi, aut Canonici culpa caruerunt. Sed meherclè melior & tutior hæc forma erat, vt Canonici eligerent. Quod ſi exactè ſeruaretur vt conditiones ſupra notatas haberet eligendus aliâs nulla eſſet electio, certè haud facilè erraret eligẽs ſiue populus, ſiue Capitulum, ſiue Epiſcopus, ſiue etiam Rex: & plurima pars eorum qui ſcientias contemnunt, his ſedulo vacaret ſeque bonis moribus inſtrueret vt capax fieret dignitatum Eccleſiaſticarum: ſicque quantumcumque mendicatis ſuffragiis idoneus eligeretur quando omnes qui eligendi forent, idonei eſſent.

CAPVT II.

DE CONFIRMATIONE ELECTIONVM

LECTIO.

1. *De authoritate Primatum & Metropolitanorum in confirmandis Suffraganeis ſuis.* ○ *num.* 3.

Digitized by Google

2. *In Orientali etiam Eccleſia Primatus & Metropolitani duos gradus fecerunt.*

3. *Nullæ declarantur ordinationes factæ ſine Metropolitano.*

4. *Nec patiebantur Metropolitani Epiſcopum Roman. ſuum ius eis tollere exempla illuſtria.*

5. *Numidiæ Epiſcopo licuit vbique ordinationes facere.*

6. *D. Chryſoſt. Proclus, & Samozatenus Epiſcopus extra Diœceſim Epiſcopos ordinauerunt.*

7. *Rurſus, reprehenſi qui in aliena Diœceſi ordinationes preſumpſerunt.*

8. *De primus Eccleſiæ Primatibus.*

9. *De Hieroſolymitano illis tandem addito.*

10. *De ambitioſo Conſtantinopolit. Primatu.*

11. *Romanus Primas vt omnium Princeps à nullo alio cõfirmatur.*

12. *De Primatibus Orientalibus quatenus in illis confirmandis valuit authoritas Rom. Põtificis.*

13. *An alias dignitates inferiores in Oriente aut confirmauerit, aut ordinauerit.*

14. *De ſpeciali Primatia Romani Pontificis in Occidentali Eccleſia: variiſque Primatialibus & Metropolitanis ſedibus in ea conſtitutis.*

15. *Iſti Primates, & Metropolitani ſuos Suffraganeos confirmabant.*

16. *Accepto Pallio à Rom. Pontifice vt confirmationis ſymbolo.*

17. *De Pallij inſtitutione vt illo non accepto non liceat Archiepiſcopo munere ſuo fungi.*

18. *Pallium etiam dederunt Imperatores.*

19. *Id non licet ſemper & vbique geſtare.*

20. *Quid ſi ſine cauſa negetur à Pontifice.*

21. *Contextura Pallij.*

22. *Lites de Primatialibus ſedibus ad eumdem Pontificem delata.*

ELECTIONE perfecta ſiue ab Epiſcopis ſiue à populo is Primati vel Metropolitano reſpectus ſeruabatur vt electionis admoneretur, ab eoque confirmatio peteretur: & diuiſis in duas partes clero & populo is cenſeretur legitimus quem cõfirmaſſet Metropolitanus: imo vbi adeſſet cum eligentibus concurſum haberet, quia ſine eius conſenſu nulla erat ordinatio: ac tandem ea illi authoritas delata eſt à Iuſtiniano Imperatore vt voluerit duos vel tres ei nominari ab eligentibus quorum ipſe quem magis idoneum iudicaret eligeret confirmando: quod Cæleſtinus 3. prohibuit iubens omnes electores

Sic decreta voluerunt. Can 4 & 6. Concil Nicæni. Can. 8. Concil. Pariſ 3. ſub Ioann. 3 Can. 6. Tolet. 12 Can. Quotiens Concil. Rom 7 ſub Gregor. 7.

I.

Nouel. 123. c. 1. Can. 18 Tolet 4 Can. 9. Turon 2

Hilar. Papa epiſt. ad Tarraconenſ. cap. 1. ſic Ioann. 8. epiſt. 19. 124. Cæleſt cap. 14. de elect. Concilio Laodiceno ſub Syluestro 1. Can. 12. Concil. Bracar. 2. Can. 3.

tamdiu procedere quamdiu in vnum conuenirent: quo facto non prohibemus, inquit, quin Regis ſeu Patriarchæ requiratur aſſenſus, ſed propter hoc ipſum nolumus electionem impediri.

Quantus autem honor deferri debebat Primati ſeu Patriarchæ à Metropolitanis, & Metropolitano ſeu Archiepiſcopo ab Epiſcopis Diœceſanis tum ex ijs quæ aliâs narrabimus, tum ex eo certum fit quod in electionibus & deſignationibus Epiſcoporum tantum iuris haberet.

4. & 6. II. Porro ex iſtis Canonibus Nicæni Concilij videntur & Primates, & Metropolitani duos gradus diſtinctos feciſſe etiam in Orientali Eccleſia (nam in Occidentali certum eſt) vt ſingulis Prouincijs præeſſet vnus Metropolitanus: at pluribus Prouinciis Patriarcha ſeu Primas præerat. Duos autem Metropolitas

Can. 11. fieri in ead. Prouincia prohibuit Calchedonenſis Synodus. Itaque Balſamo: Adijcit, inquit, Canon quoſdam Metropolitanos ab illo ordinari, id eſt ab Epiſcopo ſeu Patriarcha Conſtantinopolitano: vt & vnuſquiſque ipſorum nempe Metropolitanorum rurſus debeat cum ſua Synodo, eos qui ſubſunt ordinare: Metropolitanorum vero electiones à Metropolitanis de more fieri, & quod factum eſt ad eorum Patriarcham referri, vt ex tribus electis vnum examinet & ordinet. Nota ergo quod antè hunc Canonem Patriarchæ non ordinabant Metropolitanos, ſed vniuſcuiuſque Prouinciæ Epiſcopi. Hæc Balſamo, vnde elicitur Patriarchas Orientales ſub ſe Metropolitanos habuiſſe qui eligendi erant ab Epiſcopis Prouincialibus, ſeu ab Epiſcopis omnium Prouinciarum quæ ſub Metropoli erant: confirmandi deinde ab ipſo Patriarcha. Epiſcopos autem qui in vnaquaque

III. Prouincia ſub Metropoli exiſtente eligebantur & ordinabantur ab Epiſcopis comprouincialibus tribus aut quatuor ad minus, Metropolitanus confirmabat. Quæ propè obſeruata eſſe in Oc-

Can. 7 & Can. 2 cum Can. 18 Tolet. 4. cidentali Eccleſia docent Canones primæ & ſecundæ Aurelianenſis Synodi, quod adeo verum eſt nempè ad Metropolitanos pertinuiſſe electos Epiſcopos benedicere, id eſt conſecrare vt in formulam abierit quam refert Marculphus lib. 1.

Vnde cum apud Gallias Arelatenſis Epiſcopus Metropolitani

Epiſt. 8. Zozimi to. 1. Cōcil. & Bonifac. epi. ad Narbon. Epiſc. ius haberet, declarantur nullæ ordinationes quas abſque illius conſenſu Maſſilienſis Epiſcopus fecerat. Et in Concilio Rhegienſi ſub Sixto 3. reuocatur ordinatio facta à duobus Epiſcopis, neglecto Primate nec expetitis cōprouincialium litteris. Sixtus

ſedebat

Digitized by Google

ſedebat anno 432. Idque iſta mordicus retinuerunt plurimi Metropolitani vt nec permitterent ab ipſo Epiſcopi Romani pleniſſimo iure ſuum in hoc lædi.

IV. Quapropter cum circa annum 707. tunc ſedente Conſtantino Ticinenſis recens electus Epiſcopus directè conſecrationem & confirmationem ab ipſo peteret, Benedictus Archiepiſcopus Mediolanenſis ſe oppoſuit, nec cauſa cecidit, niſi quia conſtitit Ticinenſes Epiſcopos à Romano ſemper fuiſſe conſecratos. Vvarnafrid. lib. 1. de geſt. Longobard. ca. 29.

Auſus eſt etiam Arnulphus eiuſdem Eccleſiæ Mediolanenſis Archiepiſcopus cum Ardoinus qui ſe Regem Italiæ venditabat Ardericum Haſtenſibus Epiſcopum dediſſet, Romamque conſecrandum miſiſſet, non ferens ille ad quem ea conſecratio pertinebat, hanc authoritatis ſuæ iacturam, haſtam obſidione circũuallare, atque Epiſcopum & fratrem eius Marchionem eò redigere vt ad ſe venirent, errorisque ſui veniam poſtularent. Sigon. de regno Ital. lib. 8. ad ann. 1015.

Sic prodit Ioannes 8. & queritur Optandum Genuenſem Epiſcopum à ſe conſecratum licet ſaluo deinceps Eccleſiæ Metropolis priuilegio à Viennenſi Archiepiſcopo in carcerem ob id eſſe datum. Ep. 281 292. 295

Et ann. 1082. cum Hugo Dienſis Epiſc. Romanę Eccleſiæ legatus congregato Concilio ſubrogaſſet Meldenſi Eccleſiæ Robertum Abbatem Eccleſiæ Rebacenſis, Richerius Archiepiſcopus Senonenſis, & Coëpiſcopi eius illum excommunicauerunt, quoniam ſine aſſenſu eorum id factum eſſet. Neque Iuo Carnotenſis obmiſit ſcribere cum ab Vrbano 2. conſecrationem & confirmationem accepiſſet (is autem ſedebat ab anno 1088. ad ann. 1099.) Senonenſem Archiepiſcopum cum ſuis ſuffraganeis Pariſienſe, Meldenſe, & Trecaſſino id ægrè tuliſſe, adeo vt vellent in eum ſententiam depoſitionis pronuntiare niſi ſedem Apoſtolicam appellaſſet. Ex annalib. Monaſterij D. Petri Senonēſ. vt refert Dominus Seruinus in quæſt. de regalia præbendæ Theologal. vol. 4. pag. 29. Iuo epiſt. 12.

Quin etiam Adrianus 3. Geroldum Aldenburgenſi Eccleſiæ Præfectum conſecrare primum recuſauit, licet rogatus ab Henrico Leone Saxoniæ Duce: dicens ſe libenter id facturum ſi ſine iniuria Metropolitani poſſet. Is autem Bremenſis erat qui conſecrationem recuſabat, quod ſe inſcio electus eſſet. Deinde tamen cum in ea ſeditione quam aduerſus Pontificem & Imperatorem excitauerunt Romani, ſe Dux fortiter geſſiſſet, Adrianus in gratiam nauatæ operæ Geroldum conſecrauit. Helmold. lib. 1. cap 81.

Ex quibus planum eſt quantoperè Metropolitani ſuas præro-

Digitized by Google

Can. 4. Concil. Carthag. 3. ſub Siricio. Can. 22. Cōcil. Afric ſub Bonifacio 1.

gatiuas conſeruare voluerint etiam aduerſus ſuum Primatem ſpecialem quoad Romanam Eccleſiam ſpecialiter ſumptam, & reuera omnium Eccleſiarum Primatem. quamquam indultum fuerit Numidiæ Epiſcopo vt vndecumque vellet Præpoſitos plebibus conſtitueret, ac alienæ Diœceſis Clericos præriperet & ordinaret: quod etiam conceſſum fuit Carthaginienſi Epiſcopo in Synodo eiuſdem vrbis quam exſcripſit Balſamo: Idque feciſſe dicitur D. Chryſoſt. ordinans Epiſcopos & deponens non ſolum intra fines ſuæ Primatiæ, ſed pleriſq; in vlterioribus locis Lyciæ, Phrygiæ, & Aſiæ: Vnde muſſitabant nonnulli quaſi ius conſecrationum & electionum abrogaret. Proclus deinde eiuſdem Primatiæ: id eſt Conſtantinopol. Epiſcopus Thalaſſium Cæſareæ quæ Cappadocum Metropolis erat impoſuit. Denique procurante Zenone Imperatore Epiſcopus Conſtantinopolitanus Antiochenum ordinauit Epiſcopum: quod ægrè ferentes Leo 1. & Simplicius Pontifices Romani, vt contra Nicænum decretum quo à Prouincialibus ordinari eum oportebat, approbauerunt tamen ob neceſſitatem temporis & ſatiſfactione accepta quod Imperator edixerat vt ſecundum diffinitiones Patrum creatio Antiocheni Epiſcopi deinceps fieret.

V.

Can 59. Carthag. Synodi apud Balſa.

VI.

Niceph. lib 13. c. 9. lib. 14. c 42.

Epiſt. 14. & 15. Simpl. tom. 2. Concil.

Laudatur etiam egregium factum Samozateni Epiſcopi qui audiens multas Eccleſias Paſtoribus orbatas eſſe, habitu militari indutus, & capite tyara operto Syriam, Paleſtinam, & Phœniciā peragrauit, ibique Epiſcopos, Diaconos, & Præſbyteros creauit, aliaque Eccleſiaſtica obiuit officia. Sed negligentia propriorum Primatum & Metropolitanorum excuſare ipſum & Proclum & Chryſoſtomum poteſt quod contra Nicænū Canonem fecerint. Aliâs enim hæc regularia fuerunt & non diſſimulata vnde quæ ſupra notauimus, & quod Seuero Antiocheno Epiſcopo objiciebant Patres, qui Tyri conuenerant, ordinationes ab eo factas contra diuinos Canones in alienis Diœceſibus: & quod in Concilio Epheſino, & Conſtantinopolit. 3. animaduerſum eſt in eundem Antiochiæ Primatem præſumentem in Cypri Diœceſibus quæ ſuum Metropolitanum habebant, nempe Cyprium Epiſcopum, ordinationes facere: edictumque ne amplius hoc faceret: ſed vnicuique Metropolitæ ſuum ius ſeruaretur. Id autem præſumebat vt ait Balſamo à Duce Antiochiam ab Imperatoribus miſſo qui ſuæ ditionis Cyprum reputans, eò præfectum delegabat. Verum non pari iure ſunt præfecturæ ſeculares ac ſacræ: nec

Theodor. lib 4 cap. 12.

Ea negligentia, præſcriptioni triennali facit locum vt Epiſcopus alterius Diœceſim occupare poſſit.

Can. 134. Concil. Carthag. apud Zonaram & Can. 135.

VII.

Can. 8. Epheſ. Can. 39 Conſt.

& Zonaras.

Digitized by Google

in iſtas Imperator ius habet: ſic enim aduerſus Imperatorem pronuntiauerunt Patres Calchedonenſ. Concilij: illum videlicet Metropoles facere non poſſe.

His præfatis antequam vlterius progrediamus de ipſorum Primatum conſtitutione iuuat dicere: Equidem D. Petro illam deberi ſatis certum eſt vt Primates cathedræ cenſeri debuerint; VIII. Illæ in quibus Primas omnium Eccleſiarum ſederit. Nec dubitari poteſt quin Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Præſes fuerit, ſiquidem quoties fideles ibi fuerunt cōgregati, & in omnibus negotiis quæ ſe obtulerunt quamdiu Hieroſolymam habitauit, Petrus loquitur primus. Vnde meritò Primatialem dignitatem illa vrbs habere debuit: de qua tamen infra. Vbi vero diſcedendum ab ea ſibi putauit Iacobum ſubrogauit ordinatum à ſe & duobus aliis Iacobo altero, & Ioanne: Alexandrinam deinde, & Antiochenam Eccleſiam fundauit: ac poſtremo Romanam cui ait Innocentius 1. Antiochia non cederet niſi quod tantũ in tranſitum Petrum habere meruit quem Roma ſuſceptum apud ſe conſummatumque gaudet: atque idem dicere oportet de Hieroſolyma, & Alexandria.

Act. cap. 1. 2. 4. 5. & 10.

Epiſt. decret. Aniceti. ad Epiſc. Galliæ.

Epi ad Antioch. Epiſcop.

Primatus ergo ſic conſtituti à D. Petro vt deinde declarauerũt Anacletus & Anicetus Pontifices Romani, atque ſecundum illam conſtitutionem Nicæna magna Synodus: in quibus tamen conſtitutionibus, & in Nicæna Synodo non fit mentio Hieroſolymitanæ ſedis vt Primatiæ: ſed tantum vt eius Epiſcopo honor IX. deferatur, manente nihilominus Metropolitanæ ciuitatis propria dignitate. Quod ita interpretatur Balſamo vt licet Ælia, id eſt, Hieroſolyma abſtracta ſit à Cæſarienſi dignitate & honoratus ſit Patriarcha Hieroſolymitanus propter ſalutiferam Chriſti paſſionem: tamen Metropoli Cæſareæ ſeruentur ſua iura quod eſt vt non deſinat eſſe Metropolis, ſed à qua ſit Ælia abſtracta: hæc ille. Vnde probatur Hieroſolymitanum Epiſcopatum tunc ſub Cæſarienſi Metropoli fuiſſe, & ſub Primatia Antiochena vt addiſcimus ex D. Hieronymo arguente Ioannem Epiſcopum Hieroſolymit. quod tranſcendens regulas Nicænas Cæſarienſi Metropolitano debitum honorem non redderet: aut Antiocheno quem ait totius Orientis Metropolitam.

Can. 7.

Ad d. Can. 7.

Ad Pammach. aduerſus errores Ioann. Hieroſol.

Itaque per plura ſecula thronus Hieroſolymitanus non eſt habitus inter Primatiales: nec Leo 1. qui aduerſus Sanctionem Calchedonenſem contradixit nouæ Primatiæ Conſtantinopolitanæ

Digitized by Google

in eo quod ſupra Antiochenam, & Alexandrinam poneretur meminit illius vllo modo: ſed tandem velut ab obliuione vindicatus eſt in Concilio 6. quod eſt Conſtantinopolitanum 3. ac deinde in Lateranenſi ſub Innocentio 3. attributis Metropolitanis & Suffraganeis quos Guilielmus Tyrius recenſet: ſed ita vt poſteriore loco poſitus ſit: rationem vero cur non ſit ea ſedes inter Patriarchales numerata reddit Nicolaus 1. quod vrbs illa Hieruſalem in qua ſederant Apoſtoli ab Hadriano Imperatore deſtructa fuerit, & alia in alio loco extructa ab eodem Æliaque ſit dicta cap. 92. in reſponſis ad conſulta Bulgarorum.

Can. 36.

Lib. 14. cap. 12. de bello ſacro.

X. Conſtantinopolitana vero Primatia dicitur ab ambitione proceſſiſſe ficto Conſtantinopolitani primi decreto quod Latini Patres diu improbauerunt non ſecus ac Calchedonenſe: obtinuit tamen vt dictis Synodis Conſtantinopolit. 3. & Lateranenſi 3. confirmaretur adeo vt primo loco poſt Romanam cenſeretur. Sed de iſta amplius cum de ſchiſmate Conſtantinopolitano agemus. Itaque in toto orbe Chriſtiano quinque ſedes Primatiales principales conſtitutæ fuerunt.

Sic igitur conſtitutus Primatibus quærendum iam eſt de confirmatione ſeu conſecratione Epiſcoporum qui ad eas cathedras prouecti eſſent.

XI. Quia vero Romanus eſt omnium Primas & Supremus in Eccleſia nullum ſibi coæqualem habens, confirmatio illius à nullo pendere debuit: ſed duntaxat Oſtienſi Epiſcopo conſecratio attributa eſt. Nec enim ſine conſecratione Epiſcopus eſſe poterat, vt neque ſine electione: quia ex quo Sacerdotium deſinit eſſe hæreditarium vocatione opus eſt. Nemo autem ſeipſum vocare poteſt, ſed aſſumi ab hominibus debet, vt loquitur D. Paulus, adeo vt etiam qui ius conferendi & inſtituendi habet neque ſeipſum inſtituere, neque ſibi conferre queat: hincque Patrono ſe præſentare ſibi non licet quod veteribus etiam Romanis placuit, fœdioris eſſe exempli dicentibus eum ipſum creari qui comitia haberet. Liceat tamen lepidam afferre hîc hiſtoriam quam prodit Æneas Syluius, ſiue Pius 2. videlicet, cum mortuo Magiſtro Teutonici ordinis D. Mariæ in Pruſſia de ſucceſſore ageretur inter fratres vnum fuiſſe qui rogatus eligere quem putaret religioni vtiliorem ſeipſum elegerit nolle deierare, inquiens; Quippe ſcire ſe cogitationes ſuas aliorum corda ignorare: ſi Magiſtratus ſibi cõmittatur non dubitare quin reipubl. benè conſultum erit:

Cap. f. de inſtitut. ca. 26. eod.

Digitized by Google

ac motos eius verbis reliquos adminiſtrationē illi credidiſſe quæ deinde ſaluberrima fuerit. Sed hoc extraordinarium nec boni exempli.

Alios vero Primates confirmationem ab aliquo accepiſſe vix legimus: Satis enim erat Primati ſi à Metropolitanis ei ſubiectis ordinaretur & conſecraretur. Quamobrem iuſſi qui aderant ex Diœceſi Alexandrina in Concilio Calchedonenſi vades dare ſe non antè exceſſuros quam alium Dioſcoro depoſito ſubrogaſſent, id requirentibus Epiſcopi Romani legatis. XII.

Et cum Zeno Imperator ad euitandum tumultum tragicum quem populus Antiochenus in præcedenti electione excitauerat edixiſſet vt vacanti cathedræ ſubrogatio fieret Conſtantinopoli, in quo primæ omnium Primatiæ præiudicium fiebat, id eſt Romanæ, Simplicius qui tunc ſedebat non ob id præiudicium queſtus eſt, ſed quod ea ſanctio eſſet contra Nicenum Canonem. Itaque ſic eam ratam habuit vt ſemel tantùm obſeruaretur iſtius tumultus euitandi cauſa; deinceps vero à cōprouincialibus Epiſcopis ordinatio fieret, vt refert ipſe Simplicius in epiſtola ad Zenonem: Tamen Paulus ad Primatiam Alexandrinam ex Monaſterio vocatus conſecrationem accepit Conſtātinopoli à Menna Patriarcha præſente Pelagio Aprocriſiario Romani Pontificis: ſed quod Primas à Primate ordinaretur nulla neceſſitas fuit, vt animaduertit D. Auguſtinus his verbis: Quod non expectauerit Cæcilianus vt Princeps à Principe ordinaretur (nempe Primas Prouinciæ Africæ à Primate Numidiæ) tribuendum Eccleſiæ Catholicæ cōſuetudini ex qua non Numidiæ, ſed propinquiores Epiſcopi Epiſcopū Eccleſiæ Carthaginienſis ordinare debebant: ſicut nec Romanæ Eccleſiæ ordinat aliquis Epiſcopus Metropolitanus, ſed de proximo Oſtienſis Epiſcopus.

Liberatus in Breuiario c.20

In Breuic. c. 16.

Sed vt à Primatia Romana cęteri Primates pendere debebant, non caret exemplis quibus confirmationis hoc ius etiam aduerſus iſtos Orientales tueri queat. Nam cum ſub Aureliano Imperatore, licet pagano, Paulus Samoſatenus ſede Antiochena depoſitus nollet exire domo Epiſcopali, Imperator reſcripſit vt domus Eccleſiæ illis concederentur, quibus concedendas Itali & vrbis Romæ Chriſtianus Epiſcopus diceret: quidni hoc erat eum debere manere in Epiſcopalibus ædibus quem Epiſcopus Romanus confirmaret Epiſcopum? Vnde Nicephorus de eod. loquens expreſſius dixit Aurelianum reſcripſiſſe vt is eſſet Antiochiæ Epiſ-

Euſeb. 7.c.24.

Lib. 6. cap. 29.

Digitized by Google

copus quem Epiſcopus Romanus & Italiæ Epiſc. approbaſſent. Quid quod Athanaſius Alexandrinus, Paulus Conſtantinopolitanus, & alij Epiſcopi ab Arrianis depoſiti cum redirent litteras Iulij afferentes quibus confirmabantur, ſine dubio admiſſi fuerunt? Sic Petrus Alexandriæ Epiſcopus electus cum ei Lucius opponeretur, Romam fugiens tum ſedente Damaſo qui Pontificatus eſt anno 366. ac rediens cum iſtius litteris quibus confirmabatur, obtinuit vt populus his confiſus litteris Lucium expelleret, Petrum retineret. Is eſt etiam Damaſus ad quem Epiſcopi Orientales reſcribentes petunt ab illo & ab Epiſcopis in Synodo Romana congregatis, vt confirmaret electiones quibus in Concilio Conſtantinopolitano 1. Nectarium ſedi Conſtantinopolitanæ, Flauianum Antiochenæ ſuffecerunt, & Cyrillum Hieroſolymis: Theodoſius etiam Imperator quanti faceret eam authoritatem ſatis docuit, in eo quod cum Maximus Alexādrinus Philoſophus Cynicus ordinari ſe feciſſet Epiſcopum Conſtantinopolitanum aduerſus Gregorium Nazianzenum, & confirmationem Laïcam ab Imperatore vt moris erat peteret: Is noluit annuere quod ſciret Damaſo Pontifici Romano acceptum eſſe Gregorium, & placere illi eius ordinationem: Maximi autem diſplicere, vt refert Epiphanius. Nec Flauiano ſatis fuit à Concilio Conſtantinop. approbatum eſſe cum ab Epiſcopo Romano reprobaretur, nec ſine cauſa quæ erat quod aduerſus iuſiurandum quo fidem ſuam obligauerat ſe Cathedram Antiochenam non petiturum, quamdiu Paulinus huicque coadiutor datus Meletius ſuperſtites eſſent, ſe tamen Epiſcopum eligi curauerat Paulino adhuc viuente. Quapropter cum minus placeret Epiſcopo Rom. qui non ceſſabat apud Imperatorem vt remoueretur: Imperator conatus eſt ei perſuadere vt Romam contenderet, quod ille renuebat paratum ſe potius dicens Antiochena ſede cedere: Tandem inſtigantibus ipſo Imperatore, ac Theophilo Alexandrino & D. Ioanne Chryſoſtomo Conſtantinopolitano delegauit Romam Epiſcopos Illuſtriſſimos quibus auditis Flauianus confirmatus eſt, nullo amplius ei ſuam dignitatem controuertente. Sed aliquot annis antè cum Eccleſia Antiochena diuiſa eſſet inter Meleſium & Paulinum de Epiſcopatu contendentes, D. Hieronymus qui tunc ſub Antiochena Diœceſi degebat ad eundem Damaſum ſcribens, declarat ſe non conſociaturum niſi cathedræ Petri: quaſi innuēs ſe eum non habiturum pro Epiſco-

Socrat. lib. 7. c. 33. Sozom. lib. 3 cap. 7. Photius in Bibliotheca de vita Pauli & Athanaſij. De Petro Socrat lib. 5 ca 30. Sozom. lib. 6. cap. 39.

Niceph. lib. 12. cap. 16.

Notæ ad Concil. Conſtant. 1.

Epiſt 57.

Digitized by Google

po qui in illa diuiſione à Pontifice Romano confirmatus non eſſet: quod alibi clarius declarat: Meletius, Paulinus, & Vitalis hærere tibi ſe dicunt: poſſem credere ſi hoc vnus aſſereret: nunc aut duo mentiuntur, aut omnes: hæc ille quibus ſatis intelligit nullum iſto Pontifici probatum eſſe quando omnes ſe dicant: nec enim omnes probaſſet. Itaque cognita cauſa Paulinum confirmauit quod Orientales indignè tulerunt: Meletium nempe qui pro fide multa paſſus erat eſſe poſtpoſitum; Interque illos D. Baſilius qui epiſtola ad Terentianum gratulari ſe dicit litteris Romanis: non tamen tanti eas eſſe vt Melitium ignorare propter illas poſſit: effecerunt nihilominus iſtæ litteræ vt Paulinus remaneret: hoc tantùm ad concordiam addito vt ei Meletius quaſi coadiutor eſſet & præmorienti ſuccederet. Ep. 58.

Profuerunt etiam plurimum Proclo vt eſſet Eccleſię Conſtantinopolitanæ Epiſcopus, epiſtolæ Cæleſtini 1. ſedentis anno 423. quibus illum probabat, nec reijciendum aiebat eo prætextu quod de Epiſcopatu in Epiſcopatum transferretur. Socrat lib. 7 c. 39. Niceph. lib. 14. c. 37.

Simplicius 2. Pontifex Rom. item refert ſe confirmaſſe electionem Ioannis in Eccleſia Alexandrina, deinde confirmationem reuocaſſe quod indignus ab Imperatore Zenone diceretur vt perjurij reus. Ep. 17.

Sed ſucceſſu temporis ampliùs ſe exhibuit ea confirmandi poteſtas etiam erga Conſtantinop. Epiſcopum Anthimum, Mennam, Photium, & Ignatium, de quibus agemus in tit. de Schiſmate Conſtant. adeo vt toto præſente Concilio Conſtantinop. legati Epiſcopi Romani baculum Paſtoralem auferent Photio: & ipſe Anthimus cum videret ſe Agapeti confirmationem habere non poſſe pallium Imperatoribus reddidit, vt ſcripſit Sigonius: ſed epiſtola Mariani Monachi, & aliorum Monachorum ad Iuſtinianum Imperatorem quæ præfixa eſt ad Concil. Conſtantinopolit. ſub Menna apud Zonaram teſtatur ipſum diſpoſitum & Mennam ſubrogatum ab Agapeto. Sigon. lib. 17. de Occident. Imp. ad an. 535.

Tamen cum poſt reconciliationem factam in Concilio Florentino peteret Papa à Græcis vt antequam abirent eligerēt Patriarcham Conſtantinop. in locum Ioſephi Florentiæ defuncti, quò electus ab eo confirmaretur: ipſi noluerunt dicentes Græcis ſemper morem fuiſſe in ſua Eccleſia Patriarcham ſufficere, ſimulque conſecrare, nec paſſurum Imperatorem electionem iſthîc fieri. Videtur autem conſecrandi iſtius Patriarchę ius fuiſſe penes Ale- Acta Concil. Florent.

Digitized by Google

xandrinum Patriarcham: Nam Maximus Philoſophus Cynicus de quo ſupra cum ambiret cathedram Conſtantinopolit. curabat ſe ordinari à Petro Alexandrino qui iam eidem Gregorium Nazianzenum præpoſuerat, vt eſt in vita iſtius: quin & tanti momenti erat ius in hoc Alexandrini Patriarchæ vt non cenſeretur rata electio Conſtantinopolitani niſi ipſe conſentiret: Vnde licet D. Chryſoſtomus à clero & populo electus eſſet Imperatoriq; probatus ſubſiſtebat nihilominus electio, quoniam ei obſtabat Theophilus Alexandrinus, nec effectum habuit antequam præbuerit ſuum conſenſum, oblata ei conditione vt libellis accuſatoriis, quos in eum Epiſcopi dederant reſponderet, aut electionem confirmaret.

Socrat. lib. 6. cap 2.

Hæc mihi comperta ex veteribus exemplis ad adſtruendam Pontificis Roman. prærogatiuam in confirmandis Patriarchis Orientalibus quæ ſanè ſatis indicant Principatum eius in omnes Eccleſias, quod ſi non ſæpius aut abſolutius eam prærogatiuam exercuit, tribuendum eſt illius modeſtiæ qui non putauit ſumma ſua poteſtate vtendum niſi vbi neceſſitas exigeret, cætera relinquens locorum conſuetudinibus à Canonibus Conciliorum introductis. Neque ſine dubio toleratus fuiſſet ea prærogatiua vti ad occaſiones quas huiuſmodi exempla teſtantur niſi iure principali ad eum pertineret: vix autem plura licet habere quandoquidem ſchiſmaticus Conſtantinop. ad eandem contumaciam traxerit omnem Eccleſiam Orientalem quamdiu Latinis non paruit.

Vvilielmus Malmusbur. lib. 4. de geſt. Angl. reg. 1

Sed Hieroſolyma vindicata ex ditione Sarracenorum armis Gothofredi Lotharingi is quidem omnium conſenſu regnum accepit, dilato interea de Patriarchæ electione cõſilio quia illum Papæ iudicio conſtituendum cenſebant. Itaque quamdiu à Chriſtianis poſſeſſa fuit vrbs ſancta Pontifex Romanus illius Epiſcopos, & confirmauit & depoſuit nullo reclamante, vt exemplis refert Tyrius in hiſtoria de bello ſacro. Sic & Eccleſiam Conſtantinopolit. ordinauit eo tempore quo Latinum habuit Imperatorem prout liquet reſcripto Innocentij 3. qui Antiochenum quoque Primatem à confirmatione Epiſcoporum ſuſpẽdit, quod auſus eſſet eo inconſulto tranſlationem Epiſcopi à ſua ad aliam Eccleſiam permittere.

Lib. 11. ca. 4. 26. lib. 15. cap. 15.

Cap. 40. de elect.

Cap 1. de trãſlat. Epiſcopi.

XIII. Dignitates vero inferiores Orientalium Eccleſiarum vt Metropolitanas, Epiſcopales & alias quoniam illas à Primate ſuo, iſtas à Metro-

Digitized by Google

à Metropolitano confirmari oportebat ex Conciliorum decretis quæ ſupra recenſuimus non erat ad Epiſcopum Romanum recurſus, niſi & eodem caſu quo & Primates ad eum recurrebant, vt eius ex litteris confirmarentur apud populos, eiſque acceptiores eſſent authoritate videlicet iſtius Epiſcopi, cuius Eccleſia, præter cæteras priuilegium obtinet, vt ait Sozomenus.

Sozom. lib. 1. cap. 11.

Percrebuit tamen opinio ab hoc Epiſcopo ordinationes in Græcia factas fuiſſe quam ſchiſmaticus Balſamo rejicit: verum credibile eſt non eam percrebuiſſe niſi exemplis & vſu conſtaret: ac Socrates author eſt Perigenem datum eſſe Corinthiis Metropolitanum Epiſcopum ex mandato Romani Antiſtitis, eique Eccleſiæ præfuiſſe quoad vixit. Et Martinus 1. qui ſedebat anno 647. reſcribens ad Ioannem Epiſcopum Philadelphiæ cum in Oriente conſtituit qui ſuam ibi vicem impleat, vt ea quæ deſunt corrigat, & conſtituat per ciuitates quæ ſedi tum Hieroſolymitanæ, tum Antiochenæ ſubſunt Epiſcopos & Præsbyteros & Diaconos: hoc, inquit, tibi omnimodo nobis præcipientibus facere ex Apoſtolica authoritate quæ data eſt nobis à Domino per Petrum.

Ad Can. 28. Calched. Concil. & ad allocut. Synod. 6. in Trullo.
Lib 7 ca 35.
Metropolitanos Macedoniæ, Theſſalos Helladicos, & Peloponeſios ab vrbe Roma, id eſt ab Epiſc. Rom. fuiſſe ordinatos, idē Balſamo refert. quod vult Zonaras iure ſpeciali, quaſi eſſent hæ regiones primatiæ Romanæ attributæ. ad Can. 18 Concil. Calched. & ad Can. 5 Sardic.

Sed cum in Concilio Calchedonenſi Baſſianus Epiſcopus Epheſinus conqueſtus eſſet amotum ſe eſſe Epiſcopatu coniuratione Stephani: licet Stephanus diceret Baſſianum à Leone reiectum fuiſſe, ſe vero probatum: tamen Patres Baſſiani cauſam amplexi ſunt ac eorum ſentētia præualitura erat, niſi glorioſiſſimi iudices vtrumque remouēdum & alterum eligendum cenſuiſſent, relinquentes nihilominus Synodo iudicium: Quod Patribus placuit vt ſcilicet alter eligeretur Paſchaſino Apoſtolicæ ſedis vicario proclamante ſuarum eſſe partium eam confirmare ſententiam.

Quod ſi in Orientalibus Eccleſiis quomodocumque agnitus eſt ſupremus in illas Romani Epiſcopi vt Principis Eccleſiæ Primatus, non dubium eſt quin fortiore ratione de Occidentalibus diſponere potuerit, quibus & illo generali iure præerat, & inſuper ſpeciali vt Primas Occidentis quandoquidem in Primatum poteſtate ſua quæque regio relicta fuit iuxta Nicænum Conciliū 1. XIIII.
Quapropter Innocentius 1. ad Decentium Epiſcopum Eugubinum: Manifeſtum eſſe, ait, in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, Inſulaſque interjacentes, nullum inſtituiſſe Eccleſias niſi eos quos venerabilis Apoſtolus Petrus

Digitized by Google

atque eius ſucceſſores conſtituerunt Sacerdotes. Quanquam ſchiſmaticus Balſamo dicat Siciliam ab Epiſcopo Conſtantinopolitano quondam ordinatam fuiſſe, ſed ab eo tyrannicis manibus avulſam eſſe. At quando neque etiam decreto Calchedonenſi quo eius ampliatur iuriſdictio Sicilia contineatur, qua ratione potuit niſi contra Canones in aliena Prouincia ordinationes facere?

Ad Can. 1. Conſtant. 1.

Quod ſi omnes Sacerdotes conſtituerunt ergo & omnes Primatiales cathedras, & omnes Primates ac Metropolitanos earum regionum. Nec abhorret à ſenſu Primatiales cathedras ibi conſtitutas fuiſſe vbi diſcipuli ab Apoſtolis delegati ſedem religionis fixerunt. Qua ratione Epiſcopi Galliæ apud S. Leonem intercedunt pro Arelatenſi Primatu, eo quod Arelatenſis Eccleſia S. Trophimũ ab Apoſtolis miſſum Sacerdotem habere meruiſſet. Et quidem is Primatus præcipuæ fuit olim authoritatis, vt refert Greg. 7. & ante illum Ioan. 8. & Gregorius Magnus reſponſo ad Auguſtinum Monachum cui præcipit ne authoritate propria Galliarum Epiſcopos iudicare præſumeret: at ſi quid ex authoritate agendum eſſet cum Arelatenſi Epiſcopo ageret: eaque authoritas Africam vſque pervadebat, vt liquet ex epiſtola Epiſcoporum Galliæ ad Leonem, & Zozimi qui Leonem pluribus annis præceſſit obiurgantis Africanos Patres quod cõtra priuilegia indulta Epiſcopo Arelatenſi Metropolitano Epiſcoporũ ordinationes illo inconſulto fierent. Sed hæc authoritas pendebat ab Epiſcopo Romano: Quapropter D. Cyprianus epiſt. ad Stephanum Papam eum hortatur vt dirigat ſuas litteras in Prouinciam, & ad plebem Arelati conſiſtentem quibus abſtento Martiano Arelatenſi Epiſcopo Nouatiani fautore alius in locum eius ſubſtituatur. Quorſum vero potius reſcriberet Stephanus, quam ipſemet Cyprianus, aut quivis alius niſi authoritatem potiorem haberet in illum? Nec inficiantur Epiſcopi Galliæ reſcribentes ad Leonem huic quidem è propria poteſtate non ſolum Prouinciæ Viennenſis, verum etiam trium Prouinciarum ordinationes competere: ſed omnes Gallias eum temperare Apoſtolicæ ſedis vice mandata quæ ob id illi Pallium tranſmittebat. Tamen Viennenſi Epiſcopo querente quod Arelatenſis in ſua Diœceſi ordinationes faceret quaſi Primas, Synodus Taurinẽſis habita eſt, quę ius Primatus ei adtribuit qui de illo probaret: interim vero vnuſquiſque ſibi viciniores vindicaret ciuitates. Quo nonobſtant

Greg. ep. 2 lib. 6. Ioã. ep. 95 95.

Digitized by Google

decreto cum non ceſſaret Arelatenſis cohibuerunt illum Bonifacius 1. Cæleſtinus 1. ac deinde Leo, vt ſuis eſſet contentus finibus, nec ſuper Viennenſi prçſumeret iuſſit, & contumacem ſede priuauit, addito etiam vt parere cogeretur Theodoſij Imperatoris reſcripto. Quin etiam Viennenſi dignitatem Metropolitanam adtribuit, ſicque diuiſit illum ab alterius ditione: Cui Zozimus contribuerat vt faciunt fidem epiſtolæ eius 5. & 6.

Epiſt. ad Hilar. Narbon. Ep 2. cap. 4.

Nouel. 4. de Epiſcop. ordinat C. Theodoſ.

Ac deinceps Epiſcopi Romani Primates quos voluerunt conſtituerunt, & conſtitutis eam dignitatem abſtulerunt. Sic Ioan. 8. Anſegiſo Senonenſi Epiſcopo Primatialem dignitatem contulit promouente Carolo Caluo, vt ſiue in euocanda Synodo, ſiue in aliis exercẽdis negotiis per Gallias & Germanias Apoſtolica vice frueretur. Et huic quidem reſcripto Galliæ Epiſcopi, inter quos numeratur Hincmarus valdè reluctati ſunt ſe Papæ Apoſtolicis iuſſionibus obedientiam præſtituros dicentes, ſeruato ſingulis Metropolitanis iure priuilegij ſecundum Canones & iuxta decreta ſedis Romanæ Pontificum ex iiſdem ſacris Canonibus promulgata: nec vnquam obtinere potuerunt Imperator, aut legati Papæ, vt huic Primatui conſentirent, vt ait Aimoinus, fortaſſe Hincmarus meminiſſe poterat Hormiſdam ita olim vices ſuas commiſiſſe in Gallia D. Remigio Epiſcopo Rhemenſi vt adderet clauſulam: ſaluis priuilegiis quæ Metropolitanis decreuit antiquitas: vt idem refert in vita iſtius. Tamen apparet ex Iuonis epiſtolis ſtabilitum adeo fuiſſe hunc Primatum Senonenſem, vt etiã Epiſcopo Lugdunenſi ſuum contradiceret. Iſtum autem Lugdunenſem conſtituit Gregor. 7. ſuper quatuor Prouincias Lugdunenſem, Rhotomagenſem, Turonenſem, & Senonenſem epiſtola qua de Primatum & Metropolitanorum inſtitutione diſſerit.

Aimoin. lib 5. cap. 31. Flodoard. lib. 3. cap. 21.

Ivo epi. 50. 54.

Ep. 35. lib. 6.

Sic Innocentius 3. Primatum Turonenſem dicitur firmaſſe contra Epiſcopi Dolenſis præſumptionem: ſed magis eſt vt pro Primatu intelligatur Metropolitana, ſeu Archiepiſcopalis ſedes Primatiæ ſubiecta. Cui ſedi Metropolitanæ reſpondere deberet Dolenſis vt Suffraganea.

Rogerius de Houeden in Ioan.

Sic Toletanus Epiſcopus Hiſpaniarum Primas ab Vrbano Pontifice confirmatus eſt anno 1088. poſt recuperatam aduerſus Mauros Toletum, Bernardo videlicet religioſo Gallo electo tunc primum Archiepiſcopo Primate cui cæteri omnes Archiepiſcopi ſubeſſent. Nam longè ante Toletana Diœceſis Archi-

Digitized by Google

epiſcopalis fuit vt apparet ex Toletano Concilio 5. acto tempore Honorij Papæ 1. ſedentis anno 622. dicitur enim habita præſidente Eugenio Eccleſiæ Toletanæ,& Prouincię Carthaginienſis Epiſcopo Metropolitano. Vnde error in Ioanne Magno ſcribente S. Eugenium electum eſſe Archiepiſcopum Toletanum in Concilio Toletano 7. & confirmatum à ſummo Pontifice: regnante Cindaſuindo, is autem regnabat anno 653. vt notauit Genebrardus qui etiam ait Toletanum 7. habitum eſſe anno 646. Quale porro ius fuerit iſtius Archiepiſcopi quod Primatiam docet, quoad ordinationes apparet ex Concilio Toletano 12. anno 679. Eo enim illi attribuitur confirmatio Epiſcoporum etiam à Rege Electorum, nec Metropolitano aliud reſeruatur quam vt Epiſcopus ei ſubiectus ſe ei poſt iſtam electionem & confirmationem offerat quaſi in ſedę conſtituendus, quod dicitur inthronizandus ſeu inſtallandus, in quo nihil niſi nudum miniſterium eſt.

Lib. 16. hiſtor. Goth.

Can. 6.

Anglorum conuerſio Gregorio Magno debetur conſpectis enim Romæ aliquot eius gentis captiuis & delectatus venuſtate formæ quæ huic peculiaris eſt ac Anglos dici reſciens, Benè, inquit, Angli dicuntur quia vultu nitent vt Angeli: oportet illis iter ſalutis æternæ monſtrare, & ſtatim à Benedicto Papa id muneris ſibi delegari curauit: quod tamen cum per ſe non impleſſet, ſummopere ſtuduit iam Pontifex factus vt ab Auguſtino Monacho impleretur. Is ergo quoniam fidei fundamenta prima Cantuariæ iecerat, factus eſt Cantuarienſis Epiſcopus & Primas Angliæ.

Gregorius 2. Bonifacium in Germaniam inferiorem miſit prædicationis cauſa eumque Maguntinum Archiepiſcopum & Primatem voluit eſſe circa ann. 730.

Daniam vera fides imbuit anno 860. Frotone regnante qui ab Agapeto petiit vt Epiſcopo Hamburgenſi perpetuam legationem decerneret in regna Aquilonis quod erat eum Primatem facere.

Crantz lib. 4. Daniæ cap. 15.

Carolus Gothiæ Rex ab Alexandro 3. impetrauit vt Vpſalenſis Eccleſia Sueonum Metropolis eſſet, nec vlli externo Principi ſubiecta eſſet: quanquam olim Nicolaus Cardinalis Anglicus ab Eugenio Papa 3. qui ſedit ann. Chriſti 1150. in Noruegiam miſſus Pallium pro Archiepiſcopo in Suetia erigendo attuliſſet, idque vt Dani dicunt apud Æſchillum Lundenſem Pontificem depo-

Digitized by Google

ſuiſſet. Sed, ait Ioan. Magnus, Carolus & regni Suetiæ Senatores prudentiores erant quam quod paterentur ſuam Metropolim alteri quam ſummo Pontifici ſubjacere. Hiſt.Goth.lib. 19 cap.6.

Similiter apud Hungaros cum D. Stephanus Rex Hungariam ad fidem reuocaſſet, & conſtitutis Epiſcopatibus Strigonienſem Eccleſiam Metropolitanám eſſe cuperet, id à ſummo Pontifice obtinuit. Bonf.Decad.2.

Bulgari quoque vera religione percepta petierunt ab Adriano 2. ſui Primatis confirmationem: ea tamen de re longa fuit cõcertatio inter Epiſcopum Rom. & Conſtantinopolit. adeo vt cum Ignatius reſtitutus ſedi Conſtantin. contra Photium auſus eſſet Bulgaris Epiſcopum dare grauiter obiurgatus ſit ab Adriano primùm, deinde à Ioanne 8. eique interdictum ne id in poſterum præſumeret, niſi priuatum ſe vellet communione & Patriarchali dignitate: ac tandem Imperator Baſilius eam Prouinciam ordinationi Romanæ reliquit, tum quod Nicolai 1. opera ad fidem conuerſi fuiſſent miſſis illis clericis; tum quod docebatur olim in patria Bulgarorum quæ Dardania dicitur id ius habuiſſe Romanum Pontificem. Anaſtaſ. in vita Hadriani. Ipſe Hadrian. ep.5. Ioann 8.ep.78. 79.251.

Denique paucos legas Primates & Metropolitanos exceptis Orientalibus quorum in conſtitutione non interuenerit authoritas ſummi Pontificis quanquam quod Primates dicantur ſit impropriè ſiquidem extat Iulij 1. reſcriptum ad Orientales Epiſcopos, quo, ait, non aliâs Eccleſias Primates eſſe quam illas quæ poſt Chriſti aduentum authoritate Apoſtolica & Synodali Primatum habere meruerunt, reliquas vero non cenſendas niſi Metropoles. Et Fœlix 2. Primates, inquit, non alij ſunt quam qui à Nicæno Synodo ſunt conſtituti: alij vero Metropolitani, ſeu Archiepiſcopi.

XV.

Vt vero primis illis Primatibus de quibus ſupra diximus ius fuit Suffraganeos ſuos confirmare, ſeu conſecrare. Ita & iſtis poſtea factis: puta Toletano vt notauimus ex Concilio 12. in ea vrbe habito: Item Cantuarienſi ex reſcripto Gregorij Magni, quod confirmauerunt Apoſtolica authoritate Leo 2. & deinde Paſchalis pro Anſelmo Cantuarienſi, cui cum Rex Henricus inueſtituras Eccleſiarum remiſiſſet, cõſecrati ſunt ab illo Cantuariæ quinque Epiſcopi: nec huic Primati ſolos Epiſcopos confirmandi & conſecrandi ius fuit, ſed & Archiepiſcopos. Quapropter Anſelmus prouocat Eboracenſem, vt ad ſe conſecrationis cauſa accedat. Epiſt.15 lib.12. Malmesbur. lib.3. Iuretus ad epiſt. Iuon.115.

Digitized by Google

Quod ſi, inquit illum alloquens, non acceſſeritis, pertinet ad me vt ego curam habeam & faciam quod pertinet ad Epiſcopale officium in Eboracenſi Archiepiſcopatu cum Eccleſia vltra tres menſes carere non debeat paſtore. Hæc ille. Vbi vero conſecratus erat Eboracenſis eadem prærogatiua gaudebat conſecrandi & confirmandi ſuos Suffraganeos. Quapropter cum Alexander 3. anno 1164. Ingelranum Glaſcuenſem conſecraret nuntij Rogerij Archiepiſcopi Eboracenſis plurimum reſtiterunt.

Roger. de Houeden in Henrico 2.

Legitur etiam apud Danos eo tempore quo Eccleſia ſchiſmate laborabat inter Alexandrum 3. & Victorem olim Octauianum cum iſte Hocconem accedente Regis fauore ad Sleſuvicenſem Eccleſiam promouiſſet; Æſchillum Lundenſem Archiepiſcopum (quod nimirum in hoc ſuum ius lædi crederet) execrationis gladium in eum diſtrinxiſſe armis etiam id vindicaturus niſi Abſalom Roſchildienſis Epiſcopus eum retinuiſſet.

Crantſ. lib. 7. Daniæ c. 11.12.

Idem Crantſius in Vandalia circa annum 1316. ſedente videlicet Ioanne 22. Tum, inquit, ſeruabatur adhuc iſte honor Eccleſiæ Metropolitanæ vt inde confirmatio Suffraganeorum peteretur, cum illi nempe Metropolitanæ Eccleſiæ Epiſcopi ſoli à ſummo Pontifice confirmarentur non habentes majorem in Prouincia. Itaque cum Lubecenſi Eccleſiæ nouus Epiſcopus proueniſſet Henricus Bocholt, iſque confirmationem à Capitulo Bremenſi abſente Archiepiſcopo accepiſſet perſolutis pro confirmatione & conſecratione 60. marcis currentis monetæ: Archiepiſcopus tum agens apud Ioannem 22. hac de iniuria quam ſibi factam dicebat queſtus eſt, atque ad cauſam dicendam euocauit Henricum qui ſeptem annorum lite in qua ſeptem aureorum millia impendiſſe dicitur fatigatus perſoluit pro ſeruitiis cameræ Apoſtolicæ 1400. aureos, ſicque approbatus eſt à Ioanne Pontifice.

Sic ab antiquo Moguntinus Præſul confirmabat ſuos Suffraganeos, inter quos Pragenſis Bohemiæ fuit: quod patet illuſtri exẽplo nimirum: Statiquas Boleſlai Ducis Bohemorum frater admonitus à D. Alberto vt Pragæ cathedram aſcenderet, recuſauit, quod diceret ſe cœnobio cui iamdiu adſcriptus erat nolle cedere: ad quæ Albertus prophetico ſpiritu reſpondiſſe fertur: Poteras modo Pontificali honore cum ſalute defungi: at quem nunc recuſas, in perniciem tuam vehementer expetes. Quod poſt accidit. Nam Statiquas mutato propoſito Pragenſem Eccleſiam

Æneas Syluius hiſtor. Bohem. cap. 16.

Digitized by Google

popoſcit, obtinuitque. Sed dum à Moguntino Præſule conſecratur, & confirmatur medius inter duos Epiſcopos tamdiu à diabolo vexatur quamdiu animam exhalarit.

XVI. Sed vt iſti Primates vel Metropolitani hoc ius confirmationum & conſecrationum haberent ſine dubio Pallium acceperunt à ſummo Pontifice Romano vnde cenſerentur quaſi eius Vicarij. Quo nomine etiam gloriati ſunt Græci. Vnde Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus dicitur vices egiſſe Cæleſtini 1. in Concilio Epheſino, eaque authoritate Iuuenali Epiſcopo Hieroſolymit. ſilentium indixit Primatum ſibi Paleſtinæ arroganti qui Cæſarienſi Epiſcopo debebatur, vt legitur in epiſtola 62. Leonis 1. Sic vt vidimus ſupra Martinus 1. Epiſcopum Philadelphiæ ſuum in Oriente Vicarium conſtituit etiam ad ordinationes faciendas.

XVII. Pallij autem inſtitutio S. Marco Epiſcopo Romano qui ſedebat ann. 336. tribuitur, id deferenti Oſtienſi Epiſcopo, quoniam ea pollet dignitate vt Romanum Epiſcopum conſecret. Itaque hæc inſtitutio propter conſecrationes: Indeque Sapaudus Arelatenſis Epiſcopus per Gallias Vicarius Romanæ ſedis à Pelagio 1. conſtituitur miſſo Pallio. Auguſtinus in Angliam delegatur à Gregorio Magno cum authoritate Pallij. Honorio & Paulino eiuſdem Prouinciæ Metropolitanis atque etiam Dorouernenſi & Eboracenſi Antiſtibus Pallia mittuntur ab Honorio Bonifacij 5. ſucceſſore, cum poteſtate vt altervtro horum defuncto ſuperſtes ordinare ſucceſſorem poſſet. Bernardus Toletanus Primas eodem cohoneſtatus eſt: & alij Primates & Archiepiſcopi vt nunc in vſu eſt. Quin & ipſe Conſtantinopolitanus Photius vt confirmatus videretur id accepit à Ioanne 8. Nec id Græcis inſolitum: teſtantur enim Gregorij Magni epiſtolæ Antiochenum Epiſcopum, & alios à Præſule Romano Pallia accepiſſe: ac Luithprandus refert Imperatorem Græcum perpetuam ferendorum Palliorum authoritatem obtinuiſſe à Romano Epiſcopo pro Conſtantinopolitano.

Epiſt. 6. Pelag. to. 1. Concil.

Beda lib. 2. cap. 17. & 18. hiſt. Eccleſ. Angl.

Vide Acta Cõcil. Conſt 4. Ioann. ep. 93.

Ep. 15. c. 59 lib. 4. indict. 13. ep. 55. ca. 59. ca. 99. eod. lib. & indict. ead. ep. 27. lib. 1.

Itaque Pallium Primatialis vel Archiepiſcopalis dignitatis indicium eſt, & inſigne, vt ait Paſchalis 1. & dignum eſſe dixerunt Reges noſtri vt Metropolitanus Pallio ſublimatus honoraretur, non vero datur antequam Archiepiſcopus pro fide, & obedientia, & vnitate iuratus fuerit ſummo Pontifici. Quo verò diligentior ſit in Sacramento præſtando iubetur id præſtare & Pallium petere intra tres menſes, ob idq; ad ſedem Apoſtolicam mittere,

Capit. 79. lib. 5. capitular.

Cap. 4. de elect.

Can. quoniam. 100. diſtinct.

ne ſi diutius immoretur Eccleſiæ careant paſtoribus quos niſi accepto Pallio ordinare prohibetur. Et ſi negligat Pallium petere, licentia datur aliis Metropolitanis poſt ſecundam & tertiam commonitionem viduatis Eccleſiis cum Romani Pontificis conſilio Epiſcopum ordinare.

Hinc querela eiuſdem Ioannis 8. ad Arelatenſem Epiſcopum quod Metropolitæ conſecrationes præſumerent non accepto Pallio. Denique Canonico iure cautum eſt vt Archiepiſcopo non liceat ſine Pallio conuocare Concilium, conficere chryſma, dedicare baſilicas, ordinare Clericos, & Epiſcopos conſecrare, nec quæcumque ſunt ordinis exercere, ſed ea tantùm quæ in iuriſdictione conſiſtunt. Hinc fortaſſe quod Græcus Imperator vt notauimus pro Theophilacto filio ſuo Conſtant. Patriarchæ & ſucceſſoribus eius obtinuit, vt deinceps Pallia geſtarent ſine Paparum vt ait Luithprandus permiſſione: quaſi iſta ſufficiente in perpetuum. Vnde mos inoleuit, addit ille, vt non ſolum Patriarchæ, ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ Palliis ornarentur, quæ antea non habebant niſi authoritate Romani Pontificis. Hæc Luithprandus: quanquam ex Synodo Conſtantinopolit. 8. appareat ſolitos eſſe Primates ſuis Suffraganeis Pallium decernere: idque adſtipulatur Innocent. 3 ex Concilio Lateranenſi generali vbi vult id eis non eſſe cõceſſum niſi poſtquam ipſi ſuum Pallium à Romano Pontifice accepiſſent præſtito fidelitatis & obedientiæ iuramento.

Cap. 28. §. 1. gl. in cap. 15. de elect.

In relat. legationis Oriental. apud Fretū. ad ann. 934.

Can. 17.

Cap. 23. de Priuilegiis.

XVIII. Cum igitur eſſet Pallium velut confirmationis ſymbolum, Imperatores qui ſibi quoque confirmandorum Epiſcoporum poteſtatem illicitam dederunt, id etiam tradere cœperũt: inde quod Anthimus cum ſe confirmari non poſſe à Romano Pontifice videret, nec proinde ſufficientem confirmationem crederet quam ab Imperatore habuerat, Pallium quod ab eo acceperat, ei remiſit, & Maurus Archiepiſcopus Rauennas maluit Imperatorium ſumere quam Pontificium, vt cenſeretur Epiſcopo Romano nihil debere: damnandus homo qui in Eccleſiaſtico miniſterio maluit ſubjici prophano quam ſacro Principi.

XIX. Non autem licet Archiepiſcopo, vbique & paſſim id habere, ſed quibuſdam diebus aut actibus ſolemnibus. Quapropter Gregor. Magnus ſuccenſuit Archiepiſcopo Rauennati, quod aliis vteretur. Idque Adrianus 2. Actardo Nannetenſi Epiſcopo conceſſit ad Miſſas duntaxat celebrandas in diebus ſolemnibus Reſurrectionis,

Ep. 14 c. 58. lib. 4. indict. 13. epi. 51 c. 95. eod. ep. 54. cap. 98 eod. ſed vide notab. ep. 33 c. 133. lib. 5. ep. 55. 56. li. 10

Digitized by Google

ſurrectionis, Natiuitatis, Aſcenſionis, Aſſumptionis B. Mariæ, in Natalitiis Apoſtolorum, Ioannis Baptiſtæ, & S. Martini: neque etiam extra propriam Prouinciam id ferre licet niſi alia eſt conſuetudo regionis, vt in Hiſpania vbi Archiepiſcopi extra Prouincias ſuas Pallio vtuntur. Sed ex decreto Concilij Matiſcon. * vetatur Archiepiſcopus Miſſam ſine Pallio dicere: ergo ſemper & vbique id habere potuit. Prærogatiuæ autem ſummæ reputauit Leo 4. quod Hincmaro Archiepiſcopo Rhemenſi Pallium concederet ad quotidianum vſum quod nunquam alij ſe conceſſiſſe, nec conceſſurum dixit, vt refert Flodoardus.

Adrian. epi. 14. Can. fin. Concil. 8. gen cōſt.

Cap. 5 de auth. Pallij.

* Can. 4.

Tanta deinde viſa eſt authoritas Pallij vt pretio quoque pararetur vt videbimus infra: tamen ſi ſine cauſa legitima Pontifex Romanus id negaret cenſebat Fulcbertus Eſpiſcopus Cenomanenſis, non propterea miniſterium ſuum obmittere debere Præſulem. XX.

Ep. 47.

Pallium vero eſt faſcia ex candida lana contexta habens deſuper circulum humeros conſtringentem, & duas lineas ab vtraque parte dependentes: quatuor purpureas cruces antè, retrò, à dextris, & à ſiniſtris: duplex quidem à ſiniſtris, ſimplex à dextris, cui in tres partes conciſo tres acus infiguntur quibus conſuitur: ſoletque Romæ fieri à monialibus S. Agnetis ex lana candidorum agnorum ſine macula quos ad eum vſum nutriunt. Sic Onuphr. Neque hæc ſine myſterio quod latè explicat Innocētius 3. neque ea Pallij contextura recens: Namque Melania Pallium ex vellere item agnorum contextum Paulino dedit, iſque datum ad Seuerum tranſmiſit. XXI.

Lib. de Interpret. vôc. obſcur Eccleſ. in verbo Pallium.

Paulin. epi. 10 ad Seuer.

Atque ex iſtis vides quouſque proceſſerit ſuperioritas Epiſcopi Romani in Primates, Metropolitanos & Archiepiſcopos: Lites etiam de Primatus iure obortas ſolitus decidere vt quam Arelatenſis [a] cum Viennēſi habuit, de qua ſupra: Cātuarienſis [b] cum Eboracenſi, Toletanus [c] cum Archiepiſcopo Compoſtellano, & Hiſpalenſi [d]: Turonenſis [e] cum Dolenſi, & alij huiuſmodi. Sed de iure ſupremo eiuſdem Pontificis in contentioſa iuriſdictione ſuo loco. XXII.

a Vide epiſt. Zozimi 1. & Leonis 1.

b Malmeſabar lib. 3. de geſtis reg Angl. in Vvilhel. 1.

c De Tolet. notæ ad decret. Gundemari tomo 2 Concilior.

d Roger. de Houed. in Ioann & Math. Paris ibid. & Innoc. 3. in Narrat. eiuſd. litis.

e Ioan. Magn. lib. 16. hiſtor. Goth. cap. 20.

Digitized by Google

CAPVT III.

DE ORDINATIONIBVS ET CONfirmationibus in quacumque Diœceſi Occidentalis Eccleſiæ factis à ſummo Pontifice.

LECTIO.

1. *Primùm olim curabat ſummus Pontifex ne Epiſcopi indebitas ordinationes facerent, reuocando factas.*
2. *Gregorij Magni, & ſequentium Pontificum Rom. authoritas in ordinationibus vbique faciendis & confirmandis.*
3. *Solus Pontifex Rom. poteſt inuitum Epiſcopum ordinare.*
4. *Ambitio Eccleſiaſticorum cauſam dedit Epiſcopo Rom. vt abſolutè ſua iura explicaret.*
5. *Caſus poſiti ab iſto Pontifice per quos ſibi reſeruauit diſpoſitionem Eccleſiaſticarum dignitatum.*
6. *De reſeruationum origine.*
7. *De poſthabitis abſolutè electionibus ab iſto Pontifice.*

QVAMVIS hoc ius fuerit vt primariæ dignitates conferrentur à Clero & populo, vel à ſolo Clero: non tamen adeo abſolutum fuit quin Romani Pontifices vt ſummi ſupremo ſuo iure vterentur, eligentes & Metropolitanos & Epiſcopos atque iſtos conſecrantes & confirmantes Metropolitanis poſthabitis licet querentibus.

I. Prius tamen ſuperioritatem ſuam intendebant non ad præripiendas ordinationes & confirmationes ijs ad quos pertinebant iure ordinario, ſed ad prohibendos eos qui indebitas ſibi adtribuebant. Inde ab illis correpti & Maſſiliæ Epiſcopus, & Africani Epiſcopi quod ſpreto Arelatenſi Primate ordinationes facerent: ac etiam ipſe Arelatenſis quod non debitas ſibi arrogaret vt ſupra vidimus ſpreto, inquit, Leo 1. ſummo Pontifice cum Petro cui præ cæteris ligandi & ſoluendi data eſt poteſtas paſcendarum ouium cura ſpecialis ſit mandata. Non tamen inde voluit ad ſe ordinationes deducere: quod conſtat his ſequentibus verbis: Id ſtatuentes vt ſi quiſquam fratrum noſtrorum in quacumque Prouincia deceſſerit is ſibi ordinationem Sacerdotis vendicet quem illius Prouinciæ Metropolitanum eſſe conſtiterit: & Epiſcopos

Ep. 89.

per Viennenſem Prouinciam conſtitutos alloquens: Non vobis, aiebat, ordinationes veſtrarum Prouinciarum defendimus, ſed vobis per veſtram ſolicitudinem vindicamus, ne quid vlterius liceat nouitati. Ergo Arelatenſi fortaſſè ſuccenſebat non ſolùm quod Romanum Pontificem non conſuleret, ſed quod Canonicam eligendi formam negligeret quam voluit eſſe in ſubſcriptione Clericorum, honoratorum teſtimonio & plebis conſenſu. Epiſt. 106.

Ab Hilario 1. Tarraconenſes Epiſcopi explorant quid ſentiat de indebitis ordinationibus à Siluano Epiſcopo Caligurræ factis: quia, inquiunt, Petri eiuſque Vicarij principatus ſicut eminet, ita metuẽdus eſt ab omnibus & amandus. Ipſe vero Hilarius nullum ſine Metropolitani conſcientia ordinandum reſpondit: nec indebitas ordinationes in Prouincia Arelatenſi factas irritas indicauit, verum eas diſcutiendas à Synodo Prouinciali mandauit. Epiſt. 8. Ep. reſp. cap. 1.

Simplicius Hilarij ſucceſſor plurimum aſſeruit ea in re de qua nunc agimus poteſtatem ſuam quando comminatus eſt Archiepiſcopo Rauennati quod Epiſcopum inuitum Mutinenſibus dediſſet, ſe adempturum illi ordinationes Rauennatis, aut Æmilienſis Eccleſiæ ſi quid huiuſmodi deinceps auderet. At ſi adimere poterat an non magis ordinare?

II. Sed Gregorij Magni frequentes epiſtolæ docent illum ſibi Epiſcoporum ordinationes aliquas reſeruaſſe, ab aliis factas rejeciſſe: diſcordantibus Clero & populo ſuam authoritatem interpoſuiſſe: mandaſſe vt Cretonienſis electus Epiſcopus ad ſe veniat ordinandus: inhibuiſſe ne quiſquam ſe inſcio Salonitanæ Eccleſiæ ordinaretur Epiſcopus, ſed ordinandus ad illum mitteretur, excommunicatione addita ſi contra fieret. Vniuerſis Epiſcopis per Illiricum reſcripſiſſe ſe Ioannis Epiſcopi ordinationem ab illis factam confirmare vti petebant. Scholaſtico Duci Campaniæ vt conuocans priores, vel populum ciuitatis Neapolitanæ de electione cogitet: in quo, decreto ſolemniter facto atque Romam tranſmiſſo ordinatio illic tandem Chriſto auxiliante proueniat. Quod ſi aptam non inuenirent perſonam in quam poſſent conſentire, tres viros rectos & ſapiẽtes eligerent quos ad eam vrbem mitterent, qui, inquit, huc venientes, talem forſitan reperient qui Epiſcopus irreprehenſibilis ordinetur.

Is eſt etiam Gregorius qui derelictos ob vaſtitatem loci Epiſcopatus aliis vniebat, ad alia loca tutiora trãsferebat, orbatis paſtore viſitatores committebat, & alia huiuſmodi. Atq; eius authoritas Epi. ad Bagaudam formienſ. Epiſc. epiſt. ad Ioan. Epiſc. Veliternu.

Digitized by Google

non neglecta videtur ab Epiſcopo Conſtantinopol. quando Imperatore deſiderante vt Iuſtinianeæ Epiſcopus ob ægritudinem deponeretur, ille ad Gregorium reſcripſit vt eius de ea re ſenſum
Epiſt 41.lib.9. haberet: at Gregorius, iniuſtum eſſe ait vt pro morbo quis honore ſuo priuaretur inuitus: ſed huic poſſe dari diſpenſatorem.

Nec tamen prorſus voluit iuri electionum derogare: Nam de
Epiſt 19.c.63. lib.4. Iudith.13 Epiſcopo Syracuſanis dando reſcribens: Et quidem, inquit, credo quod Trajanum Præſbyterum maxima pars eliget qui vt dicitur, bonæ mentis eſt: ſed quantum ſuſpicor ad regendum illum locum non eſt idoneus: ſi tamen melior inueniri non valet, & ipſe nullis criminibus tenetur inuolutus condeſcendi ad eum cogente nimia neceſſitate poteſt. Si autem mea voluntas ad hanc electionem quæritur, tibi ſecretò indico quod nullus mihi tam dignus videtur quam Ioannes Archidiaconus Cathanenſis Eccleſiæ. En tanti Pontificis modeſtia.

Ep.1.4. Zacharias confirmauit Epiſcopatus & Epiſcopos à Bonifacio in Germaniam delegato cõſtitutos eiſque Pallium miſit: ac tum frequens eſſe vt confirmationes indifferenter ab Epiſcopo Romano peterentur docet Alcuinus Caroli Magni pręceptor: cum, inquit, ciuitatis Epiſcopus defunctus eſt eligitur alius à clero ſeu populo, fitque decretum ab illis & veniunt ad Apoſtolicum cum ſuo electo deferentes ſecum ſuggeſtionem hoc eſt rogatorias litteras vt eis conſecret Epiſcopum: & cætera quæ refert obſeruata à ſummo Pontifice in conſecratione Epiſcopi.

Ep.154. Ioannes 8. eidem Archiepiſcopo Rauennatis Eccleſiæ mirari ſe ſcribit quod ſpreto à ſe ordinato alium velit ordinare Epiſcopum Sarſennatis Eccleſiæ: & iubet vt à ſe ordinatum conſecret, niſi pareat comminatur canonicam correctionem. Cur verò non ipſe conſecrabat quem ordinare potuerat? Nam ſi ad Metropolitanum pertinebat conſecrare, num potius ordinare? An quia potuerat abſens ordinari, non item conſecrari? Vnico enim exẽplo factum eſt vt Gregorius Thaumaturgus abſens conſecraretur Epiſcopus Neocæſarienſis ab Epiſcopo Amaſeno, vt refert Gregorius Nicænus in vita Thaumaturgi.

Ep.110. Idem Ioannes Archiepiſcopo Theodorico interdixit ne Laozonenſi Eccleſiæ Epiſcopum vel iuſſu regis, vel expetitu plebis conſecret antequam cum eo ſit loquutus, vt quem, inquit, vtiliorem præuiderimus, conſecrare permittamus de more. Ergo ordinationem interdixit non vero conſecrationem quæ propria erat

Digitized by Google

Metropolitani. Quapropter cum Optandum Epiſcopum Genuẽſem electum conſecraſſet, declarauit ſe eum cõſecraſſe ſaluo deinceps priuilegio aliquo propriæ Metropolis: quod Viennenſi Metropolitano non ſatisfecit, vt ſupra notauimus.

Ep. 281. Ep. 294. 295.

Ipſe verò plurimum detulit electionibus. Namque Clero & populo Mediolanenſis ciuitatis præcepit vt in locum Auſperti ab eo depoſiti, alium ſufficiant cum ſuis legatis, & niſi pareant, parat excommunicationem. Num vero ſolus per ſuos legatos eligere poterat? Deinde eidem Auſperto reconciliato permiſit Ioſephum Aſtenſi Eccleſiæ ordinare ſi à Clero vel populo expetitus eſſet. Burdegalenſem Epiſcopum, ait, ſe non antè cõſtituiſſe Cardinalem in Bituricenſi Eccleſia cum iterato Metropolitanæ dignitatis priuilegio, quia Diœceſis Burdegalenſis à paganis erat deuaſtata, quàm Epiſcoporum Prouincialium litteris intellexiſſet eos cum Imperatore qui id requirebat, ſentire: ne quidquam minus ordinabiliter definiret. Sed diſſentientibus Clero & populo Vercellẽſi inter duos electos neutrum vult eſſe Epiſcopum, ſed alium ipſe nominat quem Carlomanno Regi commendat verum eo tempore quo Mediolanenſis Auſpertus Metropolitanus ab eo cenſura notatus erat.

Ep. 221. 260.

Ep. 8.

Ep. 171. 187. 225

Is eſt etiam Ioannes qui intercedente Alphonſo Caſtellę Rege anno 877. vrbem Ouetenſem in Metropolim erexit, vt antè illũ Leo 3. Carolo Magno conceſſit vrbi Compoſtellæ ſedem & dignitatem Epiſcopalem. Sic Innocentius 2. Genuenſem Epiſcopatum obedientia Archiepiſcopi Mediolanenſis exemptum Archiepiſcopatũ fecit; atq; ei dimidiam Epiſcoporum Corcicę partem ſubjecit. Martinus 5. Florentinum Epiſcopatum in Archiepiſcopatum erexit. Et alij alios erexerunt Archiepiſcopatus & Epiſcopatus.

Rodericus Toleta. lib. 4. c. 17. & 18. hiſt. Vaſæus in Chron. ad d. an. Idem Vaſæus ibid ad an. 798.

Sigon. lib. 11. de regno Italiæ ad an. 1133.

Sed vt ad rem, Gregorius 7. modo conſecrat modo conſecrandum à Metropolitano electum Epiſcopum relinquit, modo eligit modo eligendum mandat. Feretrano Clero & populo vt cum ſuis legatis eligant Epiſcopum, & electum ad ſe mittant: idemque Aquileienſibus reſcribit. Carnotenſibus Clero & populo vt rejecto Roberto alium eligant, ac Senonenſi Archiepiſcopo & Suffraganeis vt electum conſecrent. Lugdunenſi Archiepiſcopo vt ordinet in Eccleſia Matiſconenſi Landericum etiam inuitum nonobſtante impedimento Regis Philippi: & ſi non pareat Lugdunenſis, ait ſe eum ordinaturum ſi Romam veneſit.

Ep 41. lib. 2. ep. 5 lib. 5. epi. 14. lib. 4. epiſt. 15. eod. ep. 11. lib. 5

Epi. 36. lib. 1.

Epiſt.21. lib. 6. Iubet Clerum & populum Arelatenſem eligere ſibi Epiſcopum; aut ſi nequeant conuenire accipiant eum quem ipſe eis daturus eſt. Ipſe conſecrat Hugonem Epiſcopum Dienſem à Comite Dienſi & vniuerſis fidelibus Dienſis Eccleſiæ electum. Epiſt.69. lib.1. Senenſi & Florentino Epiſcopis vt Volaterranæ Eccleſiæ procurẽt eligi Epiſcopum, electum cõfirment ac conſecrandum Romam mittant cum decreto Cleri & populi. Epiſt.3.lib.5.

A Clero & populo Dolenſi electum repudiauit, quia nondum ætatis erat maturæ, & alium ordinauit: quod Turonenſi Epiſcopo videlicet Metropolitano minus placuit: ſiquidem ad eum erat conſecrare, & ad Capitulum Dolenſe eligere, vt notauit Innocentius 3. tractatu de lite inter illos Antiſtites. Ep.5.& 14.lib.4

Denique is eſt qui inter dictatus aſſeruit ſummi Pontificis eſſe diuitem Epiſcopatum diuidere, & inopes vnire: de ſede ad ſedem neceſſitate cogente Epiſcopos tranſmutare, & de omni Eccleſia quocumque voluerit Clericum ordinare.

Roderic.lib.6. hiſt. ca.28. Sic Gelaſius 1. abrogato Mauricio Burdino Antipapa Archiepiſcopo quondam Bracarenſi non ipſe alium ſubrogauit, ſed reſcripſit Toletano Primati & cæteris Hiſpaniarum Epiſcopis, vt alium eligerent. Vt neque ante illum Nicolaus 1. depoſitis ab eo Epiſt 55.63.65. Gunthario Treuerenſi, & Theugaldo Colonienſi Archiepiſcopos alios ſubrogauit, ſed electionem Canonicam remiſit Capitulo.

Atque vt vides ſic ſe geſſerunt Epiſcopi Romani, ſiue in ordinandis, ſiue in confirmandis dignitatibus Eccleſiaſticis, promouentibus etiam ipſis Eccleſiaſticis confirmationes ab eis petentibus, vt de Græcis iam notauimus. Sic Tarraconenſes Epiſcopi ab Hilario expetierunt cõfirmationem Irenæi cui Epiſcopatum Barchinonenſem contulerant. Aliis vero reclamantibus quorum etiam aliquot exempla protulimus quibus aggregatur quod de ſe ipſo reſcripſit Fulbertus Cœnomanenſis: videlicet diſſuaſiſſe Oldericum properantem ire Romam, vt ibi crearetur Aurelianenſis Epiſcopus: ſed à clero populoque ſuæ ciuitatis electum conſecraſſe. Epiſt 2.& ep.1. Inter Hilarij epiſt. tomo 2. Concil. Epiſt.30.

Sanè vtrorumque non improbanda memoria niſi eorum qui contumaciam adhibuerunt: Primi quidem ad Principem ſummũ recurrere potuerunt, vt qui ſupra Leges & Canones eſſet. Alij vero putauerũt Canones ſeruandos ipſo ſummo Pontifice non contradicẽte, & nulla neceſſitate exigente vt ad eum directò iretur.

Digitized by Google

Sequentes deinde Pontifices Romani ſuo iure in his vt libuit vſi ſunt: Quantumque id ius ſit, notauit Carnotenſis Iuo dicens, Summo Pontifici conceſſum eſſe inuitos ad onera & officia Epiſcopalia cogere: de volentibus & de nolentibus Eccleſiæ Dei Pontifices ordinare: neque id cuiquam alteri competere, vt inuitum faceret Epiſcopum. Sic Ioannes 8. Hedenulphũ ſua auctoritate ordinatum Epiſcopum ac reluctantem quod ſe diceret infirmum & velle Monaſterium ingredi, coëgit Epiſcopatus munere fungi: & proximè vidimus Gregor. 7. iubentem electionem Landerici, licet inuiti, in Epiſcopatu Matiſconenſi. III. Epiſt. 178 cum ep. 176. Aimoin. lib. 5. cap. 37. Alexander 3. Abſalonem Roſchildienſi Epiſcopo Lundenſem Archipræſulem electum nec electioni cõſentientem quod ſe imparem oneri diceret & nollet ſuam Diœceſim deſerere coëgit Archiepiſcopatum ſuſcipere, ſed cum eo diſpenſauit vt priorem cathedram retineret in commendam. Tranſſ. lib. 6. Daniæ cap. 45.

Sed fatendum eſt nihil plus impuliſſe Romanum Pontificem, vt explicaret ſua iura quæ in arcto modeſtia, & Canonum reuerentia continuerat quam ipſa hominum ambitio, quod non dicerem niſi iamdiù notatum eſſet à ſanctiſſimo Abbate D. Bernardo ſcribente ad Archiepiſcopum Senonenſem: factus Epiſcopus Archiepiſcopus eſſe deſiderat: quo fortè adepto rurſum neſcio quid altius ſommians laborioſis itineribus & ſumptuoſis familiaritatibus Romanum ſtatuit frequentare Palatium quæſtuoſas exinde ſibi comparans amicitias. Atque ad Eugenium ſtringit currentem Romæ terra & mari pro Epiſcopatu nempe quærendo ſuis & alienis facultatibus, rurſum emens quod emeras priùs. Nonne etiam eo pertinere poteſt quod eod. libro ait Eccleſias ſe truncari clamitare dum ſubtrahuntur Abbates, Epiſcopis, Epiſcopi Archiepiſcopis, Archiepiſcopi Patriarchis ſiue Primatibus? Namque ſubtrahuntur quando qui ab Archiepiſcopo & Primate ordinari conſecrari & confirmari debebat, vtrumque petit à Romano Pontifice, qui tamen, vt ipſe ait, poſitus eſt honorum & dignitatum gradus & ordines quibuſque ſuos ſeruare, non inuidere. Vnde factum eſt vt qui deſinerent conſecrari à ſuo Metropolitano vel Primate noluerint amplius eius iuriſdictioni ſubjici. IV. Lib. 3. de conſiderat.

Tandem Pontifices Romani caſus poſuerunt, quibus ad eos pertineret abſoluta diſpoſitio dignitatum, & de caſu in caſum procedentes eo deuenerunt vt ſui iuris eas prorſus facerent. V.

Primus caſus fuit ob diſcordiam eligentium exemplo ſumpto à Gregorio Magno & Ioanne 8. Cur enim paterentur ad rixam

Digitized by Google

& arma procedere quos iuriſdictione ſua poterant componere? Maximè ſi Diœceſani Superiores quibus attinebat Prouinciam pacatam & quietam exemplo boni præſidis habere, negligerent. Quanquam Innocentius 3. ad quem in ea diſcordia recurrebatur neque ad Metropolitanum remiſerit, nec ipſe elegerit, ſed vt denuò omnes ad electionem procederent cenſuit.

Cap. 25. de elect.

Secundus caſus: ſi quem ſibi præpoſitum vellent eſſe Canonici, is vero pateretur aliquem defectum ob quem non poſſet eligi inductum eſt, vt poſtularetur à ſummo Pontifice qui pleniſſimo iure cum eo diſpenſaret quod non poſſet quiſquam alius: Nam diſpenſandi poteſtas à ſupremo Principe pendet. Indeque conſtitutio de poſtulatione Prælatorum Canonicis decretis inſerta. Sic refert Crantſius Vvibertum Raceburgenſi Eccleſiæ præfectum eſſe: ſed quia diſpenſatione ei ab annis opus erat, confirmatio non eſt petita ab Archiepiſcopo Bremenſi, qui alioquin eum vt Metropolitanus confirmaſſet: verum ab Archiepiſcopo Romano. Is verò cum adoleſcentiam iſtius deſpiceret, nec vellet confirmare, res tum miraculo digna contigit vt oſtenderet Deus ex ſe produiſſe electionem. Nam proxima nocte ita incanuit vt non putaretur idem. Quod vbi vidit Pontifex & intellexit eumdem eſſe nihil moratus diſpenſauit, confirmauit, & iuſſit Epiſcopum conſecrari: fortè huiuſmodi erat de quo dici poſſet vt D. Paulus de Timotheo, ne quiſquam eius adoleſcentiam contemneret, vt qui exemplum futurus eſſet fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Aliâs enim experientia docet quam malè committatur comptulis adoleſcentibus Eccleſia vt liceat exclamare cum D. Bernardo: O miſerandam ſponſam talibus creditam paranimphis.

Cap. 20. de elect.

Lib. 4. Metrop. cap. 47.

1. ad Timot. 4.

Ex Conſtitut. Apoſtol. lib. 2. cap 1. Epiſcopũ oportet eſſe quinquagenarium.

Eod. lib 3 de conſiderat. ſubſ.

Inter poſtulationis etiam cauſas poſita eſt tranſlatio, vt videlicet qui iam aliquo Epiſcopatu præditus erat, ſi eum alij Canonici vacanti poſt Eccleſiæ ſuæ vellent ſubſtitui, non eligerent, ſed poſtularent à ſummo Pontifice: in qua tamen poſtulatione eadem propè forma ſeruaretur quæ in electione vt major & ſanior Capituli pars conueniret de eo poſtulando.

Cap. vlt. de poſtulat. Prælat. cap. 2. & 3. eod.

Tertius eſt negligentia illorum qui eligere vel confirmare deberent: ob quam tamen non directò & immediatè cenſuerunt ſummi Pontifices ad ſe deuolutas eſſe electiones & confirmationes, ſed gradatim & mediatè. Namque voluit Innocentius 3. ex decreto Concilij Lateranenſis vt intra tres menſes Cathedrali

Eccleſiæ

Digitized by Google

Eccleſiæ Paſtor daretur: quod etiam eſt iuxta Canonem Calchedonenſem. Hiſque elapſis non celebrata electio deuolueretur ad proximum Superiorem vt Archiepiſcopum: cui ad eligendum tres quoque menſes competerent, intra quos ſi non ſatisfaceret nihil de deuolutione ad Papam pronuntiat, ſed ſatis ſubintelligitur. Nam vbi non eſt Superior mediatus, ius deuoluitur ad ſummum Pontificem adeo vt etiam ab Epiſcopo, qui ab Archiepiſcopo vel Primate exemptus eſt: atque hæc deuolutio ſic obſeruatur vt ſemel adquiſita mora purgari nequeat: nec poſt tempus eligere vllatenus toleretur qui ſua mora ius eligendi amiſit: illud autem tempus non currit niſi à die Notitiæ, nec currit ei qui iuſto impedimento eligere non potuit.

Can. 15.

Arg. cap. 3. de ſuppl. neglig. Prælat.

Cap 5. eod de ſuppl. neglig. arg. cap. 3. de conceſſ. præbend. cap. 5. de elect.

Quartus caſus eſt ſi ab eligentibus indignus eligatur. Eoque caſu deuolutio non fiebat ab eligente ad Papam, ſed ad proximū Superiorem vt reſcripſit Innocentius 3. ex Concilio Lateranenſi. Sed quia hæc conſtitutio non eſt de Epiſcopalibus & Primariis dignitatibus, at ſolum de ſecūdariis & inferioribus, Bonifacius 8. eam quidem obſeruandam cenſuit quoad iſtas ſecundarias: in aliis autem voluit deuolutionem eſſe nullo medio ad ſummum Pontificem. Quanquam Innocent. 3. eos qui indignum elegerant non priuauerit iure alium eligendi.

Cap 7. §. penult. & 5. de elect.

Cap 18 eod. tit. in 6.

Cap. 25. eod. de elect. extr.

Cap. 5. de elect. in Clement.

Cap. 3. eod. in extrauag. cōm.

Quintum caſum inſtituit Clemens 5. de Epiſcopatu Clero & populo vacante: interdicens ne quis Archiepiſcopus, vel Primas hunc conferret niſi ſpeciali ſuper hoc authoritate ſedis Apoſtolicæ fulciretur: quod eſt iſti ſedi huiuſmodi Epiſcopatuū electiones reſeruare, vt & Benedictus 11. quatuor Patriarchales ſedes quarum Archiepiſcopi à Canonicis eligebantur, addixit diſpoſitioni ſummi Pontificis quamdiu in poteſtate infidelium eſſent.

In Concilio Tridētino agitatum eſt de Epiſcopis Titularibus ſupprimēdis cum incongruum eſſet maritum dici ſine vxore: Quæ opinio fuit Epiſcopi Guadicenſis: ac Epiſcopus Sarſanēſis poſſe huiuſmodi Epiſcopū conſtitui eiq; cōpetere quæ sūt ordinis, nō vero iuriſdictionis cum Diœceſim non habeat. Lib. 5. pa. 578. hiſt. Concil. Trid.

His caſibus Romani Pontifices alios induxerunt quibus pleniſſimum ius Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, & huiuſmodi Primariarum dignitatum conferendarum ad ſe deduxerunt neglectis Capitulo, vel Superiore immediatè proximo. Inde Reſeruationes, Expectatiuæ, appoſitiones vt vocant manus, lex de vacantibus in Curia & aliæ huiuſmodi introductæ Regulæ, quarum omnium origo cui tribuatur non facilè eſt. Ac prima quidem de Reſeruationibus Cōſtitutio eſt Bonifacij 8. Ex ijs tamen quæ habet prima gloſſa vidētur iam in vſu fuiſſe Reſeruationes: ſed cum fortaſſe minus eis deferretur, vt contigit in Epiſcopatu Bononiēſi

VI.

Cap. 45. eod. in 6. cum gl.

Digitized by Google

quem Canonici cōtulerunt nonobſtante Reſeruatione: ideo Bonifacius Sanctione lata vetuit ne in poſterum Eccleſia Cathedralis reſeruata ab alio quam à ſummo Pontifice conferretur; aut ſi reſeruatio poſt electionem facta eſſet, ſaltem confirmatio reſeruaretur. Denique nullius momenti foret quidquid poſt reſeruationem fieret. Quam Conſtitutionem ampliſſimis finibus donauit Benedictus 12. Edixit enim vt quæcumque dignitates Patriarchales, Epiſcopales, Monaſteria, Prioratus, & quæcumque alia Beneficia eſſent reſeruata, pluribus modis: primo ſi Beneficiati mortem ſubirent in Curia: ſecundo ſi transferrentur, aut deponerētur: tertio ſi electionem vel poſtulationem rejiceret Papa, aut renunciationem electorum approbaret: quarto ex promotione Beneficiatorum ad alias dignitates vel præbendas; vt quas ante habebant, eæ affectæ eſſent ſummo Pontifici: quinto vt omnia Beneficia Cardinalium & Officialium Curiæ hac reſeruatione continerentur.

Cap. ad Regimen tit. de Præb. in extrauagant. communib.

Sicque vt videre eſt nulla non reſeruabātur beneficia ſiquidem in poteſtate ſummi Pontificis erat rejicere electionem, aut poſtulationem vt alij conferret. Vnde electionum & collationum iura euaneſcebant: imo ſatius erat non eligere, vel non conferre quandoquidem electus vel collatarius magnis exhauſtus ſumptibus repulſam ſæpè patiebatur, & inanis redibat.

Ergo non Ioanni 22. Clementis ſucceſſori electiuarum dignitatum reſeruationes tribuendæ ſunt vt vult Gomeſius. Nam Clemens 4. ſedens anno 1265. reſeruauit ſibi Eccleſiam Saltſburgenſem velut ad eum pertinētem, eo quod Archiepiſcopus illum ſupplicauerat vt eum eius venia cedere Epiſcopatu ipſi liceret: atque cum ex ea renunciatione Patauienſem Epiſcopum Eccleſiæ Saltſburgenſi ſubrogaſſet, Patauienſi quoque Cathedræ vt ad eum deuolutæ ſubſtituit quem voluit non conſultis illis ad quos iure ordinario pertinebat iſtis Eccleſiis ſic vacantibus prouidere. Vnde probatur iam ante Benedictum 12. reſeruationes ex tertio & quarto caſu ab illo factas, in vſu fuiſſe.

Annales Stetonis.

VII. Porro plura narrantur exempla collatarum ab Epiſcopo Romano dignitatum Eccleſiaſticarum nonobſtantibus Capitulorū, vel Canonicorum electionibus, atque etiam ante Bonifacij tempora Martinus 2. qui ſedebat anno 1281. Archiepiſcopatui Polonorum Gneſnenſi præfecit Iacobum Suincam reprobato quem Canonici elegerant: quanquam ſolerent antea Canonici eligere:

Cromerus.

Digitized by Google

atque adeo vt ab iſtis quondam electus Cracouienſis Epiſcopus euicerit eum qui à ſummo Pontifice datus erat: ſed in hoc operam dante Barbato Regis tutore. Sic quod dicitur magnum ſchiſma exortum eſſe in Clero & populo Germaniæ ann. 1333. ex prouiſionibus ſedis Apoſtolicæ ad Epiſcopatus & ſolemnes Prælaturas, & alia beneficia quas Ludouicus Imperator in odium Ioannis 22. impediuit, indicat electiones ibi ſolitas eſſe negligi. Ac deinde Clemens 6. an. 1345. rejecit electionem à Capitulo Moguntino factam, coëgitque electum apud ſe reſignare, & nouam prouiſionem ab eo accipere vt meræ liberalitati Papæ ſuam dignitatem deberet, ob id populo inuiſus & moleſtias paſſus vt refert Munſterus. Sed cum Alberto Epiſcopatum Herbipolēſem contuliſſet, præualuit electus à Capitulo. Eodem vero anno cum vacanti Eccleſiæ Eiſtetenſi Capitulum prouidiſſet, Pontificis Romani reſeruatio electionem impediuit niſi quod electus à Capitulo, & electus ab iſto Pontifice pepigerunt, vt alteri regimen ſpiritualium & temporalium nempe Bertholdo, alteri autem, id eſt Alberto, quem Capitulum elegerat, titulus Epiſcopalis accederet. Gregorius 11. ann. 1377. quia iam cœperant Romani Pontifices, vt ait Crantſius, electionis arbitriū ad ſe deuocare, Eccleſiiſque auferre eligendi facultatem, vacanti Lubecenſi Eccleſiæ præfecit Monachum cui ceſſit electus à Capitulo.

Annal. Steron. — *Lib. 3. Coſmogr.* — *Chron. Alberti Argent.* — *Henricus Rebdorf.* — *Lib. 9 Vandal. Idemque de Germania citat lib. 9 Metropol. cap. 9 & lib. 10. Saxoniç cap. 2.*

Quid enim facerent huiuſmodi electi quorum inane nomen futurum erat, vt pote non confirmaturus eos ſummus Pontifex qui confirmandi authoritatem à Metropolitanis ad ſe reuocauerat? Quod & in poſterum valuit. Nam vacante ſede apud Polonos Vratiſlauienſi, quæ ex Suffraganeis Gneſnenſis Archiepiſcopatus eſt, confirmatio in ſeptem annos dilata eſt à Gregorio 11. ann. 1376. Fœdiorquę cauſa dicitur quod Nicolaus Epiſcopus Pontificis Maximi Legatus pactus pro illo eſſet 8000. aureorum annua, donec ſucceſſor aliquis huic ſedi daretur: Ergo non ante ſucceſſor putabatur quam confirmatus eſſet ab iſto Pontifice.

Cromerus.

Scribit item Munſterus licet Archipræſulis Moguntini eſſet electos à Capitulo confirmare, tamen P. Maximum neglecta aliquando illius confirmatione alium cōfirmaſſe ex duobus de Epiſcopatu contendentibus in pari ſuffragiorum Clericalium concurſu cum audiiſſet confirmatum ab Archiepiſcopo vi poſſeſſionem cœpiſſe. At quidni poterat quando confirmatio eius electionem probauerat? Adeoque confirmatio Romani Pontificis

Munſterus d. lib. 3. Coſmogr.

præualuit vt confirmatus à Moguntino Præſule deciderit in perpetuum Epiſcopatu.

Quin cum ſedente Eugenio 5. dubitaretur de eius authoritate vt pote abrogati à Synodo Baſileenſi, Canonici Eccleſiæ Traiectenſis pro ſuo electo confirmationem petierunt à Synodo vicem quaſi ſedis vacantis gerente: vt refert Crantſius. At eodem tempore Epiſcopi Plocenſis electio confirmata eſt ab Archiepiſcopo Gneſnenſi Metropolitano, ſed vt notat hiſtoria ob controuerſam Eugenio poteſtatem.

Apud nos vero Gallos Primariarum dignitatum electiones ſteterunt vt plurimum in arbitrio Regum vt infra videbimus: licet nonnumquam populi, vel Canonicorum, aut Epiſcoporum ſuffragia iſtis electionibus adhibita fuerint, quod iam notauimus. Ludouicus autem Sanctus reuocare in vſum voluit electiones edicens, vt eſſent liberæ ſecundum diſpoſitionem iuris cõmunis, Sacrorum Conciliorum atque inſtitutorum Sanctorum Patrum, nihil de Papæ aut Regis prærogatiua ſanciens. Nihilo tamen minus Papa ſuam obnixè retinuit. Nam Bonifacius 8. ſub Philippo Pulchro. S. Ludouici nepote Apameæ in Narbonenſi Prouincia, quam nomine ciuitatis & ſede Epiſcopali donauit, dedit Epiſcopum. Quod equidem Pulchrum offendit: vlteriuſq; progreſſus reſeruauit diſpoſitioni ſuæ quaſcumq; dignitates, & quælibet beneficia vt refertur in Bulla Benedicti ſucceſſoris eius qui ſanctiore mente conſultus, reſtituit electiones. Sed deinde adeo inualuit Epiſcopi Romani in hęc authoritas, vt licet in peſſimo illo ſchiſmate quod incepit anno. 1378. inter Clementem 7. Auenioni, & Vrbanum 6. Romæ ſedentem, pulchra ſe ſe offerre videretur occaſio diſpoſitiones Eccleſiaſticarum dignitatum reducendi ad ius commune, his tamen Pontificibus quorum de Præſulatu ambigebatur, relinquebantur: adeo vt in hac rerum confuſione plurimam authoritatem habuerint expectatiuæ, reſeruationes, manus appoſitiones, & huiuſmodi præuentiones quæ electionum iura infringebant: & duobus Antipapis maximi erant momenti ſiue ad vectigal augendum ſiue ad conciliandos ſibi potentum animos. Namq; Principum iſti promercabantur voluntates indulta eis cõferendorum Beneficiorum poteſtate. Sic Clemens ſalutantem ſe Carolum 6. deuinxit attributo nominationis iure ſuper omnibus cathedralibus atque etiam minoribus collegiis, necnon conferendi duas præbendas vniuſcuiuſque collegij.

Stylus Parlam. pars 3. tit 3. de elect.

Froſſartes lib. 4. Iuuenalis Vrſinus ad ann. 1389.

Digitized by Google

Atque cum ea eſſet horum Pontificum authoritas Clemens Britanniæ Ducem apud Carolum 6. inſimulauit quaſi Vrbano adhærentem: argumentum erat quod à ſe prouiſos non admitteret: Dux vero non inficiabatur ius eſſe ſummo Pontifici prouidendi: & ſe Clementem agnoſcere vt legitimum Pontificem atque eius collationes admiſſurum modo Britannis Armoricis cederent non exteris quos nollet ſaginari præbendis & redditibus Eccleſiæ Britannicæ: in quo ſanè ſacrorum Conciliorum Canonibus fulciebatur.

Denique ſatis ſuperque Nicolai de Clemengis ea tempeſtate ſcribẽtis, Tractatus de ſtatu Eccleſiæ corrupto, docet ſummorum Pontificum arbitrio ſubmiſſa tunc fuiſſe Eccleſiaſtica quæcumq; beneficia. Quid, inquit, Clemente noſtro miſerabilius? qui ita ſe ſeruum Gallicis Principibus addixerat vt eas ferret iniurias & contumelias quæ ei quotidie ab Aulicis inferebantur, quas vix deceret dici in vile mancipium. Diem ex die ducebat, his beneficia dabat, illis verba. Omnibus quos aut arte aſſentatoria, aut ludicra in curiis amicos ſibi fecerat, ſummopere placere ſtudebat, eoſque beneficiis promereri quo talium patrocinio dominorum gratiam & fauorem aſſequeretur. His itaque & iuuenibus nitidis ac elegantibus quorum maximè conſortio gaudebat, ſingulos ferè Epiſcopatus, cæteraſque præcipuas dignitates impendebat: Hæc ille.

Sic poſteriorum Pontificum Romanorum plurima pars à Bonifacio 8. vel paulò antè (Nam & ipſe prædeceſſorum ſuorum proximiorum decreta recenſuit, quæ ſunt de electionibus) iſtas electiones debilitauerunt: paucis eas conſeruantibus vt Benedicto Bonifacij ſucceſſore: ac Innocentio 6. religioſis vtique Pontificibus. Atque iam ita Epiſcopatus collatio pendere cenſetur à ſummo Pontifice vt promotus inſcribere ſe debeat, Epiſcopus miſeratione diuina & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ gratia: aliâs enim priuandus ſua dignitate dicatur, vt qui nolens ſuperiorem agnoſcere pro hæretico haberi debeat.

De Innocentio Henricus Rebdorf. ad an 1352 ait illum confirmaſſe electiones factas etiã de Eccleſiis Cathedralibus aut regularibus reſeruatis.

Rebuff. ad formam litter. r6. ſuræ n. 4.

Digitized by Google

CAPVT IIII.

QVERELAE GENTIVM OB NEglectas à ſummo Pontifice Electiones, & ereptas Metropolitanis ordinationes & confirmationes: variis & irriti conatus contra illum.

LECTIO.

1. *Aduerſus Antipapas Gallorum decreta vt reſtituantur electiones & confirmationes, factionibus impedita.*
2. *Decretum Conſtantienſe.*
3. *Declaratio Regis Galliæ ad Martinum 5. & Curiæ Lutetianæ ſollicitudo pro retiendis penes ordinarios electionibus & confirmationibus.*
4. *Decretum Baſiléenſe.*
5. *Quid eſt quod in hoc decreto relinquuntur ſummo Pontifici reſeruationes in corporis iuris clauſæ, & quæ ſunt illæ.*
6. *Nihil profecerunt iſta decreta contra Pontificem.*
7. *Retractatio Aeneæ Syluij ſeu Pij 2. eorum quæ in Concilio Baſiléenſi dixit.*
8. *Electiones negligit.*
9. *Germanis libertas electionum relicta non autem confirmationum.*
10. *Concordatum Germanicũ malè obſeruatum querũtur Germani.*
11. *Pragmatica ſanctio Gallica à Germanis ſuſcepta.*
12. *Senatuſconſulta Gallica pro obſeruatione Pragmaticæ Sanctionis.*
13. *Conatus ſummorum Põtificum vt abrogaretur.*
14. *Abrogatio Pragmaticæ.*
15. *Concordatum inter Leonem 10. & Franciſcum 1. quantopere inuiſum.*
16. *Qui modus adhiberi deberet nominationi, Regiæ & confirmationi Pontificiæ.*

I. PRÆCEDENTIBVS capitibus de iure, & progreſſu electionum viſum eſt: earumque à ſummis Pontificibus ſuppreſſo vſu, ſiue quod abuterentur eligentes, eſſentque illis diſcordiarum, ambitionis, & auaritiæ occaſio: ſiue quod crediderint ipſi ſummi Pontifices, & Curiæ Romanæ miniſtri ad ſuam amplitudinem & res ſuas faciendas conducere vt hoc ius quod hominum væſana ambitio ampliſſimum reddebat, ex ſe ſolis penderet. Hoc vero capite notabuntur querelæ

Gentium ob ſuppreſſas electiones: Conciliorum ſequentium, de illis reſtituendis, ſtatuta; ac demum vtraque vana vtplurimum fuiſſe & hæc & illas.

Clementi mortuo cum Benedictus Antipapa aliâs Petrus de Luna ſucceſſiſſet Auenioni an.1394. præſtito prius Sacramēto ſe lubentem Pontificiæ dignitati renuntiaturum quando reipub. Chriſtianæ expediret, nec tamen promotus renūtiare vellet, Carolus 6. habita procerum tam ſacri quam prophani ordinis Synodo ſuum regnum ab eius redemit obſequio circa annum 1397. ac deinde anno 1398. omnes in id placitum iere vt Expectatiuis & Reſeruationibus locus non eſſet amplius. Ea vere lege plus conſuli videbatur collationibus, de quibus infra loquemur, quàm electionibus. Valuerunt tamen iſtæ pendente ſubſtractione: ſed cum eas vt & collationes reuocaſſet Benedictus poſt reconciliatos ſibi Regem, regni proceres, Vniuerſitatem & Curiam ſupremam, ea reuocatio offendit rurſum omnium animos: Indeque comitia Lutetiæ indicta anno 1406. vbi cum pro & contra Benedictum quidam peroraſſent, in eam ſententiam omnes ierunt, vt Benedictus abrenuntiaretur: ac electiones & collationes ab jis ad quos iure antiquo pertinebant, fierent. Itaque 8. Februarij ex decreto Prælatorum, & aliorum Eccleſiaſticorum publicatæ fuerunt litteræ regiæ, quibus beneficia electiua iubentur electionibus relinqui, & confirmationi immediatè ſuperioris, non electiua vero collationi & inſtitutioni eorum quibus iura tribuūt. Verum ne hoc decretum mandaretur executioni nonnulli obſtiterunt: ac licet anno 1408. ac deinde 1414. congregatis vtriuſque ordinis proceribus in conſiſtorio Regio placuiſſet ſanctum eſſe, præualuit tamen eorum factio qui vtilitatem publicam ſuis commodis poſtpoſuerunt. Sicque nullius momenti erant electiones in hoc regno: neque ſolum in hoc regno ſed alibi. Vnde audita ſunt apud Germanos auiſamenta, vt aiunt, proponenda in Concilio Conſtantienſi, quorum illud fuit, vt in beneficiis electiuis ſeruarentur iura de electione in corpore iuris expreſſa, nec ea beneficia ſub quamcumq; gratiam expectatiuam caderent, & à proximo immediato Superiore electiones factæ confirmarentur, nec liceret ſummo Pontifici quidquam è contra.

Credendum vero eſt in eandem mentem cæteras nationes conſpiraſſe: ſiquidem Seſſione 40. eiuſdem Concilij, ab omnibus proproſitum eſt, vt antequam id diſſolueretur, futurus Romanus II.

Pontifex, id eſt, qui ſchiſmaticis abrogatis, mox aſſumi debebat, quoſdam articulos cum legatis ſingularum nationum decideret, quorum illi fuerunt, de reſeruationibus ſedis Apoſtolicæ, de collationibus beneficiorum, & gratiis expectatiuis, ac de confirmationibus electionum. Sed poſt hæc Martinus 5. declaratus Pontifex, Concilium diſſoluit nulla horum articulorum habita ratione: imo electionem ab Auguſtenſi Capitulo factam, irritam fecit inſtante Carolo Romanorum Rege, aliumque præfecit.

Chronic. Eluuangenſe ad an. 1425.

III. At cum ſuos legatos ad noſtrum Regem miſiſſet, reſponſum accepit: maximè gratam eſſe illius promotionem, & Eccleſiæ vnionem: nihilque antiquius eſſe Regi quam in obſequio Romanæ ſedis permanere: placere tamen vt electiuis beneficiis prouideretur per electiones, aut poſtulationes Capitulorum, confirmationeſq; Superiorum: atq; vt iſtud validius eſſet publico Edicto ſancitum eſt menſis Martij ann. 1418. quod Martinum offendit: ac illo contendente vt ſupprimeretur, contra vero Curia ſuprema vt ſubſiſteret, multoties ſuppreſſum, refixumque eſt. Nam bellis ciuilibus & externis vexata Gallia Carolo 6. animi impote: eiuſque imbecillitate abutentibus Anglis & Burgundis, iſti vt Pontificem propenſiorem ſibi redderent facilè, conceſſerunt abrogationem Edicti propoſito contrario Edicto vt infra dicetur cum de beneficiis collatiuis agetur.

IV. Martino ſucceſſit Eugenius 4. ſub quo famoſa Baſiléenſis Synodus celebrata eſt, quæ de Electionibus duo præcipua ſtatuit; primum vt eligantur Epiſcopi, & quicumq; alij Prælati, ac cōfirmentur iuxta ſtatuta iuris communis, nempe vt ſingulæ Eccleſiæ Epiſcopos, ſingula Collegia, ſinguli Conuentus Prælatos ſibi eligant: electi vero ab illis confirmentur, ad quos de iure cōfirmatio ſpectat: nempe Epiſcopi à Metropolitanis, Metropolitani à Papa: & inferiores Prælati ab Epiſcopis: ac fiant electiones inuocato Sp. S. nomine, eliganturque homines doctrina, ſapientia, & experientia rerum conſpicui, nulla precum regalium, aut cuiuſcūq; affectus humani habita ratione. Secundo exploditur generalis omnium Eccleſiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Monaſteriorum, & dignitatum electiuarum Reſeruatio, quę per Romanum Pontificem fieri ſolebat: ſolis conceſſis reſeruationibus in corpore iuris clauſis: vel dignitatum & beneficiorum vacantiū in terris Romanæ Eccleſiæ ſubiectis, ratione directi vel vtilis dominij mediatè aut immediatè. Quod vltimum profecto videtur

eſſe

Digitized by Google

eſſe pro dominis ſecularibus ad ſe neſcio quo iure electiones traducentibus: Nam reſeruatio hæc conceditur ſummo Pontifici, non vt Pontifici, ſed vt Domino temporali.

Quærendum autem ex penultima iſtius decreti clauſula quæ ſunt in corpore iuris clauſæ reſeruationes: Porro vix aliæ repeṙiuntur quoad electiuas dignitates quam quibus permittitur electio vel confirmatio ſummo Pontifici in odium negligentiæ eorũ ad quos ſpectabat eligere, aut confirmare, vel conſecrare, hoc eſt iure deuoluti, ſi intra tẽpora Canonibus præfixa officio ſuo functi non fuerint: vel ob diſcordiam eligentium & alios caſus proximo Capite notatos. V.

Sed de corpore iuris diſtinguendum eſt aut decretorum & decretalium: aut Sexti à Bonifacio digeſti, Clementinarũ & Extrauagantium; Si de prima tantum parte intellexit Baſiléenſis Synodus nullæ ibi propriè tribuuntur reſeruationes Epiſcopo Romano. Nam quod ei licet in odium negligentiæ non eſt reſeruatio: Adde quod negligentia non immediatè, ſed gradatim deferebat ad ſummum Pontificem, videlicet ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, ab iſto ad Primatem, ac tandem à Primate ad illum Pontificem: reſeruationes autem ſtrictè prohibebantur ea cõſtitutione qua viuentium beneficia affici nefas erat: reſeruare autem nonne iſtud eſt?

Innocent. 3. ex Concil. generali cap. 41. de elect.

Cap. 2. de cõceſſ. præb.

At neque eligentium diſcordia, neque poſtulatio, nec translatio, nec demum renunciatio afficiebat Romano Pontifici Eccleſiam. Quapropter Innocentius 3. vt prædiximus iuſſit diſcordes rurſum coire vt conuenirent: Quanquam notauerimus Gregorium Magnum, & quoſdam ſequentes Pontifices eo caſu ſuas partes interpoſuiſſe: ſed nulla edita cõſtitutione vt ad Romanum Pontificem immediatè pertineret electio.

Cap. 25. de elect.

Poſtulationes autem renuntiationes, & tranſlationes non dabant ius eidem Pontifici conferendi vacantes his modis Eccleſias: ſed quia diſpẽſatione in illis opus erat, tributa eſt iſti Pontifici vt omnium ſummo Principi eius concedendæ facultas, quãquam non ſemper fuerit petita vt vidimus ſupra. Ergo id ſolum ſibi tribuebat vt conſentiret vel non conſentiret. Si conſentiret approbabat eum qui poſtulabatur à Capitulo: ergo Capitulum præſentabat: Si non conſentiret non proinde eligentes aut poſtulantes ſuo iure cadebant, namque remittebantur alium electuri niſi ſeipſos indignos reddidiſſent.

Cap. 1. & 2 de poſtulat. Prælat. cum cap. 3. eod.

Digitized by Google

Denique nulla Decretalium conſtitutione ſancita eſt reſeruatio aliqua, neque etiam vacantium in Curia, niſi mandata inter reſeruationes ponamus: differunt tamen nec niſi de collatiuis beneficiis erant vt infra ſcribemus. Itaque ad vltimam corporis Canonici partem ſeu ad vltimum iſtius volumen quo continentur Bonifacij Sextus, Clementinæ, & Extrauagantes recurrendum eſt. Ea autem parte ſiue à Bonifacio, ſiue à Clemente, & aliis quę & cuius generis non ſtatuuntur reſeruationes? Vnde ſi hanc partem attendamus nihil proderit decretum Baſiléenſe, imo ſibi contradicet primum electiones ſtabiliens: deinde his derogans per reſeruationes in corpore iuris clauſas: Quandoquidem per reſeruationes in iſta parte factas, electiones inutiles & caſſæ redduntur, vt ſupra notauimus. Non potuerunt autem ignorari à patribus Synodi Baſiléenſis, namque eam præceſſerunt.

Quod ſi reijciendæ ſunt quia non leguntur inter Canones Cõciliorum, & ſcita ſummorum Pontificum tam in Decretis, quam in Decretalibus Gregorianis conſignata, quaſi non oportuerit neſcio quo iure tot vigiliis excogitatas leges ſubuertere, vt ait Rebuffus: at neque de vacantibus in Curia. Siquidem eorum conſtitutio tribuitur à Bonifacio 8. Clementi qui inſcribitur tertius, aliâs quartus: tertius ſedebat anno 1188. quartus anno 1265. Is vero quiſcumque ſit refertur ſcripſiſſe Eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum plenariam diſpoſitionem ad Romanum Pontificem pertinere, ita vt non ſolum ipſa cum vacant, poſſit de iure conferre, verũ etiam ius in ipſis tribuere vacaturis: ſpecialem verò antiquam conſuetudinem ei reſeruaſſe collationem Eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum & beneficiorum apud ſedem Apoſtolicam vacantiũ. At quid magis abominati ſunt iura Canonica quam viuentium reſeruationes, gentilibus etiam, vt notat textus & leges ciuiles præſcripſerunt, exoſas? Mirum vero, ſi conſuetudine, quæ longo annorum ſpatio eſſe debet, introductum erat vt vacantia in Curia beneficia afficerentur Romano Epiſcopo, quod iſtius conſuetudinis vnicum extet monumentum Innocentij videlicet 3. ſedentis anno 1177. qui cum quidam Henricus apud ſedem Apoſtolicam cuius Subdiaconus erat, deceſſiſſet, præbendam quam in Eccleſia Cremonenſi poſſidebat, nepoti eius contulit. Quid quod collatiuum erat duntaxat beneficium? Cum hæc ita ſint quæ tandem reſeruationes intelligi poſſunt relictæ ſummo Pon-

Tit de expectat. n. 2.

Cap. 2. de præb. & dignit. in 6.

Cap. 2. ex Cõcil. Lateran. de conceſſ. præb.

Cap. 33. de acquiſitionib.

tifici per eas quæ dicuntur in corpore iuris clauſæ? Non equidem omnes licet omnes in aliqua eiuſdem parte contineantur, quia reſtrictio decreti aliquid operari debet. Neque etiam nullæ, licet nullæ in Decretalibus Gregorianis contineantur, quia conceſſio decreti non poteſt inutilis eſſe.

An tandem concludendum erit electiuarum dignitatum nullas cõcedi reſeruationes, quia nullæ in veteri iure ſeu decretorum ſeu decretalium continentur: collatiuarum autem concedi eas quæ ijſdem decretalibus continentur? huiuſmodi vero ſunt mandata de quibus infra dicetur, & ſapiunt aliquid reſeruationis quãdo quidem reſeruabant vel afficiebant Prębendam primò vacantem ei pro quo Papa mandauerat. Et mehercle longè grauius eſt electiuas dignitates reſeruare quam collatiuas. Atque ſic interpretatæ ſunt aliquæ gentes hoc decretum. Nam Albertus Imperator anno 1438. Pragmatica Sanctione electionum iura reſtituit iuxta id quod in auiſamentis Germanicis propoſitum fuerat ann. 1416. & 1426. vel potius reſtituta fuerunt per illam Sanctionem ex Baſiléenſi decreto. Hinc quod Cranſius refert magno vix labore Germaniam ius liberæ electionis recuperaſſe, niſi apud ſedem Romanam vacent Eccleſię cum Pontifices Romani in Galliis manentes Eccleſias Germaniæ & Galliarum cœpiſſent conferre contempto eligentium vſu: Hæc ille: Et Æneas Syluius poſtea Pius, ait, ex concordato inter Pontificem Rom. & Imperatorem obſeruari in Germania vt nullæ reſeruentur dignitates, ſecus autem de aliis.

Gaguin. lib. 10. hiſtor.

Ep. 338.

VI.

Sed non obſtantibus illo decreto Baſiléenſi & Sanctione Germanica non deſierunt Epiſcopi Romani de retinendis apud ſe electionibus laborare. Sic Nicolaus ſucceſſor Eugenij Mathæo Regino inter Minores Fratres qui Obſeruantes appellantur prædicationis gratia inſigni Eccleſiam Reginenſem dare voluit: at ille repudiauit, inuocans etiam Fratres vt opem afferrent ne inuitus cogeretur cucullam ſuam deſerere. Quæ ad Nicolaum non ſine riſu perlata & excepta ſunt adeo ambitio inſolitum reddiderat, quod in puris & ſanctis moribus primorum Eccleſiæ Patrum frequens erat. Sed octo poſt dies cum Mathęus diceret ſe paratum eſſe obedire Pontifici, cui nefas eſſet non obedire, Nicolaus reſpondit: Mathæus mutatus eſt, & ego mutatus ſum, cum volui noluit, cum vult nolo.

Gobell. lib. 4. Commentar. Pij 2.

Deinde idem Nicolaus Æneæ Syluio contulit Epiſcopatum

Digitized by Google

Gobell. ibid. lib. 1. Tergeſtinum, ac deinde Senenſem licet Canonici alios elegiſſent: ſed electis poſthabitis eum Imperator Ferdinandus & ciues & ipſi Canonici gratum habuerunt.

Quid vero Æneas non dixerat non ſcripſerat pro Synodo Baſiléenſi? at ipſa Synodus ei præpoſituram Baſilicæ D. Laurentij contulerat, collationem vero Iſidorus Roſatenſis refellebat: Quid aiebat, agitis præpoſituram electiuam Æneæ homini extero committentes? vbi decretum veſtrum quod tantopere ſeruari præcipitis? niſi Capitulum in ſuo iure dimittitis, ruent conatus veſtri, ridebiturque prouiſio. Ad quæ Æneas reſpondebat: Neminem moueri debere eo quod de electionis decreto obijciebatur: Hoc enim inferiores non Concilium obligari: illis inſuper Capitulis electionem dimittendam eſſe, quæ plures graues Canonicos non quæ duos tres-ve leues & indoctos haberent. Sic pro Synodo, ſuaque cauſa Æneas cõtra Capitulum quod licet alium elegiſſet, ei tamen ceſſit. (Eod. lib. 1.)

Sub Calixto Nicolai ſucceſſore cum vacaſſet Epiſcopatus Culmenſis in Pruſſia, religioſi Pruſſiæ Theutones vnum, Poloni qui Pruſſiam occupabant alium elegerunt: Æneas vero author fuit Calixto vt neutrũ admitteret, ſed oëconomum daret qui Eccleſiam regeret quoad res in meliorem ſtatum redigeretur. Atque idem Calixtus refutata electione Capituli Ratiſponenſis, vt minus canonica, Epiſcopatum alteri contulit, ac electo nobiliorem prætulit. (Eod. lib. 1.) (Syluius ep. 276)

VII. Ipſe autem Æneas Syluius mox Pij 2. nomine ſalutatus Pontifex, cum indecorum ei eſſe diceretur impugnare decreta Baſiléenſia quæ vehementi ſtylo aſſeruerat, ignorantias iuuentutis ſuæ prætendebat, ſeque reum fatebatur quod ignoranter Eccleſiam Dei & Romanam ſedem perſequutus eſſet; & cum adhuc ageret pro legato apud Imperatorem in Germania eo tempore quo hæc Prouincia querebatur de vſurpatione contra libertatem electionum, & inſiſtebant Germani ne Fridericus 3. Imperator Romano Pontifici antè obediret quam impetraſſet quædam ad Pragmaticam tendentia, quia dicebant conuentiones cum Eugenio factas negligi: Æneas Imperatorem dehortatus eſt ſuadens ſatiùs ei eſſe cum ſummo Pontifice ſentire quam cum populo.

VIII. Itaque electiuas dignitates contulit non expectato eligentium ſcrutinio, Raguſeam apud Dalmatas Franciſco ordinis 8. Mauræ (Gobell. lib. 4.)

Digitized by Google

ſeruorum Dei profeſſori. Roſſanam apud Calabros Regino Mathæo de quo ſupra, cum armaſſet duas triremes contra Turcas, atque in Aſiam profectus captiuos aliquos abduxiſſet. Papienſi Eccleſiæ ſecretarium ſuum licet renitente Mediolanenſi Duce: ſed ea Eccleſia ſoli Romano Pontifici ſubeſt. Eod. lib.

Veronæ Venetorum vrbi Amulium: at Veneti non admiſerũt. Eccleſiæ Agrigentinæ quæ in Sicilia eſt Bernardum Boſcum pręſtantem iuris interpretem, ſed à Rege non admiſſum. Petrus Iuſtinianus lib. 13. de reb. Venet.

Germanis autem liberas eſſe electiones ex concordato ſæpè declarauit enumeratis Epiſcopatibus qui electis à Capitulo ceſſerunt. IX. Lib. de Morib. Germaniæ.

Et alibi nulla, inquit, electio reiecta eſt quam conſtitit fuiſſe Canonicam. Pontificalis Eccleſia in Alemannia nulla reſeruata eſt ſpecialiter à Domino noſtro (cum hæc ſcribebat erat Cardinalis ſub Calixto) contra concordata veſtra. Eccleſiarum electiones Canonicas qui dicunt à Sanctitate contemni, aut Eccleſias Metropolitanas, ſeu Cathedrales in Alemannia reſeruari longè à veritate recedunt. Hæc ille: Qui etiam agnouit reſeruationes ab electiuis quibuſcumque dignitatibus ita excludi in Germania vt nec ferantur Monaſteria reſeruari. Quapropter cum ei adhuc Cardinali obijceretur Monaſteria eſſe comprehenſa in reſeruationibus illi ab Apoſtolica ſede conceſſis provt ſolebant reſeruationes Cardinalibus concedi: Quod erat pactionibus Germanicis aduerſum: id, inquit, cum primùm reſciuimus mox patri clariſſimo, & humaniſſimo Vvilielmo Cardinali Rothomagenſi regia ſtirpe nato, qui noſtri cauſa diuo Calixto verba fecerat, palam affirmauimus: nos neque concordiæ Theutonicæ quovis pacto renunciaturos, neque beneficia quæſituros quæ Principes nobis negaturi eſſent: idque procuratoribus noſtris mandauimus. Nam cum nos pactionibus ipſis dum ſancirentur interfuerimus, eiſque pro noſtra virili fauorem præbuerimus, non ſumus illi qui factum noſtrum impugnemus: nam ſi vituperandi ſunt qui leges tranſgrediuntur alienas, quid de his dicemus qui ſuas ferre non poſſunt? Sic Æneas. Ep. 338.

Ergo Germanis manſerunt liberæ in electiuis voces: confirmationes autem ſibi ſummus Pontifex attribuit: Idque non ſolum in Germania ſed etiam in Polonia vt ipſe teſtatur. Eod. lib de Morib. Germ.

Porro Concordatum cuius meminit interceſſit inter Nicolaum X.

5. & Fridericum Imperatorem ann. 1447. eoque cautum eſt, vt per electiones prouideretur dignitatibus Metropolitanarum, & Cathedralium Eccleſiarum: electi vero confirmarentur à ſummo Pontifice, niſi ex rationabili & euidenti cauſa ac de Cardinalium cõſilio, alium vt digniorem & vtiliorem duceret ſubrogandum: confirmati autem ſuo Metropolitano iuramentum præſtarent: Ita tamen vt ab hac conceſſione excepta ſint quæcunque apud ſedem Apoſtolicam vacarent, non ſolum morte ibi decedentium, ſed renuntiatione, poſtulatione, tranſlatione, priuatione, promotione, & aliis modis contingentibus apud eandem ſedem. Vnde vix alia quam vacantia morte beneficia electionibus relicta fuerunt.

Vide in hoc Concordatum Georgiũ Branden Auguſtanũ Canonicum.

Verum nec ea etiam Concordata integra fide obſeruata fuiſſe dum non ſedulo confirmat ſummus Pontifex; docere videntur querelæ eorumdem Germanorum quarum idem Æneas meminit: non plus neruorum eas querelas habere dicens quam ſi hæreditatem ſibi ex teſtamento debitam aliquis ab inteſtato veluti proximior agnatus adire permittatur quoniam tabulæ perierunt: cum vtrobique ex aſſe ſit hæres: At, inquit, electi vbi prouiſionem obtinuere nihil vltra requirunt, neque auditus eſt qui reclamauerit tanquam electionem potius confirmari quam prouiſionem de ſe fieri maluerit. Quibus innuit prouiſionem pro confirmatione valuiſſe. Sed inter grauamina propoſita Maximiliano Imperatori ann. 1510. illud fuit, quod electiones Prælatorum quandoque reijcerentur. At vt vidimus, ſummus Pontifex per Concordatum ſibi voluit licere eas reijcere modo ex rationabili cauſa. Non ceſſauerunt tamen Germani Imperatorem rogare vt ſe inſtrueret quomodo in Francia dignitatibus prouideretur:
XI. quibus adquieſcens, commiſit Iacobo Vvimphelingo curam legendæ Pragmaticæ Gallicanæ, qua examinata, pragmaticam & ipſi inſtituerunt cuius ſecundus articulus fuit, Vt in omnibus Eccleſiis per electionem & confirmationem Canonicam ſubrogatio fieret ſecundum iuris communis diſpoſitionem, nec ſummus Pontifex contrauenire niſi ex legitimis cauſis.

Itaque noſtra Pragmatica Germanis regulam fecit: cui cum Alanus Cardinalis Auenionenſis obſtaret, Tholoſana Curia memorabile pronuntiauit Placitum anno 1455. tunc ſedente Calixto Nicolai ſucceſſore. Is enim iniunxit Archiepiſcopo Narbo-
XII. nenſi aut eius Vicario vt confirmaret vel infirmaret electum

Stylus Parlam. n. 34 parte 6.

Digitized by Google

Epiſcopum Nemauſenſem secũdum Pragmaticam Sanctionem ſub pœna præhenſionis temporalitatis ſuæ nonobſtantibus propoſitis per Cardinalem.

Sed electi Archiepiſcopi Lugdunenſis confirmationem vel infirmationem remiſit ad ſummum Pontificem Curia Pariſienſis, ad quam appellatum erat ab electione anno 1490. vt per eum decideretur ſecundum ſacrà Concilia, & diſpoſitionem iuris communis. Idque notatur factum, quia Archiepiſcopus Lugdunẽſis non habet alium Superiorem quam Papam. Ergo qui habebat vt Epiſcopus Archiepiſcopum ab eo confirmari debebat prout exẽplo proximo iudicauit Tholoſanus Senatus, & poſt illum Pariſienſis eodem propè tenore anno 1474. videlicet vt Archiepiſcopus Tholozanus confirmaret electum nonobſtante prouiſione Pontificia, iuſſuſque etiam à Pontifice Romano prouiſus efficere ſuis ſumptibus vt reuocarentur Pontificiæ cenſuræ quas in electum obtinuerat, & pœna carceris, ac præhenſione ſuorum bonorum ad id cogeretur.

Ibid parte 7. n 16.

Ibid. n. 18.

XIII.

Sic nempe obſeruabatur Sanctio. Quapropter nullum non lapidem mouerunt ſummi Pontifices, vel potius Romani Curiales vt eam obruerent. Quin etiam Pius 2. noluit ad Synodum Mantuanam admittere Decanum Carnotẽſem electum Eccleſiæ ſuæ Epiſcopum & confirmatum à Metropolitano antequam habitu Epiſcopali depoſito, nouam confirmationem ab eo accepiſſet.

Ioan. Gobell. lib. 5.

Qui vero plurimum interceſſit apud Ludouicum vt Pragmatica ſupprimeretur dicitur Ioannes Atrebas Epiſcopus vt liquet ex reſcriptis Pij ad Ludouicum 11. & Ludouici ad Pium: nauante quoque in hoc ſuam operam Cardinale Gothofredo Albienſi Epiſcopo, ac vt obtineret promittente Pontificem miſſurum in Galliam legatum Sacerdotiorum conferendorum cauſa ne nummi transferrentur. Vbi vero Ludouicus reuocationi Pragmaticæ annuit fertur Romanos adeo ei inſultaſſe vt eam velut nocens & vile mancipium traducerent per compita vrbis: ac cum tanta lætitia Pium abrogationem audiuiſſe, vt in illius abrogationis gratiam duos Cardinales crearet, Ioannem illum Atrebatenſem, & Ludouicum Alebretum: mitteretque ad Regem enſem benedictum vagina incluſum ornata gemmis & auro atque his verſibus inſcriptum.

Inter epiſt. Pij.

XIIII.

Exerat in Turcas tua me Ludouice furentes
Dextera Graiorum ſanguinis vltor ero.

5. & Fridericum Imperatorem ann. 1447. eoque cautum eſt, vt per electiones prouideretur dignitatibus Metropolitanarum, & Cathedralium Eccleſiarum: electi vero confirmarentur à ſummo Pontifice, niſi ex rationabili & euidenti cauſa ac de Cardinalium cõſilio, alium vt digniorem & vtiliorem duceret ſubrogandum: confirmati autem ſuo Metropolitano iuramentum præſtarent: Ita tamen vt ab hac conceſſione excepta ſint quæcunque apud ſedem Apoſtolicam vacarent, non ſolum morte ibi decedentium, ſed renuntiatione, poſtulatione, tranſlatione, priuatione, promotione, & aliis modis contingentibus apud eandem ſedem. Vnde vix alia quam vacantia morte beneficia electionibus relicta fuerunt.

Vide in hoc Concordatum Georgiũ Branden Auguſtanũ Canonicum.

Verum nec ea etiam Concordata integra fide obſeruata fuiſſe dum non ſedulo confirmat ſummus Pontifex; docere videntur querelæ eorumdem Germanorum quarum idem Æneas meminit: non plus neruorum eas querelas habere dicens quam ſi hæreditatem ſibi ex teſtamento debitam aliquis ab inteſtato veluti proximior agnatus adire permittatur quoniam tabulæ perierunt: cum vtrobique ex aſſe ſit hæres: At, inquit, electi vbi prouiſionem obtinuere nihil vltra requirunt, neque auditus eſt qui reclamauerit tanquam electionem potius confirmari quam prouiſionem de ſe fieri maluerit. Quibus innuit prouiſionem pro confirmatione valuiſſe. Sed inter grauamina propoſita Maximiliano Imperatori ann. 1510. illud fuit, quod electiones Prælatorum quandoque reijcerentur. At vt vidimus, ſummus Pontifex per Concordatum ſibi voluit licere eas reijcere modo ex rationabili cauſa. Non ceſſauerunt tamen Germani Imperatorem rogare vt ſe inſtrueret quomodo in Francia dignitatibus prouideretur:
XI. quibus adquieſcens, commiſit Iacobo Vvimphelingo curam legendæ Pragmaticæ Gallicanæ, qua examinata, pragmaticam & ipſi inſtituerunt cuius ſecundus articulus fuit, Vt in omnibus Eccleſiis per electionem & confirmationem Canonicam ſubrogatio fieret ſecundum iuris communis diſpoſitionem, nec ſummus Pontifex contraueniret niſi ex legitimis cauſis.

Itaque noſtra Pragmatica Germanis regulam fecit: cui cum Alanus Cardinalis Auenionenſis obſtaret, Tholoſana Curia memorabile pronuntiauit Placitum anno 1455. tunc ſedente Calixto Nicolai ſucceſſore. Is enim iniunxit Archiepiſcopo Narbo-
XII. nenſi aut eius Vicario vt confirmaret vel infirmaret electum

Stylus Parlam. n.34 parte 6.

Digitized by Google

Epiſcopum Nemauſenſem ſecũdum Pragmaticam Sanctionem ſub pœna præhenſionis temporalitatis ſuæ nonobſtantibus propoſitis per Cardinalem.

Sed electi Archiepiſcopi Lugdunenſis confirmationem vel infirmationem remiſit ad ſummum Pontificem Curia Pariſienſis, ad quam appellatum erat ab electione anno 1490. vt per eum decideretur ſecundum ſacrà Concilia, & diſpoſitionem iuris communis. Idque notatur factum, quia Archiepiſcopus Lugdunẽſis non habet alium Superiorem quam Papam. Ergo qui habebat vt Epiſcopus Archiepiſcopum ab eo confirmari debebat provt exẽplo proximo iudicauit Tholoſanus Senatus, & poſt illum Pariſienſis eodem propè tenore anno 1474. videlicet vt Archiepiſcopus Tholozanus confirmaret electum nonobſtante prouiſione Pontificia, iuſſuſque etiam à Pontifice Romano prouiſus efficere ſuis ſumptibus vt reuocarentur Pontificiæ cenſuræ quas in electum obtinuerat, & pœna carceris, ac præhenſione ſuorum bonorum ad id cogeretur.

Ibid parte 7. n 16.

Ibid. n. 18.

XIII.

Sic nempe obſeruabatur Sanctio. Quapropter nullum non lapidem mouerunt ſummi Pontifices, vel potius Romani Curiales vt eam obruerent. Quin etiam Pius 2. noluit ad Synodum Mantuanam admittere Decanum Carnotẽſem electum Eccleſiæ ſuæ Epiſcopum & confirmatum à Metropolitano antequam habitu Epiſcopali depoſito, nouam confirmationem ab eo accepiſſet.

Ioan. Gobell. lib. 5.

Qui vero plurimum interceſſit apud Ludouicum vt Pragmatica ſupprimeretur dicitur Ioannes Atrebas Epiſcopus vt liquet ex reſcriptis Pij ad Ludouicum 11. & Ludouici ad Pium: nauante quoque in hoc ſuam operam Cardinale Gothofredo Albienſi Epiſcopo, ac vt obtineret promittente Pontificem miſſurum in Galliam legatum Sacerdotiorum conferendorum cauſa ne nummi transferrentur. Vbi vero Ludouicus reuocationi Pragmaticæ annuit fertur Romanos adeo ei inſultaſſe vt eam velut nocens & vile mancipium traducerent per compita vrbis: ac cum tanta lætitia Pium abrogationem audiuiſſe, vt in illius abrogationis gratiam duos Cardinales crearet, Ioannem illum Atrebatenſem, & Ludouicum Alebretum: mitteretque ad Regem enſem benedictum vagina incluſum ornata gemmis & auro atque his verſibus inſcriptum.

Inter epiſt. Pij.

XIIII.

Exerat in Turcas tua me Ludouice furentes
Dextera Graiorum ſanguinis vltor ero.

Corruet imperium Mahumetis, & inclita rurſus
Gallorum virtus te petet aſtra Duce.

Obſtiterunt tamen huic abrogationi Curiæ ſupremæ intercedente egregio viro Ioanne San Romano Pariſienſis Senatus Cognitore Regio: Vnde illa Senatuſconſulta Tholoſana & Lutetiana quæ proximè recenſuimus. Nam data ſunt poſt eam abrogationem quæ contigit ann. 1461. Quamobrem non prorſus Pragmatica negligebatur, neque etiam omni ex parte obſeruabatur. Namque in comitiis Turonenſibus Carolus 8. Ludouici ſucceſſor rogatus eſt curare ne amplius à Pontifice Maximo iura electionum & collationum violarentur, Ioanne Derely Doctore Theologo præfato incommoda quæ Pragmaticæ Sãctionis exauthoratio induxerat.

XV. Non ceſſauerunt tamen Paulus 2. ac ſequentes Pontifices abſolutam eius ſuppreſſionem petere quam tandem Leo 10. Cõcordato inter eum & Franciſcum 1. perfecit, Sanxitque in Concilio Lateranenſi vniuerſali 17. cui nulli ex noſtris adfuerunt Prælati: ac ſolemniter Pragmaticam execratus eſt adhibito anathemate.

At vbi ex more regiſtrari Concordata, & verificari vt dicimus, oportuit in Curia, quid non egerunt generoſi tunc Patres vt ea reijcerent nec approbarent? Quas non minas adhibuit Rex Franciſcus vt in monumenta Curiæ hæc velut approbata referrent? Sed cum vis præualeret & inuitis illis publicarentur, obteſtati ſunt coram Scriba & Notariis Curiæ, ſe nullo modo ratam habere eam publicationem: imo appellationibus à Procuratore generali Regio interpoſitis ad Papam melius conſultum & futurum generale Concilium legitimè congregandum adhærere: eiuſque appellationis apoſtolos ab Epiſcopo Lingonenſi petierunt, quos ille conceſſit: ac declarauerunt ſe neutiquam iudicaturos iuxta hæc Concordata, neque paſſuros vt iudices inferiores iudicent, ſed iuxta Sancta Decreta, & Pragmaticam Sanctionem: ac denique velle ſe vt Senatuſconſultum 14. Iulij ſortiretur effectum: eo vero pronuntiauerant Curiam non poſſe Concordata publicare neque à Pragmatica diſcedere.

Porro nec ipſe qui cogebat ſatis ſuæ ſpontis erat profeſſus ſe inuitum abrogationi Pragmaticæ conſentire ob idque ſolum vt auerteret Leonem confœderatum aduerſus ſe regnumque ſuum, nihilque non molientem vt illam euerteret paratum etiam toti regno ſacris interdicere, & ſi anno integro in cenſuris maneret,

illud

illud exemplo Iulii prædæ exponere. Cui declarationi fidem faciunt periculoſa bella quæ Carolus 5. Italos proceres tam ſacros quam prophanos poſſidens ei ſuſcitauit aduerſus quæ promptum putauit auxilium ſi Papam ſibi quoquomodo conciliaret: nec cõciliationi locus eſſe poterat quam ſuffocata hac Pragmatica ad nauſeam vſque exoſa.

Condonandum ergo eſt optimo Regi ſi omnem expediendæ ſalutis rationem honeſtam putauerit. Quod ſi in hoc errauit at ſanè majus peccatum habuit qui illum adegit vt peccaret. Ex hac autem abrogatione prodierunt iſti verſus.

Prata vorat mulier, frendens Leo rodit vtrumque:
Prata, Leo, mulier, ſulphuris antra petant:
Prata, Leo conſorte carent, mulierque marito:
Connubio hos iungas, Cerberus alter erunt.

Nam Leo Pontifex, Regina Mater, & Prata Cancellarius habebantur authores iſtius facinoris, quod quantopere diſplicuerit docent hi verſus: & Vniuerſitatis Pariſienſis appellatio ab huiuſmodi Pragmaticæ abrogatione, cætuque, vt ait, in Romana ciuiuitate non in Spiritu Domini congregato (is eſt Lateranenſis Synodus) ad futurum Concilium: necnon ipſum Franciſcum fama eſt grauiter pænituiſſe & acerbis verbis in Cancellarium Pratam ſuccenſuiſſe quod eius conſilio Senatum adegiſſet eam abrogationem admittere: & animam Deo redditurum proteſtatum eſſe Henrico filio ſuo, qui poſtea fuit Rex huius nominis 2. nulla re adeo angi conſcientiam ſuam quam quod ſublatis electionibus nominationes in ſe ſuſcepiſſet.

Denique nulla ferè ætas deinceps fuit in qua Concordato non conuitiatum fuerit. Sic Genebrardus vir non minus ſanctitate vitæ quam doctrina qua excelluit, notiſſimus: Leo, inquit, Pragmaticam Sanctionem ſuſtulit agitans cum Rege Franciſco Concordata ſpecioſo prætextu: reuera autem myſterium illud iniquitatis, quo perditam Eccleſiam Gallicanam cernimus. Hinc enim eius pernities, hinc omnis generis hæreſium, & fiduciarum ſeminarium: ſcientiæ, virtutis, & pietatis exterminatio: regni peſtis: deinde decimæ, ſacrilegij ſpecies, introductæ: Lutherus emerſit: paulò poſt cum Turca fœdus agitatur: & Magiſtratus omnes vœnales proſtituuntur: Bella ſucceſſio, & noſtris digna moribus ad quam aliquis ſcilicet Deum expectet propitium: Hæc Genebrardus. Deinde plures Epiſcopi qui pro reformatione Eccleſiæ

S

Digitized by Google

Gallicanæ apud Reges perorauerunt ſemper queſti fuerunt de hoc Concordato, & de eo abrogando, refigendiſque electionibus contenderunt, vt legere licet in orationibus quæ collectioni edictorum & rerum ad Clerum pertinentium inſertæ ſunt. Quin etiam in Concilio Tridentino Cardinalis Lotharingus corruptelas Romanæ Curiæ perſtringens Concordatum palam damnauit quod Capitulorum ius auferret: Vnde Epiſcoporum, & Cœnobiarcharum nominationes penes Reges, & Principes: Commendarum iuuenta, vnionum & adminiſtrationum ad vitam, per eaſque plurium beneficiorum in vnam perſonam accumulatio, quæ omnia ille damnabat. Ac demum in Comitiis Aurelianenſibus anno 1560. Carolo 9. regnante, lex la... eſt de reuocandis in vſum electionibus, ita vt Archiepiſcopi à Capitulo, & Epiſcopis Prouincialibus eligerentur: Epiſcopi ab Archiepiſcopo, Epiſcopis & Capitulo, necnon 12. ex nobilitate, & totidem ex plebe qui omnes de tribus conuenirent quorum alterum Epiſcopali iudicarent dignum faſtigio, & ad Regem deferrent vt nominaret quem ex illis ſatius haberet.

Hiſtor Concil Trid. lib. 7. p. 568.

Sed Cardinalis Ferrarienſis ſub Pio 4. legatus in Gallia effecit, vt capita ad res Sacerdotiorum ſpectantia in eo conuentu decreta ſuſpenderentur, eique fas eſſet Bullam facultatum ſuarum exercere, hac tamen lege vt ſcripto manu ſua promiſerit ſe poteſtate ſibi mandata non vſurum, acturumque cum Pontifice vt abuſus tollantur quæ & in Sacerdotiis conferendis, & in Bullis ſiue diplomatibus Romæ expediundis eueniunt. Quibus cum Cancellarius adduci non poſſet vt ſigillum diplomati Regio apponeret, neceſſe fuit Reginæ matri, Nauarræ Regi, & munerum publicorum præcipuis adminiſtris ſcriptum illud chirographis ſuis ſancire.

Ead. hiſt. lib. 7. p. 572.

Tantus nempe amor Pragmaticæ Sanctionis ob conſeruandas electiones: tantum è contra illius odium Romanis, vt à Iulio Pontifice corruptelæ nomine donaretur. Sed non mirum quandoquidem electionibus ita infeſtus vt anno integro regnum Nauarræ ſacris priuauerit quod Capitulum Pampellonenſe electo Cardinale Albreto nollet admittere quem ille hac electione ſpreta præfecerat: nec ante ſacra permiſerit quam Canonici voto eius paruiſſent.

Sed mehercle lippus etiam videt non zelo in Eccleſiam tantopere procuratam eam Pragmaticæ abrogationem. Vnde enim

Digitized by Google

procederet? An melius ædificata fuit Eccleſia poſt Concordata quàm ante fuerat cum iure electionum vigente tot ſancti promoti loguntur ad cathedrales Eccleſias? Quæ, rogo, æquitas patronam generis humani violare præſcriptionem non ſolum centenariam, ſed mille quingẽtorum annorum quibus quaſi canitie longa ius electionum reuerendum eſſe debebat, imo Apoſtolorũ exemplo ac tot ſacrorum Conciliorum Canonibus qui electiones adſtruunt.

Abroganda ergo fuit Pragmatica, vel potius abrogandi fuerũt priſci Canones vt ſeruiretur maieſtati ſummorum Pontificum & Regum: nempe vt iſti nominationes retinerent, & illi confirmationes quarum vtræque addicunt vtriſque prorſus Eccleſiaſticos quandoquidem ambitio væſana & ſitiens auaritia hos ita poſſidere cœpit. Vnde etiam lucrum ingens & Pontificibus ſummis, nempe ex annatis quas confirmatio cogit: & Regibus ex rerum Eccleſiaſticarum alienationibus, atque penſionibus ſuper Epiſcopatibus, & Abbatiis in gratiam aulicorum quæ tolerare ipſis neceſſe eſt Eccleſiaſticis, quoniam dignitates ſuper dignitates à Regibus expectant: & confirmationes à Pontificibus.

Quæ tamen dicta ſint ſine præiudicio Maieſtatis vtrorumque provt & Pontificum & Regum intereſt præcipuarum Eccleſiæ dignitatum collatio, ſcilicet Pontificis Romani vt ſupremi ne cõferantur niſi dignioribus, qui ſalutem gregis procurare poſſint: & Regum vt fidos ſibi & pacatos necnon meritos Præſules habeãt. At vix credam quod refertur ægrè acceptam olim à legatis Pontificis & oratoribus Gallis ac Hiſpanis propoſitionem de digniſſimis ad eas dignitates promouendis: aſſerentibus Legatis id eſſe authoritatem Pontificis reſtringere, vt nunquam gratificare cuiquam poſſet: & Oratoribus dicentibus in hoc nominationibus derogari ſi digniſſimum exquirere tenerentur. Hiſtor. Cõcil. Trident. lib. 8. p. 585.

Ergo via patens eſſe debebit vt gratificari liceat etiam immeritò? Abſit vt tam impia mens cadat in poteſtates: quanquam plerumque cecidiſſe experientia non infrequens docuerit. XVI.

Placeret itaque & confirmationes, & nominationes relinqui, modo, nec nominarentur nec confirmarentur abſque vlla exceptione aut diſpenſatione, niſi qui laurea Theologali palam & publicè donati eſſent peractis etiam vt ad eam peruenirent ſtudiis in famoſo aliquo ſodalitio vt apud nos Sorbonico vbi morum ſuorum experimentum dediſſent. Quidni etiam ex piis Mona-

Digitized by Google

ſteriis aſſumi poſſent? vel ex pio illo Collegio Sorbonico in quo pudor eſt optime meritos Doctores qui ſtant ſemper in acie contra hæreticos nulla in conſideratione quoad dignitates Eccleſiaſticas haberi? Tunc vero Reges abſque periculo animæ ſuæ vix alios quam dignos ſeligerent, & Pontifices confirmarent: ac præcipuè nobiles iuuentæ ſuæ annos litteris, virtuti, & pietati dedicarent ſpe futuri præmij quæ potiſſima eſt ad virtutes, & ſcientias exhortatio. Quod ſi hac via non procedatur, difficilè eſt vt Eccleſiæ ſcandala quæ ex indignis & turpibus nominationibus & confirmationibus procedunt, reſecentur: neque etiam ſi electiones reſtituantur: Scimus enim factiones & ambitionem in eis plurimùm præualuiſſe. At ſi non alios quam huiuſmodi dotatos ſeu eligere, ſeu nominare liceat, egregiè conſultum erit populorum ſaluti optimis quantum humana prouidentia penetrare poteſt hominibus commiſſæ, necnon regnorum quieti. Nam quidnon expectare deberemus pium, & iuſtum, quam non fidelitatem ab inſtructis vera pietate, & religione? Atque ſic gradatam proueniret vt ſublimem ſupremamque omnium cathedram non aſcenderent niſi probati doctrina, & ſanctimonia viri. Deus Optimus hanc velit inſpirationem dare Regibus & ſupremis Pontificibus vt ſic nominationes & confirmationes ſuas exequantur, ablegato prorſus fauore qui nimium in hoc periculoſus eſt facitq; compertum nimis quod quidam verificator dixit relatus à Rebuffo.

Tit. de elect. derog. in Concord.

Quatuor Eccleſias portis intratur ad omnes
Cæſaris, & Gieſi, ſanguinis atque Dei:
Prima patet magnis, & nummis altera, charis
Tertia, ſed paucis quarta patere ſolet.

Quæ vero conſcientia quis ad Deum reſpectus Paſtorem inualidum, ignarum & incapacem gregi præficere, ſicque eum lupis exponere? Cumque vt ſuo tempore deplorabat Gregorius Nazianzenus, nec Medici nec Pictoris nomen quiſquam obtineat niſi prius morborum naturas expenderit, aut multos colores miſcuerit, variaſque formas penicillo expreſſerit: Antiſtes contra detur non elaboratus, ſed recens quantum ad dignitatem ſimul ſatus ac prouectus quemadmodum Gigantes Poëtæ finxerunt: Vno die velut ſapientes facti, & eruditi finguntur qui nihil didicerunt, nec ad Sacerdotium quidquam cōtulerunt præter velle. Hæc Gregor. Quæ ad nos vſque perduxit immerita, ne dicamus,

Orat. in laudē D. Baſilij.

Digitized by Google

impia diſpenſatio beneficiorum à qua proinde tãquam ab abuſu, vel ſubreptione ſi non ad Curiam Laïcam, ſaltem ad ipſum ſummum Pontificem appellatio, vel deuolutio licita eſſe deberet; vt ſic metu pudendæ repulſæ indigni non ſe intruderent. At de his ſatis, & quoniam Reges & Principes temerarũt primi electionum iura, vnde non minimam culpam habent abuſuum & malorum quæ inde exorta ſunt, prꝑſtat referre quantis animis & conatibus eas ſint agreſſi: conniuentibus etiam vel approbantibus Epiſcopis Romanis.

CAPVT V.

DE AVTHORITATE QVA SVPREMI Principes ſua quique in regione electionibus obſuerunt vt tandem nominandi ius obtinerent: ac primum de Imperatoribus.

LECTIO.

1. *In Sacerdotio Iudaïco qui ſupremus fuit, ſiue populus, ſiue vnus Princeps de hoc dando vel abrogando diſpoſuit.*
2. *Item in Sacerdotio Romano primum populus.*
3. *Deinde Imperatores Ethnici trãſlata in eos dominatione populari.*
4. *Item in Sacerdotio Chriſtiano Imperatores Chriſtiani.*
5. *Adeo vt Symoniam exercerent.*
6. *Zeno reſtituit Clero ius eligendi.*
7. *Conſuetudo vt cum Clero Imperiale ſuffragium concurreret.*
8. *Nicephori Phocæ conſtitutio reuocans ad eum ordinationes.*
9. *Renunciationes fieri ſolitæ in manu Græci Imperatoris.*
10. *Reſeruationibus vtebãtur Imperatores Græci.*
11. *Metropolitas faciebant quod illis vetitum Canonibus.*
12. *Canones qui vetuerunt Principes ſe ingerere electionibus: ſed fruſtra.*
13. *Forma poſterior electionum non improbanda apud Græcos.*
14. *De Occidentis Imperatoribus ſanctum Valentiniani reſponſum.*
15. *Iſti etiam electiones præſumpſerunt.*
16. *Cura Caroli Magni vt erudirentur quos promoueret ad dignitates Eccleſiaſticas.*
17. *Thegani cenſura contra Ludouicum Pium quod ignobilibus eas dignitates daret.*

Digitized by Google

18. *Eiuſdem in Ebbonem rebellantem contra Ludouicum.*
19. *Non ſunt inuidendi honores plebeus ſi mereantur.*
20. *Rurſus de Imperatoribus electiones præſumentibus.*
21. *De tradtione per annulum & baculum ab imperatore, & per Pallium à ſummo Pontifice.*
22. *Inde inueſtitura: & duplam ſignificationem habere annulũ & baculum: vnam quoad ſpiritualia, alteram quoad temporalia: primam illicitam eſſe Principi ſeculari.*
23. *Concordatum inter Calixtum & Henricum 4. ſeu 5. & de ſignificatione ſceptri in eo Concordato.*
24. *Intereſt Principis qui homines dignitatibus Eccleſiaſticis præficiantur.*
25. *Vnde etiam ſi electionibus locus eſſet, eis ſe opponere poſſent ſi ſuſpectus eis electus eſſet.*
26. *De Sacramento fidelitatis Principibus ab Epiſcopis debito, & an hõmagium quoque debeant.*
27. *Omnes Eccleſiaſtici ſoliti nouo Regi iurare fidelitatem non ſecus ac Laici.*
28. *Quid ſucceſſerit poſt Concordatum inter Calixtum & Henricum.*
29. *Fridericus 1. Concordato parum æquus: ac deinde Pontifices & Imperatores ſua quiſque ex parte electionibus derogauerunt.*
30. *Reſtituuntur à Frederico Sanctione lata.*
31. *Sed Pontifices Romani eas non obſeruant.*

1. VT Sacerdotalis dignitas omnes ſupereminet ſic tenuit ſupremas poteſtates politicas hæc ambitio, vt vel ea ſe illuſtrari cuperent, vel illuſtrare quos vellent. Primum prorſus interdictũ Iudæis regibus quia ex Leuitico ſanguine non erant, cui ſoli fas erat initiari ſacris. Secundum vero aliquatenus conceſſum. Nam Salomon Abiatharem perduellem Sacerdotio remouit, & Sadoch præpoſuit. Et quidem dum gens Hebræa ſub Sacerdotio velut regali viuebat parens vtique Sacerdotibus Moyſes qui principali & Sacerdotali fũgebatur dignitate, ſed illa potius quam iſta vt notauimus, Aaronẽ nominauit, & ſubrogauit Aaroni mortuo Eleazarũ filium eius, nec dicuntur explorata fuiſſe, aut aliorum Pontificum ſeu Leuitarum ſuffragia aut populi. *Num. cap. 2.*

Ecquis enim eligenti Deo alia authoritas interponere ſe auderet? Suborti ſunt tamen impiè non creduli qui fidem Moyſi de mandato Dei non facientes querebantur contra illum quod Sacerdotium, aliaſque præfecturas conferret inſcio populo præter

leges: ſicaiebat Coré: quaſi primitus ſolerent explorari ſuffragia populi. Nec Moſes, ſi Ioſepho credendum, inficiabatur populi ea in re reſpectum haberi debuiſſe: ſi quidem reſpondebat, etſi Dei præceptum accepiſſet de mandandis Sacerdotiis Leuiticæ familiæ, ac in primis fratri ſuo Aaroni, non tamen ea prius illi & cæteris conceſſiſſe, quam populus conſenſiſſet: ac ipſum Aaronem, alioſve paratos eſſe renuntiare ſuis dignitatibus in manus populi, vt eas deinde, quibus placeret, committeret. Sic quaſi non inficiatus ex priſco vſu eſſe vt populari electione Sacerdotia conferrentur. Verum ſeditioſi Deum ſeuerè vltorem, cui in perſona Moſis contradicebant, ſenſerunt: atque per eam vindictam confirmata lege de Sacerdotiis, neque Regum, neque populi per plura ſecula partes vllæ fuerunt ad ea excepto vno Salomone, vt mox diximus. Namque hæreditario iure obueniebant.

Sed in poſtremis ſeculis alia ſe habuit rerum conditio. Siquidem Reges etiam alieni, & Romani Iudæa potientes ac etiam populus, hoc ius ſibi præſcripſerunt. Itaque Antiochus Oniæ defuncto Ieſum fratrem eius ſubſtituit: deinde huic Alcimum qui non erat de Sacerdotali genere. Cum verò Alcimus vindicta diuina in grauem morbum incidiſſet, qui ei ſubito vocis vſum ademit, mortemque per varios cruciatus intulit, creditus ſic periiſſe quod murum Sanctuarij voluiſſet deſtruere, tunc vacanti cathedræ populus Iudam impoſuit: & iſto in acie occiſo Ionatham fratrem rerum adminiſtrationi præpoſuit. At is non ſe pro Pontifice geſſit antequam ab Alexandro Antiochi filio ea dignitate donatus eſſet: tunc enim veſtem Pontificalem aſſumpſit. Simoni quoque populus eamdem dignitatem contulit.

Ioſeph. lib. 12. antiq. c. 6. 15. 16

Lib 13. cap. 1. cap 5.

Deinde Iulius Cæſar Hircano Pontificium dedit: moxque Herodes vſurpato regno creauit ad libitum, & depoſuit Pontifices. Ac mortuo Herode cum cœpiſſet Iudæa à Prætoribus Romanis gubernari, Grattus inter alios eodem iure, aut verius iniquitate vſus eſt. Mox Agrippa arbitrium eligendi, & deponendi Pontificis exercuit: ſub eoque legitur ſingularis modeſtiæ exemplum, nec abſimile antiquorum ab Euangelio Patrum qui principatus Eccleſiaſticos non minore voto recuſabant, quam hodie maximo, & ad nefas vſque, ambiuntur. Nam cum Agrippa depoſito Simoni Ionatham ſubſtitueret: gratias, inquit ille, quantas poſſum ago tibi, quod me tanto Magiſtratu dignum reputaueris: at me illum non promereri penes Deum exiſtimo. Eſt vero mihi

Lib 15 cap 2. & 3. lib. 17. c. 6 & 8. lib. 20. c. 8

Lib. 19. c. 5 & 6

Digitized by Google

frater innocentia, & integritate morum, ac ingenio longè commendatior, & acceptior Deo. Quapropter hunc elige. Quibus Rex adquieſcens Mathiam, is frater erat, Sacerdotio donauit, Lib.20.cap.1. quod tamen ei non diu poſt abſtulit. Nec ſecus alter Herodes Agrippæ Regis nuper defuncti frater ab Imperatore Claudio facultatem conſtituendi ſummos Pontifices impetrauit, eamque ſuæ poſteritati reliquit vſque ad bellum Iudaïcum: ſed vt ſciretur in Romanorum poteſtate Pontificatum eſſe, ſolebat à Prætori- Lib.15. cap.14. & d.lib.20.c.1. bus ſacrum Ephod, quod Pontificum erat in arce Antoniana, quam illi poſſidebant, cuſtodiri, & ad ſacra ſolemnia per eos Pontifici concedi, ac eis peractis, in eadem arce reponi.

II. Apud Romanos autem nemo eſt qui neſciat Sacerdotum ac Pontificis etiam maximi ſubrogationes fieri ſolitas modo populi ſuffragiis, modo cooptationibus & nominationibus collegarum Suet in Neron. cap.2 Cic.orat. 2.de lege Agr. cõtra Rullum. Idem lib 3 epi. 10 orat.2 in Philipp. vniuſcuiuſque collegij. Licet enim dicantur Licinius Craſſus & Cn. Domitius à cooptatione collegiorum ad populi beneficium minora etiam Sacerdotia tranſtuliſſe; tamen ex Cic. conſtat cooptationi locum fuiſſe atq; ita vt nullus cooptaretur qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus: nec liceret à pluribus quam à duobus nominari cooptandus. Quoad vero Pontificis maximi perſonam, Dion. Caſſ. lib.4. electionem eius à populo ad Pontifices tranſtulit M. Anthonius, vt facilius ea dignitas Lepido conferretur quem veritus ne in actiones ſuas inquireret voluit eſſe Pontificem maximum. Sic variauit ſubrogandorum Sacerdotum forma, quam etiam penes Dicta orat. 2. populum ita fuiſſe ſcripſit Cic. vt religionis reſpectu non eam ſibi abſolutè arrogaret, ſed duntaxat vt de ſubrogando ſupplicaretur: cuiuſmodi vſus fuit quondam penes Principes aliquos Chriſtianos vt non electiones Canonicis interdicerent at duntaxat vellent à ſe licentiam eligendi peti. Verum quandoquidem ambientes Sacerdotia & præſertim Pontificatum maximum ſoliti fuerint magnis contentionibus ad populi Comitia deſcendere prout iam ſcripſimus ex Liuio, & Cicerone, dici poteſt eam ſupplicationem dediſſe populo reuera ſolidum arbitrium vt is eſſet Pontifex, & qualiſcumque Sacerdos quem populus vellet: non ſecus ac petentes Canonici licentiam cogebantur plurimum eligere qui regi placebat.

III. Cum vero populus lege regia omnem ſuam authoritatem Imperatori transfudit, magiſtratuum quorumcumque & Sacerdotiorum creatio ad curam Principis pertinere cœpit qui proinde legem

Digitized by Google

legem de ambitu tulit tam pro Sacerdotiis quam pro aliis Magiſtratibus. Itaque Auguſtus Cinnæ in eum coniuranti objiciebat ingratitudinem quod inter alia quæ ab eo recepiſſet beneficia Sacerdotio quoque donatus eſſet. Sic Otho reuerſos ab exilio adoleſcentes paternis & auitis Sacerdotiis reſtituit. Et cum Iulius Fronto inter Sacerdotes Augures Plinium 2. nominaret tãquam eum in ſuum locum adſciſſeret, Trajani quaſi cõfirmatione opus fuit. Denique Imperator etiam Chriſtianus Theodoſius Sacerdotia Gentilitia repleuit nobilibus: fortaſſe ex lege Romuli qui vt ait Cic. ſanxerat ne diuina tractarentur à plebeis hominibus, ſed patriciis; quam legem diu obſeruatam plebei antiquarũt promulgata ſanctione vt etiam ex plebe Pontifices, & Augures, & alij Sacerdotes legerentur.

Sen. lib. 1. de Clementia.

Lib. 4. epiſt. 8. lib. 10. ep. 13. Symm. epi 40. lib 1.

Lib. 3. de natura Deorum.

Liu. Decad. 1. lib. 10.

IV.

At vbi fides Chriſtiana prædicari cœpit vt occulta hæc primùm fuit propter metum Principum Ethnicorum, ita inconſultis illis ſacerdotales dignitates à Clero populoque conferebantur, quemadmodum abundè excerpſimus. Sed ſimul atque veram fidem Imperatores & Reges ſuſceperunt, continuò cœperunt curam & authoritatem adhibere, non quidem vt ad ſe plenum ius conferendi, vel nominandi auocarent (namque vel Epiſcopis vel Clero, populoque id relinquebant) ſed vt prouiderent quò ſacerdotia ritè conferrentur. Vnde Conſtantinus qui primus Eccleſiam ex ſeruitute in libertatem vindicauit, poſtulauit à Metrophane Byſantino Archiepiſcopo, quem ſuum Patrem appellabat, vt ſibi, quia ſenio & morbo confectus, non diu viuere poſſet, ſucceſſorem deſignaret. Ille vero cum Epiſcopis veniens in tẽplum, ac poſt Euangelij lectionem nonnulla ad populum locutus Alexandrum renuntiauit quem Imperator & populus dignum exclamauerunt.

Photius in Bibliotheca ex politia SS. Patrum Metrophanis & Alex

Sed flagrante Eccleſia diſſidiis Arrianorum cum iſti abdicato Euſtathio orthodoxo Euſebium Cæſarienſem ſubſtitui cuperẽt, idem Conſtantinus ſua authoritate perfecit ne contra Canones tranſlatio fieret: Euphronium vero ac Georgium nominauit, vt alter ex illis eligeretur, ſicque Georgius electus eſt.

Sozom. lib. 2. c. 18. Niceph. lib. 8. c. 45.

At Conſtantius Conſtantini filius & ſucceſſor in Oriente amplius præſumens Eudoxium Epiſcopatu proturbauit quod ſe inconſulto eum vſurpaſſet. Et paucis quantum in hoc ſibi adtribuerit & abuſus fuerit patet ex reſcriptis D. Hilarij ab eodem petentis vt permitteret populis quos vellent, quos putarent, &

Idem Sozom. lib 4 c 13. hiſt. Tripart. lib. 5. c. 33.

Digitized by Google

quos eligerent audire docentes: Necnon iſto Imperatore defuncto querentis quod Epiſcopatus ſuis donaret: & Gregorij Naziãzeni circum hæc tempora ſcribentis non virtute magis quàm malitia & fraude Sacerdotij dignitatem parari, nec meliores & digniores, ſed potentiores throno inſidere. A Iouiano Conſtantij poſt Iulianum ſucceſſore petitus eſt Alexandrinus Epiſcopus. Valens Demophilum ab Arrianis, Euagrium ab Orthodoxis Cõſtãtinopoli ordinatos abdicauit. A Theodoſio Maximus Cynicus ſacerdotium Conſtantinopolitanum flagitauit, & repulſam paſſus eſt: cumque idem Theodoſius diſceſſu Gregorij Nazianzeni anxius eſſet quis eidem ſedi præficeretur, iuſſit Epiſcopos ad Cõcilium generale Conſtantinopolitanum vocatos libello inſcribere nomina eorum quos ea dignos iudicarent, ſibi ipſi ex pluribus inſcriptis vnius electionem reſeruans. Ac Nectarius ab Antiocheno Epiſcopo nominatus ei placuit licet tum Neophytus.

Orat. in laud. Baſilij.

Idem Sozom. lib. 6. cap. 5.

Arcadius Theodoſij filius Ioannem à Clero populoq; petitum Nectario ſubſtituit. Theodoſius iunior poſt patrem Arcadium Imperij gubernacula ſuſcepit, de cuius virtutibus & potiſſimum ſincera pietate in religionem plenæ ſunt hiſtoriæ. Is tamen defuncto Siſinnio electionem Patriarchæ Conſtantinopolit. ad ſe reuocauit: ac neminem ex illa Eccleſia præfici oportere, dicens quod inde Clerus Conſtantinopolit. ſuperbiret (vt etiam Leo 9. ſeu 8. diu poſt notauit epiſt. ad Michaëlem Imperatorem) Neſtorium Antiochia euocauit. Sed huic propter hæreſim depoſito, cum populus Proclum alterius ciuitatis Epiſcopum ſubrogare vellet, obſtiterunt qui apud Imperatorem authoritate valebant ſuſurrantes Canonibus vetitum eſſe ne quis ex Epiſcopatu in aliũ transferretur: itaque Maximianus ſucceſſit: at eo defuncto Theodoſius & Pulcheria eius ſoror cum adhuc Patriarchæ corpus inſepultum iaceret Epiſcopos quoſcumque inuenire potuerunt congregatos iuſſerunt inthroniſare Proclum, maxime cum ei Cæleſtinus Antiſtes Romanus ſuam vocem daret.

Socr. lib. 6. c. 2.

Idẽ lib. 7. c. 29.

Idem eod. lib. 7 c. 41. Niceph. lib. 14. cap. 37.

V. Sic vides primos Imperatores Chriſtianos Epiſcopatuum collationes ſui iuris feciſſe: adeo vt etiam electus Patriarcha Conſtantinopolit. teneretur Imperatori munus aliquod offerre quo videlicet probaretur huic deberi quod promotus eſſet. Cuius rei fidem facit controuerſia quæ inter Flauianum Procli ſucceſſorem, & Chryſaphium tunc potentem aulicum ceſſit: cum ille panes puros pro munere electionis miſiſſet Imperatori: hic vero au-

Digitized by Google

reum donum mitti debuiſſe diceret: ac Patriarcha reſponderet ſibi auri copiam non ſuppetere niſi fortè ad hoc ſacris vteretur templi donariis quæ Chryſaphius optimè noſſet Deo & pauperibus conſecrata eſſe. Sic Iuſtinus Imperator Anaſtaſio Synaïtæ Antiocheno Epiſcopo ſuccẽſuit, quod deſignatus Epiſcopus pecuniam ei dare noluiſſet. Euagr. lib. 5. cap. 6.

Porro Zeno dicitur Alexandrino Clero eligendi ſui Epiſcopi liberam copiam feciſſe ſpretis populi precibus qui hanc ſibi remitti contenderat: eamdemque prorſus Epiſcopis Diœceſis Cõſtantinopolitanæ reliquiſſe vt eligerent Patriarcham Conſtantinopolit. poſtquàm execranda & ſacrilega Flauites ſymonia ſe deluſum comperit. Quod diu obſeruatum deprehenditur ex Nicolai 1. ad Michaëlem Imperatorem epiſtola qua meminit conſuetudinis, nec eam improbat vt in regia vrbe minimè quiſquam Archiepiſcopalis poteſtatis apicem poſſet habere ſine Eccleſiaſticæ plebis conſenſu, atque Imperiali ſuffragio. Vnde ad Cleri electionem ſuffragium Principis neceſſariũ erat quod ſanè præualebat Cleri ſententiæ. VI. Epiſt. 5 tomo 3. Cõcil. part. 1. VII.

Sed Nicephorus Phocas aliquot exinde poſt annos imperans, improbus quippe Princeps ſumpta occaſione diſſenſionis quæ inter Patriarcham & Clerum erat, (illo ſibi attribuente ſoli Epiſcoporum Suffraganeorum ordinationes, Clero vero adhiberi ſe ad eas volente) edixit ne quiſquam iniuſſu ſuo ad vllam Eccleſiam mitteretur. VIII. Cedr. Zonar. Niceph. Gregoras lib. 6. c. 1.

Ac impoſterum Imperatores Græci pleniſſima poteſtate hac in re vſi & plerumq; abuſi ſunt, adeo vt etiam qui renunciare Epiſcopatui cuperent, reſignationem Imperatori offerrẽt. Sic Athanaſius obtulit vt effugeret conuitia quæ à Clericis ſpiritualem eius rigorem peroſis patiebatur: & ante id obſeruatum fuerat aduerſus Tryphonem. Huic nimirum Romanus Lacapenus Imperator ſedem Patriarchalem ea conditione cõceſſerat, vt poſt certum tempus eam filio ſuo adhuc puero retrocederet. Sed præfinito tempore noluit. Quapropter Imperatore ſibi data verba ægrè ferente Cæſarienſis dolo adiit Patriarcham. Imperator, inquit, te vult ſede mouere: deeſt crimen: hoc vnum ſupereſt quod te litterarum rudem dicunt. Itaque reſcribe coram multis charta ſumpta nomen tuum, & tuam dignitatem. Trypho qui Monachi qualis olim fuerat, ſimplicitatem redolebat credulus ſcripſit corã Vide Nicetam lib. 2. & Niceph. Greg. lib. 6. ac paſſim vtrumque. IX.

multis: Trypho Dei miſericordia Archiepiſcopus nouæ Romæ, & Oecumenicus Patriarcha: eam chartam Cæſarienſis retulit, eique ſuperſcribuntur renuntiantis Imperatori in fauorem filij eius verba. Sicque Trypho quaſi renuntiaſſet eijcitur. Hæc Zonaras quæ mira ſi adeo ignarus Patriarcha conſtitutus fuit, vt crederetur ſcribere non poſſe: aut adeo ſtolidus vt à tam ſupina non caueret fraude niſi fortè vt fiduciarius & cuſtos huiuſmodi electus fuit quales poſteriora & præſentia ſecula, proh pudor, tulerunt & ferunt nullius pretij homines.

X. Quin etiam tanta Imperatoris vſurpatio in iura Eccleſiaſtica vt reſeruationes quaſi ſanciret. Namque deſtinabantur ab eo Epiſcopatibus nondum vacantibus aliqui quos ſyncellos vocabant, eorumque ea fuit ambitio vt Metropolitas præcedere vellent: ſyncelli nempe ſeu deſtinati Patriarchatui Conſtantinopolitano. Sic Leo Philoſophus Nicolao Myſtico Patriarchæ Conſtantinopolit. ſyncellum dedit Euthymium Monachum vt ſcripſit Curopalates.

Cedr. in Romano.

XI. Rurſum Imperatori licitum dicebatur Epiſcopatus in Metropoles erigere, & à ſuis Metropolibus alienare: de nouo Epiſcopos & Metropolitanos conſtituere, & iubere Epiſcopis in alienis Diœceſibus abſque vllo præiudicio ſacrificare præter ſententiam Epiſcopi illius regionis, & alia huiuſmodi Epiſcopalia iura exercere vt Balſamo ſcripſit. a

Innocentius I. longè ante id præſumptum ab Imperatore damnauerat. Epiſt. 18. to 1. Concil.

Sed nimia hæc fuerunt atque etiam ipſis Græcis non ſemper approbata. b Nam cum anterioribus ſeculis Imperator Pragmatica ſanctione primam Phæniciam quæ ex Canonum præſcripto Tyriæ Metropoli ſubiacebat, diuiſiſſet & nouam Eccleſiam conſtituiſſet, attributis ei pluribus ciuitatibus ex illa Metropoli: Photius Tyriæ Epiſcopus ab iſta diuiſione reclamans, ob idque excommunicatus ab Archiepiſcopo Conſtantinopolit. & à Martiano Imperatore cui libellum ſupplicem dederat, ad Synodum Calchedonenſem remiſſus, obtinuit demum vt ex decreto Synodi diuiſio irrita fieret, & Tyriæ Eccleſia in priſtinum ſtatum reſtitueretur quidquid allegaret Photius, conſuetudinis nimirum eſſe vt Imperator Metropoles faceret.

a Ad Can. 16. Carthag. Synodi. & Can 38. Conſtantinop. Synodi 6. in Trullo: quibus conformis eſt reſponſio Demetrij Chomateni Bulgariæ Archiepiſcopi lib. 3. iuris Orient.

b Act. 7. 11.

Vnde Can. 12. Concil. Calched. prohibens vnam Prouinciam in duas Metropoles diuidi.

Sic in Cōcil. Tolet. 12. audita eſt querela Stephani Emeritenſis Epiſcopi quod violentia Regis coactus fuiſſet Monaſterium Villulæ aquis in ſedem Epiſcopalem erigere: atque hæc erectio nulla dicitur ſed ea ratione quod Canones prohibeant in villis & pagis Epiſcopatus conſtitui.

Digitized by Google

Sed in primis ſtatutum fuerat vt hæc controuerſia dirimeretur non ſecundum Pragmaticam Imperialem, at ſecundum Canones eodemque Concilio Nicæna Eccleſia iuſſa eſt parere Nicomediæ Epiſcopo, licet reſcripto Imperatorum Valentiniani & Valentis dignitatem Metropolis eſſet conſecuta. Denique idem Martianus cupiens Calchedonenſem ciuitatem erigi in Metropolim nomine tenus, id expetiuit ab iſta Synodo. Can. 3.

XII. Quoad autem electiones Nicæna 2. Synodo prohibita fuit omnis à Magiſtratibus ſecularibus electio Epiſcopi, quoniam ab Epiſcopis eam fieri oportet: quod Conſtantinopolitano 8. Concilio generali repetitum eſt: ne quis Laïcorum Principum, vel Potentum ſe ingereret electionibus Epiſcopalibus. Itaque cum Ioannes Eunuchus Patriarchatum ambiret, ac de amouẽdo Alexio cogitaret quibuſdam ſubornatis Epiſcopis, non aliam rationem afferebat quàm quod Regia potentia, & non communi omnium ſuffragio electus eſſet. At ille: Si non canonicè ſum conſtitutus deponite me, & quicumque ſunt à me ordinati. Qua voce conatus illorum eliſit.

Can. 22.

Idque ſanxerãt Apoſtoli, Can. 30.

Zonar. Cuſpinianus.

Verumtamen quidquid ſancitum fuerit canonibus Synodalibus, quidquid ſentierint Epiſcopi præualuit vt plurimùm potentia Imperatorum.

XIII. Sanè Curopalates docet electionum apud Græcos legitimam formam fuiſſe vt conuenirent in Patriarchæ ordinatione Principes Sacerdotum ſaltem 12. Iique tres eligerent perſonas quarum nomina ad Imperatorem deferrẽt, qui ex tribus quem vellet deſignaret: deſignatus autem dicebatur electus tanquam ab Eccleſia & Imperatore: & aiebat Imperator, S. Trinitas per Imperium quod mihi eſt ab ipſa datum deſignat te Archiepiſcopum, eique ſceptrum iudiciale tradebat.

Quam formam licebit repetere à Romanis apud quos vt refert Tacitus tres Patritij confarreatis parentibus geniti nominabantur, ex quibus deinde Flamen dialis eligebatur: Sic Theodoſius Magnus Nectarium elegit vt ſupra vidimus: & de ea forma Iuſtinianus Imperator conſtitutionem fecit pro electionibus omnium Epiſcoporum. Quæ etiam nunc hodie fertur obſeruari ſub Turca Principe cuius eſt Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Primates confirmare, nec confirmat niſi accepto aliquo grandi donario, quod dicitur ambitione Græcorum ad quatuor millia florenorum perueniſſe. Ac munere impenſo tum Imperator electum

Nou. 123. cap. 1. Nou. 137. c. 2.

Digitized by Google

ad oſculum manus admittit, pronuntians ei ſe dare omnem poteſtatem & authoritatem in omnes pios Chriſtianos, Clericos, & Laïcos. In hiſtoria tamen Turco-Græca refertur depoſitus Marcus Patriarcha, quod inſimularetur auro Turcæ dato dignitatem accepiſſe.

Lib. 1. & 2.

XIIII. In Occidente vero non eamdem authoritatem ſibi à primis ſeculis Imperatores Chriſtiani arrogauerunt: imo cum Mediolani ſubſtituendus eſſet Epiſcopus Auxentio depoſito, hanc Prouinciam Epiſcopis reliquit Valẽtinianus, ac ei ab illis oblatam vt ipſe tanta ſapientia & pietate præditus eligeret, recuſauit ſe huic Prouinciæ imparem dicens: Itaque Epiſcopi ordinauerunt Ambroſium populi clamoribus expetitum. Quin etiam Theodoſius, & idem Valentinianus querentes de indebitis ordinationibus ab Hilario Arelatenſi Epiſcopo factis, aiunt quidem eas eſſe contra Imperij Maieſtatem, & contra reuerentiam Apoſtolicæ ſedis, quaſi in eis illam Maieſtatem conſulendam quoque eſſe annuerent: ſed de hac nihil concludentes: volunt duntaxat ne quid tam Epiſcopis Gallicanis quàm aliarum Prouinciarum præter veterem conſuetudinem liceat ſine Venerabilis Papæ vrbis æternæ authoritate: at illis omnibuſq; quidquid ſanxit vel ſanxerit Apoſtolicæ ſedis authoritas pro lege ſit.

Theodoret. lib. 4. c. 6.

XV. Sed tandem ſe Imperatores Occidentales non ſecus ac Orientales Pontificum, ac etiam Romanorum electionibus ingeſſerunt ipſis etiam Pontificibus authoribus, vt ſeditionibus obuiam iretur: Qua de re ſuo loco ampliſſimè in hiſtoria ſchyſmatum de electionibus eorumdem Pontificum. Quando vero tantorum Antiſtitum electiones ſui iuris fecerunt non hærendum eſt quin potiùs de minoribus diſpoſuiſſent niſi quod præcipuis regionibus Chriſtianis ab eorum obſequio ſubreptis Principes qui eas vſurpauerunt, cœperunt & ipſi electionum iura ſui nutus facere: ac poſtremò tranſlatione facta Imperij à Græcis ad Gallos Reges qui tunc latiſſimè dominabantur (Germaniæ videlicet, & à Germania vſque ad montes Pyrenæos) & à Gallis Regibus ad Germanos, cuncti ferè qui Imperio præfuerunt, Epiſcopatus contulerunt.

Genebrard. in Chron. ad ann. 817. Cranſ. lib. 2. Sax. cap. 15.

Et Caroli quidem primi Gallorum, Germanorumque Regis, ac totius Occidentis Imperatoris ea dicitur in regimine Eccleſiaſtico fuiſſe authoritas, vt nouem cathedrales ſeu Epiſcopales ſedes erigeret, & duos Epiſcopatus in Metropoles conuerteret: ad

Digitized by Google

inſtar Imperatorum Græcorum qui vt ex Balſamone, & Ioanne Cantacuzeno vidimus hoc ſibi iuris tribuerunt.

Ac licet idem Carolus ſuis legibus electiones voluerit ad Clerum populumq; pertinere, dignitates tamen Epiſcopales ipſe vt plurimum conferebat: vnde feſtiuum refertur exemplum: videlicet adoleſcenti nobili Epiſcopatum dederat: is vero mox actis gratiis diſcedens agilitate tanta equum ſuum conſcendit vt Carolus hoc viſo ſtatim eum reuocarit, dixeritque: Tu mihi videris bellis aptior: his vndique premimur; Quapropter venies mecum bellator fortis, Epiſcopatui ineptus; & mox alteri contulit Epiſcopatum: vt San Galienſis in vita eius ſcripſit, & poſt illum Nauclerus generatione 28.

Balſamo ad Can. 69. Synod. 6. in Trullo.

Sic Otho 3. Archiepiſcopatū Gneſnenſem ere[illegible]t, eique Præſulē dedit ac Epiſcopatus aliquos ſubiecit. Ditmar. li 4

Vt Epiſcopi per electionē Cleri & populi de propria Diœceſi eligantur. cap 84. lib. 1. capitular.

XVI.

Sed hoc notabile de ipſo Carolo idem refert San Galliēſis imitandum ab omnibus Principibus, dediſſe illum operam vt idonei ad Epiſcopatus peruenirent, traditis proinde adoleſcentibus erudiendis Clementi Scoto quos cum ſciret ſegniter ſtudiis incumbere: ſic eos exhortabatur: ad perfectum attingere ſtudete filij, & dabo vobis Epiſcopia, aliaque beneficia permagnifica, increpans ſeuerè nobiles quod hæc ſtudia delicati & formoſuli ſuis poſſeſſionibus confiſi poſtponerent ludo & inertiæ. Sic San Gallienſis recenſens inſuper plurima collatarum ab eo dignitatum Primarū Eccleſiæ exempla & leuibus etiam ex cauſis.

XVII.

Mirum autem quod Theganus ſcripſerit rarum illi fuiſſe homines ſeruilis & obſcuræ conditionis ad honores efferre, notans è contra Ludouicum eius filium & ſucceſſorem quod conſuetudinem quam vocat peſſimam foueret, vt ex viliſſimis ſeruis ſummi Pontifices fierent: quod ait maximum eſſe malum in Chriſtiano populo. Inde enim huiuſmodi homines intolerabiles fieri, & nihil aliud quærere quàm vt facultatibus Eccleſiæ mediantibus quæ pauperum ſunt ſuos agnatos illuſtribus familiis inſerant: & cætera quæ pluribus in eam rem exaggerat, ac recenſet ex illorum conditione Ebbonem Rhemenſem extitiſſe qui veſtitus à Ludouico purpura & pallio, eum induerit cilicio: & à ſolio paterno expellere voluit illum à quo pertractus fuerat, licet immeritus, ad culmen Pontificale: Præcepta eius Apoſtoli contemnens qui ad 3. cœlum raptus fuerat vt inter Angelos diſceret quod hominibus ſic præciperet: Omnibus, ſcilicet, poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote: non eſt poteſtas niſi à Deo: Et iterum, alterius dicentis, Deum timete, Regem honorificate, ſerui ſubditi XVIII.

Digitized by Google

eſtote non tantum bonis & modeſtis dominis, ſed etiam diſcolis. Hæc eſt enim gratia.

Iſta Theganus quæ currente ſtilo non retinui adeo mihi placuit ſcriptoris illius ſincera mens velut innuentis ferendum fuiſſe Ludouicum, nec ſuadendam aduerſus illum rebellionem, nec ei abrogandum Imperium etiam ſi eorum criminum conſcius fuiſſet, ob quæ coniurati Epiſcopi præſumpta Eccleſiaſtica authoritate deponendum eum ab Imperio cenſuerant.

XIX. Nec tamen ſi Ebbo ſceleratus fuit, ideo plebeis hominibus inuidendi ſunt Præſulatus, quandoquidem apud Dominum par ſit omnium conditio, procedente quippe ex iure Gentium nobilitate, cuius ſanè educatio & inſtructio liberalior generoſiorem ſanguinem prodit, & ſubtiliorem. Vnde quod iampridem notauit Cic. homines nobiles, ſeu rectè, ſeu perperam facere cœperunt, ita in vtroque excellunt vt nemo vulgari loco natus aſſequi poſſit. Quapropter æquum eſt eos inuitari ad optimas artes ſpe honorum, proindeque ſolita fuiſſe mandari nobilibus Epiſcopia liquet ex formulis Marculphi, ſed alij non ſunt excludendi qui nobilitatis dignitatem virtute attingere poſſunt.

Vide cap. 37. de elect. & electi poteſt.

Orat. pro Quintio.

Lib. 1. cap. 5. & ibi Bignon.

XX. Verum ne à propoſito longiùs aberremus certum eſt Caroli ſucceſſores ea prærogatiua conferendi dignitates Eccleſiaſticas vſos eſſe, adeo vt Arnulphus cognomine malus pacem ſanciens cum Henrico 1. qui Auceps dictus eſt, voluerit omnes Bauariæ Pontificatus ditioni ſuæ relinqui, vnde liceret ei quem vellet in defuncti locum ſufficere: quo impetrato tyrannicè abuſus eſt.

Otho Friſing. lib. 6 cap. 18. Conrad. Abbas Vrſperg. ad an. 920. Cuſpin. in Henrico.

Denique nihil crebrius eſt apud veteres ſcriptores quam vbi de electione Epiſcopi loquuntur, eam videlicet factam eſſe voluntate Imperatoris, vel Regis. Sic incertus author à Pithæo editus, Rhabano, inquit, Epiſcopo Moguntino ſucceſſit Carlus, magis ex voluntate Regis, & conſiliariorum, quam ex conſenſu & electione Cleri & populi. Sic Henricus Othoni 3. ſuccedens inuitis fratribus Magdeburgenſibus qui antiquam eligendi conſuetudinem retinere volebant, dedit Epiſcopum neglecto quem elegerant.

Ad an. 856.

Ditmar. lib. 5.

Cum ergo ea eſſet præſcriptio, operæ pretium fuit eis qui ad eas dignitates adſpirarent, Palatium Principis frequentare. Quapropter Sigiſmundus Halberſtadenſis Eccleſiæ Pontifex, viſo in ſomnis baculo Paſtorali è manibus ſuis elapſo, & à Bernardo leuato, ſuaſit ei vt ad aulam Regiam iret, ibique fauorem adquireret, vnde

Idem lib. 1.

vnde facilior illi eſſet ſucceſſio: quod conſilium euentus comprobauit. Atque inde morem inoleuiſſe recenſet Guilielmus Tyrius, vt mortuo Epiſcopo annulus & baculus Epiſcopatus ad Imperatorem mitterentur velut ſymbola dignitatum quas ei tum potiſſimè incumbebat conferre: quem morem Crantſius incepiſſe ait ab Othone 1. qui ius ſibi ſumpſerit conferendi Epiſcopatus & Sacerdotia: ac qui primus inueſtituram ab eo acceperit per annulum & baculum Lundoardum Mundenſem Epiſcopum fuiſſe: vidimus tamen ex SanGalienſi & licet apud alios hiſtoricos notare anteceſſores Othonis Eccleſiaſticas dignitates contuliſſe. XXI.

Obſeruatum nihilominus eſt nonnunquam vt ſua cuique ordini prærogatiua ſeruaretur, quippè Clerus & populus eligerent permittente principe: vel Princeps conſentientibus Sacerdotibus, aut Synodo roborante: ac quomodocumque electio facta firmaretur à Pontifice Romano, & ab Imperatore: illo videlicet electo Pallium mittente: hoc vero ferulam Paſtoralem: quod pluribus exẽplis adſtruunt Albertus Stadenſis, Lambertus Schafnaburgenſis, & alij.

Albert ad an. 833. 845. 865. 887 898 1006. 1013 1019 1022 1043. Lãbertus ad an. 980. Adamus hiſt. Eccleſ c.71.118. Ditmarus lib.6

Hinc etiam deriuatæ fuerunt inueſtituræ per annulum & baculum, qui poteſtatis in temporalia traditæ inditium erant: Ob id enim annulus à Pharaone Rege conceſſus eſt Ioſepho vt ſciretur diſpenſationi reipub. præfectus: atque item Mardochæo: & apud Vrſpergenſem Imperator Henricus anno 808. Bertholdo conferens ducale Sueuorum beneficium ei quoque annulum ſuum tradidit: non eſt quod pluribus de ſymbolo annulorum agamus de quibus Plinius, & noſtri Codices in Rubrica de iure annulorũ aureorum. XXII.

Geneſ.cap. 41. Eſther.cap. 8.

Lib.33.

Baculus quoque eſt poteſtatis temporalis teſtimonium: nempè idem quod virga, vnde apud Pſalmiſtam, Virga regni tui: & in hiſtoria Eſther, Aſſuerus virgam, id eſt ſceptrum, quibus benè volebat oſculandum præbebat. Denique Accurſius rectè notauit baculum ſeu ſtipitem paleæ datum à venditore, pro inueſtitura rei venditæ fuiſſe.

Ad §. 1 de verb.obligat.

Eo vero ſenſu accepti baculus & annulus non incongruè porrigebantur ab Imperatoribus & Regibus quando nihil aliud ſignificabant quàm temporalium traditionem ipſo dicente Auguſtino per iura Regum poſſideri poſſeſſiones.

Iuo Carnot. ep.60.

At quandoquidem annulus etiam & baculus ſunt ſymbola po-

Digitized by Google

teſtatis ſpiritualis videlicet annulus denotans nuptias ſpirituales Eccleſiæ, & Epiſcopi: & baculus, ſpirituale ius quod viro Eccleſiaſtico competit in omnes homines, dicente Paulo, Veniam ad vos in virga? Vnde legati Pontificis Romani toto præſente Concilio Conſtantinopolitano eum abſtulerunt Photio quo innitebatur, quia ſignum erat poteſtatis ſpiritualis: Eo inquam reſpectu peccabant Principes qui ferulam Paſtoralem conferre præſumebant. Quod apud Glabrum Rodulphum Henricus optimè intellexit: Depone, inquit, baculum regiminis Paſtoralis quem credis largitione mortalis hominis debere geſtari: moxque projectum ſuſcepit Rex, ac impoſuit dexteræ Saluatoris: & iterum Abbati: Vade, & hunc ſuſcipe de manu omnipotentis Regis ne ſis vltra pro eo debitor alicuius mortalis: ſicque ſuſcepto vtere liberè decet culmen tanti nominis.

Lib. 5. cap 4.

Sed in quo peccabant magis Imperatores & Principes illud erat, quod non ſolum inueſtituras concederent per annulum & baculum: namque id tolerari potuerat vt duntaxat traditionis rerum temporalium argumentum: ſed quod etiam electiones impediebant & præueniebant. Cui abuſui occurſum eſt concordato inter Calixtum & Henricum 4. ſeu 5. vt iam non eas præuenirent, ſed factis neceſſariò conſentirent: ab eis vero electi ius temporale acciperent, non quidem amplius per annulum & baculum vt omnis ambiguitas tolleretur: ſed per ſceptrum quod propriè ſolis poteſtatibus temporalibus conueniens denotaret ius in temporalia non in ſpiritualia Eccleſiæ concedi: atque hinc promanauit quod deinceps Imperator, vel Rex Germanicus feuda cum ſceptro ſpiritualibus viris, & cum vexillo ſecularibus conferret, vt eſt in ſpeculo Saxonico. Sceptrum autem adhibitum eſt vt ſublimior eorum dignitas intelligeretur velut regalis, aut à Rege ſecunda in temporalibus: Sed an etiam vt eis conceſſa ſciretur iudicandi poteſtas in exteriore foro? Namque apud Homerum Vlyſſi Agamemnon Iudicis Primarij inter Græcos authoritatem deferens, & apud Platonem Iuppiter Minoem conſtituens qui hominibus leges daret, ſceptro vterque vtrumq; donat, quaſi in teſtimonium iſtius authoritatis: ac eò reſpicientes Imperatores Græci electo Patriarchæ ſceptrum conferebant, quod iudiciale vocabant, vt ex Curopalate animaduertimus.

XXIII.

Sic Iuo Carnotẽſis approbauit inueſtituras modo nõ fierent per annulum & baculum.

D. Ep. 60. & Gaufrid. Abbas opuſc. 2. & 3.

Artic. 60.

Et quidem Regum & Principum potior eſt Maieſtas in legibus condendis, & cuſtodiendis, ac iudiciis exercendis: quo ma-

Digitized by Google

ximè tempore ſceptro ſuo vtuntur: in bello autem gladio & vexillis. Quapropter illos ſceptro adornant, quos maximè decet leges obſeruare, & obſeruandas curare, ac iura reddere: quorumque conditioni nihil magis auerſum eſt quam cædes & ſanguis: ſicque adornantes docent potiore nexu eos ſibi deuinctos: ac eo majore cultu apud cæteros eſſe debere, quo plus cæteris de Maieſtate participant: atque ex ea parte quæ præſtantior eſt.

Qui vero inueſtituras huiuſmodi per annulum & baculum primus improbauit Gregorius eſt 7. cuius notiſſimum eſt cum Henrico 3. ſeu 4. grauè diſſidium ob illas, ac eius exemplo ſequentium Pontificum, adeo vt in patrem armaretur Henricus 5. qui patre debellato, & in ordinem coacto, tandemque vita functo, idem renouauit diſſidium anxius eaſdem inueſtituras retinendi, eodem iure quo iſtis pater & prædeceſſores eius vſi fuerant, quæ ampliſſimè narrabimus cum hiſtoriam ſchyſmatum inter Pontifices, & Imperatores retexemus.

Tandem Henricus cum Calixto 2. ita conuenit vt remiſerit Eccleſiæ omnem inueſtituram per annulum & baculum, virgam videlicet Paſtoralem vt interpretatur Chronicon Reicherſpergenſe: Calixtus autem huic dederit vt electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici regni illo præſente fierent abſque violentia & ſymonia: & ſi qua inter partes diſcordia emergeret, ipſe ſaniori parti, ex Metropolitani, & Prouincialium conſilio aſſenſum, & auxilium præberet. Porro electus regalia per ſceptrum ab Imperatore reciperet.

Sic ſua cuique iura relicta fuerunt, quæ Dei Deo, quæ Cæſaris XXIV.
Cæſari, quod perperam intellectum Eccleſiam, & Imperium tot annos torſerat. Conueniens enim erat vt electos Imperator, & quiſcumque alius Princeps ſupremus inueſtiret; ſicque ab illis Sacramentum fidelitatis acciperet. Siquidem in feudalium & principalium temporalium dignitatum ac iurium poſſeſſionem euntes non poterant denegare ſe eſſe ligios Principis ſub cuius erant ditione: ac intereſt maximè illius iuratos in ſua verba habere præpoſitos qui ei auxilio ſint vbi opus fuerit, ac pecuniam & milites contribuant ingruente bellorum neceſſitate: præſertim vero fidelitatem ei ſpondeant. Quid enim non poſſunt moliri in rempubl. à principe auerſi cum fortiſſimas ditiones teneant, & populi plurimum eis credant ea vi quam potiſſimam obtinet in homines ſacros reuerentia?

Digitized by Google

XXV.

Vnde ea fuit omnium deciſio Regibus & Principibus etiam vbi electionum eſt libertas eis factis competere ius ſe opponendi, ſiquidem electi ſunt eis ſuſpecti, ac probata ſuſpicionis cauſa electionem retractari debere. Quin & ſi Papa conceſſerit Clerico Eccleſiam, iſque ſit ſuſpectus Regi, vel odioſus populo, poteſt impunè non admitti, vt Abbas & Baldus ſcripſerunt. Hinc Carolus Rex noſter Pio 2. querebatur quod Tornacenſem Eccleſiam homini Burgundo commiſiſſet, nec ſe eum admiſſurum aiebat. nempe ea ciuitas ei Principi limitropha cum quo grauia bella noſtri maiores habuerant & habebant.

Vlterius progreſſi ſunt Doctores ſatius eſſe electum non admitti cõtra Regis vel populi voluntatem, etiamſi abſit iuſta contradicendi cauſa, ſi ex admiſſo naſciturum eſt ſcandalum. Quæ opinio electiones ferè inutiles reddit. Vbi enim non eſt naſciturum ſcandalum ſi admittatur quem Princeps electum rejiciat non ex perſona electi, ſed quia nolit electionibus adquieſcere? Itaque in Concordato inter Calixtum 2. & Henricum 5. Imperatori præſcripta eſt conſentiendi neceſſitas: quandoquidem tranſactum eſt vt legitimè electo ſceptrum conferre teneretur: & inter Ioannem Anglum Regem, & Eccleſiam Anglicanam pacto, is non poterat electo conſenſum ſuum negare niſi iuſta & legitima de cauſa.

Vide not. ex Guimetio ad Pragmat. Sãct. tit. de elect §. Verũtamen in verbo Põtifex. Arg. l 2. C. de fund. limitroph. gl. ſingul. in l. 2. ff. qui ſatiſd. cogan. iuncto ca. 1. de ſuppl. neglig. Prælat. De Papa Iulius Clarus qu. 36. n. 6. De Carolo Pius epi. 374. 375. Gl. notab. ad Can. 2. diſt. 62.

XXVI.

Itaque cum potentia & ſpiritualis & temporalis Eccleſiaſticorum non ſine cauſa poſſit à Principibus timeri, hinc approbatum eſt vt Sacramentum fidelitatis atque etiam homagium Principibus præſtarent Epiſcopi promoti: fidelitatem videlicet pro Epiſcopatu & Prælatura: & pro feudis homagium quod à Principe remitti poſſe placuit, non item de fidelitate: forma autem iuramenti quod ex antiquo ſolitum eſt præſtari vtrumque videtur cõprehendere his verbis, Sic fidelis & obediens ero Regi ſecundum meum miniſterium ſicut homo ſuo ſeniori & Epiſcopus per ius & æquum ſuo Regi eſſe debet. Sed in formula Sacramentorum quàm Pithæus retulit abſunt verba, Sicut homo ſuo ſeniori.

Porro Adrianus 4. aiebat Epiſcopos Italiæ facere debere Sacramentum fidelitatis ſine hominio: At Fridericus 1. reſpondebat ſe id concedere modo nihil de regalibus Imperialibus haberent:

Argentr. ad artic. 56. Britan. conſuet. & in hiſt. Britan. refert ea de re concord. inter Duc. & Epiſco. lib. 4. cap. 37. Aimoin. de Hincmaro Laudunenſe. Pithæus in gloſſar. ad capitularia Caroli Magn. ſub litt. f. Vide etiam fidelitatis Sacramẽtũ quod apud Gundulphi villam ab Epiſcopis præſtitum. Idem Pithæus interſeruit aliis rerum francicarũ opuſculis, & in notis ad capitular. in litt. f. verbo fidelitas. Radeuicus lib. 2. de geſt. Friderici cap. 30. Sigebertus ad an. 1156.

Digitized by Google

Quod ſi (inquiebat) gratãter audierint à Romano Præſule, Quid tibi & Regi? Conſequenter eos quoque ab Imperatore non pigeat audire, Quid tibi & poſſeſſioni? Sic apud Anglos Epiſcopus electus tenebatur homagium præſtare, & fidelitatem polliceri Regi ſuo de vita ſua, & de membris, & de honore terreno, ſaluo ordine ſuo prout refert Math. Paris. Et Hunnorum conſuetudinario iure ſic habetur ex relatione Choppini: Omnes Domini Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ Regi noſtro ad fidelitatis homagium præſtandum obligentur, & ratione bonorum temporalium coram Iudicibus ſecularibus iuri ſtare teneantur.

Cum Mathæo Hẽricus Huntidon. lib. 8. Roger. Honedan. in Hẽrico 1 p. 471. quod Greg. 9. prohibuit an. 1234. ep. 387.

Chopp. lib. 2. de feud. Andeg. parte 1. c. 1. tit. 2. artic. 5.

Sed apud nos Ægidius Magiſter Præſes negat homagium deberi ab Epiſcopo, at ſolam fidelitatem, fallique eos qui hanc putant interponi pro re ſpirituali. Id eſt quatenus eſt Epiſcopus, exigi enim pro re temporali duntaxat vt Rex ſecurus ſit Epiſcopos temporalibus, quibus abundant non vſuros ad ſuam pernitiem. Cui ſententiæ non repugnat Molinæus ſcribens, quod inquãtum homagium accipitur ſecundum communem vſum loquendi, nimirum pro fidelitate & obſequio temporali, quaſi illud præſtãs efficiatur homo eius cui præſtat obligatus ei ad temporale ſeruitium: eo caſu prohiberi nedum iurari, ſed etiam promitti pro Eccleſiaſticis: id enim ſimoniacum eſſe: In quantum autem accipitur impropriiſſimè & præter communem vſum pro ſimplici fidelitatis obedientia, aut reuerentia debita ſecundum naturam & qualitatem rei conceſſam, tunc poſſe pro Eccleſiaſticis promitti & iurari. Et quidem conſtitutio ea de re lata quæ ſcriniis Cameræ computorum conſignata eſt, incipiẽs, Dum Epiſcopus nihil vltra requirit quàm vt Epiſcopus fidelitatem præſtet. Itaque erraret Argentræus ſcribens, Fidelitatis præſtationem eſſe neceſſariam Epiſcopo, vt admittatur in conſeſſum Curiæ ſupremæ: Homagij autem exhibitionem apud eamdem cameram, vt temporalibus fruatur: præterquam quod non omnes Epiſcopi etiam iurati ſedem in Curia habent, at ſolummodo qui Pares ſunt Franciæ, & præter illos Epiſcopus Pariſienſis, & Abbas S. Genoueſæ.

Tract. de reg. cap 6.

Gl. 3. ad § 1. Pariſ. conſuetud. n. 14.

Vide 10 priuileg. liliorum in ſtylo Parlam. Chopp. lib 1. de ſacra polit. ca. 7 n 3. & ſeq. cum n. 14 Monaſt. tit. 5. nu. 8.

Sanè ſtrictior & ſeuerior quondam erat aduerſus Epiſcopos obſeruatio, vt qui dicebantur per temporalia obnoxij Imperatori, vel Regi, ei adeſſe cum militibus in bellis tenerentur quaſi homines vaſſalli. Vnde hominia ſeu homagia: qua de re fuſius ſuo loco. Sed vbi æquior ſanctiorque ratio ſucceſſit vt abhorrens crederetur ab eorum inſtituto illos incruenti ſacrificij diſpen-

Vide Ioan. Tilium cap. des Pairries, p. 157. vbi exemplum notab. refert. Chopp. lib. 3. de ſacra polit. tit. 2. n. 11. lib. 3. de Domanio

Digitized by Google

Franciæ tit. 7. art. vlt. lib. 2. Monaſt. tit. ſ. n. 22.

ſatores, & pacis Euangeliſtas cruoribus miſceri, ſatis viſum eſt vt fidelitatem præſtarent: quæ ab antiquo ita iuſta viſa eſt vt Ioannes 8. pro Hieronymo quem Lanſonenſem Epiſcopum conſecrauerat, reſcribens ad Carolum Caluum fidelitatem ei pro illo ſponderet vt eum reciperet. Et Rodulphus electus Rhemenſis Regi fidelitatem faceret per manum & Sacramentum approbante pro bono pacis Iuone Carnotenſi, nec enim illum eſſe ſanctioris animi, quàm alij omnes Epiſcopi qui quamtacumque ſanctitate, & quocumque zelo pollentes non iſtam recuſauerunt. Notat tamē Iuretus Principes etiam ſupremos prohibitos eſſe à Clericis exigere iuramentum fidelitatis, & hominij atque ſic decreuerat Cornelius Papa.

Ep. 243.

Ep. 206.

Ad epi. 190. Iuon.

Sed fortaſſe non ad id compellendi videbantur, qui patrimoniis Eccleſiaſticis non præualebant: Vbi vero præualuerunt, placuit eos in obſequio retineri religione ſacramenti. Quin etiam obſeruatum eſt vt initio regni cuiuſque Principis omnes ordines tam Eccleſiaſtici quam Laïci nouo Regi fidem ſuam obſtringerent. Sic apud Nicephorum Gregoram Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Collegium Sacerdotum Andronico à Michaële Palæologo in Imperium adſcito iurauerunt ſecundum verba ſacris codicibus conſignata ſe eius Imperio non eſſe inſidiaturos. Sic poſterioribus ſeculis Elizabethæ Caſtellanorum Reginæ Cardinalis Hiſpanus idemque Archiepiſcopus Toletanus, & alij Præſules, fidem ſuā obſtrinxerunt eodem iureiurando quo Laïci, videlicet ſe futuros ei & coniugi eius ſubditos fideles obnoxios, atque iuſſorum omnium obtemperantes: vt ſcripſit Anton. Nebriſſ.

Epiſt. 2. ad Ruſum Epiſ. Vnde cau. Sacram. cā. 11. q. 5

XXVII.

De fidelitate ab Epiſcopis per manum & Sacramentum præſtita. Iuo epi 190 Greg. 7. epi. 7. ad Manaſſem Rhem. & alios Galliæ Epiſcop. Iuret. ad ep. 35. Iuon.

Lib. 3. Decad. 1.

Nec eſt quod his adiungamus quæ de noſtris etiam Pręſulibus, & aliis Eccleſiaſticis recenſuimus tractatu in Marianam, ſed memorabile iſtud eſt Imperatoris Rodulphi an. 1273. quod cum recens electus Sacramentum à Principibus Clericis & Laïcis exigeret, & illi recuſarent præſtare, quoniam ſceptrum in quo iurarent deerat, ipſe Crucem accipiens: Ecce, inquit, ſignum in quo nos & totus mundus redemptus eſt: hoc vtamur loco ſceptri. Quibus dictis, deoſculata Cruce omnes Principes, tam ſpirituales quàm ſeculares permouit vt Cruce pariter oſculata, recipientes feuda iuramentum exigerent.

Annal. Henrici Steron. Altah.

Ergo adueniente nouo Principe videbantur non rectè in feudis ſuis permanere poſſe niſi ea reciperent ab illo. Quod in aduer-

Digitized by Google

rendo nouo Pontifice potius fuit, vt ante præſtitum & acceptum Sacramentum non caperet poſſeſſionem regalium, nec liceret illi ea conferre alteri antequam de manu Imperatoris ſuſcepiſſet. Vnde Ratiſponenſis Epiſcopus mulctatus eſt à Friderico 1. quod contra auſus eſſet. Otho Friſing. lib. 2. cap. 28.

XXVIII. Sed ſatis ſuperque de inueſtituris & Sacramento: vt vero ad electiones redeamus, & videamus quid contigerit poſt Concordatum inter Calixtum & Henricum, tæduit vt plurimum Imperatores, ac pœnituit remiſſi iuris quod in promouendo ad dignitates Eccleſiaſticas vſuceperant, atque ipſum in primis Henricum quem Sugerius Abbas ſcripſit fore vt Ludouico Craſſo bellum inferret ac Rhemenſi ciuitati exitium ſi potuiſſet, ni dum aciem colligebat morbo ex eoque morte interceptus fuiſſet. Vindictæ autem cupido inde promanabat quod Craſſus Pontificibus fauens conceſſerat Rhemis haberi Synodum in qua Henricus percuſſus anathemate fuerat, cuius metu electionibus & inueſtituris ceſſerat.

Calixto Honorius 2. ſucceſſit: huicque ſuccedens Innocentius 2. habuit in ſchiſmate Anacletum Antipapam aduerſus quem Lotharium Henrici 5. ſucceſſorem hortatus eſt ad ſe Eccleſiamque tuendam honeſto Othonis Magni, & poſteriorum eius exemplo. Lotharius autem ſe nunquam ei defuturum reſpondit modo ius priſtinum Sacerdotiorum conferendorum cui nuper Henricus renunciauerat, pateretur illum habere, quippe Imperium eo iure priuatum grandi quoque vectigali ſpoliatum eſſe quod inde percipiens ad Eccleſiæ defenſionem impendebat: ſic ſuorum prædeceſſorum turpitudinem in ſymonia exercenda detegens, vt qui ex collationibus pecuniam exigerent: quod execrandum facinus honeſta ratione velabat. Ea vero petitione audita dicuntur & Pontifex & Cardinales grauiter perculſi quaſi cedendum illis eo iure eſſet quod tanto cum labore & ſanguine Eccleſia ſibi reſtituiſſet. Additque amplius hiſtoriæ Caſſinenſis ſcriptor Petrus Diaconus Innocentium iuxta Leodium excepto Lothario virgam & annulum antiquo ex more confirmaſſe. Sed Petro minor ex eo fides quod Anacleto adhærens hæc ſcripſit, vt Innocentium magis inuiſum redderet. Cæterum verius eſt nihil conceſſum fuiſſe Lothario: quandoquidem D. Bernardus authoritatem ſanctitatis ſuæ interponens apud Imperatorem facilè perſuaſit ei, vt ab illa petitione diſcederet, ex qua impetrata plus

Abbas Vrſperg. in Lothario ead. de D. Bernardo teſtatur. dedecoris & infamiæ quam lucri habiturus eſſet, atque vt dixit Alamanus Monachus Clareuallenſis, & poſtmodum Epiſcopus Altiſſiodorenſis in vita Diui Bernardi, audacter reſiſtens Regi (nempe Bernardus Lothario) verbum malignum mira libertate redarguit, mira authoritate compeſcuit.

Otho Friſing. lib. 7. cap. 22. Dodechimus Abbas in appendice ad Marian. Scot. an. 1142. Sic intemerata manſerunt concordata, ac ſecundum illa Conradus 3. Lotharij ſucceſſor Albertum Moguntinenſi Eccleſiæ per electionem Cleri & populi inueſtiuit, eidemque Eccleſiæ Henricum ſubſtitutum inueſtitura donauit præſentibus duobus Cardinalibus.

XXIX. Sed ſub Frederico 1. Conradi ſucceſſore periclitauerunt: auſo nempe Leoni Saxoniæ Duci dare authoritatem Epiſcopatus ſuſcitare, conferre, & confirmare in omni terra Sclauorum, eo prætextu quod eam ipſe & progenitores eius armis adquiſierant: Quod licet iniuſtum & nefas, quippe incompetēte Frederico largiri quæ ſui fundi non erāt, impetratum tamen ita Leo exercuit, vt vocatos ad ſe Epiſcopos coëgerit ab eo recipere dignitates, & hominiū facere vt Imperatori mos erat, ait hiſtoria: illi vero ceſſerunt propter eum qui ſe humiliauit propter nos, & ne nouella Eccleſia detrimentum caperet: ſic Helmoldus: ac de eod. Leone Albertus Satendis ad an. 1152. ſcribit illum adegiſſe Vcelinum Epiſcopum, vt ferulam paſtoralem à ſe reciperet. Lib. 1. c. 88.

At ipſe Fredericus Magdeburgenſi Cathedræ Paſtorem dedit cauillatus concordatum, vt ſcilicet Principis eſſet inueſtituram dare Præſuli ſi in electione diuerſæ orirentur partes, quamuis concordatum non id concederet, quippe vnde facilè erat fraudem ei facere ferendo diuiſionem inter eligentes: ſed duntaxat vt ſaniori parti auxilium & aſſenſum ex conſilio Metropolitani, & Prouincialium præberet, non vt ipſe ſolus inueſtiret: aut eligeret. Itaque Eugenius 3. noluit eum confirmare prætextu quæſito quod electus ab Imperatore Epiſcopatum alium obtineret, nec facile tranſlationes tolerandæ eſſent. Sed Anaſtaſius Eugenij ſucceſſor eum confirmauit: atque inde principum authoritas non ſolum in ſecularibus, verum etiam in eccleſiaſticis negotiis diſponendis plurimum creuit.

Otho Friſing. lib. 2. de geſt. Frider. cap. 2. Gunterus Ligurinus in ſuo verſu de geſt. Friderici lib. 1.

Idem Friſing. lib 2. c. 9. Idem eod. lib. 2. c. 10.

Rurſus cum in Archiepiſcopatu Colonienſi duo eſſent electi, videlicet à Præpoſitis & Abbatibus Gerardus, & à Clericis Maioris Eccleſiæ Fredericus Adolphi Comitis filius, idem Imperator Fredericus, auditis partibus Epiſcopatum adiudicauit Frederico,

Idem eod. lib. 2. c. 31. & 32.

rico, & de regalibus inueſtiuit, & Romam conſecrandum miſit.

Ac ſupra narrat Friſingenſis cum mortuo Epiſcopo Traiectẽſi diuiſa eſſet electio, Fredericum electos ad iuris examen vocaſſe. Quod Traiectenſes impediebant: quippe cauſam Eccleſiaſticam eſſe, proindeque ad aures ſummi Pontificis deferri debere: ac delatam eſſe. Sed Imperator hos reuocatos ad obſequium cum Imperij honore, vt Friſingẽſis ait, coëgit Hermanum alterum ex electis ſuſcipere: & ne aliquis in poſterum eius facti ſcrupulus haberetur à Romana ſede ratihabitationem obtinuit. Idem lib. 1. cap. 62. 63.

Sed cum Guidoni Comitis Blanderatenſis filio Archiepiſcopatum Rauennatem contuliſſet, noluit eum cõfirmare Adrianus 4. eo colore quod Clericus eſſet Romanæ Eccleſiæ, neque vellet eum ab hac ſeparari cui vtilis eſſet: quod aiebat non ignorans vetitum eſſe canonibus quemquam Clericum iniuſſu Epiſcopi, in cuius Eccleſia ordinatus eſſet, ad aliam transferri. Radeuicus lib. 2. c. 15. 16. 17.

Exorto deinde ſchiſmate contra Alexandrum 3. Fredericus illi aduerſarius plures Epiſcopos fecit, qui ſopito diſſidio in gradibus manſerunt eiuratis tamen illis in manu Alexandri & ab eodem reſumptis. Alb. Stat. ad an. 1179. Hiſtor. Archiepiſcopor. Bremenſ.

Sub Henrico 6. Frederici filio cum Eccleſiæ Treuerenſi vacanti Volmarus à ſaniore parte capituli, Rodulphus à minore ſubſtitutus eſſet: hic ab Henrico inueſtituram petiuit: Volmarus verò ad ſedem Apoſtolicam appellauit; ſed Rodulphus in poſſeſſione remanſit, cum timeretur ne ſi ſeuerius cenſeret Pontifex querela de inueſtituris renouaretur: Hæc Cranſius. Sed Gofridus Monachus longè antiquior, ait neutrum Eccleſiam habuiſſe, eamque datam fuiſſe Ioanni Imperialis aulæ Cancellario intercedente Cardinali ad Imperatorem à Pontifice Clemente miſſo: atque ex eius Gofridi hiſtoria conſtat electiones ſub eod. Henrico 6. factas eſſe plerumque à Clero populoque, nonnunquam etiam præcipiente Papa: quanquam adeo ſibi deberi voluit ab Epiſcopis beneficium promotionis Henricus vt Epiſcopum à militibus ſuis conculcari pedibus fecerit, quoniam ter rogatus à quo ſuum Epiſcopatum haberet, ſemper reſponderit à ſummo Pontifice: & Leodienſem Epiſcopum occidi iuſſerit quod præter decretum ſuum confirmatus eſſet. Lib. 6. Sax. c. 47. Gofrid. ad an. 1189. Cranſ. lib. 6. Sax. c. 50. 51. 52. Rigordus in Philippo Auguſto. Albertus Stadẽſ. ad an. 1193. Naucler. generat 40. vol. 2.

Agitato deinceps Imperio diſſidiis inter Pontifices & Imperatores, Eccleſiaſtici illis adhærentes non parum contribuerunt amplitudini Romanæ, vt deiectis qui ab iſtis Pontificali ſolio im-

Digitized by Google

Idem Gofrid. ad an. 1208. 1215 poſiti fuerant, dignitatem obtinerent à Pontifice vel nominati, vel confirmati: Sic Innocentius 3. refutato electo ab Othone effecit vt Clerici alium eligerent. Et ſuſcepto contra Fredericum 2. odio tum ob alias cauſas, tum quod de Epiſcopatibus & Eccleſiaſticis dignitatibus diſponeret, Chronica Auguſtienſis notat electiones Epiſcoporum, perſonatuum, & aliarum magnarum dignitatum à ſede Apoſtolica ita ſuſpenſas fuiſſe contra voluntatem eligentium, vt is vel ille præficeretur qui propenſior erat in cauſam Apoſtolicæ ſedis. Quin etiam deponebantur non ſatis ei fauentes contra Imperatorem. Cuiuſmodi Chriſtianus Moguntinus licet à Pontifice confirmatus: cauſa in ſpecie quod diceretur inutilis Eccleſiæ, ſed verius quod nollet arma ferre contra Fredericum, dicens ſcriptum eſſe, Mitte gladium tuum in vaginam.

Ad an. 1227. 1233. 1250. 1254. atq; idem Steron. in Annalib. ad an. 1227.

Chron. Mogũt. Conradi Epiſc.

XXX. At ipſe Fredericus epiſtola ad Innocentium: Abuſum, inquit, illum quem quidam prædeceſſorum noſtrorum exercuiſſe dignoſcuntur abolere volentes, concedimus, & ſancimus, vt electiones Prælatorum liberè & canonicè fiant, quatenus ille præficiatur Eccleſiæ viduatæ quem totum Capitulum, vel maior & ſanior pars ipſius duxerit eligendum: ſic libertatem Eccleſiis relinquens Sed Pontifex à quo erat confirmatio obtinenda, electiones irritas faciebat: Inde ſub Rodulpho Frederici ſucceſſore cum Iuvanenſes ſuum Epiſcopum elegiſſent, Pontifex Max. antequam eum confirmaret delegauit qui vitam & mores eius explorarent: his verò ferentibus eum paludamento militari amictũ ſagittariorum ſpectaculis ſe offendiſſe, noluit illum confirmare, imò abdicauit & meritò.

Ex aurea Bulla quam refert Melchior Goldaſt. in collect. Imperial. cõſil. Idẽ promiſiſſe Othonem Innocentio 3. ipſe Innocentius refert lib. 5 de negot. Imperij Rom. ep 190.

XXXI. Auent. lib. 7.

Dehinc cœperunt Pontificis Romani electiones ſui iuris facere Imperatoribus licet & capitulis contra nitentibus: inde illud Henrici Rebdorfenſis ſub Ioan. 22. & Ludouico Bauaro, magnũ ſchiſma exortum eſt in Clero & populo ex prouiſionibus ſedis Apoſtolicæ, quas Ludouicus impediuit, & in hoc ei Alemania obediuit.

Ad ann. 1333.

Ludouico Bauaro mortuo Carolus 4. Imperium adeptus eſt, eoque imperante Epiſcopatus Treuerenſis prouiſione Apoſtolica collatus eſt, atque etiam Archiepiſcopatus Colonienſis. Quæ Carolum valdè commouerunt, ait Albertus Argentinenſis, quia Papa ei contra Ludouicum ad Imperium adſpiranti promiſerat ſe conceſſurum dignitates Eccleſiaſticas perſonis ab eo no-

Digitized by Google

minatis & oblatis. Sic pleniſſima authoritate vtebantur ſummi Pontifices in collationibus dignitatum Eccleſiæ Germanicæ: quod ſatis teſtantur auiſamenta & grauamina ſupra relata: & concordatum inde factum inter Nicolaum 5. & Fredericum 3. atque hæc de imperiali iure vel vſu. Extat autem lex Saxonica vt ad Regem, vel Imperatorem tanquam iure deuoluti electio pertineret ſi intra ſex hebdomadas Epiſcopus aut Abbas, aut Abbatiſſa electi non eſſent, & idoneis pro ſua voluntate conferre poſſet. Sed vt hæc lex inſolens & abſurda fuit, credendum eſt illam ſine effectu extitiſſe.

Hodie vero ex illo concordato acto inter Nicolaum 5. & Fredericum Imperatorem libertas electionum capitulis relicta eſt exceptis caſibus reſeruationum in concordato expreſſarum: nec de iure imperiali ſeu nominationis, ſeu alterius aliquid cauetur.

Et quidem nouiſſimo ſeculo defuncto Epiſcopo Argentinæ cum ſciſſo factionibus Collegio vota diſſideret inter Orthodoxos, & Proteſtantes qui huic electioni ſuas partes interponunt, neſcio quo iure niſi quod peſſimo, Imperator ab illis admonitus, rogatuſque vt dum nouus Epiſcopus eligeretur, ſibi Diœceſis cura demandaretur, reſcripſit ſe breui legatos miſſurum qui ſedem vacantem adminiſtrarent. At nihil de electione ſibi attribuit: neque etiam cum ſchiſmatica facta eſt nempe à parte Proteſtantiū Ioann. Georgij Brandeburgici: & à parte Orthodoxorum, Caroli Lotharingi Cardinalis. Sed armis vtrimque paratis vt ſuam quiſq; electionem tueretur, Carolus non abnuit controuerſiam Cæſaris iudicio dirimendam relinquere: aduerſarij vero eam ad communium Imperij ordinum iuriſdictionem pertinere cauſati ſunt: ſicque nihil profectum eſt. Sed cum tandem cunctos armorum tæderet, vltro citroque commeantibus Cæſareis legatis in has conditiones tranſactum eſt, vt depoſitis vtrimque armis controuerſia arbitrio 6. Principum de quibus partes conuenirent, decidenda relinqueretur. Illi vero nihil decernere valentes tranſmiſerunt ad Cæſarem quæcumque in hoc negotio vel voce, vel ſcripto acta eſſent.

Thuan. lib. 104 hiſtor.

Digitized by Google

CAPVT VI.

DE GALLIAE, ET HISPANIAE Regibus.

Lectio.

1. *Imperatoribus ſunt proximi Reges Galliæ, filij inter Reges Eccleſiæ primogeniti: vnde prior illis ſedes poſt Imperatorem debetur.*
2. *Hiſpaniæ Reges primum Arriani, deinde Orthodoxi.*
3. *Galliæ Reges Chriſtiani ab initio conſtituerunt Epiſcopos.*
4. *Digna vox Guntcramni Regis ſymoniam excludentis: & de ſymonia in hoc regno nimium ſolita.*
5. *Rurſum in ſecunda proſapia Reges idem præſumpſerunt.*
6. *In tertia idem.*
7. *Renuntiationes in fauorem in manu Regis.*
8. *Canonici etiam elegerunt, ſed cum Regis conſenſu.*
9. *Licentiam à Rege petebant.*
10. *Ludouicus religioſè de collationibus diſpoſuit, & abhorruit ſe electionibus ingerere.*
11. *Bonifacij 8. cum Philippo Pulchro diſsidium ob ius collationum.*
12. *Nominationis ius datum Carolo 6.*
13. *Concordato ſancitum Franciſco 1.*
14. *Capita concordati quoad Nominationes.*
15. *Ad quæ beneficia extendatur nominatio Regia.*
16. *De præſcriptione requiſita vt electiua dignitas, fiat collatiua aut è contra.*
17. *Ad Abbatias ſeculares quæ ſunt in Eccleſiis cathedralibus, aut collegiatis, & ad prioratus earumdem, non extenditur nominatio Regia.*
18. *Valet ad Abbatiſſas & Prioriſſas.*
19. *Quo tempore nominare teneatur Rex, & cuius qualitatis ac litteraturæ: non niſi Doctores in Theologia nominandi eſſent, & confirmandi.*
20. *Si minus idoneum nominauerit, alium nominare poteſt.*
21. *Concurrere debent nominatio Regia, & confirmatio Pontificia: nec vna valet ſine altera.*
22. *Non valet vlla reſignatio, aut ceſsio beneficij principalis ſine conſenſu Regis.*
23. *De vacantibus in Curia.*
24. *Diſpenſatio à regula de infirmis non obeſt nominationi niſi procedat à Rege.*

Digitized by Google

25. *Nominationis Regiæ Gallicæ ius perantiquum.*
26. *De Hiſpaniæ Regibus item ex Toletani 12. Concilij decreto: eiuſque decreti explicatio.*
27. *Ne quidem excipiunt vacantes in Curia.*
28. *Commoti in Pontificem obſtrectam ſuam nominationem.*
29. *Toletani Præſulis potentia.*
30. *De prioratu equeſtris Rhodiorum S. Ioan. militiæ collatione controuerſia.*
31. *De Hiſpanorum Regum patronatus iure.*
32. *Indultum nominationis ab Adriano 6. Hiſpaniæ Regi conceſſum.*
33. *Eidem data adminiſtratio perpetua trium Ordinum equitum, religioſorum.*

IMPERATORIBVS proximiores ſunt Reges Galliæ quippe qui Occidentali Imperio à Græcis ſubſtracto primi potiti ſunt: Et quod potius eſt, primi Regum Chriſtianæ legi paruerunt. Vnde non immeritò Eccleſiæ filij primogeniti dicuntur, & vt primogenitis prima ſedes poſt Imperatorem debetur perperam eis controuerſa ab Hiſpaniæ Rege non alia de cauſa quam quod ampliori ditioni dominetur. Sed ſatis expertus eſt, & viribus & populis Galliam quantacumque ſit præualere vaſtis ſolitariiſque & deſertis vt plurimum tot illius Prouinciis, ac neruos eius in vnum corpus ſolidatos longè fortiores & robuſtiores eſſe quam qui ſunt tanta locorum & marium diſtantia inter ſe diuiſi. Quoad vero primogenituram conſtat Clodoueum Principem aqua ſacra in Eccleſiæ Catholicæ gremio tinctum fuiſſe ab orthodoxo & ſanctiſſimo Remigio circiter annum 498. Apud Hiſpanos autem certum eſt qui primus Catholicus fuerit Recaredum eſſe, circa annum 590. Is autem Gotthos progenitores habuit è quibus Ermanaricus Hunnorum armis ſe imparem videns ab Imperatore Valente Arriano Thraciæ partem aliquam habitandam impetrauit, hanc ſe cum ſua gente aduerſus Barbaros defenſurum promittens: Quoque ſibi Imperatorem potius conciliaret dixit ſe Chriſtiani ritus cupidum eſſe, proindeque orare doctores mitterentur à quibus Gotthi inſtruerētur. Valens poſtulatis annuens miſit quidem Epiſcopos, ſed extorres ab Eccleſia quippe Arrianos. Vnde Gotthi hæretici facti ſunt, & inimici Eccleſiæ infenſiſſimi tantùm abeſt vt liberi eius euaderēt. Sicq; falſo dogmate imbuti, peſtiferam culturam ad omnes nationes in quas penetrauerunt, tranſmiſerunt: è quibus Ataulphus Ala- I. II.

rico ſuccedens, & Hiſpaniæ ſuam dominationem conſtituens, primuſque effectus iſtius regionis Rex ipſe ac poſteri eius vſque ad Recaredum nullos non cruciatus Catholicis intulerunt. Atq; ex iſta ſerie quam Iornandes memoriæ mandauit in confeſſo eſt Galliæ Regem primogenitum eſſe Eccleſiæ: præterquam quod ſi beneficiis, gratitudine, & pietate liberorum in parentem certandum eſt, audebit ne ſe Hiſpanus conferre cum Gallo, cuius armis toties vindicata eſt Romana Eccleſia ab hoſtiũ oppreſſione, totq; ditionibus temporalibus aucta, cum ne tantillum quidem ſua ex parte ad hæc ille contribuerit: Imo non ſemel ei ſubripere conatus fuerit illas?

Ergo ceſſet Hiſpanus inuidere noſtris Regibus legitimos honores: eoſque iſtis conſeruet Pontifex Max. non in parilitate tantum, ſed in abſoluta præcedentia.

III. Sed vt ad rem: ſimulatque albo Chriſtianorum inſcripti fuerunt Galliæ Reges ſuas partes electionibus Eccleſiaſticis dederunt, quæ antè à Clero populoque fieri ſolebant, vt ſupra notauimus. Theodoricus nempe magni Clodouei filius Appollinarem Aruernis dedit Epiſcopum, oblatis ab eo multis muneribus: Appollinari defuncto, S. Quintinianum ſubrogauit: ſtatimq; directi nuntij conuocatis Pontificibus & populo eum cathedræ Epiſcopali impoſuerunt. Quintiniano ſucceſſit Gallus Rege opitulante. Sic Ommatius iuſſu Regis Clodomeris alterius ex Clodouei filiis ordinatus eſt Turonenſis Epiſcopus: Deinde Theodorus & Proculus ordinante Regina Clotilde iſtorum matre. Rurſus cum inconſulto Rege Theodoualdo Catonem populus Aruernus elegiſſet, paratis etiam Epiſcopis illum conſecrare (eo quod Rex paruulus eſſet eum ſe aſſerturos promittentes cum proceribus regni) hunc Rex improbauit, & Cantinum Archidiaconum promouit. Poſtea Clerici Turonenſes eumdem Catonem petierunt Epiſcopum non ſua voluntate, ſed Regis præceptione, ac repudianti Catoni vt qui Aruernam ſedem ambiebat Rex Clotarius Eufronium ſubrogauit. Sulpitius Bituricenſi præpoſitus eſt fa-

Greg. Turon. lib. 3. ca 2. lib. 4. c. 5. 11. 16. lib. 6. c. 39 lib. 8 c. 22. alia exempla ſunt lib. 4. c. 15 18 lib. 5. c. 40. 46. & aliis locis

IV. uente Rege Guntramno cuius digna vox notatur, atque vtinam eſſet in iſtis occaſionibus aſſueta Regibus. Nam cum multi munera offerrent, fertur reſpondiſſe: Non eſt Principatus noſtri cõſuetudo Sacerdotium vænundare: ſed nec veſtrum illud præmiis comparare, ne & nos lucri turpis infamia notemur, & vos Mago Simoni comparemini; ſed iuxta Dei præſcientiam Sulpitius erit vobis Epiſcopus.

Digitized by Google

Sic vides iam hæc tempora execrando illo peccato laboraſſe, ac Reges ei non ſemper reſtitiſſe planum eſt ex Turonenſi: Iurauerat, inquit, Rex ſe nunquam ex Laïcis Epiſcopum ordinaturũ: Deſiderium tamen Laïcum dedit Holoſenſi Epiſcopatui: ſed quid pectora humana non cogit ſacra fames? Denique Gregorius Magnus de coërcendis ſymoniacis reſcripſit ad noſtros Reges adeo hæc peſtis huic regno fatalis eſt, vt quæ ab illo ſeculo ad vſque noſtra horrendum in modum nullaque non Omnipotentis ira dignum ſerpſerit.

Ep 53 54 55 lib. 9 Iudith. 4.

V.

Atque hæc in prima Regum noſtrorum proſapia: in ſecunda vero Carolus Magnus ſolidum illius decus, ſi Pipinum demas, Eccleſiaſticas dignitates conferebat vt iam notauimus.

Dragonem Metenſis Eccleſiæ rectorem conſtituit Ludouicus Pius Clero conſentiente atque eligente: & plura per exempla comprobatur non abſolutè nominaſſe iſtius familiæ Reges, ſed duntaxat aut voluiſſe vt à ſe eligẽdi licentia peteretur, aut eligentibus conſenſiſſe: Inter quæ exempla famoſum eſt quod de diſſidio pro ordinatione Rhemenſis Archiepiſcopi ſcripſit Flodoardus. Nam Hugoni Heriberti Comitis filio Archiepiſcopatus electione Clericorum & Laïcorum ac conſentiente Rege, necnon Ioanne Pontifice approbante obvenerat: licet Hugo Quinquennis duntaxat eſſet: Vnde propudioſa electio: Ita tamen vt Abbo munia obiret ad hæc eum delegante Ioanne. Sed non multo poſt Rodulphus à quibuſdam Epiſcopis Artoldum conſecrari fecit inuitis Clero & populo qui viuo ſuo electo alium ſe electuros negabant. Quapropter exorta inde bella fuerunt Hugone & Artaldo ſe inuicem extrudentibus.

Aimoin. lib. 4. cap. 111.

Ado ad an. 83: de Agobardo Lugdunenſi.
Aim. lib 5. c 37.
Flodoard. lib. 3 cap. 21.
Hincmarus Rhemenſis variis epiſtolis recens à Ioãne Cordeſio editis.
Idem Flodoardus de Hugone Rhemenſi.

Sed huic Ludouico Rege fauente & opitulante ceſſit tandem Epiſcopatus, Epiſcopis conſentientibus nihilique ducentibus Agapeti Pontificis mandata quibus iubebat Hugonem recipi: Ea autem dicuntur ſubreptitia fuiſſe decepto nempe Agapeto litteris ad eum miſſis nomine Epiſcoporum Diœceſis Rhemẽſis, velut ſcribentium, vt Hugo confirmaretur. Itaque veritate cognita, litteriſque falſitatis conuictis in Synodo habita ad caſtrum Moſonij, cui Agapeti Vicarius adfuit, Artoldus confirmatus eſt, & Hugo contumax excommunicatus: Quæ Agapetus probata habuit vt eſt ampliſſimè apud Flodoardum.

Sed ne ſingula percurramus exempla, ſufficient ſiue ad præcedentem ætatem, ſiue ad iſtam Marculphi formulæ quibus Rex

Digitized by Google

notum faciebat ſe cum Pontificibus, & proceribus illuſtri viro, aut venerabili illi commiſiſſe pontificalem dignitatem, proindeque mandare Epiſcopis vt illum benedicerent: ac fuiſſe etiam Clero populoque eligendi facultatem; ſed de electo ad Regem reſcribere ſolitum eſſe formula ibidem relata, vt illum ſi placeret, approbaret, conſtat.

VI. Tertia progenies quæ nunc etiam fœliciter regnat, & Deo fauente regnabit (quanquam non deſint qui eam ex proſapia Caroli Magni velint eſſe) parentem primum Hugonem Capetum habet, cuius donatiuo munere Virbertus ſeu Gilbertus Rhemenſem cathedram adeptus eſt abdicato inde Arnulpho fictis criminibus. Is Gilbertus eſt qui ad ſuſpicionem vſque magicarum artium doctus Aſtrologus harum facultate ſupremum aſcendiſſe ſolium ab indoctis & hæreticis calumniatus eſt: ſed illum Helgaldus qui per ea tempora vixit maximè commendat vt pro maximo ſapientiæ merito toto radientem in mundo: multa virtutum inſignia operantem, & præcipuè in eleemoſina ſancta quam fortiter tenuit dum vixit: ſic Helgaldus. At Pontifex Romanus coacta Synodo Arnulphum repoſuit: Quod non ferens Gerbertus epiſtola ad Siguinum Senonēſem Archiepiſcopum: Non eſt, inquit, danda occaſio noſtris æmulis vt ſacerdotium, quod vtique vnum eſt ſicut Eccleſia Catholica vna eſt ita vni ſubjici videatur (id eſt Pontifici Romano) vt eo pecunia, gratia, metu vel ignorantia corrupto nemo Sacerdos eſſe poſſit niſi quem ſibi hæ virtutes cōmendauerint. Hæc ille, qui deinde Pontifex Max. fuit: ſed quæſo Gerberte quomodo vna erit Eccleſia ſi non vni ſubijciatur?

De hac hiſt. Aimoin. lib. 5. c. 45. Gerbertus in Concil. Rhem. c. 12. 14. & in epiſt. ad Vvilderod. Epiſc. cui tamen in ſua cauſa loquenti minus credēdum eſt. Paul. Æmil. in Hugone, & Roberto ad an. 997.

Et quidem ſumma cum æquitate reſtitutus eſt Arnulphus qui ſumma cum iniquitate ſpoliatus fuerat. Quid enim vir ille peccauerat quem hiſtoria virum bonum, & modeſtum dicit? prætextus erat in defectu natalium: vel quod Carolo Lotharingo ciuitatem Rhemenſem prodidiſſe fingeretur: quanquam in ea ipſe vim paſſus eſſet & anathemati ſubiecisſet omnes qui illam inuaſiſſent. At potior ratio quod Regi vſurpanti inuiſus eſſet, quia ex poſtremo ſtemmate Regio, cui regnum adimebatur, ſupererat.

Hugoni Capeto ſucceſſit Robertus filius cuius pietas & religio celebrantur: ac huius tempore Leothericum à populo expetitum Senonenſis Eccleſiæ Archidiaconum cum voluntate & authoritate Apoſtolica huic Eccleſiæ ordinauerunt ſuffraganei Epiſcopi: nec

nec de Regis conſenſu vlla mentio. At ſcribit Rodulphus curæ illi potiſſimæ fuiſſe vt ſedi Pontificali Paſtor daretur vtilis, licet infimus genere potius quam homo ſecularis pompæ, & nobilis proſapiæ, ſed inutilis.

Qui vero per ea tempora viuebat Fulbertus Carnotenſis teſtatur eos qui Epiſcopatui renuntiare volebant in alicuius fauorem, ſolitos eſſe illum nominare Regi: vnde renunciationes in fauorem peſſimæ: ſic Aquiſgrandus Franconem Regi nominauit, ſed eligente Clero, ſuffragante populo, & approbãte Romano Pontifice per manum Senonenſis Metropolitani. Verum idem Fulbertus noluit ordinare Epiſcopum quod à principe ſic obtruderetur vt nec Clero, nec populo, nec ipſis ſummis Sacerdotibus deflectere concederetur: & Carnotenſes Canonici recuſauerunt accipere Epiſcopum à ſe non electum. Ep. 81. VII. Ep. 61. Ep. 131. 132.

Roberto patri ſuccedens Henricus vacanti Senonum Archiepiſcopali ſedi ex media nobilitate virum ſelectum ſuffici, & conſecrari mandauit: Odonemque Campaniæ Comitem qui alterum è contra ſubſtituerat debellauit.

Quin autem ſub Philippo I. Henrici filio eadem authoritas fuerit non abnegant Iuonis contemporanei epiſtolæ, quibus planum fit Canonicos elegiſſe, ſed cum Regis conſenſu: ac Papam decreuiſſe confirmationem electi Rege poſtulante: præuio tamen Sacramento à Canonicis præſtito, vt iam notauimus, neque gratia, neque minis à Rege illatis ſe elegiſſe: atque idem Iuo Paſchalem ſummum Pontificem interpellauit vt Gualonem transferri iubeat de Epiſcopatu Beluacenſi quem propter ſacramentum Ludouici Regis habere non poterat, ad Pariſienſem ei à Rege, Regiſque filio conceſſum. Quin etiam pro inueſtituris de quibus tunc maximè agebatur, ſcripſit aduerſus Hugonem Lugdunenſem Antiſtitem in cauſa Senonenſis electi: eas probans quibus Rex nihil ſpirituale ſe dare intenderet: ſed tantùm aut votis petentium annuere: aut villas Eccleſiaſticas, & alia bona exteriora quæ de munificentia Regum obtinent Eccleſiæ, ipſis electis concedere. Deinde ſuccenſens eis qui huiuſmodi inueſtituris controuerſiam faciebant, addit Iuo: Inde miſeros Epiſcopos & Abbates nec ruinis morum, nec murorum reficiendis velle, vel poſſe vacare, ſolum ad hoc intentos vt poſſint aliquam linguam magniloquam ſibi amicam facere cuius nundinis ſe poſſint vtcumque defenſare: Romanę denique Eccleſiæ miniſtros irrideri, VIII. 54. 144. 160. Ep. 60.

Digitized by Google

quod his lenioribus intendant, grauiora autem legis præcepta prætermittant: hec flagitia, & facinora publicè perpetrata falce iuſtitiæ reſecent? Sic grauis ille Epiſcopus de inueſtituris: de quibus etiam ſuprà diximus.

Suger. Abbas, Paul. Æmil. Ludouicus Craſſus, Philippi filius adeò ægrè tulit Viridem Rodulphum ſe non aſſentiente, approbanteve adeptum Rhemenſem Archiepiſcopatum vt ab illo coronari noluerit licet Rhemenſis id ſibi ſoli iuris eſſe contendat, & tunc contenderit Epi. 189. 190. Eccleſia Rhemenſis: Iuone contra diſſerente vnius ciuitatis Belgicæ anguſtiis ius coronandi Regis non cōtineri qui Celtis etiam Aquitaniſque legem diceret: ac tandem oportuit Rodulphum à Rege inueſtituram accipere per manum & ſacramentum vt ſupra diximus: tunc autem Pontifices Romani maximo ſtudio contendebant de inueſtituris abrogandis per quas Reges ad ſe reuocabant prouiſiones Epiſcopales: At Craſſus ſuam in his maieſtaſtatem diminui nolebat: neque vt mox diximus Iuo improbabat, adeo vt author fuerit apud Pontificem vt in vrbe Tornacenſi, quæ Diœceſi Nouiodunenſi erat ſubdita, Epiſcopatus non erigeretur: rationem addens ne ſchiſma quod erat in Germanico regno in Gallia ſuſcitaretur. Quorſum? quia nempe Rex non erat paſſurus id abſque ſuo conſenſu fieri.

Rober. de Mōte in appendice ad Chronol. Sigeb. an. 1141. Ludouicus iunior Craſſi ſucceſſor repudiauit Petrum ab Innocentio P. M. in ſedem Biturigum vacantem miſſum illo inſcio: iurauitque tactis ſacroſanctis Euangeliis ſe nunquam paſſurum illum eſſe Epiſcopum: impediens etiam ne Cathalanenſi Diœceſi Paſtor præficeretur. Ep. 219. 221. Qua de re D. Bernardus profusè queritur dicens nullum eſſe ius Regis electorum promotiones prohibere, vel dilationem electionis indicere: ſed eodem hortante Ludouicus pœnituit malorum quæ inde contigerant.

IX. Poſt Ludouicum Philippus Auguſtus iſtud de Canonicis exigebat, vt ab eo licentiam eligendi peterent: & cum proficiſceretur in bellum ſacrum voluit eamdem peti: & ſine mora concedi à Regina. Sed Michaële Senonenſi defuncto Petrus Corbolius eam Eccleſiam per manum, & authoritatem Innocentij habuiſſe dicitur: vt & ante eadem authoritate Cameracenſem obtinuerat. Hæc Rigordus.

X. Ludouicus ſanctus Auguſti nepos ad curam ſuam collationes beneficiorum quæ ad patronatum ſeu deuotionem ipſius pertinebant, vocabat electis & probatis viris ea conferens: neque vlli

Guiliel. in eius vita.

Digitized by Google

quantumcumque litterato aliud poſſidenti niſi iſtud ſimpliciter reſignaſſet: nec beneficium non vacans promittere vnquam voluit. Quid verò de dignitatibus electiuis vt Epiſcopalibus & Abbatialibus quæ patronatus Regij non erant? Sanè Rebuffus ſcripſit à Broymaro Ludouici Cancellario memoriæ mandatum eſſe, illum iuſſiſſe cremari Bullam qua P.M. indulgebat illi facultatem diſponendi de beneficiis, quod eam ſaluti animæ periculoſam diceret: ac huius facti meminerunt plures Epiſcopi in orationibus quas coram noſtris Regibus pro Clero habuerunt: & impreſſas habemus inter edicta, & alia ad Clerum Gallicanum pertinentia. Necnon Thomas Vvalſingham quid ſimile adſcripſit Ludouico iuniori. In Neuſtria ad an. 1148.

XI. Nota dehinc eſt Philippi Pulchri cum Bonifacio 8. diſcordia vſque ad conuitia erumpens quæ alto ſilentio immergi oporteret: vt pote tantis Principibus indigna: & ob quæ in dubio eſt quis magis culpari debeat: iſtis enim abſtinere debuit, nec conuitia regerere Philippus videlicet filius in patrem: ſed dictum eſt patribus ab Apoſtolo ne filios ſuos prouocent ad iracundiam. Querelæ autem origo quod Bonifacius nullam quorumcumque beneficiorum collationem ad Regem pertinere diceret. Sed Clemens 5. Pulchro conceſſit vt Eccleſias Sacerdote, vel miniſtro deſtitutas ſeruientibus ei Clericis atque bene merenti familiæ conferre poſſet: improbanda ſanè conceſſio qua Ludouicus Hutinus abutens Cathalanenſem Antiſtitem ſede Pontificia mouit, inſtituto eidem Stephano Caroli Valeſij cubiculario. Gaguin. in Philippo & Hutino.

Denique in ſchiſmate Clemens 7. ſedens contra Vrbanum 6. Carolo 6. nominationis ius ſuper omnibus Cathedralibus Eccleſiis, atque etiam minoribus Eccleſiis, necnon duas præbendas vniuſcuiuſque Collegij conferendi dedit: & ſub Ioanne 23. item ſchiſmatico Rex & proceres dicebantur Papæ quoad beneficia quæ propalam pretio addicebant, vt ait Iuuenalis Vrſinus. Froſſart. lib. 4. Iuuenal. Vrſin. ad an. 1389. XII.

His ſucceſſerunt Conſtantienſis Concilij & Pragmaticæ Sanctionis edicta de quibus ſupra: ſed iſtis licet neglectis à Pontifice, nunquam tamen exorari potuit Pius 2. à Carolo 7. vt non daret Epiſcopum niſi quem priùs ipſe laudaſſet. Vide eius epi. 374. 375.

At Ludouicus 12. ſe in partem admittendum putauit quando in ſequeſtrum miſit redditus beneficiorum Mediolanenſis Ducatus tunc ad eum pertinentis, quæ Iulius 2. non explorato illius conſenſu contulerat vacantia per obitum Cardinalis Aſcanij: ac Guichard. lib. 7 8 & 9.

Digitized by Google

de pacis conditionibus cum eod. Iulio Bononiæ à noſtris obſeſſo agens hæc vltima fuit, vt omnium Galliæ dignitatum collatio iuxta regiam nominationem fieret: quod ille nunquam adduci potuit vt permitteret.

XIII. Sic volẽtibus Pontificibus ſummis ſolidam dignitatum Eccleſiaſticarum diſpoſitionem ad ſe pertinere: noſtris è contra Eccleſiaſticis electiones aſſerẽtibus, eiſque facilè aſſentientibus Regibus: hos proinde ab illis ſeiungi placuit conceſſa tandem in perpetuum nominatione Franciſco nempe 1. à Leone 10. vt confirmationem abſolutam cum iure annatarum Pontifex haberet per concordata inter eos acta quæ piis omnibus lachrymas excuſſerunt, & excutient.

XIIII. Huius autem nominationis præcipua capita hæc ſunt, Vt non habeat locum niſi in purè electiuis dignitatibus, non in collatiuis, cuiuſmodi ſunt quæ in patronatu conſiſtunt, vel quæ eligendo conferuntur, nec Epiſcopi, vel Superioris confirmatione indigent. Denique in quibus vacantibus non ideo Eccleſia Paſtore viduatur, quapropter Decanatus huic non ſubiacet, nec quæcumque alia capitularis dignitas à Capitulo eligi ſolita, & eligendo confirmari: nec Clauſtralis, vt Prioratus qui ſuperiorem habet: nec etiam Epiſcopalis, aut Abbatialis ſi qua eſt iure ſpeciali collatiua: id eſt ad alicuius collationem vel nominationem pertinens: Declarauit etiam Pontifex ſe per hoc concordatum nolle in aliquo præiudicare capitulis Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Prioratuum quæ priuilegia proprium eligendi Prælatum à Sede Apoſtolica obtinuerunt, quin liberè ad electionem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum & Priorum procedere poſſent, dummodo priuilegium huiuſmodi litteris Apoſtolicis, vel aliis authenticis conſignata legantur, probatione teſtimoniali prorſus reiecta. Verum fruſtra fuit hæc exceptio: Nam deciſum eſt nullam eſſe primariam dignitatem quæ à Rege non pendeat, ſeu iure coronæ, ſeu fundationis quo vltimo præſumuntur omnes Eccleſiaſticæ dignitates primariæ niſi liquidis titulis contrarium appareat. Itaque non valet iamdiu apud nos hæc exceptio, ſuſpenſa videlicet à Clemente 7. in gratiam eiuſdem Franciſci 1.

XV. Ergo nominatio Regia continetur ſolis electiuis primariis dignitatibus quæ ſuperiorem in Clauſtro, & Conuentu non habent, quæ confirmatione indigent, quæque non ſunt in patro-
XVI. natu, attenditur autem qualitas præſentis temporis. Nam ſi ex

Digitized by Google

præſcriptione electiuus cœperit eſſe, aut Prioratus, aut Epiſcopatus, aut huiuſmodi alius qui ex fundatione collatiuus erat, nominationi obnoxius erit: vt è contra non erit ſi cum à Principio fundationis electiuus eſſet, collatiui dignitatem induerit ſucceſſu temporis. Quot vero annorum debeat eſſe hæc præſcriptio non modicæ forſan quæſtionis foret: Eccleſiæ quidem Romanæ priuilegium eſt vt centenaria poſſeſſione contra eam opus ſit: cæterarum autem quadragenaria. Sed vix admittetur collatiuam dignitatem fieri electiuam 40. annis cum hoc ſpatio plerumque vix vacet, ſemel aut bis: non poteſt autem qualitatis innouatio induci niſi in vacante: nec cõſuetudo niſi vbi quid ſæpius factum eſt. Nam aptantur iura ad ea quæ frequenter accidunt: & factum ſæpius eſſe oportet eo temporis ſpatio quo ius præſcribi & adquiri poſſeſſione queat. Vnde nec triplex actus conſuetudinem induceret niſi ea 40. annorum eſſet. Quapropter Innocentius 3. excluſit Clericos Sutrinenſes ab electione Epiſcopi in quam ſe admittendos dicebant, & probabant ex eo quod tribus præcedentibus electionibus adfuiſſent: ſed hæ electiones propter breuitatem temporis intra quod cõtigerant, præſcriptionem legitimam non faciebant: tempus ergo 40. annorum eſſe debebat: vel, ſi mauis, centum annorum qui in his quæ continuum vſum non habent, requiruntur: id videlicet tempus cuius è contrario non extet memoria: eſt autem huiuſmodi centum annorum vltra quos vix produci poteſt hominis vita. Sed in his vel 100. vel 40. annis triplex actus requiritur: ſiquidem tres vices pariunt conſuetudinem: & duæ deſuetudinem.

Felin in reper-torio. litt. con-ſuetud. vnicus.

Cap. 3 de cauſa poſſeſſ. ex. cum gl. Tertiò & gl. breuitatem.

Itaque noſtri Senatores non præſumunt Clauſtrales dignitates electiuas eſſe, niſi conſtet perpetuò his prouiſum per electiones iuxta formam capitis, Quia propter: ac potiſſimum in mutationibus nouiſſimis: atque ſic iudicauerunt 18. Septembris anno 1570. in magno Conſilio pro Priore Mathurinorum, vt vocãt, Pariſienſium à Papa iuxta Regis nominationem admiſſo. Nam omnes Prioratus electiui, id eſt in quibus ab antiquo ſolita fuit obſeruari hæc forma capitis, Quia propter, nominationi Regiæ ſubiacent, ſi modo confirmatione poſt electionem indigeant vel Epiſcopi, vel Abbatis.

Sed ad nominationem non pertinent Prioratus vel Abbatiæ ſeculares quæ ſunt in cathedralibus Eccleſiis, aut huiuſmodi non Clauſtralibus: vt neque aliæ harum Eccleſiarum dignitates XVII.

Digitized by Google

puta Decanatus, & Præpoſitura, quandoquidem illarum electio à ſolo Capitulo pendet, nec Epiſcopi eget confirmatione, vt iam notauimus: quod Pariſienſis Curia pro Decanatu Carnotenſi iudicauit 3. Februarij anno 1569. videlicet valuiſſe quidem reſignationem illius Romæ factam, licet Canonici huic ſe oppoſuiſſent, quod dicerent electiuam eſſe hanc dignitatem proindeque à Canonicorum electione pendentem conferri non potuiſſe reſignatione: at vbi vacaret morte, dixit Curia tunc licere Canonicis ei prouidere per electionem.

Item à nominatione excipiuntur collegiatarum Eccleſiarum dignitates licet electione conſtituantur, vt pro decanatibus DD. Marcelli & Germani Auxerrenſis iudicatum eſt: ſimiliter Clauſtrales Abbates, aut Priores etiam electiui: ij nempe qui tantummodo ſunt triennales.

XVIII. De Abbatiſſis autem & Prioriſſis aliquando dubitatum eſt, an Rex eas nominandi ius haberet, atque nonnunquam contra Regem iudicatum eſt: ſed poſterior Iuriſprudentia obtinuit vt haberet: ac ab eo nominata euinceret electã à Monialibus: ſi tamen electa nominationem deinde regiam impetret, potior erit ea quæ nominatione ſola innitetur prout magno Conſilio placuit 1. Martis 1583. Denique nominationi Regiæ non ſubiacent Abbatiæ Primatiales quæ ordinis ſui capita ſunt, vt Cluniacenſis, Ciſtercenſis, Præmonſtratenſis, & huiuſmodi aliæ: necnon cæteræ licet non ſint capita, ſed quibus ſpeciali iure electionis facultas relicta eſt.

Atque hæc de dignitatibus ad nominationem pertinentibus.

XIX. Vbi vero vacat dignitas virilis tenetur Rex intra ſex menſes idoneum hominem, videlicet in Theologia, aut in vtroque ſeu in altero iurium doctorem, vel licentiatum in Vniuerſitate celebri cum rigore examinis nominare, & 27. annorum ad minus natum: de quibus tamen qualitatibus Papa diſpenſare poteſt Regis conſanguineum, aut Monachum eminentis litteraturæ, ſed tantum quoad Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, aliaque ſecularia beneficia, non etiam regularia. Verum profecto, rurſus dixerim, nimis facilè diſpenſat.

Quoti enim iſtis qualitatibus præditi reperiuntur nominati & prouiſi? ſtatuerat autem in Comitiis Bleſenſibus Henricus 3. neminem ſe nominaturum niſi qui huiuſmodi eſſet: & iuſſerat vt nominatus examinaretur ab Epiſcopo vel Archiepiſcopo, &

duobus Theologis: Sed tutius eſſet neminem nominari, nec nominatum admitti, niſi qui Theologiæ Doctoratum optimo marte meruiſſet: ſic enim dignitas Eccleſiæ quæ maximè viget in doctis & bene moratis Præſulibus (à doctrina autem præclari mores plerumque naſcuntur, vt ab ignorantia praui) facilè reſtitueretur: idque abſolutè addi Concordato debuerat, ſiquidem nemo neſcit quam facilè gradus iurium obtineantur, vt ex illis doctus & capax præſumi non debeat. Deinde ſatis-ne eſt Paſtori vt ſit Iuriſconſultus, vel Medicus, aut Grammaticus ignorans, ſcientiam Theologalem per quam oues ſuas regere illi neceſſe eſt, ſi eas ad opima pabula conducere velit? Vix autem attingit illum Theologiæ Doctoratum niſi qui per liberalium artium tramites tranſierit, & ſtudiis aculeos carnis retuderit.

Quod ſi Rex minus idoneum nominauerit, quamuis dicatur in ſua nominatione variare illum non poſſe: tamen ſi nominatus repudietur à ſummo Pontifice (at quotus repudiatus eſt) poteſt alium intra ſex menſes referre computandos à die refutationis indictæ ſolicitanti prouiſionem. His autem elapſis, ſi Rex vel nullum, vel adhuc non idoneum præſentauerit, tunc ad Papam pleniſſimè prouiſio ſpectabit. Sed idoneum Papa recuſare nullatenus poteſt, neque etiam ex conſilio omnium Cardinalium, nec ſolus minus idoneum. Nam recuſatus idoneus rectè admittetur à Capitulo, quaſi reſurgente illo iure quo eligentibus Canonicis ſolebat adhiberi Regis conſenſus: quemadmodum olim quando electum à Capitulo Epiſcopus Romanus ſine rationabili cauſa reijciebat, quorumdam fuit opinio potuiſſe tunc illum, quia non erat ſuperior ad quem recurrere poſſet, rectè adminiſtrare, & ſpiritualia, & temporalia, ne in his Eccleſia detrimentum pateretur. XX.

Guimet. in in Prag. Sanct. tit. de collat.

Adeo verò concurrere debent nominatio Regia, & prouiſio Papæ vt hæc nullatenus valeat ſine illa: nec nominato facultas ſit ſe immiſcendi ante prouiſionem Papæ. Nam ſi ſe immiſcuerit priuabitur dignitate vt intruſus: & Rex alium poterit nominare niſi quod ſi quæ diſcordia ſit inter Pontificem & Regem ob quam interdictum ſit iter Romanum, ſolitum eſt obſeruari vt ex decreto magni conſilij nominatus mittatur in poſſeſſionem, ea tamen conditione vt interdictione ſublata teneatur prouiſionem pontificiam requirere. XXI.

Quod ſi prouiſio Papæ ſuper nominatione Regis non ſortiatur

Digitized by Google

effectum verbi cauſa, mortuo aut recuſante, vel renunciante nominato: Iidem ſex menſes Regi competent quaſi nunquam no-
XXII. minauerit. Denique ne ius nominationis Regiæ fraudetur, inhibetur vlla reſignatio fieri, vel ceſſio quocumque modo in manibus ſummi Pontificis, ſeu in fauorem, ſeu penſione retenta, ſeu cauſa permutationis; vel per vnum ex collitigantibus lite pendente niſi conſenſu Regis: nec etiam tranſlatio permittitur, quia permutationem ſapit: & quomodocumque vacet Epiſcopatus nominatio Regis neceſſaria eſt prouiſioni futuræ, nonobſtãtibus reſeruationibus iuris excepta vnica vacantium ſcilicet in Curia
XXIII. per obitum ibi decedentium, de qua olim diſceptauerunt Iulius 2. & Ludouicus 12. inter ſe enim pepigerant procurante Cardinali Pictauienſi, vt qui tunc vacabant Epiſcopatus in ditione Regia his Papa prouideret abſolutè: ſed deinceps vacaturis non niſi ex nominatione Regis. Contigit poſtea quemdam Epiſcopatum orbari ſuo Paſtore in Prouincia Phocenſi, illo in Curia mortuo: hunc contulit Iulius licet reclamante Rege, ac dicente, etiamſi in fœdere nihil expreſſè cautum eſſet de vacantibus in Curia, Cardinalem tamen hos etiam nominationi Regis ore tenus conceſſiſſe. Quod Cardinalis negabat. Forſan, vt Guichardinus ait, plus metu quam ex vero: ſed tandem Pontifex Regi ceſſit.

At iam Concordato indubitata eſt hæc exceptio vacantium in Curia: ita tamen vt Rex poſſit contra prouiſum à Pontifice ſe opponere & excipere, ſi timeat de coniuratione ſeu proditione patriæ, vel reuelatione ſecretorum ſuorum: vel quando dignitas eſſet in partibus limitrophis vt Narbonæ, aut Carcaſſonæ, tunc enim Regis conſenſus neceſſarius eſſet. Licet vero hæc beneficia reſeruata ſint ſummo Pontifici, ſi tamen ea contulerit nominante Rege valebit collatio, etiamſi non pleniſſimo Papæ motu facta ſit: nec ille poterit ab ea reſilire quamuis non vſus iure ſuo.

Ergo vacantium in Curia vnicus eſt caſus nominationi derogans: atque adeò ſpecialis ſummo Pontifici vt ſede vacante deficiat: tunc enim defuncto Epiſcopo etiam Romæ, vel vbi ſedes erit, nominatio locum habebit, quia non præſumitur Curia niſi vbi eſt Pontifex. Quod ſi alio modo quam morte vacet beneficium, puta reſignatione facta apud ſummum Pontificem etſi perſonaliter, non duntaxat per procuratorem, nominatio expectanda erit: vnde quamuis in reſignationibus requiratur vt reſi-
gnans

Digitized by Google

gnans infirmus 20. dies viuat poſt reſignationem admiſſam, aliâs XXIV.
vacabit beneficium per obitum, eritque in collatione, & prouiſione Epiſcopi, ſiquidem ad eius collationem ſpectet: tamen ſi ad nutum infirmi reſignantis Rex nominauerit Papæ, deinde reſignans intra hos dies deceſſerit, non ideo Papæ ius erit prouidere abſque alia nominatione: ſed Rex nominare rurſus debebit ſeu iam nominatum ſeu alium: quia vacat dignitas per obitum: nec quominus vacet proderit primo nominato derogatio regulæ de infirmis à ſolo ſummo Pontifice impetrata: ſed proderit ſi à Rege: Idem erit ſi ante publicationem à nominato factam reſignans deceſſerit poſt ſex menſes in poſſeſſione: vacanti enim eo caſu per obitum dignitati, & annullata reſignatione poterit adhuc Rex nominare.

Atque hæc de hodierno iure nominationis apud nos longè di- XXV.
uerſo ab eo quo eligentibus ſuum calculum Rex olim dabat: quanquam ſint qui ius iſtud nominationis antiquiſſimum velint eſſe, videlicet Clodoueo 1. ab Epiſcopis Gallicanis conceſſo in Synodo Aurelianenſi vt gratias ei referrent ac veluti præmium debellati Alarici Vuiſigothorum Regis; quod conſcriptum à Vincentio in ſpeculo non reperitur inter Canones huius Synodi. At ſub Childeberto 1. habita eſt Synodus Aurelianenſis 5. anno 552. Can. 10.
cuius decreto ſtatutum eſt, Vt nulli Epiſcopatũ præmiis, aut comparatione liceret adipiſci, ſed cum voluntate Regis iuxta electionem Cleri, & plebis. Cui decreto contrarium extat in Pariſienſi ſub eod. Childeberto, Ne vllus ciuibus inuitis ordinetur Epiſcopus, nec Principis Imperio: quod ſi per ordinationem Regiam Can. 8.
honoris iſtius culmen pervadere aliquis præſumeret, à comprouincialibus nullatenus recipi mereatur: ſed quanti effectus fuerit ille canon iam vidimus cum notauimus Reges Epiſcopatus contuliſſe. Alij nominationes repetunt à Pipino duntaxat Caroli Magni patre, atque Lupum Ferrarienſem epiſtola ad Amulium Epiſcopum authorem habent Pipinus, inquit, expoſita neceſſitate huius regni Zachariæ Romano Papæ in Synodo cui Bonifacius Martyr interfuit, eius accepit conſenſum, vt acerbitati temporis, induſtria ſibi probatiſſimorum, decedẽtibus Epiſcopis mederetur: & ſupra; non eſt nouitium, aut temerarium quod ex Palatio honorabilioribus maximè Eccleſiis Rex procuret. Sed non fuit ætas in qua non extiterint qui Regibus nimium tribuerint. Sanè Epiſcopi à Ludouico Pio in altera Pariſienſi Synodo Can. 15.

Digitized by Google

petierunt, vt in bonis Paſtoribus, rectoribuſque conſtituendis ſolertiſſimam curam adhiberet.

Quod erat illi fermè nominationis authoritatem deferre: & in Synodo Valentina ſub Lothario 1. ſtatutum eſt, vt nominati à Regibus non admitterentur ſine examine eorum de doctrina & moribus: Quod vtinam obſeruaretur. Porro Gregor. 7. refert Philippum 1. ei præſentaſſe Robertum Abbatem pro Epiſcopatu Carnotenſi: quod eſt nominationis exemplum, quæ tamen tunc egebat electione canonica: ideo iubens Gregorius Dienſi Epiſcopo, vt voluntatem exploraret tam maiorum quam minorum. Quin etiam vidimus ſupra Fulbertum Carnotenſem Epiſcopum noluiſſe admittere nominatum à Rege, ita vt libertas conſentiendi, vel reprobandi non eſſet Clero, & populo, nec Epiſcopis.

XXVI. Hiſpaniæ Reges eamdem ſibi prærogatiuam adrogant elicitam ex Concilio Tolet. 12. celebrato ætate Agatonis ſedentis Romæ anno 679. Quid enim non ſemper potuerunt exigere in ſua cauſa Reges & Potentes? Hoc autem ſancitum eſt vt Primati Toletano licitum ſit quoſcumque regalis poteſtas eligeret, aut ipſe Toletanus dignos probarit, eos in quibuſlibet Prouinciis præficere Præſules: nec imponendam eſſe iniurioſam neceſſitatem Regiæ poteſtati conſultum aliorum Epiſcoporum de ſubrogandis Epiſcopis ſuſtinere: Sic Synodus: Vnde intelligitur ſolitos olim Reges eligere, ſeu nominare, nec tamen electiones, aut nominationes eorũ ante ratas fuiſſe quam Prouincialibus Epiſcopis eſſent probatæ. Iam vero ſufficere ſi Toletano Primati probarentur. Sed Mariana interpretatur in ſua hiſtoria hoc decretum quaſi Patrum mens fuerit Regis duntaxat explorare electionem ſi præſens eſſet eo loci cui dandus foret Epiſcopus: ac deinde Toletanus Præſul confirmaret. Quod ſi abſens Rex eſſet, tunc huic Præſuli tribueretur authoritas eligendi & confirmandi. Quæ interpretatio videtur deducta ex iſtis prioribus canonis verbis: Dum longè lateque diffuſo tractu terrarum impediebatur commeantium celeritas nuntiorum quò aut non quiret Regis auditibus decedentis Præſulis tranſitus innoteſci, aut de ſucceſſione morientis Epiſcopi libera Principis electio præſtolari. Verum ſequentia hæc (naſcitur ſemper & noſtro ordini de relatione talium difficultas, & Regiæ poteſtati dum conſultum noſtrum pro ſubrogandis Pontificibus ſuſtinet, iniurioſa neceſſitas: Vnde placuit omnibus Epiſcopis Hiſpaniæ vt ſaluo priuilegio vniuſcuiuſque Prouinciæ

In Concilio Tolet. 13. in c. 9. pleraque Toletani 12. confirmãtur decreta, & inter cætera iſtud his verbis: Item de conceſſ. Toletano Pontifici generalis Synodi poteſtate vt Epiſcopia alterius Prouinciæ cum cõniuentia Principũ in vrbe Regia ordinentur.

Digitized by Google

licitum maneat, &cæt.) Hæc, inquam, verba liquido probãt Epiſcopos abſolutam conceſſiſſe Regi facultatem eligendi, vel nominandi vbicumque vacaret ſedes: nec proinde eam coarctandam eſſe neceſſitate conſultationis habendæ aliorum Epiſcoporum. At profecto ſi interpretatio Marianæ valeret, nonne Regi iſtud decretum ſæpius inutile fuiſſet, vt qui vbique non poteſt eſſe? Ergo ſanior gloſſæ ad eum Canonem ſenſus: Nihil, inquit, Regi ſubtrahitur: quia ſicut prius eligebat, ita & modo poſt priuilegium Toletano Epiſcopo conceſſum: & cum Rex olim eligeret de cõſilio omnium Epiſcoporum, hoc conſilium conceditur Primati. Atque vt eſt vſus legum optimus interpres ſic refert Garſias Loiſa ſtudium & laborem eligendi viros Epiſcopatibus præficiendos penes Reges à tempore Gothorum vſque in futurum reſediſſe: Idemque Mariana moribus vſurpatum eſſe ne Epiſcopi Eccleſiis Hiſpaniæ darentur niſi quos Reges poſtularent, nominarentque quod adſtruit exemplis. Sic Vaſæus probat ante id Concilium electionem Epiſcoporum fuiſſe Regum Hiſpaniæ, ſed quæ debebat ab Epiſcopis & præcipuè Toletano probari. Denique in alio ſequenti Toletano eadem oblatio, vel nominatio Regi reſeruatur, ſed ita vt nominatus, vel oblatus veniret ad Concilium confirmandus.

Ad Can. cum longè diſt. 63.

In eumd. Can. & de eod. more Nicol. Garcias tract. de benef. 5. parte c. 1. nu. 216.

Mariana lib. 24 cap 16.

Vaſ. in Chron. ad an. 681.

Poſt Baleares inſulas à Iacobo 14. Arragonum Rege armis partas, cum his præponendus eſſet Epiſcopus, deciſum eſt primam electionem à Rege faciendam eſſe: ſequentes vero à Clero populoque permittente Rege.

Indices rerum ab Arrog. Regib. geſtar. lib. 1. ad an. 1230.

Sed Granatenſis regni dignitates, & beneficia Innocentius 8. reliquit nominationi Regum eam illis iure patronatus adſtipulante Ximenio Cardinale. Sic Portugalliæ Reges idem ius nominationis habuerunt adeo vt cum primæ dignitates Monaſterij S. Hieronymi electiuæ eſſent, nimirum à Monachis, Rex Henricus obtinuerat à Papa ius nominandi quatuor aut quinque ad ſingula officia quorum vnum tenerentur illi eligere.

Gomet. de geſt Ximenij lib. 5.

Bouadilla lib. 2. Polit. cap. 18. n 221.

Conieſtagg. lib. 4 de Caſtellæ, & Portugalliæ cõiunct.

Itaque Hiſpaniarum Reges tam canone Synodali quam vſu perpetuo ſubnixi præfractè eam nominandi authoritatem retinuerunt etiam aduerſus Pontifices Rom. qui ius quod Synodus præſuli Toletano tribuerat, videlicet vt Rex ei nominaret, ad ſe deduxerunt. Quapropter cum ad Pium 2. Henricus Caſtellæ, & Legionis Rex Epiſcopum Legionenſem miſiſſet, eique in Curia defuncto Pontifex Ioannem Cardinalem eiuſdem nationis ho-

Digitized by Google

minem ſubrogaſſet, poſſeſſionem Rex non cõceſſit: vnde multæ & magnæ contentiones inter eum & Pium exortæ ſunt. Nãq; Hiſpaniarum Reges adeò ſui iuris faciunt collationes dignitatum Eccleſiaſticarum, vt ne quidem vacantes in Curia ſe inconſultis, nec nominantibus patiantur dari. Et cum ſub Ferdinando, & Iſabella quorum in religionem exaggeratur pietas, & ſtudium, Sixtus 4. anno 1481. vacanti Epiſcopatui de Cueuca nepotem ſuum præpoſuiſſet: Reges contra interceſſerunt: ac eorum preces ſpernente Sixto ſubditis ſuis Romæ agentibus edixerunt vt ſtatim ſolum verterent, nuntiaueruntque Papæ ſe Concilium generale petituros, vt is abuſus (ſic vocabant) reformaretur: necnon Legatum Pontificium in carcerem coniecerunt: ac tandem coëgerunt Pontificis electum cedere iure ſuo. rogante vero Tarraconenſi Rege apud eumdem Sixtum vt Cæſar Auguſtuenſi Eccleſiæ filium ſororis, aut fratris tunc impuberem præficeret: non quidem Sixtus planè reiecit: ſed ad Regem litteras dedit quibus petiit ſe excuſatum haberi: differri enim in aliud tempus poſtulationem eius non mutari.

Ioan. Gobell. lib 4. Commentar. Pij. 2.

XXVII.

Ley 1. tit. 6. lib. 1. recopilacion.

XXVIII.

Papyr. Maſſon. in Sixto.

Cum vacaret Archiepiſcopatus Toletanus Yſabella Regina legato ſuo apud Pontificem agenti reſcripſit, vt ſuæ nominationi Apoſtolicam authoritatem more majorum interponendam curaret: Ximenium autem nominauerat, ab eaque nominatione

XXIX. hunc Primatum adeptus eſt, qui poſt recuperatam Toletum in tantam excreuit amplitudinem, vt ambiretur à Primoribus Hiſpaniæ: & duo Sanctij, alter Regis Arragonæ, alter Caſtellæ filius adhoc ſacerdotium promoti leguntur. Sed cum ſoliti eſſent iſti Epiſcopi, tum ſuarum opum amplitudine, tum clientelis ſuis confiſi ſeditiones excitare, Reges tandem effecerunt vt hac dignitate donarentur qui nobilitate non adeo valerent.

XXX. Summæ quoque eſt authoritatis apud Hiſpanos Prioratus equeſtris Rhodiorum S. Ioannis Militiæ. Hunc Antonio Aſtanigæ Philippus Rex Ferdinandi & Yſabellæ gener contulit: P. M. confirmauit. Sed poſt Philippi mortem Ferdinandus ad Hiſpaniam moderandam rediens, Didaco Albani filio illum dedit, accedẽte Magiſtri Rhodiorum voluntate, qui confirmationẽ Aſtanigæ à Pontifice petitam fuiſſe ægerrimè tulerat. Antonius apud Pontificem de Regis iniuria, & Magiſtri Rhodiorum audacia conqueſtus eſt: ſed fruſtra: deinde Ferdinando mortuo apud Carolum ſucceſſorem egit vt in integrum reſtitueretur: cauſa

Digitized by Google

ruſus examinata eſt Romæ licet Albano apud regium Senatum proclamante; ne ea quæ Regij iuris eſſent ad Pontificem maximum incautè deuolui ſinerent: necnon apud Romanos iudices aſſerente illius Prioratus collationem eſſe penes Regem & Rhodiorum Magiſtrum. Antonius Romæ obtinuit: ſed cum executoriales litteræ ad Carolum perlatæ eſſent, is iuſſit omnia Prioratus patrimonia donec cauſa ventilaretur in ſuam poteſtatem iure fiduciario redigi: ſe vero à partibus arbitrum eligi: vnde in Hiſpania aliquæ commotiones, tandem Ximenij authoritate ſopitæ, partito ex Regis ſententia Prioratu inter contendentes: & Antonio mortuo in ſolum Didacum deuoluto.

Atque ex ea hiſtoria quiſque videt quanti faciant Hiſpani iudicia Romani Tribunalis: & quantopere affectent Reges prærogatiuam in res & dignitates Eccleſiaſticas, quippe qui ſe Patronos dicunt omnium Epiſcopatuum, Archiepiſcopatuum, & Abbatiarum. Quod ius illis adeò creditur eſſe perpetuum, vt cum aliquando ei Rex Arragoniæ renuntiaſſet in gratiam Innocentij 3. proceres regni ab ea renuntiatione reclamauerint. Nam & horum quoque intererat, quoniam Patronatus ipſi habent. Couarruuias autem ſcribit adeò valere in Hiſpania ius Patronatus, nec duntaxat regium, ſed generaliter omnium vt edicto Caroli 5. Prælatis ac regiis Magiſtratibus iniunctum ſit ne ſinant authoritate litterarum Apoſtolicarum huic derogationem fieri, idque diligentiſſimè curent.

d. ley. 1:

XXXI.

Marin. Sicul lib. 10 de reb. Hiſpan

Couar. tom 1. c. 36. tit de iure patronat.

Sed ob enatas inter Pontifices & Reges controuerſias tandem tranſactũ eſt, vt quos Rex Hiſpaniæ præſentaret, vel nominaret, Papa gratos haberet. quam conceſſionem Mariana tribuit Adriano 6. in gratiam Caroli 5. alumni ſui; Cum, inquit, ante ad Regũ ſupplicationem precariò à Pontificibus Rom. inſtituerentur: eiſdemque Regibus Adrianum dediſſe vt tres equitum Religioſorum florentiſſimos Ordines ad omne tempus ipſi adminiſtrarẽt, cum ſoliti eſſent antea à ſummis Pontificibus conferri: liberalitas quam nulla poſteritas taceat, cuncti admirentur, nemo retractet: Hæc ille. Ideo vero hoc impetrauerunt, quia illi ordines timendos ſe Regibus exhibebant. Antea vero Iſabella Regina impedierat ne mortuo Magiſtro D. Iacobi alter eligeretur: ſed effecerat vt ordinis adminiſtratio in Ferdinandum coniugem ſuum transferretur; ac ratum id eſſet Pontifici.

XXXII.

De huiuſmodi etiam indulto Garcia, ex Nauarro ſeptima parte de benef. c. 10 n. 14.

XXXIII.

Anton. Nebriſſ. lib. 7. Decad. 1. ca. 2.

Sic ergo Rex Hiſpaniæ ius nominationum obtinuit, quod ex

Digitized by Google

Toletano decreto ei competens, intermiſſum aliquando fuiſſe præſumptio eſt ex eo quod Vrbanus 6. vt Caſtellanum Regem Henricum ad ſe auerteret ei ſpoponderit, quandoquidem tunc Hiſpaniæ omnia beneficia collationi Papæ ſubjacebant, ſe hæc non collaturum niſi indigenis Hiſpanis quos ipſe Rex nominare vellet.

CAPVT VII.

ANGLIAE, SCOTIAE, DANIAE, Bohemiæ, Vngariæ, & Poloniæ Reges eo iure vſi: necnon alij Principes hoc capite enumerati.

LECTIO.

1. *Angliæ Reges de dignitatibus Eccleſiaſticis diſponentes.*
2. *Redditus vacantium vſurpantes.*
3. *Illorum ſymonia.*
4. *Conferebant per baculi traditionem: & miraculo comprobata ab Edoüardo 1. ſic facta collatio.*
5. *Anſelmus Cantuarienſis inueſtituras per annulum & baculum Henrico 1. controuertit.*
6. *Concordatum.*
7. *Henrici 8. in memoriam & ſacros cineres D. Anſelmi barbaries.*
8. *Eiuſdem Henrici 1. & Stephani ſucceſſoris electionum contẽptus.*
9. *De veteri conſuetudine regni Angliæ ſuper Epiſcopatibus, vel Abbatiis vacantibus, & eorum redditibus: obque illam diſſidiũ inter Henricum 2. & D. Thomam Cantuarienſem.*
10. *Vt compoſitum illud diſſidium.*
11. *Conueniunt inter ſe Pontifex Maximus, & Rex Anglus.*
12. *Innocentij 3. cum Ioanne Rege ſimultas ob electiones quas Pontifex non ſinebat eſſe liberas.*
13. *Petita eligendi licentia à Rege.*
14. *Rurſus conſentiunt Pontifex & Rex contra electiones.*
15. *Edictum Pontificium vt Epiſcopi electi Romam irent.*
16. *Reſeruationes introductæ in Angliam: Querela Regis contra illas & Concordatum: Prouiſio Papæ reiecta.*
17. *Nolunt Angli recedere à ſtatuto contra prouiſiones Papæ: Reſignationes apud Regem factæ.*
18. *Scoti nolunt alium Primatem quam Rom. Pontificem.*
19. *Scotiæ Reges collatores Eccleſiaſticarum dignitatum, ac Iacobi 1. in deligendis Antiſtibus*

Digitized by Google

ſancta prudentia. Controuerſia ob electiones.

20. *Nominatio Regia.*

21. *De Daniæ Regibus & Suenonis illiterati miraculoſa ferè electio: vt fortitudo in caſtigando Rege.*

22. *De Bohemiæ Regibus.*

23. *Poloniæ item Reges conferunt eaſdem dignitates.*

24. *Annuente Pontifice Romano.*

25. *Pontifex Romanus eas quoque ibi confert.*

26. *Diſſidium ob iſtas collationes inter Pontificem & Regem.*

27. *Concordatum inter Regem, & Capitulum Varinienſe.*

28. *Tādem nominatio introducta.*

29. *Ex ſuppreſſis electionibus mala quorum præcipuum Eccleſiaſticorum ſeruitus.*

30. *De Stephano primo Vngariæ Rege Chriſtiano, & corona ei data à P. M. cælitus monito.*

31. *Legati Apoſtolici vice donatus in deſignandis Epiſcopis.*

32. *Stephani Regis pia animaduerſio in eligendis Epiſcopis, & confirmatio petita à ſummo Epiſcopo.*

33. *Sequentes inde Reges Epiſcopatus contulerunt.*

34. *Nortmanni Siciliam inuadunt: & occupant.*

35. *Epiſcopatus inſtituunt.*

36. *Legationis Pontificiæ perpetuæ munus Siciliæ Regibus conceſſum: ac quibuſdam aliis Regibus, idem datum eſſe.*

37. *Quid huic ineſſet: an facultas conferendi dignitates Eccleſiaſticas.*

38. *Concordatum inter Pontifices Romanos & Siciliæ Reges.*

39. *Aliud electio, aliud conſecratio.*

40. *Cancellarius Gallus Siculis datus, eius æquitas quanti habita: tumultus Siculorum in eum exortus: cauſſa: ſeceſſus.*

41. *Ob electiones & alia iura diſſidium inter Pontifices, ac Siculos Reges & concordata.*

42. *Quibus nominationis ius ſucceſſit.*

43. *Hiſpanorum Regum iura in collationibus dignitatum Eccleſiaſticarum Flandriæ, Brabantiæ, Indiarum, Mediolani.*

44. *De Veneta republ. collationes earumdem dignitatum ſibi attribuente.*

45. *Idem de Armorica Britanniæ Duce.*

ANGLI Reges ſuas electionibus, & ordinationibus dignitatum Eccleſiaſticarum partes interpoſuerunt: imo ſibi eas plerumque ſolis arrogauerunt. Itaque S. Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis anno 963. ab Eadgaro Rege petiuit vt Oſuvaldum ad Vvigornienſem Eccleſiam promoueret. I.

Anno 1062. Eboracenſi Eccleſiæ præficitur Aldredus Rege vi-

Digitized by Google

delicet Edoüardo annuente vt Clerus & plebs eligerent quem vellent.

Anno 1093. Vuilielmus iunior Cantuarienſem Eccleſiam quam diu in ſua manu tenuerat (proh nefas) Beccenſi Abbati dedit.

Anno 1126. Henricus Vuilielmi frater Epiſcopatum Vuigornienſem Simoni Clerico Reginæ dedit.

Anno 1176. Henricus 2. Godefrido Epiſcopo S. Aſaf cum propter Vualenſium incurſus Epiſcopatu ſuo abire coactus fuiſſet, Abbatiam de Abbedonia commendauit tamdiu poſſidendam quamdiu non poſſet ad ſuum Epiſcopatum redire. Sed eo hunc Epiſcopatum apud Cantuarienſem Archiepiſcopum reſignante ſperans inde ſibi Abbatiam perpetuò ceſſuram, Henricus indignatus Epiſcopatum dedit alteri: & Abbatiam Monacho. Sicque Rex Vuilielmus 2. Abbatiam Bathonienſem Ioanni Epiſcopo Vvellenſi dedit, & ante illum, anno ſcilicet 967. Eadgarus Meruinnam Abbatiſſam conſtituit.

II. Qui pluras volet exempla perquirat libros Malmeſburienſis de geſtis Pontificum Anglorum ex illiſque addiſcet Vuilielmum 1. ſolitum etiam fuiſſe poſt deceſſum Epiſcopi, vel Abbatis omnes redditus Eccleſiæ vacantis integrè curare vt ſeruarentur ſucceſſori.

III. Quo iure abutens Vuilielmus 2. audita morte Epiſcopi, vel Abbatis ſtatim clericum ſuum mittebat qui mobilia ab eo relicta ſcripto exciperet, omneſque redditus in poſterum fiſco Regio inferret. interea quærebatur quis idoneus in defuncti locum ſubſtituendus non pro morum, ſed pro nummorum experimento vt Malmeſburienſis ait.

IV. Ergo iſti Reges Sacerdotia conferebant atque etiam per baculi Paſtoralis traditionem: cuius rei ſingulare teſtimonium refertur in Mathæo Paride: videlicet Vlſtanum accuſatum quaſi non legitimè ordinatus fuiſſet, baculum ſeu virgam Paſtoralem reddidiſſe tumulo Reges Edoüardi à quo viuente acceperat, eamque ibi affixam nulla alia manu quam Vlſtani auelli potuiſſe: Deo tali miraculo comprobante, hanc illi legitimè à Rege conceſſam fuiſſe. Ampliuſque addit Thomas Vvalſingh. neque ab eius mortui digito extrahi potuiſſe annulum quo Pontificalem ſuſceperat benedictionem.

Paris in Vuiliel. 20.

Vvalſing in Neuſtria ad an. 1093.

Sed cum Gregorius 7. vt ſimonias ex Eccleſia proculcaret inueſtituras

ueſtituras per annulum & baculum harum cauſas damnaret, Anſelmus illum imitatus ſedens Archiepiſcopatui Cantuarienſi ſub Henrico 1. anno 1102. cœpit quoque Anglo Regi eas controuertere: permotus etiã decreto quo Paſchalis Gregorij ſucceſſor in Synodo Romana prohibuerat ne quis Sacerdos à laïco inueſtituram acciperet. Equidem non gratis ſed pretiõ plerumque dabatur quod Vvilielmus 2. etiam vſque ad mille libras argenteorum petebat, vt ſcripſit Thomas Vvalſingh.

Ibid. ad ann. 1093.

V. Itaque Anſelmus abdicauit Abbates, & Epiſcopos noluit conſecrare qui huiuſmodi inueſtituras accepiſſent. Vnde Regi ſtomachus tantus, vt eius metu Anſelmus Romam perfugere coactus fuerit: quò etiam Henricus procuratorem ſuum miſit qui conſtanter allegans Regem, nec ſi de regno ſuo ageretur inueſtituras dimiſſurum eſſe, Paſchalem audiuit reſpondentem: Nec ego, inquit, eas illi patiar etiamſi venirem in capitis diſcrimen: atque tanti fuit in hoc Paſchalis & Anſelmi authoritas vt Rainaldus Reginæ Cancellarius ad Epiſcopatum de more promotus à Rege, audiens Anſelmum nolle confirmare inueſtitos ab eo (tunc enim Primates confirmabant ſuos Suffraganeos) vltrò nec rogatus nec iuſſus annulum & baculum Regi reddiderit: cumque Henricus Eboracenſem Archiepiſcopum conſecrationibus præpoſuiſſet Anſelmi vice nemo fuit qui eas ab eo ſumeret.

Sic Nicol. Harpsfeldiꝰ ſis ait Cheuelinũ pœnitentem quod ſola Regis Henrici 1. volũtate nulla præcedẽte Canonica electione Epiſcopatũ adeptus eſſet, dignitati renũciaſſe, annulũ & baculũ Henrico remiſiſſe. In hiſtor. Anglicana ad 12. ſecul. cap. 32.

VI. Tandem ex concordato inter eos Henricus profeſſus eſt nihil ſe iuris, vel ſibi, vel hæredibus in Eccleſiarum inueſtituris vindicaturum, nec in electionibus faciendis quidquam præter aſſenſum, vt ſcripſit idem Thomas: Inueſtituras, ait alter, annuli & baculi remiſit retento tamen electionis & regalium priuilegio. Quæ ſunt intelligenda, vt electionibus factis peteretur eius aſſenſus, & regalium id eſt iurium, & rerum temporalium traditio prout ſupra de Imperatoribus notauimus.

VII. Is eſt Anſelmus in diuorum numerum relatus, quem plura poſt ſecula Henricus 8. ab Eccleſia deficiens citauit in iudicium velut perduellem quod iura Eccleſiaſtica egregiè tutatus eſſet, & nimis impiè ac barbarè data in eum vt libuit ſententia, oſſa illius comburi, cincreſque in flumen diſpergi iuſſit, confiſcatis theſauris, ornamentis, & quidquid in eius ſacram memoriam pietas fideliũ dicauerat. Sic abyſſus abyſſum inuocat: rebellis ſuæ matri Eccleſiæ non potuit quin ſæuiret in eius membra.

VIII. Sed vt ad rem, cum ſic tranſacto de inueſtituris, Archiepiſco-

Digitized by Google

patus Cantuarienſis vacaſſet morte D. Anſelmi Rex admonitus eius viduitati tandem poſt quinquennium conſulere Concilium Vvindleſoris coëgit, vbi in commune arbitrium reiecit electionem, licet cuperet Faricium Abbatem præficere. quo conceſſo Rodulphum olim Monachum elegerunt, quia è Monachis Cantuarienſem Primatem ſumendum eſſe dicebant. Faricium verò repudiauerunt quod Longobardus eſſet. Satis aiebant ſuperque alienæ gentis homines Archiepiſcopi fuerunt. Longobardus ille lites & diſſidia ſereret. Sed Mathæus Paris author eſt Henricum dediſſe huic Eccleſiæ Rodulphum illum & per annulum, & baculum paſtoralem inueſtiſſe; quod ſi verum, parui fuit hæc tranſactio. Ea vero ætate vt iam notauimus Pontifices Romani authore primo Gregorio 7. nihil non moliebantur vt à Principibus Laïcis inueſtituras tollerent: Id eſt electionum Eccleſiaſticarum arbitrium: Qua de cauſa cum Calixtus 2. Rhemis Concilium haberet, Henricus miſit quoſdam Angliæ & Nortmaniæ Epiſcopos qui contra diſſererent: interque illos adfuit Turſtanus Eboracenſis electus, ſed præuio iuramento Regi dato ſe à Pontifice benedictionem, id eſt confirmationem non accepturum: cui iuramento cum non ſtetiſſet, Rex ei Angliam interdixit. Sic Math. Paris ad an. 1119.

Henrico mortuo Stephanus nepos vſurpauit regnum aduerſus filiam defuncti: ac proinde vt ſibi conciliaret Eccleſiaſticorum animos promiſit ſe vacantes Eccleſias in manu ſua non retenturũ, ſed ſtatim electioni canonicæ conſentientem inueſtiturum electos: at nihil eorum quæ promiſerat ſeruauit.

Stephano ſucceſſit Henricus 2. cui cum alio Cantuarienſi Archiepiſcopo nempe D. Thoma negotium fuit. Nam Henricus
IX. anno 1164. promulgandas curauit veteres, vt volebat, conſuetudines regni, quarum hæc erat: Cum vacauerit Archiepiſcopatus, vel Epiſcopatus, vel Abbatia, vel Prioratus in Dominio Regis, eſſe debet in manu ipſius, & inde percipiet omnes redditus & exitus ſicut dominicos redditus ſuos: & cum ventum fuerit ad conferendum Eccleſiam debet, Dominus Rex mandare perſonas potiores Eccleſiæ: & in capella ipſius Regis, & conſilio perſonarum regni quas ad hæc faciendum aduocauerit, electio fiet: & ibidem electus faciet homagium & fidelitatem Regi ſicut ligio Domino ſuo, de vita ſua, & de membris, & de honore terreno ſaluo ordine ſuo, priuſquam conſecretur.

Digitized by Google

Abſurdum erat & nefas in ea lege quod redditus ſacros ſui iuris Rex faciebat: nec electionibus intereſſe volebat niſi quos placebat: Quod erat illas revera abrogare: iſtis tamen veteribus conſuetudinibus promulgatis temere vt dicitur ſuum Thomas dederat ſacramentum; ſed ad ſe rediens grauiter iſtius pœnituit: ac ne huiuſmodi conſuetudines obſeruarentur interceſſit apud Alexandrum 3. cuius ab Henrici poſtulatis non fuiſſe aliena mens legitur. Namque hoc ſolum curauit vt Archiepiſcopus in Eccleſia ſua reſtitueretur: ſiquidem Anglia profugus erat: nec Thomas de pace cum Henrico coram Rege Francorum agens aliud petiuit quam vt ei redderetur Eccleſia Cantuarienſis cum ea plenitudine & libertate qua vtebatur cum primùm factus eſt Archiepiſcopus: atque prouiſioni & collationi eius relinquerentur omnes Eccleſiæ, & præbendæ Diœceſis Cantuarienſis quæ illo abſente vacauerant. Quod vltimum Rex negauit, quia iam prouiderat eis: ſed ſe paratum dixit hanc controuerſiam iudicio Palatij Pariſienſis & Gallicanæ Eccleſiæ, ſeu ſcholarum diuerſarum Prouinciarum committere.

Tandem ipſe Rex ad filium reſcripſit pacem initam fuiſſe ad libitum ſuum: ſaltem non apparet illum diſceſſiſſe ab his conſuetudinibus: ſed poſtea quatuor ex illis remiſit, quarum quoad Ec- X.
cleſiarum prouiſiones hoc ſolum conceſſit, vt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus vel Abbatiæ non teneantur in manu Regis vltra annum, niſi pro cauſa euidenti, vel neceſſitate vrgente.

Videntur poſtea intelligentes fuiſſe contra electiones & con- XI.
firmationes P. M. & Rex Anglus ſi quidem Roberto de Monte fides. Scribit enim anno 1174. poſt necem D. Thomæ cum eius (In appendice ad Sigebert.) ſedi, & aliis dati eſſent Antiſtites per electionem: atque iſti aduenirent, vt Cantuarienſem conſecrarent & viciſſim ab eo conſecrato ſacrarentur, Henrici iunioris litteras prolatas eſſe, quibus iſtas conſecrationes impediebat, & imponentibus eis manus diem dicebat Romæ: quapropter infecto negotio omnes diſceſſerunt.

Richardus 1. Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & aliorum magnatum ſuorum fretus conſilio benignè conceſſit Gaufrido fratri ſuo Archiepiſcopatum Eboracenſem, & aliis alios Epiſcopatus tunc vacantes: nec Cantuarienſis Archiepiſcopus iſtas Regis electiones refutauit: ſed ſolummodo Eboracenſi interdixit ne electis conſecrationem impertiret, quippe non ab alio quam à ſe petendam eſſe.

Digitized by Google

XII. Rurſus cum Innocentio 3. plurimam ſimultatem exercuit Ioannes Richardi ſucceſſor, eo quod ille coëgerat Monachos Cantuarienſes, tunc Romæ exiſtentes, excommunicationis indicta pœna ni obedirent eligere Stephanum Cardinalem licet renitentes, & aſſerentes ſibi licitam electionem non eſſe præter conſenſum regium & conuentus. Sic Innocentius libertatem electionum ipſe præripiebat: Quapropter Ioannes illi grauiter ſuccenſuit, & negotij ſummam, vt ait Mathæus, concluſit, quod ſi de præmiſſis non eſſet exauditus omnibus Romam petentibus maris ſemitas anguſtiaret ne terra ſua diuitiis euacuata ipſe minus ad hoſtes ab ea depellendos ſufficeret: Quod vindictæ genus contra Pontifices Romanos inuentum, ſæpius à Regibus vſitatum eſt. Innocentius vero cùm Rex à propoſito non reuocaretur, nec Stephanum admittere vellet toti regno ſacris interdixit, ipſumque Regem regno abdicauit: ac reſipiſcentem regnumque ſuum Romanæ ſedi ſubijcientem, & iuri patronatus omni quod habebat in Eccleſias renuntiantem, abſoluit.

XIII. Poſtea idem Ioannes Capitulis & Collegiis electionum iura remiſit, modo tamen ab eo peteretur eligẽdi licentia, quam ſi denegaret nihilominus eligerent: & celebrata electione conſenſum Regis peterent, quem negaturus non eſſet niſi iuſta & rationabili de cauſa. Quod concordatum approbauit Innocentius 4. vt refertur in Henrico 3. Et tum ex eo in poſſeſſionem Archiepiſcopatus init Stephanus cui durum fuit quod ex reſcripto Innocentij legatus Pontificius de vacantibus dignitatibus diſponeret aſſenſu duntaxat Regis expetito, ac electos conſecraret: Quamobrem huic ſe oppoſuit quia ius Primatus Cantuarienſis infirmabat: ſed opponentem coërcuit ſuſpenſione à ſacris Innocentius.

XIIII. Henrico 3. regnante poſt Ioannem cum vacaſſet Dunelmenſis Epiſcopatus, Prior & Conuentus poſtulauerunt à Rege Paſtoris eligendi licentiam: Is obtulit illis. Lucam Capellanum ſuum rogans vt reciperetur, nihilominus Monachi alium elegerunt quem Henricus noluit approbare. Vnde controuerſia ad ſummum Pontificem delata, qui repudiatis electis tam à Rege quàm à Canonicis alium dedit. Sic cum Cantuarienſi vacanti ſubſtitutum à Monachis Rex refelleret, & alium promoueret, Pontifex vtrumque reiecit, & rurſus nominatum à Cantuarienſibus iiſdem Monachis confirmauit. Quod non in vna electione fecit tempore Henrici plures electos reijciens: ſed committens Mo-

Digitized by Google

nachis vt alios eligerent. Vvintonienſi Eccleſiæ idem Rex ſuum avunculum præfecit quem Capitulum ſeu Collegium reprobauit, alium elegit: at præualuit apud Pontificem electus à Rege.

Indeque Collegia Anglicana perpendentia non admiſſurum Pontificem niſi qui grati eſſent Regi, curæ habuerunt eligere, quos hic probaturus erat: ac ideo Bonifacium Cantuarienſes Monachi elegerunt, & alij alios. Namque in poteſtate Regis erat electos refutare: nec deerant refutationis cauſæ, quocumque colore exquiſitæ vt paſſim adſtruit exemplis idem Mathæus. Quin etiam quia Papa beneficia Anglicana Italis conferebat, id vero iniquum erat Regi; ſic tranſactum eſt vt quando Papa collaturus eſſet nepotibus ſuis, vel Cardinalium, tunc Regem ipſe vel Cardinales rogarent vt iſtas collationes acceptas haberet. Atque demum factum eſt ſic conniuentibus inter ſe Pontifice & Rege, vt hic eligendi, ille vero approbandi authoritatem ad ſe à Capitulis, Collegiis, & Metropolitanis reuocauerint: ſicque firmato iure Regis, Papa ſuo exciderit, dum Angli ſibi ad viciniorem poteſtatem recurrendum exiſtimantes, vt quæ proſcriberet, & temporalium vſu priuaret, hûc incubuerunt vt conſenſum illius duntaxat expeterent parum ſoliciti de Romano Pontifice quoad electiones.

Sed Pontifex vt ſuam authoritatem reficeret conſtitutionem fecit, de qua ſic Mathæus Paris: Ecce Romæ cruentiſſimum ſtatutum quo oportet quemlibet electum perſonaliter tranſalpinare, & in ſuam læſionem imo euerſionem, Romanorum loculos impregnare: cum autem Rex qui dictorum Prælatorum Eccleſias exinaniuit, erubuit vel erubuiſſe confuſus debuiſſet, quod regnum Angliæ in ſuæ ruinam dignitatis, tot impetitur oppugnaturque ſcandalis aduerſitatum: Ecce noualitas Prælatiarum, vexationes perſonarum, Eccleſiarum interim ſub Rege & regalibus diſtractiones, ac conuentuum flebilis & moroſa deſolatio: hæc ille. Et ad annum 1257. ſtatutum eſt, inquit, Romæ à Domino Papa, & Cardinalibus qui vigilanter ſua temporalia procurant commoda non curantes aliena, vt quilibet qui in Abbatem exemptum ex tunc eligeretur, Romanam Curiam adiret confirmandus & benedicendus. XV.

Itaque licet eligentibus Canonicis, ſeu Monachis, aut Capitulo rata haberi debebat electio à Pontifice: ac ideo ad eius conſenſum obtinendum ſolebant eligentes aliquos ex ſuis delegare:

Digitized by Google

in eamque rem ſumptus facere: quos cum Monachi Ciceſtrenſes à ſuo electo Rodulpho Novavillano exigere tentarent, ne teruntium quidem ille dare voluit: ſine dubio ne ſpecies ſymoniæ videretur: ſed manibus ad cœlum productis, Si me, inquit, ſumme Deus tanta ſede licet immerentem ornare volueris, tuæ voluntati ſatisfiat. Sin vero in hoc meo minore Pontificatu, cancellariæq; munere mea tibi opera grata, populoque neceſſaria fuerit, & hîc quoque tuæ ſanctæ voluntati pareatur.

Nicolaus Harpsfeldius in hiſtor. Anglic. ad 13. ſecul. cap. 16. Math. Paris eius promotionem refert ad an. 1222. ſub Henrico 3.

XVI. Sed hoc non obmittendum, quod ſummis Pontificibus non præ oculis, ſed vſui ſemper eſſe deberet vt certiores fierent de capacitate promoti Epiſcopi: nempe cum electus Cantuariæ à Monachis Vvalterus Romam de more profectus eſſet, Gregorius 9. Cardinalibus eum interrogandum commiſit: ipſi vero quæſtiones ei propoſuerũt de Deſcenſu Domini ad inferos vtrum in carne, vel ſine carne deſcenderit: de confectione corporis Chriſti in altari: de Rachele qualiter plorabat filios ſuos cum primùm eſſet mortua: de ſententia excommunicationis contra iuris ordinem lata: de matrimonio, ſi alter contrahentium infidelis deceſſerit: Ad quas quæſtiones cum malè reſpondiſſet, Pontifex electionem eius irritam fecit, & prouiſionem Epiſcopatus ſibi reſeruauit.

Idem Harpſfeld ad d. 13 ſecul. cap. 6. & Math. Paris in Henrico 3. ad an. 1229.

O quanti repulſam paterentur ſi huiuſmodi quæſtionibus ſubderentur? vel potius quanti de ignorantia ſua ſecuri ad dignitates non accederent pudori potius quam ambitioni conſulentes ſi examinationem iſtam omnes electos, aut nominatos, vel quomodocumque promotos ſubire oporteret?

Ergo ſibi reſeruauit Gregorius: ac ſenſim reſeruationes Pontificæ introduci cœperunt in Anglia, cuiuſmodi exempla multa referunt Vvalſinghamus, & Harpsfeldius, adeo vt prætextu reſeruationis reijceretur etiam vir ſupereminentis litteraturæ, multiſque virtutibus redimitus, ac legitima, omnique vitio carente electione ſubrogatus.

Vvalſing. ad an. 1312. 1320. & plura Harpſfeldius in Anglic. hiſtor. ad 14. ſecul. c. 16. 22. 23. 24. 26 27. & ad 15. ſecul. ſub Martino 5. cap. 21.

His verò reſeruationibus cum vota Regis & Capituli eluderentur, ac anno 1343. Clemens 6. duobus Cardinalibus vacatura beneficia indulſiſſet: Edoardus 3. epiſtola ad illum ſcripta queſtus eſt his verbis, Eccleſias Cathedrales, & alias noſtri dudum progenitores ſingulis vacationibus iure ſuo regio liberè conferebant: & poſt modum ad rogatum & inſtantiam ſedis Apoſtolicæ ſub certis modis & conditionibus conceſſerunt, quod electiones fierent in dictis Eccleſiis per Capitula earumdem: quæ conçeſſio fuit per

Digitized by Google

ſedem Apoſtolicam ex certa ſcientia confirmata. Sed contra formam conceſſionis & confirmationis prædictarũ dicta ſedes per reſeruationes, & prouiſiones ſuas dictis Capitulis electiones adimit ſupra dictas, & nobis ius & prærogatiuam quæ iuxta formã dictæ conceſſionis nobis competunt in hac parte: propter hoc iuxta legem dicti regni noſtri conceſſio reuoluitur, & rei ſtatus reuertitur in primæuum, ſic Rex: exindeque in Parlamento decretum eſt, vt perpetuis vinculis, aut exilio mulctarentur qui aliquod beneficium Eccleſiaſticum in Anglia ex Pontificis donatione conſequeretur, ſed Archiepiſcopi, & Epiſcopi, cæterique ad quos de iure pertinet, conferrent intra quatuor menſes: quibus elapſis deuolutio eſſet ad Regem: & ſi quis Epiſcopatum donatum recuſaret amplecti niſi ex prouiſione Pontificia, poſſeſſionibus Epiſcopalibus priuaretur, nec illis abſque gratia Regis reſtitueretur.

De hoc decreto Harpsfeldius ad ſecul. 14. cap. 5.

At quid minus congruum quam vt deuolutio fieret ad Regem? cur non ad Metropolitanum, ab eoque ad ſummum Pontificem cui ius iſtud negari non poteſt extra impietatem?

Porro nihil Innocentium 6. Clementis ſucceſſorum decreta Parlamenti remorata ſunt, ait idem Harpsfeldius, quominus non ſolum Sacerdotia, & minores dignitates conferret, ſed etiam Epiſcopatus ex prouiſione, & reſeruatione, & cum non ceſſaret, renouatum eſt Parlamenti decretum: miſſumque ad Pontificem maximum vt ab eo impetraretur ne ſe in Epiſcoporum deſignationibus immiſceret: ſed ſolutam, & liberam electionem ad eos, quorum erant ſuffragia, reiiceret: vtque à ſuis domi Metropolitanis more antiquo confirmarentur: Itaque Laurentius Aſſauenſi Diœceſi ſubſtitutus licet ſummi Pontificis Pœnitentiarius à Cantuarienſi poſtulauit vt ſecundum hæc decreta mox ab ipſo confirmaretur.

Id. cap. 5.

Cap. 33. Et Vvalſingh. ad an. 1376. tunc ſedente Gregorio 11.

Neque vero iſtis decretis Rex intactus fuit, etenim cautum eſt ne Rex contra electos ſcriberet: tamen cum vacanti non diu poſt Cantuarienſi ſedi Monachi eius Eccleſiæ Cardinalem Angliæ ſubſtituiſſent: huic Papa, & Cardinales obſtiterunt, atque Rex ipſe vix potuit muneribus vinci, vt adquieſceret.

Interim de electionibus, & reſeruationibus agebatur apud Papam: demumque concordatum eſt vt Papa reſeruationibus beneficiorum minimè vteretur: ſed de electionibus, ait Vvalſingham, nihil tractatum eſt: & hoc adſcribitur nonnullis qui ſciebant ſe

Digitized by Google

potius per Curiam Romanam quam per electiones ad dignitates Epiſcopales promotos iri.

Anno 1379. ſchiſmate inter Vrbanum 6. & Clementem 7. Eccleſiam agitante, illum ſequebatur Anglia, ab eoq; Eadmundus impetrauit Abbatiam S. Edmundi: ſed fratres alium elegerunt: contra quem cum niteretur Eadmundus in poſſeſſionem mitti cenſuris etiam Romanæ ſedis imploratis, correptus eſt à Cãcellario, dicente illum non vt Paſtorem, nec vt mercenarium, ſed vt lupum ſubintraſſe abſque conſenſu Regis, imo contra ius Regium, & conſuetudines: & ideo, inquit, ſcire te debes, & omnes tui ſimiles læſæ Maieſtatis Regiæ tanquam proditores arcendos, & carceribus mancipandos eſſe, præcipuè propter ſtatutum parlamentiale editum anno 22. Edoüardi Regis vltimi, quod docet omnes tales, vel decapitandos, vel carceribus detrudendos: Decernimus ergo te ad turrim Londoniarum mittendum: ſic Cancellarius qui debuit eſſe Epiſcopus, aut ſaltem Eccleſiaſticus: Nam Cancellariatum nulli Laïco ante Thomam Morum qui ſub Henrico 8. pro veritate mortem paſſus eſt, delatum eſſe, refert Harpsfeldius. Hæc autem pronuntiata ſententia ſtatim executioni mandata eſt. Vnde rumor in Curia Romana: Vrbano tamen minimè auſo Regem Angliæ, ne ab eo deficeret, irritare: Archiepiſcopo etiam Cantuarienſi ſuadente vt malitiam tẽporis ferret. Ac tandem poſt longas contentiones placuit, vt electus à fratribus obtineret Abbatiam, non tanquam electus quaſi confirmata electione: ſed noua prouiſione Papæ: atque ita vt ſolueret Romanæ Curiæ duplicis vacationis cenſum. Quod Regi, Regioque conſilio minimè gratum fuit: tum quia verendum erat ne deinceps pro regula foret, tum quia indecorum videbatur eam cauſam deſerere quam ſtudio pertinaci dictante conſcientia, ait author, defenderant: volebant ſcilicet electum confirmari à Papa ſimpliciter vt electum à fratribus Rege conſentiente, ne aliâs regni lex violaretur.

In natatione de diuortio Henrici 8 ab vxore Catharina.

XVII. Nec deinceps ceſſauerunt Romani ſuggillare & cenſuris demouere (quemadmodum ſupra vidimus de noſtra Pragmatica Sanctione) illud contra prouiſiones Apoſtolicas ſtatutum Anglicum: Vnde forſan exaſperati Angli edixerunt de Regis, conſiliique ſententia omnibus indigenis beneficia Anglicana poſſidentibus qui Romæ agebant, vt confeſtim Angliam repeterent pœna priuationis omnium beneficiorum, quin & foris facturæ, vt aiunt,

aiunt, inobedientibus indicta. Quamobrem commotus Bonifacius 9. Vrbani ſucceſſor in ſchiſmate delegauit Abbatem S. Albani qui cauſam huius edicti ſciſcitaret, ac Regem moneret illi ius eſſe in temporalia leges ferre: in res verò Eccleſiaſticas neutiquam: proinde reuocaret factas de prouiſionibus. Quibus ſatis adquieſcentibus Regi, & Duci Lancaſtriæ cæteri obſtiterũt, hoc ſolum, ne viderentur Pontificem, aut Regem ſpreuiſſe, conceſſo vt per Regis gratiam Romipetis (ſic dixerunt) liceret poſſidere in regno beneficia vſque ad Comitia proxima: tamen anno 1395. quidam Monachus Ciceſtrenſis ſupplicante Rege, & cõſentiente P. M. factus eſt Epiſcopus Vvigornienſis poſthabita Ioannis electione legitima: quanquam perpetuò reluctatum fuerit Bonifacio reuocationem decreti procuranti. Quin & illi anno 1398. controuerſum eſt ius tranſlationum Clero Regem exorante, vt cum Papa precibus contenderet, ne illo deinceps vteretur.

Anno deinde 1406. Innocentius 7. in ſchiſmate contulit Archiepiſcopatum Eboracenſem: ſed Rex Henricus 4. cõtradixit, obtinuitque vt ad eum transferretur Epiſcopus Bathonienſis collata huius dignitate iam deſignato Eboracenſi.

Cumque anno 1413. Henricus Chicheleius prouiſione Romani Pontificis ſedi Cantuarienſi ſuffectus eſſet, non ille tamen ex prouiſione propter imminens ex patriis legibus periculum, munus illud capeſſit, ſed ex renuntiatione Monachorum qui eligendi Pontificis poteſtatem à Rege impetrauerant: diſertéque renuntiauit omnibus cautionibus comprehenſis in litteris Apoſtolicis, quæ Regis aut regni dignitati præiudicio viderentur: intermedios deinde illi Rex vacantis ſedis fructus (qui de more ad Regis commodum redundabant) ob ſexcentarum marcharum ſummam ei remiſit.

Idem Harpſfeldius ad 15. ſecul. cap. 10.

Itaque cum vileſceret ad ea ſummi Pontificis authoritas, & Regis firmaretur, Martinus 5. ſopito ſchiſmate, vehemẽtes litteras ad Henricum 6. dedit ſuper ſtatutis ab Edoüardo factis, de prouiſionibus à Romana ſede non petendis, nec cauſis ad eãdem niſi per appellationem deferendis. Sed datum eſt reſponſum non poſſe reſcindi decretum Concilij ſine authoritate Concilij: & propterea futurum eſſe vt aliud Concilium quamprimum haberetur, quod tamen poſtea non eſt habitum, vt refert Polydor. Virgil. Atque vt ſcripſit Nicolaus Harpsfeldius exulauerunt tandem prouiſiones Pontificiæ, ſed confirmationes remanſerunt;

In Edoüardo 3. ad an. 1374.

Digitized by Google

nominante, & prouidente Rege ſuppreſſis item electionibus: cuius mali authores fuiſſe dicit ambitioſos Eccleſiaſticos qui putauerunt ſe potius aſſequuturos dignitates fauore Regio, quam meritis ſuis à Capitulo.

Atque hæc de primariis dignitatibus Angliæ deſumpta ex Rogerio Houerlano, Vvilielmo Malmeſburienſi, Matthæo Paride, & Thoma-Vvalſinghamo, Nicolao Harpsfeldio, & Polydoro Virgilio. Quorum & aliorum Anglorum hiſtoricorum diligentiæ multum ſanè debent rerum ab eorum ſeculis geſtarum, ſeu apud nos, ſeu Romæ, & in Germania ſtudioſi: addereque licet ex Gemiticenſi renunciationes etiam factas eſſe in manu Principis, puta Malgerius Archipræſul Rotomagenſis, Archipræſulatum Duci reddidit, cum deſipere inciperet: Dux vero ex Synodi decreto eum Maurilio Monacho tradidit. Fiebant etiam à Suffraganeo in manu Archiepiſcopi, vt ſupra vidimus initio huius capitis.

Lib. 6. de Ducibus Normã. cap. 24. ſub Vvilielmo Duce, & Anglorũ Rege huius nominis.

XVIII. Scotorum Angliæ conterminorum Eccleſia vni ſe Pontifici Romano ſubditam credi voluit, adeo vt ei morem non geſſerint cupienti eos ſubijcere Eboracenſi apud Anglos Archiepiſcopo velut Primati; ne in cauſis Eccleſiaſticis non habentes proximum Primatem cogerentur longum & anceps verſus Romam iter ſuſcipere. Tandem ſub Iacobo 3. & Xiſto 4. hæc controuerſia deciſa eſt, vt non amplius Eboracenſis diceretur Primas: ſed Epiſcopus D. Andreæ in Scotia. Cui decreto Scoti Epiſcopi repugnauerunt, ſed fruſtra.

XIX. Licet vero ſpecialem Primatem ſuum dicerent Epiſcopum Rom. nihilominus Scotiæ Reges potiſſimo iure fuerunt in conferendis Eccleſiaſticis dignitatibus: cuiuſmodi Iacobus 1. in Scotiam ex Anglicana cuſtodia reuerſus, doctiſſimos quoſque ex omnibus regionibus euocatos, Magiſtratibus aut Sacerdotiis donauit, Abbatiis videlicet & Epiſcopatibus: nec quemquam paſſus eſt, niſi eximiè doctum conſecrari Epiſcopum: inter cætera Theologiæ, ac decretorum Doctores admonens vt optimos quoſque ad ſe mitterent ob Magiſtratus Eccleſiaſticos: edixitque ne quiſquam niſi vt minimum Baccalaureus Theologiæ, ſeu decretorum ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis admitteretur præterquam qui inſigni nobilitate clarus eſſet. Pia ſanè & maximè in vſum à Principibus reuocanda reſolutio: nec enim inuideretur eis Nominationis ius: ex ea tamen detrahi vellem exceptionem

in fauorem Nobilitatis. Cur enim nobiles non ſe addicent ſedulo Theologiæ, aut Decretis? Aut cur ea exceptione dabitur illis anſa inertiæ & ignorantiæ quæ vitiorum mater eſt?

Iacobus autem verbis effectus iungens Abbatia donauit Iacobum Monachum quod Paulo Cran Bohemo hæreſim V.viclef & Ioannis Huſs aduerſus Sacroſanctam Euchariſtiam, & Catholicas confeſſiones euulganti in Scotia reſtitiſſet.

Electiones tamen ibi quoque ſuas partes habuerunt his, Pontifice contra Regem adhærente. Inde longa contentio pro Epiſcopatu S. Andreæ, ſubrogatum enim à Rege Papa deſtituit, iuſſitq; à Capitulo alium eligi: ac renitentem Regem cenſura obligauit quouſque adquieſceret. Sed circa an. 1473. cum electio Abbatis Monaſterij Dumferlingij à Monachis facta iuxta veterem diſciplinam & inſtituta Patrum, nullum locum habuiſſet, intercedēte apud ſummum Pontificē Iacobo 3. Rege pro Henrico Crychtoū, ab eo tempore mos inoleuit, vt quæ vacarent morte, Sacerdotia maiora non niſi præſentante Rege de Papa obtinerentur: & quæ antea omnium Xenodochiorum confirmationes ad Diœceſis Præſulem de iure pertinebant, ad Regis voluntatem ſeu diſtributionem conniuente Papa ſenſim pertractæ fuerunt. Hinc Monaſteria ad pios religioſoſque pauperum vſus fundata, & dotata in priuatorum ſeculariumque hominum manus venerunt, non ſine graui fundatorum iniuria: ac tum piæ contributiones eleemoſinæque in pauperum alimoniam impertiri ſolitæ ceſſauerunt. Hactenus de Scotia ex Boëtio, Rogerio Houedano, & Ferrerio. XX.

Daniæ Rex Sueno Suenonem quemdam Noruagicum ad Pontificium provexit, ſanctum quidem virum, ſed illiteratum. Vnde à Clericis deſpectui habitus eſt: at breui effecit vt doctior omnibus eſſet: ea etiam conſtantia vt auſus fuerit Regem excommunicare, & aditu templi prohibere, quod duos proceres in æde Trinitatis interfici iuſſiſſet: tandemque coëgerit culpam agnoſcentem, pœnitentis aſſumere habitum, ac nudis pedibus capiteq; detectum & flentem ad Eccleſiæ vuluas petere recōciliationem. Sed Vualdemarus exorto inter Clerum & populum diſſidio de ſubrogando Roſchildienſi Epiſcopo effecit vt reiecto populo, ſuum ius Clero ſeruaretur: eaque religione fuit vt ſibi conditione oblata quem vellet ex quatuor electis deſignare noluerit vti, ſed ſolidam electionem Clero reliquerit. Crant. lib. 4. Daniæ. XXI. Idem lib. 6 c. 2

Bohemiæ Pragenſem Epiſcopatum Adelbertus qui eo funge- XXII.

Digitized by Google

Æneas Sylu. hiſt. Bohem. cap. 16. & 21. ep. 159. 56. 333.

batur, Statiquæ Regis fratri obtulit: ac ille tum recuſans poſtea, hunc adeptus eſt Regio fraternoque fauore, deinde expetita eſt à Rege eligendi Epiſcopi libertas: ac demum Æneas Syluius cenſet Epiſcopum non eſſe Pragenſi Eccleſiæ dandum inconſulto Rege, qui tum Sigiſmundus erat Romanorum quoque Rex & futurus Imperator: & apud eumdem vt Bohemiæ Regem pro ſe intercedi rogauit vt Epiſcopatum Varinienſem obtineret.

XXIII. Polonorum Epiſcopi vt ſupra ex Cromero notauimus à Collegiis olim legebantur. Sed eiuſdem Cromeri & Ioachimi Curei in catalogo Epiſcoporum Sileſiæ docet hiſtoria nunquam iſtis planè liberas electiones fuiſſe, aliquando etiam contigit vt ad conſuetudinem purioris Eccleſiæ, ait Cureus, electio fieret à Clero & populo, ſicque electum eſſe Clementem Smogrenſis Eccleſiæ Epiſcopum aſſentiente Rege.

Sed primum Reges, deinde Pontifices electionibus obſtiterũt. Et quidem Mieſlaus amplexus doctrinam Chriſti, condidit in ſuo regno nouem Eccleſias, quibus redditus amplos cõſtituit: Doctoreſque accerſiuit ex Italia, & miſit Pontifex Ioannem Tuſculanũ Cardinalem qui Eccleſias ordinauit, & in Smogrẽſi Godefridum conſtituit; quo defuncto accerſitus fuit Roma Vrbanus ex authoritate Regis Boleſlai: Vrbano Clemens ſucceſſit à Clero & populo electus aſſentiente Rege. Sed anno 1319. vacante eadem ſede diſſenſio fuit inter Canonicos electis Vito Germano, & Lutoldo Polono qui ſeptennio litigauerunt Romæ de Epiſcopatu, Vito tandem victore.

Deinde anno 1341. electo Pretiſlao Sileſio repugnauit Cazimirus contendens, vt Epiſcopatus poſſeſſio maneret apud ſolos Polonos, ſed iſte vicit Romæ.

Rurſus anno 1376. electus eſt Theodoricus, ſed non numeratur inter Pontifices, quia confirmationem à Pontifice non potuit impetrare.

Anno 1043. dicitur electione Collegij collatus Archiepiſcopatus Cracouienſis, ſed commendatione Regis. Is autem Archiepiſcopus Pallium à P. M. petebat: at Lampertus electus an. 1058. cum toto biennio ſedes vacaſſet ob diſcordiam Collegij, neglexit, indeque Cracouia Archiepiſcopum habere deſiit.

Anno 1147. Gneſnenſis Archiepiſcopatus ſtudio Boleſlai Criſpi collatus eſt.

At licet anno 1207. Collegium Cracouienſe perfeciſſet per

Digitized by Google

Ioannem Archidiaconum vt libera ſibi deinceps electio Epiſcopi eſſet in quam ſe Principes ingerebant, nihilominus Reges hoc ius repetierunt. Itaque cum Iaroſlaus Archiepiſcopus Gneſnenſis ſibi ſucceſſorem deſignaret, non potuit voti compos fieri antequam Rex Ludouicus primum intercedens apud Greg. P. M. ne approbaretur, huic tandem conſentiret. Item Bonifacius 9. electum à Collegio Cracouienſi repudiauit, & alium præfecit Rege & Regina poſtulantibus. Deinde ſedentibus in ſchiſmate Gregorio 12. & Benedicto 13. Vvladiſlaus Iagello Gregorij partes ſequutus, accepit ab illo ius Decanatus Cracouiẽſis & Præpoſituræ Gneſnenſis conferendæ. Epiſcopo Viſnanienſi mortuo Collegium petiit ab eod. Rege Iagellone, vt ſibi Epiſcopum arbitratu ſuo legere liceret: non abnuit ille, ſoluſque in Concilium Sacerdotum reuerenter ingreſſus impetrauit, vt de quatuor à ſe editis vnus legeretur: lectuſque eſt abſens magno omnium conſenſu & voluntate Regis Andreas Laſcaris. XXIV.

Epiſcopatui Poſnanienſi duo Præfecti ſunt, vnus à P. M. alter ſuffragiis Capituli voluntate Regis: hic præualuit ſed non obtinuit confirmationem niſi poſt mortem Pontificij, interim poſſeſſioni & fructibus incumbens. Vvladiſlaus Archiepiſcopus Gneſnenſis vita functus Ioannem Spronium accepit ſucceſſorem cum in gratiam Regis plura ſuffragia accepiſſet quam Thomas Strempinius, qui deinde Cracouienſi Epiſcopo ſucceſſit non tam Regis fauore quam vniuerſi Collegij ſtudio deſignatus. XXV.

Anno 1417. Conrado commendatus fuit Epiſcopatus à Pontifice, opera Sigiſmundi, qui deinde ex Synodo Baſileenſi impetrauit Cõſtitutionem quę vetat, tribuere dignitates ſacras aliis quam qui nati ſunt in Diœceſi, aut ornati gradu Doctoris in profeſſionibus ſuperioribus. Non probanda Conſtitutio vt quæ indulgeret originariis, etiam non doctis.

Sed anno 1460. exorta eſt ingens contentio inter Pontificem Pium 2. & Cazimirum 3. ob electionem Epiſcopi Cracouienſis ſuffragio Pij factam & Regi inuiſam, adeo vt aſſereret ſe prius amiſſurum regnum quam Epiſcopum illum, aut quemuis alium ſe inuito electum in ſuis ditionibus paſſurum. Cui è contra legatus Pontificius reſpondit præſtare vt tria regna perirent, quam ius & authoritas Eccleſiæ perturbaretur: Rex tamen euicit. At ipſe nondum Pontifex ſuadebat ne Epiſcopatibus prouideretur à Papa, nec etiam à Concilio, inconſulto Rege. XXVI. Ep. 54. 325 326.

Digitized by Google

Aliquando vero capitula ius ſuum defenderunt. Quippe anno 1463. cum eligendi Pontificis poteſtatem tribus Canonicis Collegium feciſſet, duo ex illis tertium qui Iacobus Gozacicius erat elegerunt, à cæteris approbatum poſthabitis Regis mandatis pro Iacobo Sennemo.

Anno 1471. Romani tribunalis iudicio Opporonius Iureconſultus Canonicus Plocenſis & Archidiaconus Gneſnenſis, cui Rex ſuffragabatur, cauſa cecidit in lite pro Epiſcopatu Plocenſi, quem Curia adiudicauit Cazimiro octodecim annorum nato Boleſlai Varſanienſium Ducis filio, à Frederico Imperatore commendato, atque ex 24. ſuffragiis ſex tantum habenti, cum Opporonius alia ſex haberet: ſed alter cui 12. ſuffragia ceſſerant, Cazimiro ſuum ius dederat.

XXVII. Verum non ceſſante Rege electionibus obſtare, Epiſcopus primum Varinienſis & Capitulum pacto ſempiterno cum Rege

An. 1479. conſtituerunt, vt omnes deinceps Epiſcopi & Canonici conceptis verbis fidem ſuam Regi obſtringerent, ſe non niſi gratum ei Epiſcopum electuros: ac deinde obſeruatum eſt vt ex quatuor de Collegio illo indigenas Pruſſos idoneos ederet, de quibus Collegio facultas foret, quem vellet acceptandi.

Sed ſpeciale Concordatum fuit. Nam quoad cæteras Eccleſias

An. 1503. voluntate Alexãdri Regis ſuffecti fuerunt Epiſcopus Cracouienſis & Archiepiſcopus Gneſnenſis, qui rurſus anno 1510. electus eſt conſenſu Sigiſmundi Regis, vt refert Lodoicus Decius in vita eius. Nec tamen inter hæc tempora viluit authoritas P. M. Namque anno 1493. Archiepiſcopatui Gneſnenſi Fredericum Cracouienſem ſubrogauit Alexander 6. concedens etiam vt priorem Eccleſiam retineret.

XXVIII. Poſtremo vſus obtinuit vt euictis omnino Capitulis Rex ſolus arbitratu ſuo ederet & commendaret Pontifici Max. Epiſcopum, adeo vt ſic editi vel nominati indulgentia vel conniuentia quadam cœperint admitti ad conſilia publica, licet nondum approbati à Pontifice, non autem ad functiones ſacras, iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & adminiſtrationem bonorum.

Nec melior eſt Monaſteriorum conditio quorum Præfectos oportet adſciſci ſuffragiis quidem conuentus, ſed interueniente Regis conſenſu more inolito à Lubinienſibus Monachis cum quibus anno 1460. conſtitutum eſt, ne Abbatem niſi à Rege approbatum haberent: ac vetitus Epiſcopus eum conſecrare niſi

Digitized by Google

concedente Rege: eoque more ad cætera Monaſteria traducto. Inſuper etiam Leo 10. Ciolco Plocenſi Epiſcopo indulſit, vt omnium ferè primorum vniuſcuiuſque Eccleſiæ Sacerdotiorum patrocinium in Regiam poteſtatem redigeret.

Hæc delibata ex Cromero qui recolens incommoda quæ contemptus electionum intulit: Ad aulas, inquit, Principum quoties veniebant Epiſcopi (veniebant autem rarius, nec tam ſua ſuorumve quam vtilitatis publicæ gratia) de via ipſis decedebatur, aſſurgebatur, & quaſi numinibus quibuſdam tantum non ad genua procumbebatur ab ipſis etiam Principibus: Non inhibebat vocem accepti beneficij memoria: non ſpes futuri: nec erat neceſſe Epiſcopo, aut Sacerdoti pro foribus cubiculi Regij inter ſcurras & vilia ventris mancipia aſſidere: & cætera quæ refert, deplorans electiones ſublatas Collegiis, & vſurpatas à Regibus. Cuius rei præcipuam culpam reijcit in Pontifices Romanos, qui niſi electiones Collegiorum primi labefactare adorti eſſent, nunquam Reges eò prouecti forent audaciæ. At ego potius dixerim Reges primos electiones violaſſe, indeque cauſam dediſſe Pontificibus Romanis, vt de ſua authoritate certarent. XXIX.

Querelæ autem Cromerij non pigebit annectere quæ in eumdem ſenſum diu ante D. Anſelmus dixit. Cum dignitas, inquit, Epiſcopalis à Principe adipiſci poſſe ſperatur contemptis ſuis Epiſcopis, à Clericis Eccleſia Dei deſeritur: & ab aliis quidem ingens pecunia aulicorum marſupiis infunditur vt eorumdem ſuffragia ad tam nefariam promotionem mereantur: ab aliis infinitæ pecuniæ diſpendio plus decennio in ſeculari Curia deſeruitur: æſtus, pluuiæ, frigora, & cætera incommoda patientiſſimè tolerantur: ab aliis autem vel ſui Paſtoris, vel cuius honorem ambiũt, more inceſſanter optatur: ab alio alij vehementer inuidetur, dum quod ſibi ſperat ab eo ſubripi poſſe putatur. Imò proh dolor, in tantam Dei iniuriam interdum proſilitur, vt & ſeruis & fornicariis dignitas iſta præſtetur. Tales quippe cum adepti fuerint quod taliter expetierunt poteſtates ſeculi peccantes nullatenus præſumunt redarguere, quoniam ab illis ſe promotos fuiſſe meminerint: imo ne redarguere præſumerent promoti fuerunt: ſicque impletur quod ſcriptum eſt, Ruina populi Sacerdotes mali. Hæc Anſelmus, quæ profecto ætati noſtræ conuenientiſſima ſunt.

Lib. 1. contra Vviebertum Antipap.

A Polonis ſi ad Hungaros tranſire licet, ſunt qui hos celicem amplexos, & baptiſmate ablutos dicunt, ex quo Geyſa Rex ſo-

Sifridus Præsbyter lib. 1. Epitomes ad an. 1002.

Digitized by Google

XXX. roris Henrici 2. Imperatoris eximia venuſtate formæ illectus, vt nuptiis eius frueretur Chriſtianiſmum profeſſus eſt accepto Stephani nomine, licet dicant alij non eum Stephanum fuiſſe, ſed filium eius quem D. Albertus Bohemiæ Epiſcopus ſacro lauacro donarit. Sed ſiue patri ſiue filio, fertur primo Hungarorum Regi Chriſtiano S. Stephano à Romano Pontifice cœlitus monito ſacram coronam induuiaſque in augurandis Regibus religioſas deſtinatas fuiſſe, ſeruataſque inde ſolemni cuſtodia, veluti fauſtum auſpicium futuris Regibus eadem qua illi fœlicitate coronandis. His ſequentes Reges ab Hungarorum Primate ornari conſueuerunt, interque illas crux in primis traditur per quam innuitur ius Apoſtolicæ legationis in deſignandis Epiſcopis ab ipſo initio Regibus Pannoniæ à Romano Pontifice permiſſum eſſe.

Cuſpinianus in Henrico 2. & Henrico 3. Petrus Bizarus Sentinas lib 21 Gennenſ hiſt. Bonfinius in hiſt. Hungar. Albertus Stadēſ. ad an. 1010. Author vitæ S. Henrici Imperat. apud Caniſ. tom. vlt. antiq. lect.

XXXI. Huic ergo Stephano Eccleſiarum Hungariæ prima fundatio & dotatio tribuitur: ac illius fauore, & authoritate creatus dicitur Strigonienſis Metropolita Sebaſtianus, cui cum poſt creationem cœcitas obueniſſet, coadiutor datus eſt cum venia ſummi Pontificis: à quo etiam tertio poſt anno reſtitutis luminibus in priſtinam dignitatem reſtitutus eſt vt coadiutore non haberet opus.

Idem Rex Stephanus Maurum Monachum religioſiſſimum & caſtiſſimum Quinque-eccleſienſi Epiſcopatui præfecit: necnon diuiſo in decem Epiſcopatus regno ſingulis Epiſcopis dedit,

XXXII. vocatos vndique viros ſanctimonia potiſſimos: ſed omnia à ſe in his geſta voluit, ſummi Pontificis conſenſu roborari, miſſo Romam ob id, & vt Regio titulo inſigniretur Anaſtaſio Colocenſi Epiſcopo.

XXXIII. Ladiſlaus ſanctiſſimus item Rex, cum ex Geyſa Rege defuncto fratre ſuo duos nepotes haberet Colomannum & Almum: Illum Sacerdotio deſtinauit vt dirum ingenium religione miteſceret, & Aſtrienſem Epiſcopum declarauit.

Elizabetha vidua Regina tutrix Ladiſlai infantis, ac regni procuratrix Simoni Archiepiſcopatum Strigonienſem efflagitanti repulſam dedit, eumque Dionyſio contulit. Mathias Rex Ioannem Veteſium Varadienſem Epiſcopum, eoque Epiſcopatu ſe abdicantem pronuntiauit Strigonienſem Metropolitam: mox Pontificia authoritate approbatum.

Gabrielem Veronenſem Franciſcanum Agrienſi Epiſcopatui præfecit præteritis multorum Principum filiis qui eum ambiebant: & à Sixto Pontifice petiuit vt Collegio Cardinalium adſcriberetur.

Digitized by Google

beretur. Pontifex vero & Collegium reſcripſerunt aulam Romanam libenter ſe accommodaturam voluntati Regis modo quemvis alium magis idoneum daret. Hunc enim Monachum obſtrictum voto paupertatis ad tantam dignitatem euchi non decere, nec eum qui inter ſordes inopiæ enutritus eſſet ad maxima negotia politica in aula Romana debere adhiberi. Sed non deſiit Rex poſtulare donec obtineret. Vbi vero Gabriel Romanam curiam adiit opinionem ſui vicit, & probauit Mathiam in primis ſapientem eſſe ingeniorum æſtimatorem. Sic recenſet Cureus.

Idem Mathias Georgio Colocienſi Epiſcopo Paulum ſuffecit: & Ioannem Cardinalem Ioanni Alemanno Strigonienſi ad Imperatorem confugienti, vt initi clam cum illo fœderis contra Regem pœnas euitaret. Vnde lis eſt mota Romæ quod Alemannus diceret ſe viuo Epiſcopum huic Eccleſiæ dari non potuiſſe: at cauſa cecidit quoniam à Cæſare in Germania Epiſcopatum acceperat.

Varadienſi Valentino extincto multis ſe in eius locum offerentibus, ac pecunia etiam contendentibus Rex Vladiſlaus illis ſpretis Dominicum qui Præſul Albienſis erat magna Senatus & populi voluntate prætulit, ac illo Epiſcopatu donauit,in Albenſis autem Præſulatum miſit Frangepanum.

Hæc Bonfinius & Cureus ex quibus liquet authoritas Regis Vngariæ in collatione dignitatum Eccleſiaſticarum. Pontificis autem maximi non alia eſſe dicitur præter confirmationem:quod etiam inter conſuetudines regni relatum eſt vt exſcripſit Choppinus lib.2.ſacræ politiæ tit.4.n.8.

Siciliam vtramque (ſic plerique dicunt licet minus propriè) id XXXIV.
eſt quæ olim Trinacria à tribus promontoriis, ac etiam Sicania dicta eſt à Sicanis Hiſpaniæ populis: & quæ Neapolitana Regio dicitur olim Græcia maior: hanc, inquam, vtramque Siciliam Imperatores Græci quondam rexerunt quoad temporalia: ſed quoad ſpiritualia Pontifices Romani confeſſione etiam ſchiſmatici Balſamonis: quod ſatis conſtat ex iſtorum ac præcipuè Gregorij magni diplomatibus & reſcriptis.

Notiſſimum vero eſt Nortmannum Tancredum, vt ſibi filiiſq; ad Imperium oris Maieſtate, virium & ſapientiæ dotibus natis opimiorem fortunam conſtitueret, Italiam appuliſſe, ibique ſtipendia accipientes modo à Pandulpho Longobardorum Duce, modo à Guaimaro Salernorum Domino, tandem euocatos fuiſſe

Digitized by Google

in Siciliam, ſeu Trinacriam à Georgio Manjace Græci Imperatoris præfecto aduerſus Sarracenos ſponſione data ſe inter eos quidquid victoria concederet, æqua portione diuiſurum. Quod cum non præſtaret, vt in Prouerbium abiit Græca fides, vltionis cupidinem iniecit Guilielmo Ferrabacco Tancredi iam defuncti maiori natu filio, ac fratribus eius: qua impulſi Apuliam, interceperunt, ac deinde Calabriam, moxque Trinacriam Sarracenis eripientes ſui iuris fecerũt Rogerio tum Duce, qui proinde iſtius Comes dictus eſt: alteram Siciliam, id eſt Apuliam. cum fratre Roberto partitus: Ac illis vita functis Rogerius Rogerij Comitis filius Siciliam, & totum penè Neapolitanum regnum conſequutus eſt.

Rogerius vero primus omni iam Trinacria, ſeu Sicilia potitus ſacris templis, Epiſcopatibuſque Deo dicandis operam dedit: Agrigenti quidem ditiſſimum templum erexit, eiq; Gerlandum virum pium Epiſcopum dedit: Catanæ Angerium: Syracuſis Stephanum: Meſſanæ Robertum ex Troyna trãſlatum: Mazaræ Stephanum Rotomagenſem, atque alios alibi pro conditione locorum, aut virorum Abbates, Epiſcopoſque conſtituit.

Cumque Vrbanus 2. Robertum Troynenſem Epiſcopum legati poteſtate in Sicilia præmuniſſet, id Rogerius ſe inconſulto factum grauiter tulit: Quapropter Vrbanus eam poteſtatem Epiſcopo abrogatam in Rogerium eiuſque ſucceſſores trãſmiſit, vt ipſis inuitis nullus Siciliæ daretur legatus. Sed ſi qua Romanæ Eccleſiæ iura exequenda eſſent chartulis à Romana ſede in Siciliam, vel Calabriam directis per ipſos conſilio Epiſcoporum earumdem Prouinciarum hæc diffinirentur, vt tradit Gaufridus Monachus conſcripto etiam diplomate ex cuius tenore Siciliæ deinde vtriuſque Reges ſe legatos Apoſtolicæ ſedis perpetuos conſtituentes ſuarum eſſe partium duxerũt maiores Eccleſiarum regni dignitates conferre, & auferre. Qua de re Baronius expreſſo libro queſtus eſt quaſi commentitia hæc fuerit, vel non legitima: quanquam ſimilis conceſſionis non ſit vnicum exemplum. Namque Carolus Caluus Imperator ſe in quadam Gallicana Synodo vices ſummi Pontificis habere ex eius præcepto dicebat,

Eo libro adeo infenſus fuit Rex Hiſpaniæ vt cum Leone 11. defuncto de creatione alterius ageretur, ac plurimi Baronium nominarent vt ſanè meritiſſimum ſiue doctrina ſiue pietate, huic nominationi ſumma contentione contradixerint legatus Hiſpaniæ, & Cardinales addicti factioni Hiſpanæ, quod rectè ſciens Baronius ac prorſus ab ambienda tanta dignitate alienus conuerſuſque ad imaginem Deiparæ: Hæc, inquit, partem iſtius negotij mihi conſtituet. ſic relatio Cardinalis Ioioſæ.

a Aimoin. lib. 5. cap. 33.

vt ei tanquam legatus præſideret. Sic Bonfinius Pannonius ſcriptor, atque Biſarus Sentinas notauerunt eumdem Pontificem Apoſtolicæ legationis dignitatem D. Stephano indulſiſſe. Denique Rogerius Houedanus author eſt Alexandrum 3. anno 1164. Henrico Angliæ Regi eamdem dignitatem impartiri voluiſſe non alia conditione conſcriptam, quam ne ex ea vllum grauamen Thomæ Cantuarienſi inferret.

XXXVII. At quid eam conceſſionem ſequeretur iuris? An collatio dignitatum Eccleſiaſticarum? Hoc eſt quod in quæſtionem venire poteſt. Neque enim tum Pontifices Romani ſibi tantum adrogabant, vt electiones vel impedirent, vel præuenirent; imò cenſebant ſuis decretalibus eas obſeruandas. Nec proinde credendi ſunt huiuſmodi authoritatem laïco Principi dediſſe quam non vſurpabant: imò neque Epiſcopo & Cardinali legato voluerunt ea intelligi conceſſa quæ non niſi Apoſtolicæ ſedi competere queunt. Hinc Cæleſtinus 3. ſedens anno 1191. obiurgauit Laurentium Præſbyterum Cardinalem in Sicilia legatum quod auſus eſſet ſua authoritate Troianum Epiſcopum ad Panormitanam Eccleſiam transferre, & duos Epiſcopatus vnire, vel vnum diuidere. Saltem dubitari non poteſt quin legati limitata ſit poteſtas, vt extra fines præſcriptos nihil audere debeat. reſcripſit tamen Innocentius 3. Cæleſtini ſucceſſor ius ei eſſe Eccleſiam vacantem conferre, licet inconſulto patrono, ſed hîc non de Epiſcopali Eccleſia ſermo eſt, at de minore duntaxat. Verum auſi ſunt aliquando legati minora non ſolum beneficia, ſed Epiſcopales etiam dignitates conferre, & reſeruare quod vltimum Bonifacius 8. prohibuit. Hæc cum ita ſint non videtur ea legati authoritas Siciliæ Regibus indulta de collationibus huiuſmodi dignitatum intelligenda cum ea non exprimatur in diplomate.

Cap. 3. & 4. de off. Leg.

Cap. 6. eod.

d. cap. 4. eod. in 6.

XXXVIII. Nihilominus Siciliæ Reges id ſibi iuris attribuerunt, ac de illo cum ſummis Pontificibus decertauerunt. Inde Robertus de Monte, in appendice ad Sigebertum an. 1157. Guilielmus, inquit, Rex Siciliæ (is Rogerij 2. filius erat) cum Adriano Papa fecit pacem concedendo ei conſecrationes Epiſcoporum regni ſui, & ducatus ſicut antiquitus eas Romana Eccleſia habuit, vnde diſcordia fuerat inter patrem ſuum Rogerium cum Innocentio & Eugenio Romanis Pontificibus.

XXXIX. Sed aliud ſunt conſecrationes, & aliud electiones, ſeu collationes. Quapropter eligebantur quidem in Sicilia Epiſcopi, ſed Ro-

Digitized by Google

mam properare debebant conſecrandi. Vnde cum proceres Siciliæ electum Syracuſanum procul eſſe vellent à curia, litteras Papæ ſeu finxerunt, ſeu obtinuerunt præcipientis; vt omnes electi Siciliæ Romam irent conſecrationem accepturi. At his Regina Siciliæ regni procuratrix ſub Guilielmo 2. interceſſit, neceſſariam quippè eius præſentiam eſſe: iturum vero cum primum temporis, rerumque opportunitas pateretur. ſic Hugo Falcandus.

Ergo conſecrationes duntaxat permiſerunt Reges, quod intellige, vt cõfirmarentur à ſummo Pontifice per conſecrationem ab eo acceptam, non etiam electiones quas ipſi provt placebat, vel retinebant, vel Capitulo relinquebant. Quo iure eadem Regina cum ex Francia Comitis Perticenſis filium conſobrinum ſuum euocaſſet, & Cancellarium regni conſtituiſſet, mox Diaconatus ordini adſcriptum miſit ad Canonicos Panhormitanos Epiſcopo carentes, qui dicerent Regem ac Reginam precibus quas ſæpè porrexerant exauditis liberam eis poteſtatem Præſulis eligendi facere: itaque venirent ad Palatium, & quem ſibi putarent idoneum nominarent iuxta conſuetudinem.

XL. Quibus illi auditis nulla ſuborta controuerſia, quod rarò contigit, concordes & vnanimes Stephanum Cancellarium elegerunt: tanta enim præſtabat æquitate in Cancellariatus munere obeundo, vt omnes eum crederent velut Angelum conſolatorem à Deo miſſum aurea ſecula reuehere: nulluſque è Siculis erat qui non ſe pro illo mortem oppetiturum diceret. Sed fluxa mens hominum: nam non diu poſt deferbuit ille amor: cauſa fuit quod Ioanni Lauardino cui in gratiam Cancellarij terra quædam obtigerat, propenſus fuerit ab oppidanis ſuis tertiam partem omnium rerum mobilium exigenti iuxta, vt dicebat, terræ ſuæ conſuetudinem: Siculis vero obſurduerit dicentibus eas exactiones ſibi hominibus liberis inſolitas eſſe, quippe ex conſuetudine Galliæ vbi homines liberi non ſint introductas. Vnde tanta eſt ſuborta in eum ſeditio, vt in ſummas anguſtias redactus, neceſſe illi fuerit abſcedere Sicilia, ſed ante quam nauim aſcenderet Canonici Panhormitani rogauerunt eum, vt eos Sacramento fidelitatis abſolueret; ac nolentem vi adhibita compulerunt petita concedere. Sicque Galterum qui Agrigentinus erat Epiſcopus, elegerunt, non tamen ſpontanei, ſed coacti clamoribus & minis populi. Vnde credebatur P. M. eum ſic intruſum potius quam electum

Digitized by Google

non confirmaturum. Verum vt confirmaretur effecit Cardinalis Cajetanus acceptis ſeptingentis vnciis auri; vt recenſuerunt Falcandus, & poſt eum Thomas Fazellus.

Deinde quatuor capitula Adrianum, & poſtea Clementem Regibus Siculis conceſſiſſe refert Antoninus Archiepiſcopus Florentinus videlicet de electionibus, legationibus, appellationibus, & Conciliis: Cum vero Conſtantia Henrici 6. vidua, & Frederici 2. mater, ac tutrix peteret ab Innocentio 3. vt regno Siciliæ, ducatu Apuliæ, & principatu Capuæ ſuum Fredericum inueſtiret, reſpondiſſe iſtum operæ pretium eſſe, vt illis capitulis renunciaret quæ dicebat derogare non ſolum Apoſtolicæ dignitati, ſed etiam Eccleſiaſticæ authoritati: nec oblatis muneribus vinci potuiſſe, vt inueſtituram concederet, antequam eis renuntiaret: conceſſo duntaxat quemadmodum ex eius epiſtola patet, vt Capitulum de morte Epiſcopi ad Regem reſcriberet, deinde ſucceſſorem eligeret: electus vero non ante throno imponeretur quam Regis aſſenſus exploratus fuiſſet, nec adminiſtrationem Epiſcopalem præſumeret niſi confirmatus à Pontifice. XLI.

Verum hæc renuntiatio non obfuit quin Fredericus idem 2. Imperator ac Siciliæ Rex eãdem prærogatiuam repeteret, quod diceret Reges Siciliæ, & matrem ſuam Conſtantiam ius electionis Prælatorum peculiare ſemper habuiſſe. Vnde inter eum & Honorium 3. prima contentio quæ tantopere exarſit in ſequentibus Epiſcopis Romanis: ac fortaſſe Fredericum permouit, vt Eccleſiis electiones reſtitueret edicto quod ſupra recenſuimus. Cuius edicti cum minimè recordarentur aliqui eius ſucceſſores, exorto poſt aliquot ſecula bello inter Innocentium 8. & Ferdinandum, finis impoſitus eſt, ſub hac inter alias conditione, vt Pontifex pro arbitrio omnia regni Sacerdotia diſtribueret. Onuphr. in vita Innocent 8.

Sed deuoluto ad Hiſpaniæ Reges vtriuſque Siciliæ regno, illi iam vtuntur iure nominandi Epiſcopo Romano præficiendos vacantibus Epiſcopatibus: quod ex priuilegio ſummorum Pontificum in inueſt.turis vnicuique Regi conceſſis ſemper expreſſo habere ſe dicunt. Quapropter comitia regni Neapolitani Philippum 2. rogauerunt vt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatias, & cætera Eccleſiaſtica beneficia quæ ad eius collationem, vel nominationem pertinerent, curaret pro medietate conferri regnicolis: cætera vero cuicumq; vellet. reſponſum Regis fuit ſe interpoſiturum ea de re ſuas partes cum ſummo Pontifice. Borel. c. 50. de Regis Catholici præſtantia. XLII. Lib. 2. iuris regni Neapolit. tit de officialib. in regno conſtit. & ca 1. & 25 ex Capitulis Neapolit.

XLIII. Quoniam vero ad Hiſpaniæ Regem redimus, eodem ſtylo notare licet eum nominationes habere in cæteris Principatibus ſuis vt Indiarum, Mediolani, Brabantiæ, & Flandriæ. Et Indiarum quidem quod eas primus inuaſerit, & inuaſis orthodoxam fidem dederit, quamuis non ſine crudelitatis & auaritiæ, ducum infamia quas in miſeras gentes exercuerunt, & fermè deterruerunt ab ea religione, cuius tam diros ſectatores experiebantur. Mediolanenſis autem ditionis Epiſcopatus non omnes nominationi Regiæ ſubſunt, ſed aliqui tantum, vt Borellus ait: ac certè Pontifices Romani ægrè paſſi ſunt Duces quondam Mediolanenſes ſibi collationum libertatem cōteſtari. Inde cum Franciſcus reclamaret à collatione Papienſis Eccleſiæ cui Pius 2. ſecretarium ſuum dederat, ac diceret ſe potius armis acturum quam laturum quemque Cathedris Eccleſiarum ditionis ſuæ imponi niſi placeret; Pius reſcripſit ne pugnam aduerſus Pontificem ſuſciperet in qua neceſſe eſſet ei ſuccumbere: neque enim ſe diſceſſurum à propoſito ſuo, vt qui arma non horreret. Deinde Iulius 2. eod. diſſidio cum Ludouico 12. laborauit vt vidimus.

Ioan. Gobell. lib. 4. Commētar. Pij 2.

Flandriæ autem dignitates Eccleſiaſticæ quondam electiuæ fuerunt, cuiuſmodi profert exemplum Mejer Annaliſta Flander: videlicet defuncto circa annum 1130. Ioanne Morinotum Epiſcopo tanta eſt inter Canonicos de ſubrogando Præſule exorta contentio, vt annum vacarit ſedes aliis Balduinum Theodorici Ducis fratrem, aliis Milonem Abbatem D. Iudoci poſtulantibus. Is vero intercedente Rhemorum Epiſcopo apud P. M. obtinuit & conſecratus eſt.

Sed horret meminiſſe nefandæ & ſacrilegæ crudelitatis Ioannis Burgundiæ Ducis, qui capta Leodienſi vrbe 28. Canonicos aquis ſubmergi fecit, quod Ioanne Bauaro (qui vulgò ob morum inclementiam ſine miſericordia dicebatur) neglecto & expulſo alterius electioni conſenſerant. expellendi vero cauſa legitima fuit, vt qui negligeret imo nollet ad ſacros ordines promoueri.

Promotus Epiſcopus conſecrari debet poſt tres menſes Can. quoniam 75. diſt. Can. quoniam 100. diſt.

Tandem Reges Hiſpaniæ vt Comitis Flandriæ impetrauerūt à Leone 10. non ſolum ius nominandi ad Epiſcopatus, ſed etiam ad alias dignitates Epiſcopatu inferiores quædam priuilegia. Verum, vt ſcribit Boëtius Epo, non multum ea nominatione receditur à iure communi Eccleſiaſtico, quandoquidem de illis dignitatibus non aliter ſtatuit Princeps quam præauditis, & præhabitis Capitulorum ſuffragiis: ſolet etiam in prouiſionibus Ab-

De iure Princip. in benef. Eccleſiaſt. n. 28.

Digitized by Google

batum non ſolum priuilegij Pontificalis, ſed etiam ſuorum regalium meminiſſe.

Veneta quoque Reſpublica nominationis authoritate fultam ſe intelligi vult: Quapropter cum Pius 2. Patauinam Eccleſiam dediſſet Cardinali S. Marci non expectata nominatione, hunc non admiſerunt Veneti, eiuſque beneficiorum fructus ad publicam manum miſerunt, fratrem è Senatu amouerunt: ac lege ſanxerunt ne quis poſſeſſionem beneficiorum Eccleſiaſticorum iniuſſu rogatorum conſequi poſſet. Quæ tamen omnia abrogauerunt in Pij gratiam, ſed poſtquam Eccleſiæ Patauinæ Cardinalis renunciauit. XLIV.

Petrus Iuſtinianus lib. 2. de reb. Venet. Idem Gobell. lib. 4.

Deinde ſub Innocentio 8. Marco Barbo Aquileienſi Patriarcha defuncto non tulerunt collationem iſtius dignitatis Hermolao Barbaro viro doctiſſimo legationis munus apud Pontificem agenti factam eſſe ab iſto, tum quod lege prohibentur Sacerdotiis donari ciues Veneti qui Romæ legati ſunt: tum quod præpediebatur illis ius quo ſolent commendare ſummo Pontifici quem velint. Itaque ad Hermolaum reſcripſit Senatus id vt Sacerdotium repudiaret, aliâs Patrem Magiſtratu remoturus eſſet, bonis eius publicatis, nec vnquam flecti potuit: ergo priuatus ille remanſit. Deinde cum Iulius 2. Sixtum nepotem ſuum Epiſcopatui Vicentino præfeciſſet, huic repudiato Senatus Venetum nobilem ſubſtituit, ac ſubſtitutus quoniam à Iulio non confirmabatur, auſus eſt ſe inſcribere. Epiſcopus Vicentinus ab excellentiſſimo Senatu *di Pregati* electus. Quamobrem exarſit Iulius ingenti odio aduerſus Venetos, quos vt debellaret fœdus percuſſit cum Maximiliano & Ludouico 12. ſicque debellatis & proſtratis pacem dedit parum habita ratione ſuorum confœderatorum: cuius pacis primæ conditiones fuerunt, Ne deinceps Eccleſiaſticas dignitates, aut beneficia conferrent, neve collationibus & prouiſionibus Romanæ Curiæ contradicerent. Nominationes tamen retinuerunt: vnde cum Cypro potiebantur, ibique Archiepiſcopatus vacaret, quatuor ſacris initiatos Reſpub. Veneta Pio 4. obtulit vt quem ex illis vellet promoueret. Is vero elegit Philippum Mocœnicum. At M. Antonium Amulium Veronæ declaratum Epiſcopum ab eod. Pio apud quem tum legatus agebat, Veneti non paſſi ſunt in poſſeſſionem ire, ſed coëgerunt abdicare ſe Magiſtratu prætextu legis quæ vetabat quemquam legationis munus Romæ obeuntem vllum bene-

Bembus lib. 1. hiſtor. Venet.

Guichard. lib. 8 Onuphr. in Iulio, Bēbus lib. 8 & 10. hiſtor. Venet.

Idē Iuſtinian. lib. 13.

Digitized by Google

ficium Eccleſiaſticum, aut ſeculare à ſummo Pontifice accipere.

XLV. Armoricæ quoque Britanniæ Duces idem ſe indultum à Romanis Pontificibus habuiſſe contendebant. Vnde Anna Duciſſa Ludouici 12. vxor ſpreta Capituli Rhedonenſis electione alium nominauit. Porro in Bulla Nicolai 5. anno 1451. Februarij primo die, cautum eſt, vt nullus alienigena quacumque authoritate ſuffultus etiam ſi familiaris & commenſalis Papæ eſſet, ad aliquod beneficium ſeculare, vel regulare illius ducatus mittatur niſi requirente Duce. Iam vero ad Galliæ Reges hoc ducatu delato Romani Curiales aiunt ad illum non extendi Concordatum de nominationibus; Ideoque ſingulos Reges à ſingulis Pontificibus maximis indulta obtinere debere quorum gratia poſſint ad vacantes Epiſcopatus & Abbatias iſtius regionis nominare. Et cum Henricus 4. indulto non impetrato Oſſatium, qui poſtea fuit Cardinalis, pro Epiſcopatu Rhedonenſi nominaſſet, fertur Pontifex Max. Clemens 8. in Regis gratiam diſſimulaſſe, quod in altero fortè non tuliſſet prout reſcripſit Cardinalis Perronius ad ipſum Henricum 13. Martis 1596.

Argentr. lib. 11 cap. 67. hiſtor.

Sed idem Pontifex Abbatiam Laurentij in Diœceſi Vannenſi contulit Serafino non expectata nominatione Regis, quia is indulti prærogatiuã nondũ impetrauerat: ſic reſcripſit idem Perronius ad Villeregium.

CAPVT VIII.

RECAPITVLATIO AD PRAECEDENTIA Capita de Electionibus & Nominationibus.

LECTIO.

1. *Licentia eligendi à Regibus petita.*
2. *Abuſus quoad Abbatiarum collationem.*
   A Carolo Simplice Rege ſuppreſſus: ſed ad eum regreſſus, & ex eo flagella Dei.
3. *Valere conſuetudinem vt hæc licentia petatur.*
4. *Pontifices ſummos approbaſſe Regum in electionibus concurſum, & quatenus.*
5. *Quæ Concilia approbarint & improbarint: ac Pij 2. & Pauli 3. improbatio.*
6. *Nominationes Regiæ vix ſine confirmationibus Epiſcopi Romani tolli poſſunt.*
7. *Vtraſque ſimul concurrentes tutiores eſſe ſi de perſonis eligendis qualificatis delectus eſſet.*

Ex

EX præmiſſis tandem videt lector quantopere Principes
ambierint collationem præcipuarum dignitatum Ec-
cleſiaſticarum, vt electiones plurimi ſpreuerint; atque
illas abſolutè à ſe pendere voluerint, modo ipſi confe-
rentes, modo non permittentes electis liberam poſſeſſionem niſi
electioni conſenſiſſent: & modo, quod obmiſimus, non feren-
tes Canonicos, aut eos qui eligendi ius habebant ad electionem I.
procedere niſi impetrata licentia. Sic Hincmarus ſcripſit Belua-
cenſem clerum plebemque non eſſe auſos Epiſcopum eligere
niſi à Rege liberam, ac regularem electionem priùs obtinuiſſent.
Qua de re ipſum Regem Carolum interpellauit, rogauitque vt
ſtatueret quem vellet interim viſitatoris officio fungi in Eccleſia
Beluacenſi, vt ab eo electio canonica fiat: ac demum ait electio-
nis facultatem eis à Rege conceſſam fuiſſe. Similiter à Philippo
Auguſto Monachi S. Dionyſij liberam eligendi Abbatis facul-
tatem petierunt, & obtinuerunt: ac peregrè proficiſcens idem
Rex voluit, vt Epiſcopatu, vel Abbatia vacantibus, eadem licen-
tia peteretur, & concederetur à Regina quam procuratricem
regni relinquebat. Denique Ioan. Tilius quondam ſcriba Parla-
menti plura recenſet huiuſmodi exempla. ac vidimus ex ijs quæ
de Regibus Anglis recenſuimus idem obſeruatum penes illos
fuiſſe.

Frodoardus refert Archiepiſcopũ Rhemenſem cum in honorem S. Petri, & Apoſtolorum Abbatiam fundaſſet, obtinuiſſe à Clodoueo vt Monachi haberent poteſtatem eligẽdi ſibi Prælatum.

Carolus 7. poſt Pragmaticam Sanctionem, Capitulo Andegauenſi petenti conceſſit liberã eligendi Epiſcopi facultatem litteris patentibus anno 1438.

Sicque iſti Principum præſumptioni Abbatiæ quoque obno-
xiæ erant, vt ex ſuperioribus exemplis conſtat, atque ex monu-
mentis Rutperti, Echehardi, & Burchardi Monachorum S. Galli
qui de Abbatibus iſtius Abbatiæ ſcribentes eorum electiones in
Regum & Imperatorum plurima diſpoſitione fuiſſe docent. II.
Vnde Carolus Magnus accepto in Mundeburde, id eſt defenſio-
ne ſua, Monaſterio Laureshamenſi in Germania, conceſſit Mo-
nachis liberam eligendi Abbatis licentiam: ergo non habebant:
inhibita etiam Epiſcopo in illud Monaſterium cognitione ali-
qua. Eaque libertate ab anno 776. vſque ad tempora Arnulphi
Imperatoris vſi fuerunt: Is vero fratribus ob quaſdam inſolentias
ab electione ſuſpenſis hoc Monaſterium in commendam dedit
Adelberto Auguſtenſi Epiſcopo: ſicque ſucceſſores diſpoſuerũt
vſque ad Conradum qui plenariam electionis libertatem eis red-
didit, vt eſt in Chronico Laureshamenſi. Nec dubitari poteſt
quin eadem ſeruitute opprimerentur aliæ vbicumque Abbatiæ.

Hi authores ſunt in tomo rerum Alemannicarum Goldaſti.

Digitized by Google

Aimoin. ca. 34. lib. 5. Et quod non ſine indignatione legi poteſt non pudebat comites Pariſienſes, ita propalam Abbatiis dominari, vt vulgo dicerentur, S. Germani Abbates, ſiquidem redditus Abbatiæ vſurpabant, Decanos Monachis conſtituentes. Quod ſcelus, imo ſacrilegium, ab iſtis temporibus ad nos vſque adeo conualuit, vt videamus Abbatias paſſim laïcis addici: atque Monachorum præfectum, proh pudor, extitiſſe & extare ſecularem hominem, imo & mulierem, imo & hæreticum non vnũ. In hanc autem Laïcorum ad Monaſteria præfecturam Patres Meldenſis Concilij anno 845. reijciebant diras Nortmannorum in Galliam excurſiones.

Mulierẽ Monachis præeſſe, & virũ Monialibus, non recens crimen eſſe docet reſcriptum Alexii Patriarchæ Cõſt. in volumine Zonaræ de Canonibus.

III.

Doctores poſt Innocent. in cap. ſuper his de accuſat.

Sic ergo politica Epiſcoporum & Abbatum conſtitutio toties variauit, vt modo à Clero populoque, modo ab Epiſcopis, & modo à Principibus fieret: modo ipſi Principes ſupplicarent Capitulo pro aliquo benè merito eligendo, quod Doctores non improbauerunt: atque etiam voluerunt introduci potuiſſe conſuetudinem, vt mors Prælati nunciaretur Principi, & ab eo peteretur eligendi licentia, ita vt nulla eſſet electio aliter facta. Nec ipſi etiam ſummi Pontifices improbauerunt Principum ad electiones concurſum. Nam Nicolaus 1. non rejecit conſuetudinem Græcam quæ volebat, Vt Imperiale ſuffragium Clero & populo concurreret, epiſtola ad Michaëlem Imperat. cenſebat quoque Epiſcopos Archiepiſcopi Rauennatis Suffraganeos ab iſto non eſſe conſecrandos niſi poſt electionem Ducis, cleri, & populi, vt reſcripſit Anaſtaſ. in eius vita. Gregorius 7. licet validus electionum aſſertor, Regis aſſenſu electionem factam confirmauit. Sed vt ſupra notauimus iſte aſſenſus electionibus factis accedebat, quoniam Principibus datum fuit, vt ſi ſuſpectos haberent electos, non conſentirent. Sic Ioannes 8. permiſſu Caroli Regis poſt electionem Cleri & expetitionem populi Ioſephum Aſtenſem Epiſcopum confirmauit: idemque diuiſo in duas partes populo Vercellenſi pro electione Pontificis cum vellet Goſpertum eligi non ipſe tamen illum nominauit, ſed interceſſit apud Regem, vt ei Epiſcopatum tribueret: Quod cum Rex feciſſet, tum Ioãnes; Quoniam, inquit, Carolomanus glorioſus Rex Italici regni ipſum Vercellenſem Epiſcopatum more prædeceſſorum ſuorum Regum & Imperatorum huic (id eſt Goſperto) conceſſit præſentibus noſtris miſſis noſtramque apoſtolicam clementiam ſuis litteris eſt deprecatus, vt eum vobis Epiſcopum conſecraremus, illum conſecrauimus & iubemus à vobis recipi. ſic Ioan. Et Iuo

Guimier. ad Prag. Sanct. tit. de elect. §. Verum tamen in verbo Põtifex.

IV.

Lib. 1. ep. 35. 36.

Ep. 260.

Ep. 60.

Carnotenſis: Legimus ſanctæ recordationis ſummos Pontifices aliquando apud Reges pro electis Eccleſiarum intercesſiſſe, vt eis ab ipſis Regibus concederentur Epiſcopatus: & aliquorum, quia conceſſiones Regum, nondum conſecuti fuerant, conſecrationes diſtuliſſe. Quò reſpicit quod idem Hincmarus recenſet poſt electionem, Archiepiſcopi Rhemenſis confirmationem ab Epiſcopo Romano expetitam eſſe diplomate Regio. Atque ex eod. more introductum quoque fuit, quoad Abbates, vt quoniam ipſi ab Epiſcopo diœceſano conſecrandi erant, non ante ipſos conſecraret quam ſi poſt electionem electus Principi oblatus eſſet: Sanè vt approbaret.

Tomo 3. Concil. parte 1. ſub Sergio 2.

Fulbert. Carnotenſ. epi 39.

V.

In his tamen diuerſa fuerunt Concilia: Nam notauimus duo generalia condēnaſſe, vt quiſquam Princeps ſe ingereret electionibus: aliquot vero ſpecialia modo annuiſſe, modo reprobaſſe. Et Pius 2. qui nondum Pontifex ſuadebat Regis expectandum eſſe conſenſum, idem Pontificatum ſummum adeptus nūquam exorari potuit à Carolo 7. ne daret Epiſcopum niſi quem ipſe prius laudaſſet, quod ſibi concedi petebat ex priuilegio, vt prætexebat Adriani & Leonis conceſſo Carolo Magno & Othoni.

Et expreſsè de nominationibus Paulus 3. cum ab eo recens electo peteret Cardinalis Lotharingius, vt Duci Lotharingiæ gratiam illarum faceret, tantum abeſt vt conceſſerit, quin è contra reſponderit, in Concilio quod breui conuocandum eſſet, eam nominandi facultatem ijs Principibus, quibus eſſet conceſſa, neceſſario auferendam eſſe.

Hiſtor. Cōcil. Trid. lib. 1. p. 56

Sed difficile foret Pontifici nominationes abrogare niſi ipſe iacturam confirmationum, proindeque Annatarum periclitaretur: quando quidem ſi quoad collationes Epiſcopatuum & Abbatiarum redeundum eſſet ad ius commune electos ſuffraganeos confirmaret Metropolitanus: Vnde ſupprimendæ quoque eſſent illæ exemptiones quæ iſtos ab eius iuriſdictione ſubtraxerunt. At hæc iam altis adeo radicibus defixa ſunt, vt anelli niſi cum magno Eccleſiæ periculo nequeant: & ſanè quando Epiſcopus Romanus ſit ſupremus omnium vbique Eccleſiarum moderator, ideoque quod ſæpius diximus ad illum attineat ipſarum cura quæ ſolicitior eſſe nulla in parte poteſt, quam in Paſtoribus conſtituendis pro quibus ipſe reſponſurus eſt: & Princeps temporalis ſua quiſque in ditione temporalibus Eccleſiæ prouidere debeat ne iſtis Eccleſiaſtici abutantur, ac per conſequens diffi-

Digitized by Google

patoribus & improbis committantur: deinde cum iure poſito in duorum arbitrio ſeditiones & factiones quæ in electionibus ſiue popularibus, ſiue capitularibus non raro contingebant, non ſunt adeo timendæ: his inquam rationibus concludi poteſt tutiorem eſſe illam formam prouidendi ad has dignitates modo quod repetemus non ſit ita vagans, ſed in eas tantum perſonas reſtricta quæ Theologiæ Doctoratu, & teſtimonio conuerſationis ſanctæ in aliquo pio ſodalitio ſint approbatæ: Et meminerint electores, nominatores, & collatores peccatum mortale ſe incurrere, ac reſtitutioni fructuum ſubiacere: niſi elegerint digniorem, adeo dignũ eligere non ſufficit, nec ab illis pœnis immunes eſſe qui minus dignos electos aut nominatos confirmauerint. Qua de re ampliſſimè Gutierres lib. 2. cap. 11. canonicar. quæſt. Et ſummopere imitandus eſſet Hiſpani Regis mos ab eod. citatus quo ſolet quotannis de dignioribus inquirere, illorumque penes ſe cathalogum habere, vt eis vacantia beneficia conferat quæ conferendi ius habet.

CAPVT IX.

VARIA IN ELECTIONE ROMANI Pontificis ſchiſmata: variæque ad ea præuenienda conſtitutiones.

LECTIO.

1. *Epiſcopatus ſeu Papatus eſt à Chriſto, ſed electio Papæ, aut Epiſcopi ab hominibus.*
2. *Linus an ſorte an electione creatus.*
3. *Primum electionis ſchiſma.*
4. *Ammiani Marcellini calumniæ de Pontificibus Romanis, & D. Athanaſio.*
5. *Secundum electionis ſchiſma.*
6. *Prima conſtitutio de electione.*
7. *Conſtitutio 2. qua eligendi Romani Pontificis facultas fit laïca.*
8. *Reuocatio iſtius conſtitutionis.*
9. *Sſchiſma 3.*
10. *Conſtitutio 3. qua electio tribuitur Clero, & Schiſma 4.*
11. *Conſtitutio 4. qua confirmandæ electionis ius tribuit Principi Laïco.*
12. *Illa Imperatores vſi adeo vt pro cõfirmatione pecuniam exigerent.*

Digitized by Google

13. *Huic renuntiauit Conſtantinus 4. reſtituens electiones.*
14. *Conſtitutio 5. vt ad electionem Clerus populus & milites vocentur.*
15. *Schiſma 5.*
16. *Schiſma 6. in eoque Ioannis Rauennatis Exarchi ſacrilega ſymonia.*
17. *Schiſma 7.*
18. *Schiſma 8. & pœna diuina Gregorij Epiſcopi qui Conſtantinum laïcum ordinauit.*
19. *Conſtitutio 6. contra electiones laïcas.*
20. *An Hadrianus 1. tribuerit Carolo Magno ius eligendi Romani Pontificis: an Ludouicus Pius id remiſerit: & de confirmatione electionum ab Imperatoribus petita.*
21. *Conſtitutio 7. qua electionis ius tribuitur Clero excluſo populo.*
22. *Conſtitutio 8. qua id Romanis reſtituit obmiſſo Imperatore.*
23. *Ludouici iunioris approbatio iſtius conſtitutionis.*
24. *Conſtitutio 9. contra laïcam electionem: vt ſit penes Clerum.*
25. *Conſtitutio 10. contra Imperialem confirmationem.*
26. *Formoſi Pontificis commendatio.*
27. *Schiſma 9.*
28. *Conſtitutio 11.*
29. *Scandala in Eccleſia Romana.*
30. *Nec propterea minor illius ſanctitas & prærogatiua.*
31. *Conſtitutio 12. qua plurimum iuris in electione cauetur pro Imperatore.*
32. *Othonis & Ioannis 12. improbi Pontificis diſſidium.*
33. *Ioannis depoſitio, & Leonis electio.*
34. *Ioannis diuina vindicta.*
35. *Conſtitutio 13. & an ſit vera qua eligendi Pontificis Romani poteſtas reſtituitur Imperatori.*
36. *Romanorum Pontificum miſera tunc conditio: & varia ſchiſmata.*
37. *Gratiani factum quo Papatum à ſchiſmaticis redemit, an fuerit ſymoniacum.*
38. *Gregorius 7. Imperatoris de electione arbitrium reprobat.*
39. *Author tamen fuit vt Nicolaus 2. eius approbationem peteret.*
40. *Conſtitutio 14. in qua Cardinales, Clerus & populus ad electionem vocantur.*
41. *Electionis decimum Schiſma.*
42. *Diſceptatio de præſumpto iure Imperatoris in electionibus.*
43. *Hildebrandi qui fuit Gregor. 7. electio.*
44. *Ab Imperatore confirmatio petita.*
45. *De Henrico 4. nonnulla.*
46. *Gregorij 7. ſanctio contra electionem Laïcam.*
47. *Schiſma 11. & humilitas ac modeſtia Honorij 2. ſeipſum abdicantis, eiuſque iterata electio per adorationem.*
48. *Schiſma 12.*

Digitized by Google

49. *Conſtitutio 15. qua excluſo populo & cætero Clero Cardinalibus ſolis relinquitur electionis poteſtas.*
50. *Schiſma duodecim contra Alexandrum 3.*
51. *Miraculis comprobata eius electio.*
52. *Conſtitutio 16.*
53. *Cardinalium longum diſſidium in eligendo Pontifice.*
54. *Conſtitutio 17. vnde Cõclauis vſus.*
55. *Schiſma decimum tertium quod per annos 30. durauit.*
56. *Conſtitutio 18.*
57. *Forma eligendi Pontificis Romani quæ nunc eſt, aut per codicillos, aut viua voce, aut per adorationem.*
58. *Adoratio & viua vox non æquè legitimos ac codicilli.*
59. *De electione per vocum acceſſionem.*
60. *Pauli 3. in reprobanda electione ſua quod contra legem & formam eſſet, modeſtia.*

SED quoniam huc vſque de electionibus & nominationibus præcipuarum Eccleſiæ dignitatum vidimus non ingratum erit lectoribus, ſi poſt expoſitas tot in illis mutationes, de ſumma omnium loquamur: Id eſt Pontificatu Romano, & hiſtorico compendio ſubijciamus, quot etiam mutationes eius eligendi forma ſuſceperit, quot inde diſſidia & ſchiſmata proceſſerint: quot denique remediis obuiam itum fuerit ambitioni Sacerdotali, vt ſiſteretur ac incaſſum ferè: adeo effrænis eſt hæc rabies.

I. Vt Sacerdotij Chriſtiani eſt à Chriſto, ſic illius Primas Princeſque Petrus ſuam electionem Chriſto debet. Quin & omnes Apoſtoli ab eo vocati & donati poteſtate ligandi, ſoluendi, & prædicandi. Ergo Sacerdotium, vel Epiſcopatus à Chriſto eſt inſtitutus, illiuſque munia diuiſa in Apoſtolos, ſed Petro iure principaliore commiſſa. Vnde verum eſt primos Epiſcopos qui erant Apoſtoli à Chriſto lectos immediatè fuiſſe: ſucceſſores verò ab hominibus, vt qui nequirent illud Sacerdotium exercere niſi ab hominibus, vt ait Paulus, aſſumpti eſſent, ad idque electi & conſecrati: hoc eſt, quod dicitur Papatum & Epiſcopatum (quæ idem ſunt ac Sacerdotium) eſſe de iure diuino, ſed non Papam aut Epiſcopum: & Cardinales quidem Papam facere poſſe, ſed non Papatum aut Epiſcopatum.

Rebuff. tit. de conſt. in verbo Parochias.

Ergo Petrum Chriſtus inſtituit: Petrus autem ipſe ſibi Clementem ſucceſſorem dixerat, vt refert epiſtola ſub nomine Clemẽtis

ad Iacobum fratrem Domini. Sed vt vidimus nullo momento fuit hæc inſtitutio ne apud poſteros pernitioſi eſſet exempli: Namque Petro ſucceſſit Linus, Lino Cletus, Cleto Clemens. Qua vero via, quove modo non dicitur niſi quod in Tertulliani carminibus hæc habentur.

Ex quibus electum magnum plebique probatum
Hæc cathedra (Petrus qua ſederat ipſe) locatum
Maxima Roma Linum primum conſidere iuſſit:
Poſt quem Cletus & ipſe gregem ſuſcepit ouilis,
Huius Anacletus ſucceſſor ſorte locatus,
Quem ſequitur Clemens.

Quæ denotare videntur Linum electione Cleri & approbatione ſeu conſenſu plebis promotum fuiſſe. Quam eligendi formam in cæteris conſtituendis Epiſcopis obſeruandam eſſe voluerunt primitiuæ Eccleſiæ Doctores, vt ſupra vidimus: at ſorte Cletum: cuiuſmodi actum eſt cum ſubrogatus eſt Mathias in locum Iudæ ab Apoſtolis. Sed poſtea inualuiſſe vt plebs cum clero interueniret electioni tanti Pontificis probant quæ de Fabiano narrantur: ac de Cornelio refert Cyprianus: nouiſſiméque Onuphrius in Chronico Cletum ſubrogatum eſſe Præſbyterorum omnium, & reliquorum cleri ordinum, plebiſq; ſuffragiis: Ergo non ſorte. II.

Irrepſit tandem ambitio in eam Eccleſiam vt qui meritis & virtute non valerent ad hanc dignitatem adipiſcendam, factioſos excitarent: Vnde ſchiſmata proceſſerunt; quorum primum exēplum contigit in promotione Damaſi 1. an 366. Vrſicino contra tendente adeo vt etiam ferro & cædibus actum fuerit vſque ad III.
137. homines authore Marcellino & noſtros calumniante, ambitam ab illis videlicet eam dignitatem quaſi ditarentur oblationibus matronarum, procederent vehiculis inſidentes, circūſpe- IV.
ctè veſtirentur, epulas curarent profuſas, ita vt eorum conuiuia regales ſuperarent menſas: non imitantes modeſtiam quorumdam Prouincialium Antiſtitum quos tenuitas edendi, potandiq; parciſſimè, vilitas etiam indumentorum, & ſupercilia humum ſpectantia numini veriſque eius cultoribus commendarent. Hæc ille pro idolorum ſuorum miniſtris. Neque vero infitiari poteſt iam tum auguſtam Romam Pontificis Maieſtatem fuiſſe, ſed qua non abutebantur ſancti illi Pontifices: neque enim ſi abuſi fuiſſent poſteritas eos pro ſanctis haberet. Quod ſi ſplendidos

Digitized by Google

amictus habuerunt, ſi regales menſas hoc erat vt ſibi reuerētiam conciliarent, & amorem ſiue magnatum quos menſa excipiebāt, ſicque ad verum cultum attrahebāt, ſiue tenuiſſimæ plebis quam ſuperfluis dapibus reficiebant, ijs proinde amplioribus vtentes: omnia ſe omnibus facientes, vt omnes Chriſto lucifacerent: atque vtinam noſtri nunc magnifici Præſules, ſic redditus Eccleſiæ impenderent reficiendis pauperibus. Ethnicus autem ille hæc non intelligens, calumniabatur pios Pontifices non ſecus ac idem impoſtor eodem carbone denigrabat ſi poſſet D. Athanaſium: ſuperſtitioni videlicet augurum addictum illum fuiſſe, vltra profeſſionem ſe altius efferentem, & alia callentem à propoſito legis cui præſidebat aliena.

Sed vt ad rem: gradus Damaſo ceſſit ſuffragante plurima Cleri & populi parte: ſicque primum electionis ſchiſma tranſegit: ac væ illi nempe Vrſicino per quod tantum ſcandalum contigit.

V. Secundum extitit anno 420. inter S. Bonifacium & Eulalium Archidiaconum, quos Imperatores Valentinianus, & Honorius vrbe eiecerunt, donec de iure vtriuſque diſceptaretur. Bonifacius quidem paruit: ſed Eulalius auſus die Paſchatis Romam redire, & munia Pontificatus vſurpare prorſus proturbatus eſt facta Synodo 252. Epiſcoporum: Bonifacius autem reuocatus & confirmatus dicitur Honorium rogaſſe vt operam daret ne poſt hac in legendo Pontifice aliquid per ambitum fieret.

VI. Vnde prima de electione prodiit conſtitutio ſic ad Bonifacium reſcribente Honorio: Ad notitiam Clericorum omnium volumus peruenire, vt ſi quid fortè quod non optamus, religioni tuæ humana ſorte contigerit, ſciant omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum. At ſi duo contra fas temeritate certantes fuerint ordinati, nullum penitus ex his futurum Sacerdotem: ſed illum ſolum in ſede Apoſtolica manſurum, quem ex numero Clericorum noua ordinatione diuinum iudicium & vniuerſitatis conſenſus elegerit. Sic Honorius, ac vides modeſtiam nihil ſibi arrogantis.

Ioan. 8. reprobauit duos in contentione electos à Clero populoque: iuxta eam legē quam citat ep. 171.

Admonitum te velim lector non mei eſſe inſtituti vt omnia quæ in Eccleſia extiterunt ſchiſmata eo loci recenſeam, ſed ea ſolum quæ in electione: iis præteritis quæ iam conſtituto Paſtore ſuborta ſunt, vt quod inter Cornelium, & Nouatianum de quo & aduerſus ipſum Nouationum ampliſſimè D. Cyprianus, & Euſebius: inter Liberium & Fœlicem: & deinceps alia vſque ad Eugenium & Fœlicem Amedeum.

Ep. 42. 45. & aliis. Euſeb. lib. 8. cap 35.

Secunda

Secunda conſtitutio refertur ad annum circiter 478. quo nempe Odoacer pulſo Auguſtulo in quo imperij Occidentalis finis fuit, Italiæ regnum tenebat. Sub hoc enim Baſilius vrbis præfectus fingens ſe à Simplicio 1. velut timente ne in creando ſummo Pontifice ſeditio aliqua oriretur poſtquam deceſſiſſet, admonitum vt concordiæ prouideretur, audiens clerum eſſe in Vaticana Baſilica confeſtim eam ingreſſus ſic dixit: Quāquam ſtudij noſtri & religionis intereſt, vt in Epiſcopatus electione concordia præcipuè ſeruetur, ne per electionis occaſionem ſtatus ciuitatis in dubium reuocetur: tamen admonitione beatiſſimi Papæ noſtri Simplicij, quam ante oculos ſemper habere debemus, hoc nobis ſub obteſtatione ſcitis eſſe mādatum, vt propter illum ſtrepitum, & venerabilis Eccleſiæ detrimentum, ſi eum de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra conſultatione cuiuſlibet celebretur electio. VII.

Quod erat ad laïcum arbitrium eligendi poteſtatem referre: quapropter non vix creditur fictam illam fuiſſe Simplicij admonitionem: mirum tamen quod tunc Baſilio Epiſcopi non contradixerunt.

Sed ſub Symmacho 1. qui poſt tres Pontifices Simplicio ſucceſſit abrogata eſt ea conſtitutio in Synodo Rom. 4. dicentibus Epiſcopis, ac in primis Laurentio Mediolanenſi, illam obligare non potuiſſe vllum Romanæ ciuitatis Pontificem, quia non licuit laïco ſtatuere quidquam in Eccleſiâ præter Papam Romanum: Laïcum enim manere obſequendi neceſſitatem, non imperandi authoritatem: maximè cum nec Romanus Papa ſubſcripſerit, nec alicuius ſecundum Canones legeretur aſſenſus Metropolitani. VIII.

Tertium electionis ſchiſma inter Symmachum iſtum, & Laurentium Eccleſiæ Romanæ Præſbyterum extitit, id, vt Diaconus ſcribit, fouente Anaſtaſio auguſto, circa annum 498. at Rex Theodoricus qui Italiam regebat auditis vtrimque partibus, & cognito Symmachum à majore parte electum fuiſſe, pro illo pronuntiauit, Laurentiumque Nucerinæ ciuitati Epiſcopum dedit: deinde inquietum relegauit. IX.

Tertia conſtitutio promulgatur in Synodo Romano 1. ſub eod. Symmacho ab Epiſcopis rogato, vt ſcandala amputarentur, & ambitus extinguerentur: cum priùs eos admonuiſſet, vt ſecum pari adunatione tractarent, quod circa Romani Epiſcopi ordina- X.

Digitized by Google

tionem oporteret cuſtodiri: Ea igitur conſtitutione primum latum eſt, vt ſi quis Papa ſuperſtite de Papatu cogitaret, loci ſui dignitate atque communione priuaretur: deinde additum.

Si quod abſit tranſitus Papæ inopinatus euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris non poſſit ante decernere, ſi quidem in vnum totius inclinauerit Eccleſiaſtici ordinis electio, conſecretur electus Epiſcopus. Si autem, vt fieri ſolet, ſtudia cœperint eſſe diuerſa eorum de quibus certamen emerſerit, vincat ſententia plurimorum, ſic tamen vt Sacerdotio careat, qui captus promiſſione, non recto iudicio de electione decreuerit. Synodus dixit, Placet & ſubſcripſerunt Epiſcopi, Præſbyteri, & Diaconi.

Hac conſtitutione permittitur Papæ ſucceſſorem ſibi deligere (quod nihilominus improbatum eſt) deinde ſi non delegerit, poteſtas relinquitur ordini Eccleſiaſtico: vnde videntur excluſi, nec tamen eo iure ceſſerunt.

Namque poſt Fœlicem 3. anno 530. quartum exoritur Schiſma diſſentiente Clero & Senatu inter Bonifacium 2. & Dioſcorum cuius repentina mors illum confirmauit.

Bonifacius autem anno 531. vt praui in poſterum diſſidij occaſionem adimeret, conuocato iterum Clero, omnes in verba ſua iureiurando adegit ſe poſt exceſſum ipſius Vigilium Diaconum ſublecturos Pontificem: idque ſacramentum ſanciri manu cuiuſque voluit. Admonitus deinde rem illum commiſiſſe ſacris legibus aduerſantem, & libertati comitiorum officientem, idem ſcriptum accitis de integro omnibus abrogauit: eoque incenſo ſe reum Maieſtatis aſſeruit: qua re adducti Senatores & ipſi decretum de ambitu comprimendo fecerunt, vt refert Athalaricus Rex in reſcripto proximo ad Ioannem 2.

Bonifacio mortuo ſucceſſit Ioan. 2. non ſine magna contentione, quæ cauſam dedit Athalarico, vt de ambitu Senatuſconſultum renouaret, ipſeque velut cenſum Romanis Pontificibus, & aliis imponeret.

XI. Quarta hæc eſt conſtitutio his verbis: Nuper ad nos defenſor Eccleſiæ Romanæ flebili allegatione peruenit cũ Apoſtolicæ ſedi peteretur Antiſtes quoſdam nefaria machinatione neceſſitatem temporis aucupatos, ita facultates pauperum extortis promiſſionibus ingrauaſſe, vt quod dictu nefas eſt, etiam ſacra vaſa emptioni publicæ viderentur expoſita. Hoc quantum fuit crudele committi, tantum religioſum eſt adhibita pietate reſerari. Atq; ideo

Digitized by Google

Sãctitas veſtra ſtatuiſſe nos præſenti definitione cognoſcat quod etiam ad vniuerſos Patriarchas, atque Metropolitanas Eccleſias volumus pertinere, vt iuxta Senatuſconſultum Patrum conſcriptorum tempore Bonifacij promulgatum, Si quis in Epiſcopatu obtinendo, ſiue per ſe, ſiue per aliam quamcumque perſonam aliquid promiſiſſe conuincatur, execrabilis contractus cunctis viribus exuatur, & infra. Quia omnia decet ſub ratione moderari, nec poſſunt dici nimia quæ iuſta ſunt cum de Apoſtolici conſecratione Pontificis intentio fortaſſe præuenerit, & ad Palatium noſtrum producta fuerit altercatio populorum, ſuggerentes nobis intra tria millia ſolidorum cum collatione chartarum cenſemus accipere: à quibus tamen omnes idoneos rei ipſius conſideratione remouemus: quia de Eccleſiaſtico munere pauperibus eſt potius coſulendum. Alios vero Patriarchas quando in comitatu noſtro de eorumdem ordinatione tractatur, in ſupradictis conditionibus, & perſonis intra duo millia ſolidorum iubemus expendere: in ciuitatibus autem ſuis tenuiſſimæ plebi non amplius quam quingentos ſolidos ſe diſtributuros eſſe cognoſcant.

Huc vſque Athalaricus, obſcura ſanè conſtitutione, ex qua tamen elicitur cenſuiſſe Regem vt ad Epiſcopatum promouendo non liceret quidquam erogare, ſed promoto liceret vſque ad ſummam ibi diffinitam: quam diſtribuendam cenſuit pauperibus è populo, quaſi ad inſtar Conſulum qui adepti dignitatem munera in vulgus ſpargebant, quæ miſſilia dicebantur: vt panes à Conſtantino magno qui Palatini vocati ſunt, vt notat Suidas: deinde ſucceſſu temporis æra, vel nummos: cuiuſmodi recenſet Gregor. Turon. Clodoueum eo die quo renuntiatus eſt Conſul ab Anaſtaſio Imperatore, eos manu propria ſpartiſſe populo. Verum Imperator Leo hanc profuſionem voluerat conuerti in operum publicorum extructiones: at Iuſtinianus remiſit Conſulibus onus ſpargendi populo argentũ quidem non aurum quod Imperatoriæ liberalitati reſeruauit. Atque is eſt etiam Iuſtinianus qui dona nouorum Pontificum in gratulationem adeptæ dignitatis limitauit: In hoc tamen diſcrepans ab Athalarico, vel Athalaricus ab illo, quod hic eam gratulationem voluit fierit populo, Iuſtinianus autem Clero.

In verbo παλατῖνοι.
Gregor. lib. 2. cap. 38.
l. 2. de Conſulibus, & non ſpargend. ab his pecuniis.
Auth. de Conſulibus §. Spargere.
Auth de ſanctiſſimis Epiſcop.

Licet vero iſta conſtitutio eſſet duntaxat cõprimendi ambitus ergo: tamen ex eo quod in diſſenſione ſuffragiorũ referebatur ad Principem quaſi vt ſuam authoritatem ſedandæ diſcordiæ inter-

XII. poneret, inde perfectum videtur quod Baſilius tentauerat. Siquidem ab eo tempore coaleſcere cœpit conſuetudo vt non ante legitimus eſſet Papa quam ab Imperatore aut eius legatis confirmatus eſſet. Quamobrem Pelagius 2. an. 529. imperantibus Tiberio & Mauritio miſit Gregorium Diaconum ad Mauritium purgandi ſui cauſa quod in expectato Principis conſenſu ad Pontificium prouectus eſſet: ratio excuſationis poſita in difficultate viarum à Longobardis interceptarum. Deinde Pelagio idem Gregorius cui poſtea magni nomen ſucceſſor petitus à Clero populoque cum ſe de more confirmandum ab Imperatore ſciret, ac id onus detrectaret, conatus eſt obtinere ne confirmaret eum Mauritius: Sed quo magis refugiebat, tanto magis Imperator conſentiebat. Ac ea poteſtate vſi fuere Imperatores Græci vſque ad Benedictum 2. adeo vt pro iure confirmationis pecuniam exigerent, peſſimo vſu ab Regibus Gotthorum Arrianis accepto. Inde querela Gregorij aduerſus Mauritium quod quamdam ſymoniam exerceret dona ſibi pro electione Epiſcoporum offerri præcipiens, ac præſertim ab Epiſcopo Romano: Sicque turpiſſimi lucri cupiditate illectus Eccleſiam faceret ancillam, ac in tantum ſuæ temeritatem veſaniæ extenderet (hæc ſunt eius verba) vt caput omnium Eccleſiarum Romanam Eccleſiam ſibi vendicaret, & in domina gentium terrenæ ius poteſtatis vſurparet.

XIII. Ab hac ſymonia diſceſſit in gratiam Agathonis ſedentis anno 679. Conſtantinus 4. Idemque ſanctitate Benedicti 2. qui Agathoni poſt Leonem ſucceſſit permotus ſanctionem miſit, vt deinceps quem Clerus, populus, exercituſque Romanus Pontificem delegiſſet, illum ſtatim verum Chriſti Vicarium eſſe omnes crederent, nulla aut Conſtantinopolitani Principis, aut Exarchi Italiæ expectata authoritate.

XIIII. Sic ergo quintam habemus conſtitutionem quam neſcio an illius ætatis homines probarint, tenuerintque loco beneficij in gratiam Benedicti. Num enim poterat pejore conditione donari electio Romani Epiſcopi quam ad eam vocare laſciuientes, & inſolentes milites qui quantum ſibi iuris in gladio ponant, ſatis docent tot ab illis conſtituti, depoſiti, ac interfecti Imperatores?

Sed (ô altitudo diuitiarum Domini) nullam inſolentiam adhibuerunt, neque in eligendis, neque in electis Pontificibus: imo aduerſus Græcorum tyrannidem eos protecti ſunt, vt alibi videbitur.

Digitized by Google

Schiſma tamen 5. propè contigit anno 586. inter Petrum Archipræſbyterum, & Theodorum Præſbyterum, illum Romani volentes, hunc exercitus. ſed breue fuit. Nam reuocata in vſum Honorij ſanctione illis relictis, nutu diuino omnes Cononem 1. petierunt. XV.

Schiſma 6. Conone mortuo inter eumdem Theodorum & Paſchalem Archipræſbyterum, qui cum theſauri Pontificij diſpenſator eſſet grandem pecuniam Ioanni Rauennati Exarcho promiſit ſi ipſius beneficio Pontificatum obtineret. Quapropter Ioannes aduolauit Romam: ſed accepto à Paſchale ingentis auri fideicommiſſo quod Conon Clero eum dare iuſſerat, illum eluſit: ac conſpirantibus cunctis in Sergium 1. conſenſit: à quo tamen conatus eſt ſummam pecuniæ exigere. At ille reſpondit ſibi neque æquum eſſe eam pecuniam ſoluere, neque ſi æquum eſſet, facultatem ſuppetere. Vt vero animum eius deliniret canthara & aureas coronas quæ antè aram S. Petri ab antiquo pendebant, illi pignori dari iuſſit. Sed nonne hoc erat petenti pecuniam, quod non æquum dicebatur, ſatisfacere, & pejori etiam modo (num enim ferè ſacrilego?) quã ſi pecunia numerata data fuiſſet? XVI.

Septimum Schiſma inter Paulum 1. Stephani 2. aliâs tertij nuper defuncti fratrem, & Theophylactum Archidiaconum, quo breui exploſo omnes in Paulum conſenſere circa annum 757. XVII.

Octauum electionis Schiſma inter Cõſtantinum Nepeſinum, & Philippum Romanum Abbatem Monaſterij S. Viti, S. R. E. Præſbyterum Cardinalem: ille quidem laïcus violentia fratrum ſuorum Paulo ſubrogatus eſt, ac poſtridie Diaconus & Præſbyter factus, demumque die Dominica ſequente Pontifex conſecratus. Cui vt contra Canones electo quidam Clerici Philippum obiecerunt. Sed Chriſtophorus Primicerius, & Conſiliarius Apoſtolicæ ſedis, & Sergius eius filius Sacellarius ambos depoſuerunt occæcato etiam Conſtantino: cuius conſecratori Gregorio Præneſtino dicuntur etiam manus adeò exaruiſſe, vt eas ori admouere non poſſet. XVIII.

His omnium conſenſu ſuffectus eſt Stephanus 3. ſeu quartus.

Huic Hadrianus 1. an. 772. Can. 31. Apoſt.

Sexta conſtitutio qua renouatur Canon Apoſtolicus in Nicæno 2. Concilio vniuerſali ſub eo Pontifice: vt videlicet nulla ſit electio facta à Magiſtratibus ſecularibus, ſed Epiſcopus ab Epiſcopis eligatur iuxta Nicæni 1. decretum. XIX.

Digitized by Google

XX. Abſurdum ergo videtur quod Hadriano adſcripſit non aliquis hiſtoricus iſtius ætatis, aut huic proximus: ſed Sigebertus ſcribens anno 1111. poſt annos 342. ab illa ætate, vnde nulla ei fides: videlicet illum Carolo Magno conceſſiſſe poteſtatem eligendi Romanum Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem. Neque enim aduerſus recentem Synodalem prohibitionem totius Eccleſiæ conceſſiſſet: neque ipſe Carolus eam ſibi attribuit: quin è contra legem edidit ſacrorum Canonum ſe non ignarum dicens, qua vt in Dei nomine ſancta Dei Eccleſia ſuo liberius potiretur honore, adſenſum ordini Eccleſiaſtico præbuit, vt Epiſcopi ſecundum ſtatuta eorum Canonum de propria diœceſi per electionem Cleri & populi aſſumerētur. Vidimus tamen eum Epiſcopatus & Abbatias contuliſſe. An quia generali ſermone non continetur perſona loquentis vt iura volunt? Sed Leges Ciuiles non dedignantur ſequi ſacros Canones: ac filius matris Eccleſiæ decretis obſequi debet. Huic tamen cōceſſioni, quam Hadriano imputant, fidem facere videntur ſequentis ætatis acta: ſiquidem Leo 3. Hadriani ſucceſſor an. 796. de ſua renuntiatione Carolum certiorem voluit eſſe, & rogauit vt aliquem ex ſuis mitteret qui Romanos in fide per ſacramentum cōtineret: Sed hoc parum ad electionem ſpectat. Quod vero ſcribitur legatos Ludouici Pij queſtos eſſe Paſchalem qui poſt Stephanū Leoni ſucceſſit, electū fuiſſe incōſulto Imperatore, magis premit: Vnde enim hæc querela niſi ex aliqua huiuſmodi conceſſione? nec reclamat Paſchalis reſponſum: videlicet quæ ante neceſſitati, temporibuſq; permiſſa fuerunt, ea non oportere à piis Regibus auguſtiſque loco immortalis legis haberi. Quo reſponſo illectum ferunt Ludouicum vt huic iuri renuntiaret, ac totam electionem Romanis omnibus concederet: hoc ſolo contentus vt Pontifex electus ad Reges Francorum legatos ſuos mitteret qui cum illis pacem & amicitiam conſociarent. Sed ſi Ludouicus renuntiauit, quorſum igitur Gregorius 4. non ante ordinatus eſt quam legatus Imperatoris eiuſdem Ludouici Romam venerit, & qualis eſſet electio examinauerit, nec ante ſe geſſerit pro Pontifice quam ab Imperatore confirmatus eſſet? Quorſum etiam turbabat Romanorum lætitiam quam de Leonis 4. optimi Præſulis electione habebant, quod non auderent illum ſine authoritate Imperiali conſecrare, vt eſt apud Anaſtaſium? Quorſum etiam Ludouicus iunior miſiſſet ſuos legatos ad confirmandum Benedictum 3. ac ipſe Nico-

Extat hæc renuntiatio in diplomate donationis à Ludouico Pio, confecto.

Digitized by Google

laum 1. confirmaſſet, equo deinde vectum, cuius frenum ipſe pedes tenens in caſtra ſua duxit eum quem confirmauerat?

Itaque author vitæ Ludouici Pij à Pithæo editus: Paſchalis, inquit, pro eo (id eſt) pro Stephano recens defuncto, cathedram Romani Pontificatus ſubiit, qui poſt expletam conſecrationem ſolemnem, legatos cum epiſtola apologetica & maximis muneribus Imperatori miſit, inſinuans non ſe ambitione, nec voluntate, ſed electione, & populi acclamatione huic ſuccubuiſſe potius quam inſiluiſſe dignitati. huius legationis baiulus fuit Theodorus Nomenclator, qui negotio peracto, & petitis impetratis ſuper confirmatione ſcilicet pacti, & amicitiæ more prædeceſſorum ſuorum reuerſus eſt. hæc ille. Ex quibus videtur inferendum non ita in Cleri populique poteſtate Ludouicum electionem Romani Pontificis remiſiſſe, quin ſibi ſupremam de illa decernendi authoritatem retinuerit, quippe confirmationem ſine qua non valeret electio. Tamen cum poſt electionem Benedicti 3. miſſi eſſent Roma ad Ludouicum legati ferentes decretum electionis (nempe vt confirmaretur) & corrupti miſſi poſtea à Ludouico conſpirantibus etiam quibuſdam Epiſcopis, tantum abeſt vt confirmarent, quin etiam abrogarent, eligerentque Anaſtaſium olim Præſbyterum titulo S. Marcelli à Leone 4. excommunicatum & depoſitum, peruicit conſtantia piorum Epiſcoporum, vt rata Benedicti electio maneret: quaſi non requireretur confirmatio, vt abſolutè neceſſaria, ſed honoris tantum gratia.

Et quidem Gratianus recenſet decretum electionis Stephani qui Leoni 3. ſucceſſit, quod ſi verum eſt facit.

Septimam electionis conſtitutionem: habetque vt ad euitandum tumultum, ab Epiſcopis & vniuerſo clero eligatur Pontifex præſente Senatu, & populo: electus vero conſecretur præſentibus legatis Imperialibus, qua conſtitutione populi excluduntur ſuffragia. XXI.

Octaua deinde prodiit à Lothario Ludouici Imperatoris filio Romam à patre ad res ordinandas miſſo: quæ videretur quaſi ex conceſſione Hadriani 1. Edixit autem vt ad electionem Pontificis nemo auderet venire, neque liber, neque ſeruus qui aliquod impedimentum inferret: & admitterentur illi tantum Romani, quibus antiqua fuit conſuetudo conceſſa per conſtitutionem ſanctorum Patrum eligendi Pontificem. Vidimus autem ſupra XXII.

variam eſſe conſtitutionem, & Synodorum, & Patrum vt modo ſolos Epiſcopos admitteret, modo populum cum clero. Hac vero conſtitutione non habetur ratio Maieſtatis Imperialis, imo excluditur quando ſolis Romanis electio conceditur.

Fuit autem prolata ſub Eugenio 2. in cuius promotione fere ſchiſma contigit Zinzimo à quibuſdam propoſito: Sed Eugenius Prælatus fuit conſenſu omnium, vt ait Platina: vel vt Aimonius, vincente nobilium parte. Vnde vix quod ſchiſma dicatur niſi quis dixerit eſſe ſchiſmata quoties electorum vota in plures diuiduntur, licet tandem minor numerus maiori cedat. At verè non eſt ſchiſma niſi quando duo electi aſſeruntur ab eligentibus, & ſe ambo volunt credi Pontifices.

XXIII. Lotharij edictum approbauit Ludouicus iunior. Nam Hadriano 2. curam Paſtoralem ſubeunte non expectato Imperatoris, aut legatorum eius conſenſu: cum legati ſtomacharentur quod expectati non eſſent, reſponſum eis eſt: multitudinis Hadrianum petentis impetui proceres impares fuiſſe: at neque æquum eſſe vt mos expectandi Imperatoris amplius vigeat, ſed rectè facturos legatos ſi virum optimum approbent: quod fecere: Ludouici autem ſuperuenerunt litteræ quibus gratulabatur Romanis quod Apoſtolicæ Cathedræ optimè conſuluiſſent, non expectantes peregrinorum conſenſum qui fortè indignum præpoſuiſſent cum non habeant perfectam perſonarum notitiam. Itaque ad ciues maximè pertinere huiuſmodi electiones: cum in delectu falli non poſſint, vt qui ſuos indigenas benè norint.

XXIV. Mox ſucceſſit nona conſtitutio in Concilio generali Conſtantinopolit. 4. ſub eod. Hadriano 2. promulgata: Ne vllus Principum, vel Potentum ſe inferat electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cuiuſlibet Epiſcopi, ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat contentio, & confuſio: ſed potius ſileat, & attendat vſque quo regulariter à Collegio Eccleſiæ ſuſcipiat finem electio futuri Pontificis: quiſquis vero aduerſus eam ſanctionem agere tentauerit anathema ſit.

Ex qua ſanctione Collegio ſoli fit poteſtas eligendi poteſtatem: ergo excluſo cætero Clero & populo. Sed Hadrianus 3. qui duobus interiectis Pontificibus ſedem ſecundi ſuſcepit.

XXV. Decimam conſtitutionem edidit ad Senatum populumq; referens ne in creando Pontifice Imperatoris authoritas expectaretur, vtque libera eſſent Cleri & populi ſuffragia.

Is eſt

Digitized by Google

Is eſt etiam Hadrianus qui legem tuliſſe dicitur vt moriente Carolo Craſſo ſine liberis regnum Italicis Principibus cum titulo Imperij traderetur: ſic iam de Imperio diſponendo agebant, de quorum electione diſponenda Imperatores ante egerant. Sed vtraque lex Hadriani, infauſta & ſedi Romanæ, & Italiæ vt ſuo loco videbitur. de ſede Romana iſtud excerpſit Sigon. ad ann. 891.

Hadriano ſucceſſit Stephanus 5. ſeu 6. quo defuncto, Alberti tum in vrbe potentiſſimi factio Sergium Comitem Tuſculanum Eccleſiæ Romanæ Cardinalem Præſbyterum Pontificem declarauit, hominem nulla re niſi ſplendore familiæ commendatum. XXVI. Alij indignum eum tanto Præſulatu iudicantes Formoſum Portuenſem Epiſcopum creauerunt, quem Anaſtaſius in vita Nicolai, & Hincmarus apud Flodoardum ob ſcientiam & ſanctitatem Lib. 3. cap. 10. collaudant: necnon Luithprandus recenſet probos illius mores confirmatos eſſe miraculo, quippe cuius defuncti corpus ex mari extractum, vbi projectum fuerat à Sergio, & ad D. Petri Eccleſiam deportatum ſalutauerint quædam Sanctorum imagines vocibus à pluribus auditis. Lib. 1. cap. 2. Hunc tamen aduerſarij neglexerunt, tum quod ex ipſa Romana Eccleſia ſumptus non eſſet: tum quod olim à Ioãne 8. degradatus fuerat, & laïcæ vitæ adſcriptus exacto etiam iureiurando ſe nunquam repetiturum Eccleſiæ Portuenſis Epiſcopatum: ratio degradationis quod eius coniurationis qua Ioannes captus, & in vincula coniectus fuerat, author diceretur. aliam tradit Baronius quod carperet Ioannis erga Photium Conſtantinopolit. indulgentiam. Formoſum vero Marinus Ioannis ſucceſſor abſoluit ſacramento, & dignitati reſtituit: ſicque reſtitutus Stephano ſucceſſit contra Sergium.

Quapropter nonũ fuit electionis Schiſma, quod Formoſi Pontificatum aſſiduis Sergianorum contentionibus infeſtum reddidit, expulſo etiam vrbe Formoſo, ac deinde Arnulphi viribus reducto. XXVII. Huic ſubſtituti fuerunt Bonifacius 6. qui Pſeudo-Pontifex dicitur non numerandus inter Pontifices Romanos: Stephanus 6. Romanus 1. Theodorus 2. Ioannes 9. ſeu 10. ſuperſtite adhuc Sergio, ſed adeo à ſuis etiam ſpreto, vt iſtorum potentia Stephanus eligeretur, nec de Sergio amplius cogitatum eſt quam poſt Theodori mortem: tunc enim Albertus de illo reuocando cogitauit: ſed obſtiterunt aduerſarij ac eo victo Ioannem elegerunt.

Digitized by Google

XXVIII. Is conſtitutionem vndecimam edidit in fauorem Lamberti Regis Italiæ quem Stephanus Imperatorem ſalutauerat:

Vt conſtituendus Pontifex Romanæ Eccleſiæ conuenientibus Epiſcopis, & vniuerſo Clero eligatur expetente Senatu & populo : ſicque in omnium conſpectu legitimè electus conſecretur præſentibus legatis Imperialibus qui violentiam & ſcandala in eius conſecratione non permittant fieri : nulluſque ab eo quidquam audeat extorquere niſi quod antiqua exigit conſuetudo.

Sed agitata bellis ciuilibus Italia, ac Lamberto per inſidias occiſo, Benedictus 4. Tuſculanorum ſuffragiis Ioāni mortuo ſubro-
XXIX. gatus eſt, & conſecratus non expectatis legatis. quo ex viuis exceſſo rurſus agitata eſt factionibus Romana ſedes inter Leonem 5. Chriſtophorum, & Sergium illum toties reprobatum. Nam Leonem Chriſtophorus in carcerem detruſit, ac ſedem inuaſit: Chriſtophorum Sergius ejecit, coëgitque cucullam induere. Is ex Marocia Theodoræ meretricis filia Ioannem filium ſuſcepit: tumque adeo ſtatus reipubl Romanæ, tam ciuilis quam Eccleſiaſticæ deploratus & deformis erat, vt ferè gubernaretur à meretricibus Theodora & Marocia. Illa cum Ioannem Epiſcopum Bononienſem deperiret obtinuit à Landone qui Anaſtaſio Sergij ſucceſſori ſubſtitutus eſt, vt Rauennas Archiepiſcopus fieret: ac tandem ſummum Pontificatum adeptus eſt homo dignitate Eccleſiaſtica prorſus exuendus, & ad militarem reijciendus vt qui fortiter cum Sarracenis pugnarit. Illum Vvido Tuſciæ Marchio ſuaſu Marociæ quæ Sergio defuncto ei nupſerat in carcerem conjecit, atque cerniculi in eius os iniecto ſuffocauit. Huic Leo 6. ſuffectus eſt : cui etiam in carcerem detruſo, & mortuo ſucceſſit Stephanus 7. factione Tuſculanorum Comitum : ac demum Stephano Ioannes 11. Sergij ex Marocia filius, quem Albericus frater detinuit vna cum matre Marocia in carcere vbi ſupremus illi dies vitæ fuit: eique Leo 7. vel 8. ſucceſſit. Leoni Stephanus 9. vulgo octauus, cuius faciem Albericus, vt eum à Pontificatu remoueret, eoque aliquem ex ſuis donaret, variis & fœdis ſtigmatibus dehoneſtauit, quorum pudore ſe ille hominum conſpectui ſubſtraxit. Ac poſt Marinum 2. & Agapitum 2. Ioannes 12. Alberici filius annitente patre ſedit, qui cum adoleſcens eſſet carni & voluptatibus indulgens indecore & turpiter vbique egit.

Digitized by Google

Ne indignare lector, neque minus de Maieſtate Romanæ Cathedræ, eiuſque veritate æſtimes cum tot ſcandala legas: imo per ea illius natiuum, viuacemque ſplendorem contemplare quæ tot paludibus innatans ſubmergi non potuit, nec eorum cœno ita turpari, quin perſonarum poſthabita conditione, agnoſceretur à fidelibus qui proinde non ceſſauerunt ei, vt matri obedire: vt de qua ſcriptum eſt, Non præualebunt portæ inferi aduerſus illam. XXX.

Sed ad Ioannem: Is cum Berengarius in Italia tyrannidem exerceret Othonem Germaniæ Regem aduerſus illum excitauit: ſic Otho Romam venit vbi à Ioanne ſalutatus Imperator confirmauit iura Romanæ Eccleſiæ.

Ac duodecimam conſtitutionem edidit cuius verba ſunt. XXXI.

Vt omnis Clerus, & vniuerſa populi Romani nobilitas propter diuerſas neceſſitates, & Pontificum irrationabiles erga populum ſibi ſubiectum aſperitates retundendas ſacramento ſe obligent quatenus futura Pontificum electio (quantum vniuſcuiuſque intellectus fuerit) canonicè & iuſtè fiat: & vt ille qui ad hoc ſanctum & Apoſtolicum regimen eligitur, nemine conſentiente, conſecratus fiat Pontifex, priuſquam talem in præſentia miſſorum noſtrorum, vel filij noſtri, ſeu vniuerſæ generalitatis faciat promiſſionem pro omnium ſatisfactione atque futura conſeruatione qualem Dominus & venerandus ſpiritualis pater noſter Leo feciſſe dignoſcitur: præterea alia minora huic operi inſerenda præuidimus, videlicet vt in electione Pontificum, neque liber, neque ſeruus ad hoc venire præſumat, vt illis Romanis quos ad hanc electionem per conſtitutionem ſanctorum Patrum antiqua admiſit conſuetudo, aliquod faciat impedimentum: inſuper vt nullus miſſorum noſtrorum cuiuſcumque impeditionis argumentum componere in præfatam electionem audeat.

Hæc ex diplomate Othonis quæ repetita ferè ſunt ex conſtitutione Lotharij 1. quam ſupra recenſuimus, confirmata deinceps ijſdem verbis ab Henrico 1. vt refert Baron. ad anno 1014. Illudque diploma aureis litteris exaratum aſſeruati dicitur in caſtello S. Angeli.

Sed quid hoc vult (Nemine conſentiente?) Mendum equidem videtur aliquod niſi ſenſus ſit, vt nemo conſentiat electum conſecrari priuſquam & cæt.

His peractis ac reuerſo in Germaniam Othone, ei ſe Ioannes XXXII.

Digitized by Google

aduerſarium exhibuit cum Berengario & Adelberto Imperatoris hoſtibus iuncto fœdere. Quapropter tum priuato dolore, tum iuſtis Clericorum querelis quibus Ioannis infames mores exagitabantur, impulſus Otho rediit Romam, ac profligato Berengario, necnon Ioanne profugo rogatus eſt, vt tantum dedecus è corpore Eccleſiæ amoueret. Tum fertur Imperator ea religione fuiſſe, vt precibus & exhortatione apud Ioannem vſus ſit quo ad meliorem frugem eum reuocaret: cumque iſto ſancta monita ſpernente ſuaderetur, vt Sedi prouideret, reſpondiſſe: Imo Quirites ad quos veſtri Pontificis ſpectat electio Deum præ oculis habentes, eligite qui ſit dignus, & ego electum confirmabo. Itaque Clerus, populuſque Romanus in Concilio, quod nonnullis placet eſſe conciliabulum, Ioannes deponitur, Leo eli-

XXXIII. gitur. Equidem ſi legitimus fuit Pontifex à nullo iudicari & deponi debuit: ſi non legitimus, vt placet quia factione & potentia promotus fuit, decerni in eum debuit vt violentum & iniuſtum poſſeſſorem qui titulum non habebat niſi prædonum more poſſideo, quia poſſideo, vt ait lex ciuilis.

Sed regreſſo poſt hæc ab Italia Othone Ioannes rurſus inuaſit ſedem expulſo Leone & abrogato in altero Concilio Romano, vt adulter qui alterius Eccleſiam velut coniugem aſcendiſſet, & vt Neophytus.

XXXIV. Ioanni mox à diabolo, dum oblectatur cum muliere, adeò percuſſo vt octo poſt dies interiret, quod ſcripſit Luithprandus (horrendum & non ſatis proponẽdum Eccleſiæ miniſtris exemplum) Benedictus 5. ſubſtituitur, quem Otho habita Romæ Synodo deponendum curauit, quod Leone ſuperſtite cuius promotionem, & Ioannis depoſitionem ipſe inter alios ſuaſerat, Pontificem ſe fieri Romanum paſſus eſſet, & quod cum aliis iuramento promiſiſſet nunquam ſe cum cæteris Romanis Papam electurum, aut ordinaturum abſque Imperatoris, filiique eius conſenſu.

Sic Leo reſtitutus reputans Hadrianum 3. libera reddentem Clericis & populo comitia plus dignitati quam quieti Eccleſiæ conſuluiſſe, dicitur

XXXV. Decimamtertiam conſtitutionem ſanxiſſe quam refutat Baronius vt ſuppoſititiam vel à non Pontifice factam: ei enim placet Leonem pſeudo-Pontificem fuiſſe quippe Ioanne ſuperſtite electum: falſitatis vero argumentum capit, quoniam in violatores iſtius conſtitutionis vltimum ſupplicium pronuntiatur quod Ec-

Digitized by Google

cleſiaſtica perſona pronuntiare nequit abſque irregularitate: huius tamen meminerunt Chronicon Reicherſpergẽſe apud Gretſerum, Luithprandus, & Gratianus.

Fert igitur conſtitutio vt Imperator haberet poteſtatem eligendi & ordinandi ſummum Pontificem ac omnes Archiepiſcopos ſeu Epiſcopos, vt ab eo inueſtituram acciperent, nec à Clero & populo electus conſecraretur niſi ab illo laudatus, & inueſtitus. Si quis contra eam conſtitutionem quid moliretur, eſſet excommunicatus, & niſi reſipiſceret exilio ac vltimis ſuppliciis coërceretur. Quæ ſanè vltima verba non bene conſonant Eccleſiaſticis Canonibus qui non aliam pœnam quam anathema adhibent, vel ſuſpenſionem, aut aliam Eccleſiaſticam cenſuram.

Sic Leone defuncto Romani Othonem de eligendo Pontifice conſuluerunt. Is vero miſit Ogerium Spirenſem & Linzonem Cremonenſem Epiſcopos, atque illis præſentibus Clerus, populuſque concordibus animus Ioannem 13. elegerunt: incertum an Benedicto adhuc ſuperſtite. Seditioſi tamen electum vrbe profugerunt. At reduxit Otho ſeuera de illis ſumpta pœna.

Deinceps Romani Othone mortuo crebros tumultus in Pontifices excitauerunt depoſitis ad nutum & ſubſtitutis illis non expectato Othonis 2. conſenſu: indeque ſchiſmata, non in electione, ſed poſt electionem inter Bonifacium 7. & Benedictum 6. ſeu 7. rurſus inter Bonifacium & Ioannem 14. cum tanta rabie, vt iuſſu Bonifacij Benedictus laqueo perierit, & Ioannes in carcere vitam finierit. Cui poſt fata Bonifacij communi voto Ioannes 15. ſubſtituitur, exceptus iiſdem motibus quorum hiſtoriam infra repetemus expreſſo libro de temporali ſummi Pontificis dominio in vrbe Roma, Ducatuque Romano: ac videbimus ea propemodum continua ſeriè duraſſe: adeo vt eodem tempore Roma tres Pontifices habuerit ſub Imperio Henrici 2. Benedictum 9. & Ioannem quos Præſbyter Romanus nomine Gratianus adiens, pretio euicit, vt ſede cederent, cui ipſe locatus eſt nomine Gregorij 6. Sunt qui laudant hoc Gratiani factum, nec ſymoniæ imputant quaſi non ea mente fuerit, vt Epiſcopatum ſibi pretio adquireret, ſed vt illum à vexatione contendentium redimeret, cuiuſmodi olim Cato Vticenſis, licet plurimum abhorreret nundinationes ciuilium dignitatum, tamen vt ſeditioſum quemdam remoueret author fuit vt in gratiam alterius largitio fieret.

XXXVI. XXXVII.

Digitized by Google

Tamen Henricus acta apud Sutriam non longè ab vrbe Roma Synodo, de Gratiano quem Hermannus clariſſimum ait, Glaber Rodulphus eius ætatis ſcriptor religioſiſſimum & ſanctitate perſpicuum, cognitionem habuit licet ab illo donatus aureo poculo vt placaretur, eumque iſte reuerenter exceperit, quemadmodum ſcribunt Friſingenſis, & Sifridus: adduntque ab Henrico Gratianum admonitum, vt Pontificatu pro nota ſymoniæ cederet: quod author vitæ illius in tomis Conciliorum refert eum ſpontè feciſſe nullo teſtimonio cōuictum, nullave ſententia iudicatum, ob pacem Eccleſiæ conciliandam & ſchiſmatis periculum, quod iterum imminebat, euitandum: imitatus Gregor. Nazianzenū.

Itaque ſeu ſpontè, ſeu Synodi ſententia abdicato Clemens 2. antea Suidgerus Bambergenſis Epiſcopus natione Germanus ſuffectus eſt.

Quo defuncto cum Benedictus 9. repeteret Pontificatum poſtulauit ab Henrico Clerus vt nominaret aliquem idoneum &
XXXVIII. hunc eijceret. Quamobrem nominauit Brunonem è proſapia regali Francorum oriundum, & purpura Pontificali indutum Romam miſit. At is perſuaſus in itinere ab Hildebrando, qui poſtea fuit Gregorius 7. ne Imperatoris arbitrio hanc dignitatem deberet, ſed electionem Clero populoque permitteret, adquieuit, ac illo habitu depoſito à Clero populoque meruit eligi, dictus Leo 9.

Iam tum Hildebrandus meditabatur Imperio ius electionum abrogare Gratiano addictiſſimus, cuius cauſam licet Imperatoris & Epiſcoporum ſententia damnatam adeo amplexus eſt, vt eum Roma abeuntem ſequutus ſit ac vocatus ad Pontificatum voluerit ſe dici Gregorium in memoriam illius: homo in Eccleſiaſtico rigore addictiſſimus. hæc Friſingenſis.

Tamen Victor 2. Leonis ſucceſſor ab eodem Henrico creatus eſt, illoque mortuo cum Benedictus 10. fauore quorumdam nobilium ad Epiſcopatum perueniſſet: Hildebrandus eum abdicandum curauit quod electus eſſet tum ſymoniacè, tum contra ſacramentum quo omnes ſe Hildebrando obſtrixerant, nequaquam ipſo abſente electionem inituros.

XXXIX. Electus igitur Nicolaus 2. ſed antequam conſecraretur, Hildebrandus author fuit vt Imperatoris approbatio expectaretur ne ſpretus ſchiſmaticis adhæreret. Quod conſilium ſequuti omnes, Imperator Nicolao adhæſit qui in Concilio Romano

Digitized by Google

Decimam quartam de electione conſtitutionem habuit, vt Cardinales Epiſcopi de electione ſimul diligentiſſimè tractantes, mox Clericos Cardinales aduocent, ſicque reliquus Clerus & populus ad conſenſum nouæ electionis accedat, præcauentes ne venalitatis morbus aliqua occaſione ſubrepat. Et ideo religioſiſſimi viri præduces ſint in promouenda Pontificis electione, reliqui autem ſequaces, ac in hoc recolatur Leonis 1. ſententia quæ incipit, Nulla ratio ſinit. Quia vero Eccleſia Romana Metropolitanum ſuperiorem non habet, Cardinales Epiſcopi Metropolitani vice fungantur electum Epiſcopum ad Apoſtolici culminis apicem prouehentes. Eligatur autem de ipſius Eccleſiæ gremio ſi reperiatur idoneus aliquis: vel ſi de ipſa non inueniatur, ex alia aſſumatur: Saluo debito honore & reuerentia dilecti filij noſtri Henrici qui in præſentiarum Rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente ſperatur, ſicut ei conceſſimus & ſucceſſoribus eius qui ab Apoſtolica ſede perſonaliter hoc ius impetrauerint. Quod ſi in vrbe fieri electio non valeat, tunc fiat alibi per Cardinales. Et ſi electus nequeat conſtitui in Apoſtolica ſede bellica tempeſtate impeditus, tamen ſicut verus Papa obtineat omnem authoritatem regendi Romanam Eccleſiam, & diſponendi omnes facultates illius: qui huic decreto nocuerit, habeatur Antichriſtus, anathema, deputetur cum impiis qui in iudicio non reſurgent: fiat habitatio eius deſerta, fiant filij orphani, & vxor vidua: ac ſcrutetur fœnerator ſubſtantiam eius. XL.

In hac conſtitutione nihil ſpecialiter de Imperatoris prærogatiua legitur, ſed ſalua relinquitur ſicut conceſſa eſt: conceſſionis autem tenor non exprimitur: vnde qualis ſit non apparet.

Sed Nicolao mortuo Henrico 4. adhuc infante Henrici ſucceſſore Romani direxerunt ad illum ſuos legatos Pontificem petituros: Verum cum non auditi reuerſi eſſent, ſuffecerunt Alexandrum 2. olim Anſelmum quem ſciebant fore gratiſſimum Germanis: quorum Imperatoris conſenſum diutiùs præſtolari, quia conſentire infans non poterat, è re Eccleſiaſtica non putarunt oportere.

Huic Alexandro decimo ſchiſmate Epiſcopi Mediolanenſes qui pluribus iam annis ab Eccleſia Romana diſſentiebant, oppoſuerunt Cadolum ſeu Cathochum Parmenſem, cum dicerent è Paradiſo Italiæ, ſic Lombardiam vocabant, petendum eſſe ſummum Pontificem. XLI.

Digitized by Google

Auentinus autem refert Nicolao Cathochum Parmenſem Senatuſconſulto (intellige Germanorum quod non valebat) ſuffectum eſſe. Nortmannos vero corruptis auro Romanis Anſelmũ Lucæ vrbis Tuſcorum Epiſcopum ante conſecrationem Cathochi ſubrogaſſe. Deinde cum Schiſma eſſet legatos ad Henricum miſſos eſſe ac eorum præcipuum qui Alexandrum inaugurauerat, eum abnegaſſe, ac ſe dixiſſe coactum vt inauguraret. Quapropter indictum eſſe à Senatu Germanorum vt ſiſteret ad cauſam vterque miſſo ob id Romam Boſſone Epiſcopo Halberſtatenſi qui partibus auditis Pontificatum adiudicauit Alexãdro. Sed Cathochum, qui & Honorius, conatum eſſe Romam occupare Longobardorum auxiliis. At Gothofredi Lotharingi qui auſpicio Cæſaris rebus Italicis præſidebat, aduentu impeditum eſſe: ac vtroſq; vocatos ſic Lotharingium increpaſſe: En paſtores qui oues quarum lana teguntur, lac conſumunt, committunt: & quam Chriſtus Dominus Deuſque noſter reliquit, pacem violãt, pietatem polluunt. Quin potius irent in Germaniam ad Cæſarẽ, & ibi iure magis quam bello vter foret Pontifex diſceptarẽt. Placuiſſe ambobus hæc dicta quippe vtrũq; ſuæ cauſæ confidentem: Alexandrũ quod inauguratus, & à Cæſaris legato probatus Pontificiam poſſideret ædem: Honorium quod ipſe prior lituum, mitramque à Cæſare accepiſſet: comitiiſque curiatis ad hunc honorem cooptatus eſſet. Poſtquam autem ad Cæſarem peruentum eſt, quoniam expeditio Hungarica vrgebat, & tanta controuerſia abſque conuentu Eccleſiaſtico componi nequibat, iuſſum eſſe eum qui conſecratus erat, & Lateranenſi templo inſidebat, nomen & titulum Pontificalem vſurpare donec Concilio edicto lis more majorum per ſuffragium dirimeretur. Alexandrum ergo Romam, Honorium Parmam petiiſſe, interim ſeipſos deuouentes: ac tandem coacto Concilio cum Parmenſis non adeſſet, & Alexander ſe accuſatoribus, ſi qui ſymoniam obijcerent, paratum reſpondere præberet, nec vllus extaret, confirmatum ipſum eſſe. Hæc Auentinus.

XLII. Porro habetur diſceptatio Synodalis inter Regis Aduocatum, & Romanæ Eccleſiæ defenſorem (quem Sigonius opinatur fuiſſe Hildebrandum) qua Aduocatus tuetur ius Regis per vetera exempla, quibus liquere aiebat Epiſcoporum electiones Imperatoribus probari oportuiſſe: Imperatorem totius Chriſtiani populi caput eſſe: non autem decere vt membra ſine capite ſuo conſentiant,

conſentiant, & quandoquidem Imperator ſummo Pontifici, vt ſpirituali patri obedientiam debet iniquum videri, vt huic obediat in quem non conſenſerit. Sic peroratum excepit defenſor, ac primum excuſauit Romanos quod preſſi anguſtiis temporis elegerint Pontificem non expectata Imperatoris authoritate, ne videlicet dum eum præſtolarentur, Schiſmaticus Antipapa ſolium vſurparet: deinde aſſeruit ad Clerum electionem pertinere ſi ius, ſi antiqua conſuetudo inſpiciatur: Alexandrum eſſe à Cardinalibus Epiſcopis vocatum, à Clero electum, à populo expetitum non ab extremitate terrarum, ſed intra mœnia Romanorum, & in ipſius ſedis Apoſtolicæ gremio. Cathochum, ſeu Cadolum à Gerardo Comite quem olim Nicolaus Eccleſiaſtica cõmunione arcuerat per vim intruſum eſſe. Denique decere vt quemadmodum ab vno mediatore Dei & hominum regnum & Sacerdotium diuino ſunt conflatata miniſterio, ita ſublimes iſtæ duæ perſonæ tanta ſibimet vnanimitate iungantur, vt quodam mutuæ charitatis glutino, & Rex in Romano Pontifice, & Romanus Pontifex inueniatur in Rege: ſaluo ſcilicet priuilegio Papæ quod nemo præter eum vſurpare permittitur. Cæterum & ipſe delinquentes cum cauſa dictauerit forenſi lege coërceat, & Rex cum ſuis Epiſcopis ſuper animarum ſtatu probata ſuorum Canonum authoritate decernat. Ille tanquam parens paterno ſemper iure præemineat: Iſte velut vnicus ac ſingularis filius in amoris illius amplexibus requieſcat.

His rationibus defenſor omnes ad Alexandrum pellexit, & à Cadolo ſubtraxit: vnde facilius in Synodo Mantuana damnatus eſt.

Ergo ſic ſe habere debebat electio vt Cardinalium principale iudicium eſſet: ſecundò loco Clerus præberet aſſenſum: tertiò popularis fauor attolleret plauſum: ac demum ſuſpenderetur cauſa vſque dum regiæ celſitudinis conſuleretur authoritate niſi quando periculum immineret quod rem quantocius accelerare permitteret, vt Damianus contra Cadolum ſcripſit.

Alexandro Hildebrandus ſucceſſit accepto Gregorij 7. nomine: de cuius electione, quam miraculis comprobatam refert Paulus Bernridienſis, hoc legitur: Nos congregati in Baſilica D. Petri ad Vincula ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ Cardinales, Clerici, Acolythi, Subdiaconi, Diaconi, Præſbyteri, præſentibus venerabilibus Epiſcopis, & Abbatibus, Clericis, & XLIII.

Digitized by Google

Monachis conſentientibus, plurimis turbis vtriuſque ſexus, diuerſique ordinis acclamantibus, elegimus nobis in Paſtorem, & ſummum Pontificem virum Religioſum, geminæ ſcientiæ prudentia pollentem, æquitatis, & iuſtitiæ prudentiſſimum amatorem, in aduerſis fortem, in proſperis temperatum, & iuxta dictum Apoſtoli, bonis moribus ornatum, pudicum, modeſtum, ſobrium, caſtum, hoſpitalem, domum ſuam benè regentem, in gremio huius matris Eccleſiæ à pueritia ſatis nobiliter educatum, & doctũ, atque pro vitæ merito in Archidiaconatus honorem vſque hodie ſublimatum, Hildebrandum videlicet.

XLIV. Tamen author eſt Lambertus Schafnaburgenſis cum Henricus non benè acceptam haberet eam electionem, velut ſe inſcio factam, Hildebrandum eius legatis reſpondiſſe, dignitatem ſe inuitum ſuſcepiſſe omnium conſenſu: nec vero ſe ordinari voluiſſe donec in electionem ſuam, tam Regem quam Principes Teutonici ordinis conſenſiſſe certa legatione cognoſceret: hac ratione diſtuliſſe adhuc ordinationem ſuam, & ſine dubio dilaturum quouſque ei voluntatem regiam certus inde veniens nuntius intimaret: hocque vbi renuntiatum eſt Henricum libenter ſuſcepiſſe ſatisfactionem, & lætiſſimo ſuffragio vt ordinaretur mandaſſe. quod factum eſt.

At Blondus refert illum ad Henricum ſcripſiſſe ſi in Pontificatu confirmaretur, ſe nequaquam eius errores toleraturum: proinde aut alium Pontificem fieri curaret, aut ſe ad ſatisfactionem condignam pararet: nec tamen iſtum diſtuliſſe quin Gregorium Epiſcopum Vercellenſem regni Italici Vicarium mitteret per quem authoritate regia confirmaretur. Quod mirum in principe quem adeo perditæ mentis ferunt: aut ſumma illi fuit peccandi

XLV. ſecuritas, & fortiſſimum in ſceleribus conſcientiæ callum: aut non defuerunt rectæ mentis igniculi qui ad probitatem excitari potuerant ſi non vel ſeueritate nimia, vel prauis præceptis extincti fuiſſent. In hoc enim conueniunt ſcriptores, vtrumque illi contigiſſe, ſeueritatem à Gregorio, praua præcepta ab Adelberto Premenſi Archiepiſcopo, vt infra narrabimus.

Sic ergo confirmatus Gregorius prorſus abrogauit quod in Ni-

XLVI. colao, Alexandro ac quodammodo in ſeipſo probauerat lege lata, vt anathema eſſet, & qui laïcus inueſtituram Eccleſiæ daret, & qui ab illo acciperet. Vnde exorti motus grauiſſimi quorũ exitus fuit, vt qui anteà confirmabant, confirmari cœperint: ac abſolutè

ius confirmandi Epiſcopi Romani amiſerint, eo duntaxat in cæteros aliquatenus retento, vt vidimus.

In hoc ſchiſmate Imperij cōtra Eccleſiam Gregorio defuncto Victor 3. ſuffectus eſt anno 1086. conſilio eiuſdem Gregorij qui moriens conſultus ab Epiſcopis & Cardinalibus quid de ordinatione Romanæ ſedis poſt exceſſum ſuum fieri iuberet: Legite, inquit, Deſiderium (is Abbas Caſſinenſis erat) aut ſi ille recuſet, Hugonem Lugdunenſem, vel Othonem Oſtienſem Epiſcopos. Itaque iſtius mandati memores Deſiderium elegerunt: ſed conſtanti voce & animo eam dignitatem repudiauit: cumque cogeretur chlamydem coccineam induere, eam, protinus ac ſui iuris fuit, exuit. Vixque tandem in Concilio Capuano cui adfuerunt Rogerius Dux Apuliæ, Iordanes Princeps Capuæ, ac plerique laïci cum Epiſcopis & Clericis, perſuaſus eſt clamoribus, & precibus Clericorum & laïcorum vt reſumeret.

Huic Vrbanus 2. olim Otho Epiſcopus Oſtienſis quem Gregorius, ac deinde Victor nominauerant, ſucceſſit communi totius Cleri & populi conſenſu electus, vt habetur in eius vita. Is Claromonti Aruernorum habuit Concilium illud expeditione ſacra ſub Gothofredo Buillioneo celeberrimum: ac inſtituit Horarias illas Preces quæ vulgo B. Mariæ Virginis Officium appellantur, pro impetrando aduerſus Sarracenos auxilio diuino.

Sic Cleri ac populi conſenſus adhibitus eſt: ac Tyrio authore in hiſtoria belli ſacri

Vndecimum extitit Schiſma poſt obitum Calixti 2. ſiquidem refert in contentione electos eſſe Lambertum Bononienſem Hoſtienſem Epiſcopum, & Theobaldum Præſbyterum Cardinalem titulo S. Anaſtaſiæ. Sed Lambertus reputans ſe minus canonicè electum, poſt duodecim dies in conſpectu fratrum mitram & mantum ſpontè refutauit ac depoſuit. Videntes autem illi tam Epiſcopi quam Præſbyteri & Diaconi Cardinales eius humilitatem, & proſpicientes ne in poſterum aliqua nouitas gliſceret in Romanam Eccleſiam, quod perperam factum fuerat in melius reformauerunt, & eumdem Lambertum qui dictus eſt Honorius 2. denuò authorizantes ad eius veſtigia prociderunt, & tanquam Paſtori ſuo & vniuerſali Papæ conſuetam obedientiam exhibuere. Hæc Tyrius. Vnde videas quaſi electio per adorationem. electus autem fuerat Honorius non ſpontaneis Cleri & populi votis, ſed potentia Leonis Fregepanis qui Cardinalibus XLVII.

Digitized by Google

interdixerat ne vſque ad diem 3. Pontificem crearent, vt eo interregno poſſet in Lamberti nomen ſuffragia diſponere: & Cardinalibus quibuſdam Theobaldum petentibus, ipſe Lambertum propoſuit acclamante populo cleroque ac eam electionem manibus & nutibus approbante.

XLVIII. Honorij obitum ſequitur vndecimum electionis Schiſma inter Innocentium 2. & Anacletum 2. ac tum vt tradit Onuphrius ſubmoueri cœpit ab electionibus populus, eo quod ob crebras in Pontificem ſeditiones quibus ei temporale vrbis dominium conteſtabantur, anathemate notatus eſſet. huic Schiſmati componendo plurimum deſudauit noſter Bernardus Clareuallenſis, ac ſanctitatis ſuæ authoritate effecit, vt plurimi Reges & Epiſcopi Innocentium agnoſcerent quem de legitimis ordinatoribus duo approbauerant, & ſequebantur Albanenſis videlicet & Oſtienſis Epiſcopi. Anacletum vero vnus duntaxat nempe Portuenſis vt eſt in Chronico Reicherſpergenſi.

De hoc Anacleto qui Petrus Leo dicebatur narrat Vincentius Bellouacenſis in ſpeculo: Illum nempe Pontificatum obtinuiſſe pecunia quam ingentem congregauerat, tum ex plurimis legationibus quas obierat, tum ex Curiæ Romanæ exactionibus (ſic eam Curiam notans quod iam tum gratias, & iudicia pretio addiceret) cumque ea pecunia non ſufficeret populo quem armatum habuerat, vt ſic vel metu electionem extorqueret, in vaſa & ornamenta ſacra manus ieciſſe: & quoniam Chriſtiani, licet factioſi abhorrerent ea ſuis manibus confringere, Iudæos adhibuiſſe qui hoc ſcelus committerent.

XLIX. Decima quinta de electione conſtitutio tribuitur Innocentio, qua populus omnino à Pontificis promotione ſecluſus eſt: ex eaque Cœleſtinus 2. vacuam Innocentij morte ſedem poſſedit à Cardinalibus electus: deinde Lucius 2. Eugenius 3. Anaſtaſius 4. Adrianus 4. & Alexander 3.

L. Sed in hoc poſtremo duodecimum electionis Schiſma fuit, quod Fredericus 1. epiſtola ad Epiſcopos Saltzburgenſis Prouinciæ, & Vrſpergenſis Abbas Frederico addictus imputant Adriano 4. qui offenſus Imperatori quoſdam Epiſcopos iureiurando deuinxit, neminem eorum, abſque cæterorum conſenſu Imperatoris gratiam quæſiturum, neque quemquam Petri cathedræ vacanti paſſuros imponi niſi qui illorum fœderi eſſet adſcriptus. Iſtius conſpirationis authorem fuiſſe Rolandum Senenſem que-

Digitized by Google

ritur Fredericus. Sed quæ fides hoſti? vel quæ litteris ab inimicis duobus Cardinalibus, vt Gerohus, ait, conſcriptis? Rolandus autem iſte à viginti tribus Cardinalibus ſalutatus eſt nomine Alexandri 3. Cui quatuor tantum Cardinales, vel vt ipſe Alexander ſcripſit, tres, quamvis in epiſtola Cardinalium dicantur 12. fuiſſe, ſe oppoſuerunt Octauianum eligentes per omnia religioſum, vt ait Vrſpergenſis: atque pro iſto plurima facere videbantur, ac ipſe etiam Rolandus videlicet quod à Clero & populo expetitus eſſet, ac potiſſimum Canonicis S. Petri probaretur: & quod prior immantatus fuiſſet: quo ſolo argumento id eſt immãtationis prioritate, Innocentius 2. Anacleto licet à pluribus nominato præualuiſſe dicebatur: Idque non ignorantem Rolandum, cum aliqui Cardinales ei obedientiam offerrent, rejeciſſe illos ac dixiſſe irent ad priorem Octauianum immantatum, huicque obedirent, vt refertur in Conciliabulo Papienſi, & epiſtola Canonicorum S. Petri.

Sed quandoquidem plura ſuffragia habuerat Rolandus, rata eſſe debebat eius electio, nec ei nocebat ſi à Clero & populo non eſſet electus, quanquam ipſe in epiſtola ſua contrarium aſſerat. Nam ab illis electus erat qui iam ab Innocentio 2. ſolidum eligendi arbitrium habuerant; nimirum Cardinalibus. Immantationem vero non prior habuerat, quia vt ipſe Vrſpergenſis narrat, inter electores conuenerat vt neutra pars ſuam promulgaret electionem donec ſopita eſſet diſcordia. cuius conuentionis fidem adeo religioſè voluit obſeruare Rolandus, vt oblatum ei à ſuis mantum noluerit accipere, neque acceperit niſi duodecimo tantum die, cum interim Octauianus illum ſtatim accepiſſet, ſed poſtquam à Rolando repudiatus fuerat. Ergo modeſtia hæc præiudicium illi afferre non debuerat, vel, vt Gerohus qui tunc viuebat, ſcripſit in ſuo tractatu de inueſtigatione Chriſti, cum à majore Cardinalium parte qui Alexandrum proclamauerant, mantus electo ſuo porrigeretur, rubea videlicet cappa quæ inſigne Papale eſt, ac illam veſtem pro humilitate ſua renueret Alexander ſuſcipere, tandemque exoratus acciperet: ab Octauiano dum porrigitur apprehenſa eſt; & inter manus hinc inde trahentium diſciſſa. Quapropter Octauianus alium mantum dè domo eius allatum induit, ſicque indutus eminentiorem aſcendit locum, clerumque vocauit: qui cum videns veſtitu Papali ornatum credidit electum vnanimi fratrum aſſenſu, & ei velut electo

Digitized by Google

acclamauit, moxque apertis Baſilicæ foribus ciues ingredientes eidem quoque acclamauerunt omnia putantes eſſe peracta in pace. Sic Gerohus.

Fredericus ergo ab Alexandro alienus Octauiano fauit conciliabulo Papiæ indicto, & ad illud ambobus vocatis: non vt ſcripſit Abbas eos aut cauſam ſedis Apoſtolicæ iudicaturus: verum cogniturus à prudentibus cui potius electo obſequium deberet; Rolandus adeſſe recuſauit quod Epiſcopum Romanum à nemine iudicandum diceret, neque valida eſſet Synodus ipſo non authore congregata: vel potius vt ſcripſit Guilielmus Neubricenſis, cautè recuſauit iudicium quod ei ſub nomine iudicij parabatur. Itaque abſens damnatus eſt, & Octauianus confirmatus nomine Victoris tertij, eiuſque partes ſequuti ſunt plures Archiepiſcopi, etiam Galli, vt Arelatenſis, Lugdunenſis, Viennenſis; & plures Reges vt Anglus, Vngarus, Boëmus, Danus. Sed diſcuſſa in Tholozano Concilio cui etiam adfuerunt legati Frederici & Octauiani, vtriuſque electione, cum Alexandri iuſtior probata fuiſſet, Rex Franciæ, vt ait Aimoinus, reuocauit ad eius obedientiam Reges Angliæ, Vngariæ, Hiſpaniæ, omneſque Principes Chriſtianos. Fredericus autem perdurauit adeo vt Octauiano defuncto Paſchalem ſubſtitueret, in eiuſq; obedientia omnes Epiſcopos ſuæ ditionis ſacramento firmaret, priuans eos qui nollent iurare, ſuis beneficiis: cumque Alexander Romam recuperaſſet exercitum aduerſus Romanos duxit: iiſque deuictis & vrbe recepta Paſchalem in ſolio Petri conſtituit: Verum mox ſuborta peſtilentia plurimam partem exercitus ac procerum, & Epiſcoporum conſumpſit. Vnde Roma exire cōpulſus eſt. Quæ in Chronico Reicherſpergenſe referuntur. Ac tandem euentu ſanctior apparuit Rolandi, qui Alexander eſt tertius, cauſa, miraculis comprobata.

LI. Namque Villanus ſcriptor Florentinus tradit: cum Alexander fugeret in Gallias, & vrbem Lutetiæ appropinquaret incognitus, ſubitò neſcio quem hominem exclamaſſe, ecce Papa, ecce Papa: & tintinabula nullo pulſante ſonaſſe. Vnde mox Rex & populus eum reuerenter exceperunt: Quod tamen fabulæ inſtar eſſe docent tum alij ſcriptores, tum ipſa Alexandri epiſtola qua conſtat non eum veniſſe directò Lutetiam incognitum, ſed Montempeſſulanum appuliſſe, ibique ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Regibus, & Principibus honoratum eſſe.

Sed quod ad ipſum Fredericum: Venit, inquit Mathæus Paris, ad pedes Alexandri: audiuit enim & certificatus eſt ſuper hoc quod cum fugiebat à perſecutione Imperiali, & non erat ei tutus tranſitus per terram, imo per mare, exorta tempeſtate aſſumpſit omnia Papalia ornamenta in naui quaſi celebraturus, & ſtans imperauit mari & ventis vice Ieſu Chriſti cuius Vicarius erat: & ſtatim facta eſt tranquillitas magna.

Quo audito Imperator ſtupefactus, humiliatus ſatisfecit illi per omnia plus timens Deum quam hominem. Hæc Mathæus. quæ non contigerunt niſi defuncto Victore eiq; aliis ſubrogatis, quorum Calixtus ſpontè renuntiauit: Innocentius coactè.

De hoc Schiſmate plurimæ ſunt epiſtolæ Arnulphi Lexouienſis Alexandro adhærentis, & Octauianum ſeu Victorem deteſtantis, quod depoſita Pontificalia ornamenta reſumpſiſſet à Frederico, & de manu ipſius inueſtituram accepiſſet per annulum: Et in ſermone habito ad Concilium Turonenſe, hortatur omnes, Vt ſe pro domo Iſraël murum opponāt: non tamen bella ſuadet, ſed patientiam & martyrium ad inſtar, & exemplum Sanctorum qui pro fide tot cruces pertulere, & impretiabilem ſanguinem Chriſti ſuo indigno & corruptibili ſanguine compenſarunt. De Frederico vero loquens: Sed & ipſe, inquit, per miſericordiam Dei conuertetur & viuet, quoniam ipſe eſt inter Principes terræ multa prudentia & virtute laudabilis, niſi gloriam ſuam diuinæ gloriæ proponeret.

Equidem rectè Arnulphus & non minus ſapienter quam ſanctè Alexander quod iſtud Schiſma non putauerit debellandum armis, nec depoſitione Imperiali vindicandum, quæ vbi adhibita fuerunt non niſi cruentiſſimam omnium ordinum confuſionem induxerunt, & Eccleſiam lethali plaga affecerunt, ſed patientia quæ, vt fert prouerbium, vincit omnia: eſt enim à Deo: eaque Alexandro victoriam laudabilem non cadmeam, ſed ſimilem ei quæ quondam apud Græcos ſine lachrymis dicta eſt.

Sic quietus Alexander Concilium generale Laterani habuit in quo de electione ſummi Pontificis

Decima ſexta edita eſt conſtitutio: Vt ſit Pontifex in quem LII.
duæ partes videlicet Cardinalium conuenerint, & ſi à paucioribus quam à duabus partibus fuerit electus ad Apoſtolatus officiū nullatenus aſſumatur niſi maior concordia interceſſerit. Ex hoc vero nullum Canonicis conſtitutionibus & aliis Eccleſiaſticis

Digitized by Google

præiudicium generetur in quibus maioris & ſanioris partis ſententia debet præualere, quia quod in eis dubium venerit ſuperioris poterit iudicio diffiniri: in Romana vero Eccleſia aliquod ſpeciale conſtituitur, quia non poteſt recurſus ad ſuperiorem haberi.

Exinde ſatis concordibus votis electiones plurium Pontificum à Cardinalibus proceſſerunt vſque ad annum 1268. (Alexander autem obiit anno 1181.) tunc enim mortuo Clemente 4.

LIII. tanta inuaſit diſcordia Cardinales vt ſedes vacarit annos duos, menſes 9. & diem: quia vnuſquiſque ad Pontificatum adſpirans alij cedere nollet. Nec enim iam erat conſuetudo vt conclaui recluderentur. quanquam Philippus Francorum & Carolus Siciliæ Reges Viterbium vbi comitia habebantur, accederent maturam & celerem electionem rogantes: ſed fruſtra. Tuncque Ioannes Portuenſis Cardinalis videns ea in pertinacia ſuos collegas Sp. S. ſæpius inuocantes, publicè dixit: Diſcooperiamus tectũ cameræ huius quia Sp. Sanctus nequit ad nos per tot tecta ingredi. Quod dictum, licet ironicum, indecẽs erat Cardinali, & quaſi blaſphemum fuit: Nihil enim eſt non pervium virtuti Dei niſi obſtinatio cordis quæ directò Spiritui Sancto repugnat: ea eſt enim cuius peccatum neque in hoc neque in altero ſeculo remittetur: Itaque melius dixiſſet, Frangamus tecta cordis noſtri; id eſt, obſtinationem quæ ſe opponit Sp. Sancto ne ad nos veniat.

Demum cum alter alteri nollet poſthaberi, electus eſt Theobaldus Leodienſis Archidiaconus, tunc peregrè agens in Aſia ac dictus Gregorius 10. Quem patrem patrum fecit diſcordia fratrum, vt inquit idem Ioannes.

Is generale Concilium Lugduni egit, in quo conſtitutionem de electione ſummi Pontificis ſanxit.

LIV. Decima ſeptima hæc nobis erit cuius ſumma eſt: Vt Comitia non habeantur niſi decimo die poſt obitum Pontificis, quo ſpatio Cardinales abſentes venire poſſint: vt qui eo die adfuerint in Conclaui recludantur, vnde nullus exeat niſi infirmitatis cauſa donec electione peracta: Et alia quæ ad Conclauis cuſtodiam pertinent. Vt omnes Cardinales qui venerint introducantur, nec vllus excludatur etiam excommunicatus: vt nemo Romanus Pontifex renuntiari poſſit, niſi duarum partium ex tribus Cardinalium in Conclaui præſentibus integra ſuffragia tulerit: vt non ſolum Cardinales abſentes, ſed & omnes cuiuſvis ordinis & conditionis

Cap. 3. de elect. & electi poteſt in 6. cap 2 eod. tit in Clemẽt. Onuphrius poſt vitã Greg. ad Platinam Concil. Conſt. Seſſ. 41.

conditionis homines in Romanum Pontificem creari poſſint: & denique Cardinales electuri præſtent corporaliter iuramentum coram Clero & populo.

Inde ergo conclauis vſus cuius vis eſſe potuit vt ſeculo integro non laborarit Eccleſia diuiſione. Sed anno 1378. excitatum eſt grauiſſimum illud electionis ſchiſma quod annos circiter 30. durauit, & à populo Romano proceſſit. Nam veritus ne defuncto Gregorio 11. qui Curiam ex Gallia retulerat in Italiam, Gallus LV.
eligeretur, iſque rurſus ſecederet, vim parabat niſi Italicus renunciaretur: quamobrem electus Vrbanus 6. Neapolitanus, vel Piſanus. Sed Cardinales Galli hanc vi extortam electionē queſti Clementem 7. elegerunt qui Auenioni ſedit.

Sic prodiit decimum tertium electionis Schiſma quod etiam ſucceſſu temporis tres protulit Antipapas. Nam cum vtriuſque obedientiæ Cardinales Piſis conueniſſent anno 1409. & abrogatis Gregorio 12. & Benedicto 13. Alexandrum 5. creaſſent, non deſierunt tamen iſti ſe pro Pontificibus Romanis gerere ſuos aſſeclas & deuotos habentes.

Itaque Sigiſmundus Imperator incredibilem operam nauauit, vt ad Concilij congregationem moueret Principes, tam ſacros quam laïcos: nec minore ſtudio & labore ab Antipapis id expoſtulauit Carolus 6. Rex Galliæ frequenter ad vtrumque mittens, vt ſe Concilio ſubmitterent: ac renitenti Benedicto à Luna cui Gallia parebat, iſtud regnum ſubtrahens: ipſumque Auenioni obſidens: Sed Burgundiæ Ducis factio ſanctis conatibus obſiſtebat.

Tandem Sigiſmundus euicit vt Conſtantiæ Concilium celebraretur vbi tribus depoſitis Ioanni videlicet 24. Alexandri ſucceſſori, (qui captus & in carcerem coniectus, coactus eſt renunciare) Gregorio adquieſcenti, & Benedicto pertinaci, Martinus 5. ſubrogatur, electione non ſolum Cardinalium, ſed etiam alio- Seſſ. 40.
rum Prælatorum: ſiquidem decretum fuit vt pro ea vice duntaxat adiungerentur Cardinalibus ſex Prælati, vel aliæ honorabiles perſonæ Eccleſiaſticæ in ſacris ordinibus conſtitutæ de qualibet natione in Synodo exiſtentes: quorum omnium duabus à partibus qui electus eſſet legitimus haberetur.

Sic tanto Schiſmati finis. Atque in ipſo etiam Concilio,

Decima octaua conſtitutio promulgatur ad vitandum ſchiſma: LVI.
nimirum, Si contingat duos de Papatu contendere Concilium

Digitized by Google

anno proximo congregetur: interea vero neuter ſe immiſceat Papatui: & compareant ambo in Concilio, neque horum alteruter huic præſideat, aut adminiſtrationem vllam præſumat quovſque Concilium de electione cognouerit, & quæ rectior ac iuſtior fuerit, iudicauerit: quod ſi vnus tantum ſit electus ſed dicatur per metum, aut per vim, ei tamen omnes obediant donec futurum Concilium de eius electione pronuntiauerit: ſi alius eligatur ſint electus & eligentes omni dignitate etiam Cardinalatus priuati. Qui allegabunt metum appellent ad futurum Concilium quod congregetur intra annum proximum: & eo congregato ſuſpenſa ſit omnis poteſtas electi.

Nullum exinde contigit electionis ſchiſma: faxit Deus ne ſponſa eius Eccleſia tam procelloſo & tetro turbine quatiatur inſpiratis ad quietem & dignitatem eius promouendam Cardilium atque etiam fidelium omnium animis.

LVII. Ac vides Lector poſt tot, tantaque electionum ſcita & diſſidia, huc ſtetiſſe illarum ius vt à Cardinalibus ſolis fiant: Nullus niſi Cardinalis eligatur: non cenſeatur electus niſi qui ex tribus Cardinalium ſuffragiis duo tulerit, quæ codicillis colliguntur: qui ſi adeo diſcrepent vt nemo duas ex tribus partes ferat, acceſſu fit electio vel adoratione: primo modo nominantibus Cardinalibus quem voluerint: Quod ſi nominantium duæ partes in vnum concurrãt, is eſt electus: Secundo vero modo, id eſt adoratione, quando ſpreto ſcrutinio duæ partes vnum ſalutant, & venerantur pro Pontifice maximo. Concilium tamen Baſileénſe vetuit à ſcrutinio recedi antequam exploratum ſit an ſexies repetitum producere poſſit ſummum Pontificem: quod decretum æquitate pleniſſimum eſt Siquidem nemo neſcit in adoratione & acceſſu

LVIII. plurimum poſſe ad alios pertrahendos, ſi quis inter præcipuos & potentiores (vt in collegiis nunquam deſunt qui alios authoritate & gratia ſuperant) primus acceſſerit, aut adorauerit, vel palam nominauerit: Nam, vt ait, Symmachus, in deliberando perſona pondus facit, quando reſiſtitur potiori? Quamobrem cum Tyberius quondam in Senatu proclamaret ſe quoque in quadam cauſa laturum ſententiam palam, & iuratum quo cæteris eadem neceſſitas fieret: Cneus Piſo, inquit, quo loco cenſebis Cæſar? ſi primus, habeo quod ſequar. Vnde idem Tiberius cum de Lepidæ à Quirino viro ſuo adulterij accuſatæ capite ageretur, licet 20. iam per annos ab eo ſeparata eſſet, noluit Druſum nepotem ſuũ

opinari primum, ne, vt ait Tacitus, cæteris aſſentiendi neceſſitas fieret. Scio tamen apud veteres hoc obſeruatum vt honoratiores & ſeniores primi dicerent quod ſentirent de re in quæſtionem adducta: ſed vbi de electione Conſulum agebatur, iuniores primi ſuffragia ferebant. Quidquid ſit tutior videtur per codicillos & tabellas ſuffragiorum conſultatio, quia eo modo libertas eſt liberior. Hinc apud Venetos lege cautum eſt, ne apertè ſuffragia ineantur: qui ſecus fecerit, ſuffragiorum iure, Magiſtratibuſque annos duos careat. Et ſanè ipſi prudentiſſimi politici tantam cautionem in ſuffragiis excipiendis adhibent, provt ampliſſimè referunt Bembus & Contarenus, vt vix ambitioni locus ſit.

Quoad verò dignitates Eccleſiaſticas extat Innocentij tertij reſcriptum ex Concilio generali Lateranenſi, vt tres de Collegio fide digni ſecretò, & ſigillatim vota cunctorum exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi. Contrà vero Concilij Tridentini decreto de electione Abbatum, ita eligi per vota ſecreta debent, vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur: quod intelligendum puto niſi electione perfecta. Ad hoc enim vt ſciatur quis plura ſuffragia habeat, publicari nomina neceſſe eſt: ſed tutior videbatur eligendi forma quando in capſam, vel vrnam quiſque eligentium ſuum codicillum mittebat, quemadmodum pro Doctoribus Sorbonicis diſſeruit aliquando noſter Choppinus in Senatu Pariſienſi aduerſus Cancellarium Vniuerſitatis.

Cap 41. de elect.

Cap. 6. Seſſ. 25.

Lib. 1. tit. 7. de morib. Pariſ. atque idem lib. 2. de Domanio tit. 10. n. 13.

Iam verò rarum eſt quempiam eligi Pontificem Romanum ex ſolis codicillis: ideoque votum acceſſio conficere totum opus ſolet: cui etiam plerumque adoratio iungitur. quæ tamen quaſi non ſuffeciſſet in Pauli 3. electione, quem authore Ioanne Cardinali Lotharingo omnes qui aderant pedibus aduoluti ſalutauerant Pontificem, in ſuffragia itum eſt ſyngraphis ſuffragiorum in ſacratum calicem (quod ſcrutinium vocant) coniectis. quibus etiam renuntiatus eſt Pontifex. Is fuit Paulus tantopere legis Pontificiæ de electionibus cultor, vt cum nouo, & inuſitato exẽplo ante celebrata nouemdialia ſine vllo conclauis cœtu demortuo Clementi 7. ſubrogatus eſſet, id ipſe quia præter maiorum morem, recuſarit: Nec ante ſe voluerit dici Pontificem quam iuſtis defuncto peractis Cardinales Conclaue ingreſſi eum adoratione primum, deinde ſuffragiis, vt diximus, elegiſſent. Tantæ etiam conſtantiæ vt nondum certus Pontifex accedenti ad ſe, vt

LIX.

LX.

Digitized by Google

adoraret, Lotharingo, & petenti gallicam legationem recuſarit ne videlicet præmium, & cauſa electionis diceretur. Adoratio deinde celebrata eſt in Iulio 3. Marcello 2. Paulo 4. Pio 4. vt tradit Onuphrius. Sed noſtra ætate celebratur doctiſſimi Baronij ſanctiſſimæ conſtantia, qui cum infamis moribus & loquela Cardinalis à quibuſdam adoratione vocaretur ad Pontificatum, peruicit ne iſta perficeretur, mortem ſe potius oppetiturum dicens quam vt impuro capite membra polluerentur, & ſpurco coniuge immaculatus Eccleſiæ thorus fœdaretur: ſicque obtinuit, vt auerſi ab eo Cardinales procumberent ad pedes Cardinales Borgheſij qui fuit Paulus 5. cuius ætas caſtè & ſanctè eò vſq; exacta optimum ſpondebat Pontificem.

En ergo vt à Clero populoque ad Cardinales velut ad Capitulum reiecta ſit Pōtificis electio quæ tamen non ſecus ac illa caruit ſchiſmatibus. Ac poſt conſtitutionem latam vt electio valere nequeat niſi ex tribus duas partes electus referat, verendum non videbatur aliquod ſchiſma: peſſimo tamen ſuit locus. Adeo verum eſt nullum ius tam ſanctum fore quod non violet audax ambitio: quæ vix vllis frenis coërci & domari poteſt: aut ſi aliqua poſſunt, nulla credo fortiora quam quæ in Concilio Conſtantienſi excogitata ſunt. Sed quis duobus contendentibus imponet ſilentium niſi præpollens aliqua vis? Equidem Deus ſupremus omnium Dominus & potens vbique. Ab hoc igitur implorandum auxiliũ & conſilium in tantis malis vbi contigerint quod abſit. Et ſi humana poteſtas deſideranda eſt, ab Imperatore primum erit, deinde à Chriſtianis Regibus, qui non ſine cauſa gladium portant. Sed quoniam iniquum aut ſaltem periculoſum eſt ferro res ſacras committere, ſatius videretur, vt quod in electione Imperatoris obſeruatur, ſi duo habeant paria vota is Imperio ſufficiatur cui ſuum calculum Rex Bohemus dederit: ita ſit Pontifex cui concurrenti cum alio in paritate ſuffragiorum ſuam vocem dederit Imperator, ad quem ea prærogatiua deberet pertinere vt populi Chriſtiani temporale caput. eoque modo ſupra vidimus Honorij decreto Bonifacium aduerſus Eulalium, Theodorici Symmachum aduerſus Laurentium, Henrici 3. ſeu 4. Alexandrum aduerſus Cadolum obtinuiſſe. Vbi verò ſine dubio quis pluralitate votorum ſuperior erit, nulla amplius authoritate egens ab omnibus fidelibus ſalutari eum oportebit, nec vllæ debebunt eſſe Principis laici partes ne ſuſcitetur alter Fredericus velut contra

Digitized by Google

Alexandrum 3. Denique cum venia dixerim iniquum videri ad faſtigium Pontificium non promoueri niſi qui collegio Cardinalitio aggregati ſunt cum tot exiſtant & Deo volente futuri ſint in orbe Eccleſiaſtico ſumma pietate, integritate, ſcientia, & prudentia, quæ omnia tanto Principatu digna ſunt. Ac indecorum eſt non admiſſis melioribus conciliari nobiliſſimæ Dominæ indignas, imo turpiſſimas aliquando nuptias pretio & reprobatis aliis artibus comparatas. Vnde Gregorij 10. ſeu Concilij generalis Lugdunenſis ſancta & vtilis cenſeri, haberique in vſu conſtitutio deberet, vt Aſſuero cœleſti adducerentur vndique ſpecioſæ virgines quarum illi pretioſiſſima Eſther ſeligatur.

Sed quod pleriſque, parui ſcilicet delicatique ſtomachi, nauſeam creat: eſt per tot iam factiones ſummi Pontificis coaptatio, quaſi non amplius à Sp. S. ſed ab illo ex Cardinalibus qui authoritate, & clientelis, vel, vt dicunt, creaturis præualet, pendeat: Vnde vellent publicatas non eſſe relationes quæ de iſta cooptatione habentur, tum ab aliis ſcriptoribus, tum præcipuè à Cardinalibus Ioyoſa, & Perronio; puta in qua huius, aut illius Cardinalis modo Aldobrandini, modo Borgheſij, aut alterius huiuſmodi gratia præualentis tanta extitit poteſtas, & tantopere Galli, Hiſpani, aliique Principes de excluſione, vel incluſione, vt aiunt, laborauerunt dum vnuſquiſque anxius eſt vt creétur Pontifex ſibi intimus. Quo fit vt iam Principum penſionibus deuinciantur Cardinales qui in Curia Romana primos authoritatis gradus obtinent: nec alia potiore ratione, quam vt in nouis creationibus ſuccedat illorum opera optatus, ſuiſque rebus accommodus Pontifex. Tanti modo reputatur hæc Maieſtas etiam ad rerum temporalium prouectum. Sanè nemo bonus & pius eſt, qui non cuperet iſtas factiones excludi. At id hominum vitium eſt, quod erit quandiu homines erunt: nec proinde puſillis illis ſtomachis reuerentiæ minoris eſſe debet iſta Maieſtas in quemcumque hominem cadat, vel etiamſi per eas factiones. Quis enim arcana Dei ſcrutari audebit, vt ſciat cur illas permittat qui prohibere poteſt? Quod ſi de Imperatoribus Romanis dixit D. Auguſtinus, eos à Deo præordinatos eſſe ſiue modeſtos, ſiue tyrannos: ipſumque Deum qui Auguſtum ſublimauit, & ſublimaſſe Neronem, qui Conſtantinum ſic & Iulianum licet humanis conſiliis, iiſque admodum impiis ſuffragantibus: cur non idem de Pontificibus Romanis dicetur? Ita diſponente Deo, vnde ſciant mortales pote-

Digitized by Google

ſtatibus quibuſcumque obediendum eſſe: nec inquirendum qua ratione, quove decreto ſubſtitutæ ſint: dum namque de ſubrogationibus veluti per nefas, & arte mala factis impotentes ſuarum paſſionum hómines, & reuera factioſi potius, quam veri zelotæ queruntur, ac rebellionem opponunt, quas non ſtrages, aut ſaltem quæ non ſiniſtra excitauerunt? Acquieſcamus ergo Dei ſeu voluntati, ſeu permiſſioni extra quam nihil contingere poteſt: atque credamus etiam res ſanctiſſimas dirigi à Deo per conſilia humana, licet improba, quibus tamen velut aſperis remediis vtatur ad finem nobis incognitum.

Thuan. lib. 100. hiſtor.

Sed imitanda ſanè vt laudanda Cardinalis Montalti generoſitas, qui cum de eligendo Pontifice poſt Marcelli obitum ſumma eſſet contentio & factio Hiſpanorum penè præualeret: non paſſurum ſe palam obteſtatus eſt excuſſo iamdiu Imperatorum iugo, vt Imperator, Rex, aliuſve Princeps ius in ſummos Pontifices olim vſurpatum, nunc vero extinctum ſuſcitet, & arbitrio Hiſpanorum hunc, vel illum eligendi, ſublata ſuffragiorum libertate, neceſſitas imponatur.

Clemens 7. conſtit 29.44. Iulij 2. conſtit. 2. Pauli 4. conſtit. 58. Pij 4. & conſtitut. 81 tomo 1. Bullar.

Mercurius Gallicus vol. 9.

Porro plures conſtitutiones nouiſſimæ leguntur de electione ſummi Pontificis ab iſtis Pontificibus factæ: nempè vt fiat Romæ, neve ſymoniaca ſit, ac ne viuo Papa ambiatur ſedes quas videbis tomo 1. Bullarum: Sed hæ nihil, aut parum addunt præcedentibus. Nouiſſima eſt Grægorij 15. quæ vult electionem fieri, aut per inſpirationem, quaſi omnibus conſentientibus in vnum nulla deliberatione præhabita, videâtur illi à Sp. S. inſpirati: cuiuſmodi notauimus ſuprà aliquas Epiſcoporum electiones factas eſſe: aut per compromiſſum quando Cardinales conſentiunt in aliquos eiſque dant facultatem eligendi Pontificis: aut per ſcrutinium quod in antiſcrutinium & poſt ſcrutinium diuiditur, cui acceſſus adiungitur: eaque forma datus eſt Eccleſiæ meritiſſimus Pontifex Cardinalis Barbarinus hodie Vrbanus 8. cuius modeſtia, vt exemplo ſit cæteris, eſt ab obliuione vindicanda: Nam cum audiret de ſe ad Pontificatum efferendo proloquutos eſſe Cardinales qui totam electionem conficere poterant, ſerio rogauit eos vt vota ſua in alios detorquerent quibus ætate prouectioribus dignitas deberetur. At illi ſinceritatem, & modeſtiam eius admirati eò tenacius propoſito ſuo inhæſerunt, quanto magis ſe auerſum ab eo Barbàrinus profitebatur.

Digitized by Google

CAPVT X.

DE CARDINALIBVS.

LECTIO.

1. *Titulorum & regionum vrbis Romæ origo.*
2. *Diuiſio.*
3. *Numero.*
4. *Non & certo titulorum ſeu regionum numero, fuit certus Præsbyterorum, aut Diaconorum numerus.*
5. *Vnde Cardinales dicti Præsbyteri titulati, & Diacones regionarij.*
6. *Primum audita hæc vox pro Diaconibus regionariis & quando.*
7. *Vt ea voce ſit vſus Gregorius magnus.*
8. *Quando cœpit vſurpari Roma tam pro ipſis titulis, quam pro Præsbyteris & Diaconibus.*
9. *Quando incrementum cœpit & dignitas.*
10. *Vt vocati ſoli ad electionem Romani Pontificis.*
11. *Cardinales componunt capitulum ſeu conſiſtorium Romani Pontificis.*
12. *Vacante ſede quid vel non poſſit capitulum.*
13. *Quid Cardinales.*
14. *Ex illis eligendi Pontificis Romani poteſtate, aucta Cardinalium dignitas.*
15. *Habitu exteriore aucta.*
16. *Non credebatur olim Epiſcopatu maior.*
17. *Secus hodie & de prærogatiua ſedis illorum cum Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, & Principibus Laïcis.*
18. *Priuilegium vt capitis damnatum liberare poſſint.*
19. *Cardinalium os apertum.*
20. *Indultum.*
21. *Cardinalium creatio à ſolo ſummo Pontifice pendet nec coarctatur numero.*

HVc vſque peractis legibus quæ ad conſtituendam omnium dignitatum principalem ſucceſſiuè promulgatæ fuerunt, præſtat vt de ea quæ illi iam ſecundaria eſt loquamur, nempe Cardinalitia, eius videlicet origine, progreſſu, amplificata tandem authoritate, & cui omnia ſua debeat.

Equidem certum eſt non à principio naſcentis Eccleſiæ eam qualitatem cognitam fuiſſe, licet ab Apoſtolis Epiſcopi, Præſbyteri, & Diaconi variis in locis inſtituti fuerint.

Digitized by Google

I. Sed aucto Romæ fidelium numero cum pluribus opus eſſet Baſilicis contigit vt nonnulli Chriſtiani ſuas ædes traderent Deo dedicandas: quas Epiſcopus conſecratas diſtinxit alias ab aliis vario titulo affixo ad inſtar fundorum qui in patrimonium Principis redacti, vel in manu Principis poſiti notabantur ſimili titulo ne quis in eas auderet quod iure ciuili notum eſt & meminit D. Auguſtinus: Ne quis, inquit, domum ipſius aliquis potens inuadat, poni ibi titulos potentis. His ergo Eccleſiis ſeu titulis adſcribebantur Præſbyteri, ita vt ab illis recedere non poſſent niſi cum venia Epiſcopi, ſicque dicebantur Præſbyteri titulo huius aut illius Eccleſiæ, vt plures enumerantur in ſubſcriptione Concilij Romani 1. ſub Symmacho. Diaconi autem diuerſis regionibus vrbis præpoſiti fuerunt, tum vt ſcirent quid in vnaquaque regione fieret, & ad Eccleſiam referrent, tum vt pauperum curam haberent.

In Pſal. 21.

II. Porro titulorum ſeu Baſilicarum diuiſio inter Præſbyteros Euariſto tribuitur: regionum autem vrbis Romanæ inter Diaconos Fabiano vt ſcribitur in eorum vitis: Euariſtum deinde imitati Hyginus & Dionyſius, de illo quidem dicitur quod Clerum compoſuit, & diſtribuit gradus: id eſt titulos: de iſto autem quod Præſbyteris Eccleſias diuiſit & cœmeteria: parochiaſque & diœceſes conſtituit. Sed de titulorum numero non conſtat niſi ex
III. vita Marcelli 1. poſt illos ſedentis: vbi dicitur iſte Pontifex 25. titulos conſtituiſſe, in vrbe Roma, & 25. Præſbyteros ordinaſſe: ordinationum vero diuerſitas inducere videtur non tot fuiſſe titulos
IV. quot Sacerdotes. Nam Higinus quindecim Præſbyteros ordinauit, Pius octodecim vel vt ſcribit Platina nouemdecim: Anicetus ſeptemdecim: Eleutherus 12. Calixtus 16. Fabianus 22. Quod ſi ſub Pio nouemdecim erant tituli vt nouemdecim erant Præſbyteri, quare non eumdem numerum obſeruauerunt Anicetus Eleutherus, & Calixtus? niſi quis dicat ætate Aniceti ſeptemdecim mortuos fuiſſe vno duntaxat ſuperſtite, Eleutheri item ætate 12. ſex ſuperſtitibus, & Calixti ſexdecim. Quæ credibilia non ſunt. aliàs enim Pontifices illi negligentiæ arguerentur quod titulo vacanti non ſtatim prouidiſſent. Vnde ſatius eſt credere Epiſcopos Romanos non certo Præſbyterorum conſtituendorum numero coarctatos fuiſſe ex titulorum certo numero: ſed tot ordinaſſe, & ordinatis addidiſſe quot placebat, vel quantum neceſſitas exigebat: neque opus fuiſſe vt tot eſſent tituli quot Præſbyteri: delegatis ad eos qui videbantur à Pontifice magis idonei,

remanentibus qui ſine titulo erant penes matricem Eccleſiam: quemadmodum de Diaconibus conſtat licet numerus eorum ſub Apoſtolis ſeptenarius fuerit, eumque numerum ſanxerit Neocæſarienſis Synodus: illum tamen conſtat exceſſiſſe eoſdem Pontifices. Nam Teleſphorus octodecim ordinauit, Pius 21. Sater 9. Damaſus 11. Siricius 16. Innocentius 15. & ſic alij plus minúſve. Can. 15.

Quod vero Marcellus dicitur 25. titulos erexiſſe, totidemque Præſbyteros ordinaſſe non inde ſequitur non plures Præſbyteros Romæ fuiſſe. Nec enim veriſſimile eſt Præſbyteris caruiſſe Romanam Eccleſiam tunc cum iſti vigintiquinque ordinati fuerunt. Namque Caius qui vno tantum Marcellino, à quo etiam Præſbyteri quatuor ordinationem acceperunt, Marcellum præceſſit, vigintiquinque ordinauerat. Et Euſebius illius ſucceſſor ſedens vno tantum anno tredecim ordinauit: Melchiades ſex duntaxat: Sylueſter vero 42. ſub eiuſque Pontificatu conſtat ex cap. 1. Synodi Romanæ 2. ſexaginta duos Præſbyteros vrbis extitiſſe.

Ex his igitur inferendum eſt, aut vnum duntaxat Præſbyterum vni titulo datum fuiſſe, aut plures. Sed ſiue vnus ſiue plures, vni tantum Cardinalis nomen adtributum eſt ſiue quod præcelleret ſui tituli, & ſuæ regionis conſortes Præſbyteros & Diaconos, & penes eum eſſet tituli denominatio & adminiſtratio: ſiue quod ex Collegio Præſbyterorum, & Diaconorum qui in matrice Eccleſia erant, ſelectus ad titulum vel regionem, hoc nomen mereri videretur quaſi ob præcipuam virtutem ſelectus eſſet. Indeque Præſbyteri titularij & Diaconi regionarij dicti Cardinales, id eſt, præcipui, prout quatuor primas virtutes vocamus Cardinales, id eſt, præcipuas, nimirum à cardine per quam ianua mouetur, vel vt cardo annectitur muro vt per eum fores huic inſertæ hinc inde moueantur, ſicque aperiantur, & recludantur: ita Præſbyter ſuo titulo, & Diaco ſuæ regioni velut affixus motum deuotionis, charitatis, bonorumque vno verbo operum daret fidelibus exēplo ſuo frequentius quam alij Præſbyteri & Diaconi, quippe iſti in matricis Eccleſiæ duntaxat miniſterio recluſi non tantam habebant cum populo conuerſationem. Vnde fiebat vt ad titulum & regionem non ſeligeretur niſi qui emineret ſapientia, vt virtute ad inſtar illorum ſeptem primorum quos ſcriptura dixit oportere eſſe viros boni teſtimonij, plenos Sp.S. & Sapientia. V.

Digitized by Google

Vel ſi concedendum eſt alios ſub eodem titulo, & ſub eadem regione fuiſſe, is etiam reſpectu illorum Cardinalis dicebatur, quia horum erat cardo ſiue præcipuus ſine quo aliquid facere in titulo vel regione nequirent.

Dicere quoque licet Cardinales eſſe vocatos à cardine provt ſumma vel punctum ad quod negotia referuntur, per cardinem ſignificatur. Nec enim infitias iri poteſt quin Præſbyter titularis, & Diaco regionalis præcipuus eſſet in conſiſtorio Epiſcopi, & præcipuas partes in deliberando & reſoluendo teneret, tum ob religionem, tum quod maiorem negotiorum notitiam haberet quoniam erat per miniſterij ſui neceſſitatem magis aſſiduus & diſperſus ſuo quiſque in titulo ſuaue in regione, ex eaque aſſiduitate, & vt ita dicam diſperſione, præualeret experientia quæ rerum eſt domina, quæque ingenium erigit ad prudentiam.

Vel denique Cardinales appellati quod licet huc illuc diſperſi penderent, tamen à matrice Eccleſia velut à cardine ianua.

Sed plus ſatis de interpretatione, & deriuatione huius nominis.

VI. Prima autem iſtius vſurpatio legitur in dicta Synodo Romana 2. ſub Syluestro 1. vbi cauetur ne Præſbyter Cardinalis niſi 44. teſtibus damnetur: & ne Diaconus Cardinarius, id eſt Cardinalis, vt alio loco dicitur, niſi in 26. vel vt alio textu refertur 36.

Verum quod ibi Cardinalis titulus Præſbytero tribuitur, nimirum in epilogo, videtur error eſſe. Neque enim in ipſo Concilij textu repetitus eſt, quemadmodum de Diacono. Atque vt error credatur facit quod non de alio Præſbytero loquitur. Si vero dignitati iſtius Præſbyteri vt Cardinalis voluiſſet id priuilegium competere, profecto non obmiſiſſet dicere quot teſtes in accuſationibus aliorum Præſbyterorum neceſſarij fuiſſent. Alios autem extitiſſe quam iſtos titularios, ex præmiſſis credendum eſt, vt matrici Eccleſiæ ſeruirent abſentibus titulariis qui à titulis ſuis non recedebant. Nam ſub ipſo etiam Sylueſtro 62. fuerũt in vrbe Roma Præſbyteri, vt proximè notauimus.

Sed vt cumque ſit prima ibi Cardinalis Diaconi vel Præſbyteri vox: intermiſſa deinde plura per ſecula. Nam quod D. Hieronymo ſub Damaſo Papa florenti anno 382. tribuitur, fabula mera eſt à Baronio in Annalibus refutata. Et ſi Cardinalis cognominatio præualuiſſet, certè in Synodo habita Romæ pro expurgatione Sixti 3. ſedentis anno 432. non oblita fuiſſet cum ibi re-

Digitized by Google

cenſeantur 48. Præsbyteri vrbis Romæ: neque item in alia Synodo eodem loco habita ſub iſto Pontifice pro cauſa Polychronij Hieroſolymitani Epiſcopi: ſiquidem ea vera eſt. Neque in Synodis ſequentibus Romanis vſque ad Greg. Magnum ſub Hilario, Fœlice, Gelaſio in cauſa Miſeni, Symmacho, & aliis quanquam referantur conuocati ad eas Præsbyteri & Diaconi: Imo in prima ſub Symmacho ſubſcripſerunt multi Præsbyteri ſub ſuo quiſque titulo vſque ad numerum 66. Vnde ſexaginta ſex tituli: Vult tamen Onuphrius nunquam plus 28. fuiſſe, at nec tamen tot tituli fuerunt quot Præsbyteri. Nam ipſe Symmachus 92. Præsbyteros ordinauit: & Diacones 16. ac neque in Synodo Romana 3. ſub Gregorio Magno cui ſubſcripſerunt Epiſcopi, Præſbyteri, & Diaconi, addita eſt vlli Cardinalis qualitas: licet ea illius epiſtolis non vno loco inſerta ſit: ſed nullibi quod ſciam, pro Præsbytero vel Diacono Romano.

VII. Porrò moris fuit Gregorio [a] ſi quis Epiſcopus exul erat ſua Diœceſi vt pote à Barbaris occupata, eum committere alteri Epiſcopatui vacanti non quidem Epiſcopi nomine, ſed Cardinalis quaſi non deceret duarum Eccleſiarum ſponſum eſſe: Cardinalis autem dicebatur, id eſt non Epiſcopus, ſed præcipuus, vel primus Præsbyterorum Eccleſiæ: ita tamen vt non deſineret eſſe Pontifex ſuæ propriæ Eccleſiæ quod expreſſè declarauit in Cardinalatu Agnelli Epiſcopi: eumdemque morem imitatus eſt diù poſt [b] Ioannes 8. neque is Cardinalatus durare debebat quam eo vſque Epiſcopus ſuam Eccleſiam recuperaſſet, vt innuit idem Ioannes.

a Lib. 1. ep. 77 lib. 2. ep. 13. indict. 11. Eod. lib. ep. 25. indict. 10. Eod. lib. ep. 6.

b Ioan. 8. ep. 8. 13. 14. Sic Nicol. 1. ex Flodoardo hiſt. Rhem. lib. 4. cap. 6.

De Cardinalibus item Diaconis loquitur etiam Gregor. [c] ſed non Eccleſiæ Romanæ: atque ita vt Cardinalatum relinqueret Epiſcopo conferendum ſi placeret. Vnde liquet aliis etiam Eccleſiis quam Romanis Cardinales Præsbyteros, ſeu Diaconos fuiſſe. Sed expreſſius ex Concilio Meldenſi acto ſub Sergio 2. vbi ſancitur [d] vt titulos Cardinales in vrbibus, vel ſubvrbiis conſtitutos Epiſcopi canonicè & honeſtè ſine retractatione ordinent & diſponant.

c Ep. 81. lib. 1. ep. 11. lib. 5.

d Cap. 54.

Huc ergo vſque nulla Cardinalium Præsbyterorum, vel Diaconorum Romanorum mentio, nec in vitis, nec in Synodis Romanorum Pontificum, excepta Syluestri qui ſedebat anno 314. VIII. Et qui primus eorum meminit eſt author vitæ Stephani 4. ſedentis anno 768. Ibi enim dicitur Stephanus duas conſtitutiones

feciſſe: primam, Ne vllus Diaconus, aut vnus Præſbyter Cardinalis ad ſacrum Pontificatus honorem poſſit promoueri niſi per diſtinctos gradus obtinuerit ſacros ordines, quod ſancitum ob Conſtantinum inuaſorem ſedis Apoſtolicæ qui ex Laïco intra tres dies iſtis ordinibus conſecratus fuerat. Secunda conſtitutio vt omni Dominico die à ſeptem Epiſcopis Cardinalibus hebdomadariis ſuper altare B. Petri celebraretur.

Sic vides non ſolum Præſbyteros, & Diaconos Cardinales, ſed & Epiſcopos: quod tamen mirum ſi Epiſcopi Romæ aſſidui eſſent derelictis Diœceſibus ſuis: id enim contra Canones. An itaque error iſthîc; vt pro Epiſcopis, Præſbyteris legendum ſit? Et quomodo Epiſcopi Cardinales ſine titulo? Placet enim D. Hieronymum non fuiſſe Cardinalem quia titulo caruerit.

Deinde ſub Leone 4. anno 854. legitur in Romana Synodo depoſitio Anaſtaſij Præſbyteri Cardinalis titulo S. Marcelli, quod Eccleſiam deſerens in alienis Parochiis per Aquileenſem Diœceſim vagaretur. Atque huic ſubſcripſerunt nouemdecim Præſbyteri cum ſuis titulis, ſed non dicti Cardinales, neque legitur his titulis adiecta Cardinalitia qualitas niſi in vita Stephani 6. perperam 5. pontificantis anno 885. dicitur enim Sanctorum reliquias per diuerſos Cardinales titulos erogaſſe.

Ioã 8. de Cardinalium iure dicitur conſtitutionem feciſſe vt ad ſuos titulos miſſi perſcrutarentur qualiter ſe apud ſubditos præpoſiti haberent, & qualiter ſubditi illis obedirent & Clericorum ac Laïcorum querimonias audirent. Ex Baronio tomo 3. Concil. parte 2.

Sed in Concilio quod conciliabulum vocant aduerſus Ioan. 12. plenior eſt Cardinalium mentio. Nam inter eos qui numerantur huic Concilio adfuiſſe eſt, Benedictus Cardinalis Archidiaconus, Bõfilius Cardinalis Diaconus Primicerius: additur poſtea: hucvſque Epiſcopi, ſequuntur Cardinales, qui tantum tres recenſentur: ac ibidem ſunt plures Præſbyteri cum ſuo quiſque titulo at ſine Cardinalitio nomine, quod tamen illis cõpetebat non ſecus ac Diaconis regionariis. Vnde cum inter enumeratos ſint Petrus titulo Damaſi, & Adrianus titulo Lucinę: hi in actis Concilij Cardinales dicuntur: vt Ioannes ſimpliciter Diaconus dicitur in numero, qui apud eadem acta Cardinalis appellatur. Quæ indicant in titulariis Præſbyteris ſubintellectam eſſe Cardinalis qualitatem. Quæ demum titulo appoſita eſt in Concilio Romano pro canonizatione S. Vdalrici Auguſtani Epiſcopi, vbi omnes Præſbyteri qui adfuerunt, nominati cum titulo, Cardinales etiam dicuntur.

X. Horum autem Cardinalium vt pote principalium Præſbyterorum & Diaconorum cœpit ſucceſſu temporis magna autho-

Digitized by Google

ritas eſſe Romæ, tum in aliis rebus, tum in electione ſummi Pontificis: cui plurimum conferebant, nec tamen lege lata: hinc quod ſcribitur Stephanus 9. Poſthabito Cardinalium ſuffragio prouectus voluntate Othonis Imperatoris: ergo ſi non impediſſet hæc voluntas, Cardinales Pontificem feciſſent. Verum nondum ex lege illis ſolis iſta electio competebat: nam Nicolaus 2. in Concilio Rom. ſub annum 1059. Cardinales Epiſcopos primum, deinde Cardinales Clericos, & poſtremo reliquum Clerum & populum ad eam vocauit. Sed Innocentius 2. ſanctione lata Cardinales ſolos voluit eligentes eſſe: quæ ad ea vſque tempora obſeruata eſt velut ad Capitulum electione reiecta. X.

An Pontifex teneatur ſequi Cõcilium Cardinalium vide Petr. Auguſt. Molam part. 1. emporij tit. 1. q. 3. Sanè Paulus 5. in illo famoſo diſſidio quod ei cum repub. Veneta interceſſit, cum aduocaret in conſiſtorium Cardinales, dicebat ſe Cardinalium ſententias exquiſiturum de conditionibus pacis quæ à Rege Chriſtianiſſimo proponebatur: ita tamen vt profiteretur eas ſententias ſe non tenere ſequi. Thuan. lib. 137. hiſtor.

Nam Cardinales cenſentur de capitulo ſeu corpore vel conſiſtorio ſummi Pontificis, vt cum eo negotia diſcutiant ad inſtar 70. ſeniorum qui Moyſi adſidebant, quod de illis teſtatus eſt [e] Ioannes 8. ſub nomine duntaxat titulatorum Præſbyterorum: iubens eos propterea conuenire bis in hebdomada ad Palatium. Quod diù poſt Vrbanus ita neceſſariũ voluit, vt Oratoribus Florentinis [f] ſupplicantibus ab eo quædam negotia expediri priuatim non in conſiſtorio, reſponderit: Hæc eſſe conſiſtorialia, nec ſummos Pontifices conſueuiſſe talia diffinire in camera, ſed in publico conſiſtorio. Non tamen dubitari oportet, quin de plenitudine poteſtatis poſſint, quæ ea in re non minor illi eſt quàm Principibus temporalibus. XI.

e Baron. an. 884. n 8.

f Bald. in l. fin. per illum textum. C. de diuerſ. reſcript. Vide Rebuff. tit. de approbat. conuent. ſub. f. Guid. Pape deciſ. 103.

Vacante vero ſede an vero Papalis authoritas deuoluatur ad Cardinales vide quod refert Mathæus Paris. videlicet ann. 1243. cum [g] de eo iure dubitaretur: Cardinales ex profeſſo litteras publicaſſe quibus aſſeruerunt vacantis ſedis regimen ad eos pertinere: Idque vt exemplo conſtaret, irritum fecerunt diploma à Gregorio 9. impetratum quo permiſerat Elyenſi Epiſcopo Eccleſiam Mordunenſem penes ſe retinere, nec de eius redditibus rationem reddere rectori illius Eccleſiæ. XII.

g Math. Paris in Henrico 3.

Sed iure notum eſt vacante Sede nihil innouãdum: quod à primis ferè temporibus Eccleſiæ velut in confeſſo fuit. Nam anno 253. cum D. Cyprianus ad Clerum Romanum carentem Pontifice reſcriberet de lapſis an eſſent ad pœnitentiam recipiendi,

Digitized by Google

neene, Clerus Synodum Romæ habuit, ex cuius decreto reſponſum eſt, ante conſtitutum Epiſcopum nihil ſe innouandum putare; ſed lapſorum curam mediocriter temperandam vt eorum qui non ſunt in periculo vitæ cauſa ſuſtineatur. Vnde etiam in Concilio Calchedonenſi non improbati ſunt Ægyptij Epiſcopi Leonis epiſtolæ ſubſcribere nolentes, donec illis ordinaretur Primas Alexandrinus in locum Dioſcori abdicati, aſſerentes nihil ſe poſſe extra eius ſententiam & iuſſionem. Atque licet Pontifici Romano ſit pleniſſima authoritas in omnes Eccleſias tamen Gregorius [h] Magnus iuri ordinario ſubſiſtens noluit quorumdam Monaſteriorum vnionem cõcedere, licet neceſſariam'quouſque electus eſſet Pontifex loci. Et quidem dicitur Clerus Alexandrinus. [i] Athanaſio Epiſcopo profugo Eccleſias eius tenuiſſe: ſed quo vſu tenuerit, quidne exercuerit non apparet. At quid poſſit vel non Sede vacante Capitulum decidit ampliſſimè gl. ad cap. cum olim de maioritate & obedientia; ex cuius ferè præſcripto Curia Pariſienſis ea quæ canonicis Cathedralibus [l] Biturigum mortuo Epiſcopo non licerent decidit 26. Aprilis anno 1580. videlicet nec deſtituere officiales, nec alienare ex patrimonio Eccleſiæ, nec beneficia conferre, niſi vbi coniunctim ei conferendi ius eſt cum Epiſcopo: aut vbi neceſſaria eſt collatio verbi gratia ad præſentationem patroni. Sed quæ in iuriſdictione conſiſtunt, nec moram patiuntur, Capitulum poteſt. Atque iſta de inferioribus ſedibus quæ an valeant in ipſo ſummo tribunali quæſtio eſt:

XIII. Et ſanè ex quo conclauis vſus introductus eſt in quo Cardinales recluduntur vix ſpatium eis datur aut facultas aliquid adminiſtrandi: [m] cum ne quidem aditus ad eos liceat cuiquam: niſi quod antequam recludãtur, decem dies illis liberi ſunt. Sed Clemens [n] 5. vetuit à Cardinalibus dum Eccleſia eſt vidua quidquam exerceri poteſtatis, aut iuriſdictionis ad Romanum Pontificem dum viuit pertinentis niſi quatenus in cõſtitutione Lugdunenſis [o] Concilij permittitur; at ea conſtitutione nihil licet niſi quod ex mora grande periculum aut detrimentum ſuſciperet. Poſſunt [p] vero in locum defuncti camerarij aut alicuius ex pœnitentiariis alium ſubrogare, ſed ad tempus duntaxat vacationis. Sanè Concilium Conſtantienſe noluit Eccleſiæ Olomucenſi in Bohemia vacanti Paſtorem dare: ſed Adminiſtratorem duntaxat in ſpiritualibus & temporalibus vſque ad electionem futuri ſummi Pontificis, & ad tres poſt eam menſes, vt refertur ſeſſione 15.

h Ep.39.lib.8.

i Hiſt. Eccleſ. lib.9.cap.34.

l Chenu lib.1. cap.4.

m Cap. vbi periculũ de elect. lib.6. ex Cõcil. Lugd.

n Clem. 2 de elect.

o d.cap vbi periculum §. jidem quoque.

p d.Clem. §. eo tamen prouiſo.

Digitized by Google

Exinde magna cœpit eſſe Cardinalium Maieſtas & authoritas vt ſibi licere voluerint quod non liceret ordinariis, id eſt Epiſcopis, provt reſpondiſſe Cardinalem Neapolitanum apud Siculos agentem ſupra notauimus. Atque iſtius Maieſtatis amplificandæ non minima cauſa fuit quod ad eos eligendi Pontificis Romani ius ſolidum fuerit delatum: Vnde ſuccenſentes Eugenio 3. quod [q] velut conniueret D. Bernardo, quem putabant de Gilberti Pictauienſis erroribus definiſſe cum Epiſcopis Gallicanis in Concilio Rhemenſi, licet huic etiam adeſſent Pontifex, & Cardinales; Scire, aiebant, debes quod à nobis per quos tanquam per cardines vniuerſalis Eccleſiæ voluitur axis, ad regimen totius Eccleſiæ promotus, à priuato vniuerſalis pater effectus, iam deinceps te non tuum ſed noſtrum potius eſſe oportere.

[q] Otho Friſing. lib. 1. c. 57.

XV.

Sed qui primus cœpit eam dignitatem habitu exteriore illuſtriorem reddere, fuit Innocentius 4. qui ſuſcepto in Fredericum 2. odio vt Cardinales ſibi magis deuinciret, & doceret paratos illos eſſe debere ad ſanguinem fundendum pro cauſa ſua vel Eccleſiæ, rubeo pileo eos donauit: eique poſt aliquot ſecula ſuccedens Paulus 2. vetuit, Ne quiſpiam bireta coccinea ferret præter Cardinales, quibus etiam pannum eiuſdem coloris dedit quo equos vel mulas ſternerent dum equitant. Voluerat etiam in decretum referre vt galeri Cardinalium ex ſerico coccineo fierent: at id quominus decerneretur vetuere illi qui diminuendam eſſe Eccleſiæ pompam non augendam prædicabant, ait Platina. Sed quanta fuerit ante Pauli ætatem magnificentia Cardinalium teſtatur Iuuenalis Vrſinus de duobus Cardinalibus qui anno 1398. aduenerunt in Galliam loquens: tantam enim illorum pompam fuiſſe ait, vt odio & abominationi eſſet omnibus qui viderent.

Idem Innocẽtius fratribus ordinis Prædicatorum in Polonia indulſit, vt eiuſdem coloris galero, ſandaliis, ocreis, & chirotecis, caput, manus, & pedes tegerent: illis nempe qui legatione Pontificia fungebantur ad prædicationem, vt ſic apparerẽt martyrio deuota geſtare capita, igneq; ardentiſſimo illos exæſtuare, ac viſos eſſe poſt multa ſecula aliquas horum fratrum imagines, exhumatũque fuiſſe corpus imputre ſic veſtitum in conuentu Leopolienſi, refert Bzouius ad an. 1253. n. 5.

XVI.

Verum quamtæcumque ſit Maieſtatis ea qualitas, tenent tamen Doctores eam [r] non eſſe dignitatem ſeu gradum Eccleſiaſticæ hierarchiæ, cuius duo tãtum ſunt, Epiſcopatus videlicet, & Præsbyteratus. Vnde fit vt nomine beneficij Eccleſiaſtici in regula de publicandis reſignationibus & de infirmis comprehendatur quælibet dignitas, Epiſcopali excepta [ſ] quia eſt culmen dignitatum, & huic proxima Abbatiali: nec poteſt in ſignatura impetrationis beneficij dici Epiſcopus familiaris & continuus

[r] Gl. in Pragmat. Sanct. tit. de num. & qualit. Cardin.

[ſ] Rebuff. gl. 1. ad reg. de public.

Digitized by Google

commenſalis alicuius Cardinalis cum Epiſcopus [t] in ordine ſit maior Præsbytero vel Diacono Cardinali: Nam & ipſe Papa non ſe alium vocat quam Epiſcopum. Quin etiam notat Gomeſius [u] Epiſcopos deſpexiſſe hanc qualitatem quod eam longè infra ſuam eſſe dignitatem crederent: Nam vſque ad ætatem Nicolai ſecundi Epiſcopi immediatè poſt Papam ſubſcribebant, deinde Præsbyteri, poſtea Diaconi Cardinales. Vidimus tamen ſupra Cardinales Epiſcopos in vitis Stephani 4. & Nicolai 2.

t Idē Rebuff. in praxi, tit. tertia pars ſignaturæ §. Annexorum n. 9.

u Gomeſ. in proœmio regul. Cancell §. Poſtquam.

XVII. Sed contenderunt demum Cardinales ſe maiore eſſe dignatione quam Epiſcopum, aut Archiepiſcopum, aut etiam Primatem. Qua de re exorta eſt diſceptatio apud Polonos in comitiis Petricouienſibus. Nam cum Sbigneo Epiſcopo Cardinalitius galerus cum titulo Præsbyterali datus eſſet à Pontifice Archiepiſcopus Gneſnenſis, & cum eo proceres Poloni enixi ſunt, vt Principem locum iſti Archiepiſcopo Rex adiudicaret. Quod ille negauit quando aliter viſum eſſet Pontifici cuius authoritati ſtari oportet: Verum non cedente Archiepiſcopo ipſe & Cardinalis è Senatu diſceſſerunt: ſed tandem prærogatiua Cardinali ceſſit: deinceps vero ne quis eum atque legationis Apoſtolicæ honorem Rege, aut Senatu inconſultis peteret, aut vſurparet ſancitum eſt. aliam deinde huiuſmodi quæſtionem nuptiales ceremoniæ Regis Cazimiri 3. pepererunt inter Epiſcopum Cracouienſem Cardinalem & Archiepiſcopum: Reque diù agitata altero alteri non cedente conuenit vt Ioannes Capiſtranus honorem cæremoniarum perageret. Item apud Anglos Thomas Vvolſcus Archiepiſcopus Eboracenſis & Cardinalis legatus indignatus eſt quod Archiepiſcopus Cantuarienſis ſe fratrem eius dixiſſet in epiſtola ad eum ſcripta: At enim, inquit Cardinalis, propediem efficiam vt intelligat ſe mihi non eſſe parem, tantum abeſt vt ſit frater. Sic Nicolaus Harpsfeldius in hiſtoria Anglic. ad 15. ſeculum. Tenent [x] vero Doctores Cardinalem & Archiepiſcopum & Primatem cedere debere Epiſcopo in ſua Diœceſi, imo & Archidiacono.

Cardinales Præsbyteri & Diaconi ſunt maiores Epiſcopis, Archiepiſcopis & Patriarchis officio & adminiſtratione, licet ſint minores ordine: & hodie Romana Curia tenet Cardinalatum eſſe maiorem Epiſcopatu, quia Cardinales cum Papa iudicāt omnes. Rebuff. ad § ſi quis vero de collat in concord.

Cap. 13.

x Iuxta gl. in l. nihil omnino verſic. ab inferiorib. C de Palat. ſacr. larg. lib 12. Bartol. cap. ſtuduiſti 8. col. de officio leg. gl. ſingul. in cap. à collat. de appellat. lib. 6.

Sed cum iam Cardinales eò Maieſtatis deuenerint vt dicantur Eccleſiæ Principes, gradum eis conteſtari non videtur amplius licere: Nam & ipſi ſe Regibus pares dicunt, ob idque indignè tulerunt quod Pius 2. quoſdam [y] ex illis obuiam duci ad Concilium Mantuanum venienti delegaret: vixque obtinuit vt duo irent fugiendam arrogantiam dicens. Et in noſtris Anna-

y Gobell. lib. 3. Commentar. Pij 2.

libus

libus conſignatum habemus Cardinales Turnonium, Lotharingium, & Guiſium honorem ſedis æmulatos proceribus Regij ſtemmatis: cumque Cardinalis Borbonius præcedens Condæum Principem diceret, id ſe facere non vt Cardinalem ſed vt primogenitum, & Cardinales Caſtillioneus & Armeniacus non dedignarentur iſtos proceres ſubſequi, abierunt Turnonius, Lotharingius, & Guiſius iſto etiam vociferante eſſe Cardinales qui galeros ſuos honorarent, & qui à galeris honorarentur. Equidem Epiſcopis & Eccleſiaſticis nullum non honorem deberi à fidelibus Laïcis certum eſt, & infra ſuo loco notabimus ampliùs: neq; non laudandi ſunt apud eoſdem Polonos Duces Vvladiſlaus & Boleſlaus qui dextrum latus Regis in coronatione eiuſdem Cazimiri 3. Epiſcopis reliquerunt: cumque ſub Alexandro Rege ijdem Epiſcopi contra proceres vtrumque Regis latus in Senatu ſibi deberi aſſererent, Alexander pronuntiauit, vt Epiſcopis & Eccleſiis prærogatiuæ ſuæ ſaluæ manerent.

Sed quoad Cardinales tanta reputatur eorum maieſtas vt infra decus illorum habeatur ſi Romæ legatos Principum aduenientes primi inuiſant: Vnde licet Paulus 5. id tuliſſet in legato Gallico Alincurtio cuius ſalutandi cauſa Cardinales & fratres Pontificis domum palam priùs adierunt quam eos iſte inuiſiſſet (videlicet vt vicem Pontifex redderet Regi noſtro qui legato Apoſtolico ipſe occurrerat) non diſſimulauit tamen quod nonnulli Cardinales anno ſequente eumdem honorem legato Hiſpaniæ, licet clam & ſecreto, reddidiſſent: atque vt detraheret vanitati gloriæ quam inde Hiſpani concipere poterant, prohibuit ne eum ad ſe venientem cum ſupparis exciperent: tametſi hucvſque conſuetum eſſet vt eo modo exciperentur legati Principum quam primùm publicè Pontificem adeuntes.

Vide Cardinalis Perronij ad Henricum 4. litteras 29. Iulij anno 1605. & 15 Nouembris, anno 1606.

Idem ad eumdem littera 24. Iulij an. 1595.

Præfecto cœnobij quod apud Anglos bellum dicitur, idem priuilegium eſt, vt refert Nicol. Harpsfoldius in hiſtor. Angl ad 14 ſecul. cap 18 Romæ anno 1604. Quidam maleficus ad Farneſij Cardinalis ædes confugit, ſed Præfectus vrbis non habita loci, aut dignitatis Cardinalitiæ ratione eum inde extrahere voluit: quod cum impediſſent Farnæſiani ſatellites, conſcio etiam Farneſio, coactus eſt deinde veniam deprecari à ſummo Pontifice. Thuan lib 131. hiſtor.

Sed auguſtiſſimum eſt priuilegium Cardinalium melioríque iure eis debitum quam Veſtalibus Gentilium, quo ſi occurrerint ducto ad ſupplicium liberare illum poſſunt: Quod tamen obſeruatum olim ait Rebuffus quando Cardinales non ita frequentes erant. Et quidem Ximenius z Cardinalis Archiepiſcopus Toletanus cum audiret ſtrepitum trahentium quemdam ad furcas XVIII.

z Gomez. de reb. geſt. Ximenij lib. 3.

Digitized by Google

de crimine doctus iuſſit illum exolui id permitti ſuæ dignitati dictitans, necnon hilaritati quæ eo die celebrabatur ob filij Regis Caſtellæ natiuitatem: ſic quondam in Gallia in natiuitate liberorum regiorum tres ingenui è carcere mittebantur vt eſt [a] in formulis Marculphi. Quod vero ſolerent rei perfugium & impunitatem quærere apud ædes Cardinalium ſuſtulit Vrbanus 5. [b]

Frãciſcus Diatriſtanus Cardinalis Mediolanum à Pontifice veniens vt Alberto & Infanti Hiſpaniæ eius coniugi Archiducibus gratularetur, ægrè tulit quod nõ ei daretur ingreſſus in vrbe.n ſub Vraniſco, id dignitati ſuæ deberi putans: at Comes-ſtabuli negans deberi niſi Regibus. Thuan. lib. 121.

a Lib. 1 formula 39

b Papyrius Maſſon. in Vrbano 5.

XIX. At vtiliſſimum eſt aliud priuilegium quod os apertum vocant ad omnia beneficia deuorandum, vt ait Rebuffus [c] exceptis, duntaxat quorum fructus ducentorum ducatorum auri de camera non excedunt, vt de his pauperibus prouideatur: vnde ſi Cardinalis impetret beneficium ducentos excedens aureos tenetur verum eius valorem exprimere. Priuilegium ſanè ſeu prauilegium primis ſeculis incognitum: quibuſquidem beneficiorum pluralitas tantopere reprobata fuit: & de illa refrænanda, quoad etiam Cardinales propoſitio non eſt obmiſſa in Concilio Tridentino vt vna eſſent Eccleſia contenti, & obligarentur ad reſidentiam, quæ ſi ſeruaretur exactè, pluralitas prorſus tolleretur: at reſponſum [d] eſt à Pontifice non debere exigi à Cardinalibus vt reſideant illis nempe qui lateri Pontificis adhærent, eique ſunt à conſiliis vniuerſali Eccleſiæ inſeruientes: de aliis vero, & de pluralitate ſuæ beatitudini curæ fore.

c Rebuff. ad reſcriptum in forma cõmuni & in forma pauperũ n. 21. & ad formam nouæ prouiſionis §. vitæ ac morum nu. 23.

d Hiſtor. Cõcilij Trident. lib. 2. p. 205. & lib. 6. p. 595. & ſeq.

XX. Huic priuilegio ſuccedit indultum fauorabile quo ſummus Pontifex decernit, vt eis ſolis competat collatio beneficiorum quorum ipſi ſunt ordinarij collatores: quod indultum tantum eſt vt ne quidem ipſe Pontifex ei derogare poſſit data exceptione à regula de 20. diebus. Quod tamen verum eſt ſiquidem indultum in Curia Pariſienſi publicatum fuerit, & à die publicationis: tunc enim dicimus ſummum Pontificem non poſſe contra ſupremorum tribunalium Senatuſconſulta quidquam decernere, quoniam eſſet iuriſdictioni Laïcæ, necnon authoritati Regiæ detrahere: eoque iure non ceſſant Cardinales indulta ſua protegere. Ac neque illa ſolum beneficia eis reſeruantur, ſed quæcumque [e] habent illorum familiares vt obtineri nequeant vacantia

De hoc indulto Chopp. lib. 2. Monaſt. tit. 5. n. 21. & de ſacra politia lib. 1. tit. 6. num. 1. D. Loüet in litt. C. num 15. Sed excipiũtur quæ nominatis & graduatis affecta ſunt beneficia Chopp. d tit 6. n 6.

e Regul de impetrantib. beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinal. & Gomeſius in proœmio ad d. Reg. Hac non continentur beneficia vacantia per priuationem. Rebuff. ad tit. de Regia ad Prælat. nominat, §. 1. p. 560.

morte niſi accedente Cardinalis conſenſu, cui defunctus familiaris erat. Sed quia non admittuntur in Gallia regulæ Cancellariæ niſi quæ iamdiu approbauit curia ſuprema Pariſienſis, iſtud poſtremum non admitteretur apud nos.

Nimis profecto longum eſſet quæcumque Cardinalibus competunt iura percurrere: itaque quod præcipuum eſt iſtius tituli & libri in quo de creatione ſeu electione dignitatum Eccleſiaſticarum tractamus, peragere oportet. Atque ex ſupra notatis conſtat vt titulorum & regionum erectio & diuiſio à Pontificibus Romanis proceſſit, ita non dubium eſt quin ad eos pertinuerit iſtis præponere quos placuit: Quoniam vero diffinitus erat titulorum & regionum numerus non videbantur à Pontifice Romano plures creandi Cardinales quam tituli aut regiones eſſent ne vmbratilis Cardinalis aliquis eſſet veluti qui dicuntur [f] Rauennæ, aut Mediolani Cardinales, qui non merentur dici Cardinales cum effectu careant: non ſecus ac de Abbatibus nonnullis quibus Cardinalis cognomen conceſſum eſt ait Choppinus, [g] quod inane eſt niſi galerus rubeus à Pontifice conceſſus accedat. Quin etiam diſputatum eſt in Curia Pariſienſi an iuri regaliæ ſit locus promoto ad Cardinalatum Epiſcopo ſine titulo, ſed vt dicitur Romæ, ſub expectatione tituli. Nam quia tenemus Cardinalatum cum Epiſcopatu incompatibilem, [h] ideo ſimul atque Epiſcopus pronuntiatus eſt à Pontifice Cardinalis, vacare cenſetur Epiſcopatus vt in eius fructus Rex manum mittere poſſit, & beneficia ſimplicia collatiua conferre, quovſque denuò fidelitatem præſtiterit. ſed quæſitum eſt an id haberet vim in Cardinali ſine titulo: volebant enim nonnulli ideo non habere, quia cum ſimplici nomine abſque titulo non eſt incompatibilitas quæ non procedit niſi vbi eſt animarum cura pluribus locis. At qui titulum non habet, neque animarum curam: ſed deciſum eſt alio iure apertam eſſe regaliam, nempè quia Cardinalis fit nouus homo Papæ, maioreque nexu ei deuinctus quam Epiſcopus: Ideoque Regis intereſſe vt eum quoque ſibi adſtrictum recentiore ſacramento teneat quaſi ad maiorem dignitatem vocatus videatur priore abſolutus. Itaque vt quam citò ad id ſacramentum veniat, arcetur à poſſeſſione iurium Eccleſiæ ſuæ cui Rex interim incumbit: valentque ab eo collationes factæ vt 29. Augusti anno 1598. iudicatum eſt.

Ergo iamdiu pro comperto eſt Cardinalium creationem ita à

f Gl in cau. pudor 32. qu 2. Gomeſ. ad reg. de annali poſſ. q. 47.

g Chopp. d. tit. 6. n. 5.

h Chopp. de ſacra polit. lib. 1. tit. 7 nu. 2 & lib. 2. Monaſt. lib. 5. num. 17. Ægidius Magiſter tit. de regal. cap. 7.

Digitized by Google

Romano Pontifice pendere, vt cum titulo & ſine titulo creare illos poſſit, nec certo numero coarctetur: licet in Concilio Baſiléenſi decretum ſit, vt non plures eſſent quam 24. additis etiam qualitatibus quæ in aſſumendis præfulgere deberent: & vt per ſcrutinium electio fieret iuxta maioris numeri conſenſum, quod erat electionis arbitrium auferre ſummo Pontifici. Sed fruſtra fuit Principi leges dare: Itaque Concilio Tridentino [i] relicta eſt iſti Pontifici Cardinalium aſſumendorum ex omnibus Chriſtianitatis regionibus authoritas. Rogauerunt deinde Cardinales ipſi Marcellum 2. [l] vt priſco inſtituto ei diplomati ſubſcriberet quo obligaretur etiam cum iuramento certum tantum numerum ſe eſſe creaturum: at id facere recuſauit affirmans ſe operè præſtaturum, verbis nolle.

i Seſſ 14. in decreto de reformat. cap. 1.

l Onuphr. in eius vita.

Quod reſponſum cum fortaſſe minus eis placeret, capta occaſione ſedis vacantis poſt Marcellum, conclaue ingreſſuri articulos propoſuerunt ſeruandos à futuro Pontifice, inter quos is fuit, vt non plures quam quatuor Cardinales intra biennium crearet. Sed [m] electus Paulus 4. de his articulis quæſtus eſt non poſſe dicens obligari ſummum Pontificem nec à ſe ipſo: Idque eſſe pro regula fidei contra quam qui ſentiret, pro hæretico haberi oportere. Quapropter ſeptem ipſe creauit. Neque vero delectus ſemper obſeruatus eſt. ſiue ætatis, ſiue meritorum. Verum quantis virtutum dotibus præditos eſſe decet qui orbem Chriſtianum ferè moderantur? Viderit ipſe Pontifex cuius potiſſimum intereſt apud Deum & homines. Atque hactenus de Cardinalibus.

m Hiſtor. Concil. Trid. lib. 5. p. 317. 321.

Deinde Paulus 5. cum à noua Cardinalium creatione retineretur per bullam prohibitiuam ac à legato Regis Galliæ admoneretur cũ qui leges fecerit, illis derogare poſſe, verum id eſſe dixit ac de creandis propoſuit, ſic Cardinalis Perronius ad Henricum 4, litteris 15. Nouemb. & 13 Decemb 1606.

CAPVT XI.

DE COLLATIVIS DIGNITATIBVS & beneficiis.

Lectio.

1. *Sub Apoſtolis duo gradus Eccleſiæ, Præsbyteratus, & Diaconatus.*
2. *Diaconorum ordo quantus olim, & illorum præſumptio cohibita.*
3. *De Archidiaconi electione.*
4. *Non erat Præsbyter.*
5. *Duo gradus Præsbyteratus, ſum-*

morum nempe ſeu primi ordinis Epiſcoporum, & ſecundi.

6. *Extra ſuam Diœceſim Epiſcopo non licet ordinare, excuſatio D. Epiphanij quod ordinaſſet & de reordinationibus.*

7. *De intitulatis, & titulorum collatione ab Epiſcopo.*

8. *Non conferebat ſine cleri conſilio.*

9. *De dignitatibus & perſonatibus tam regularibus quam ſecularibus.*

10. *De omnibus diſponebat Epiſcopus.*

11. *Vt capitulum cœpit adquirere ius conferendi vel cum vel ſine Epiſcopo.*

12. *Summus Pontifex non ſe ingerebat collationibus extra Diœceſim Romanam.*

13. *Collationes ſunt in iuriſdictione & in fructu.*

14. *Materia mandatorum, reſeruationum, & expectatiuarum vtilis Romanæ Curiæ miniſtris.*

15. *Qui primi mandata introduxerunt.*

16. *De vacaturis beneficiis reſeruationes.*

17. *De reſeruationibus, & mandatis vt olim ſobria & neceſſaria erant, & qui eis reſtiterunt.*

18. *Vt aucta illorum poteſtas & abuſus.*

19. *Reges Galli promotionis illorum authores.*

20. *Ea cohibent.*

21. *Contra mandata, reſeruationes, & expectatiuas varia edicta, eaque modo fixa, modo refixa.*

DE primariis Eccleſiæ dignitatibus abundè loquuti: poſtremus erit de inferioribus quæ collatiuæ ſunt, & potiùs beneficia plurima pars, quam dignitates dici debent. Atque vt eodem ordine quo incepimus proſequamur: Certum eſt in primitiua Eccleſia & poſt aliquot ſecula non tot fuiſſe dignitates & beneficia quot deinde prodierunt. Et ſub Apoſtolis quidem Epiſcopatus duntaxat fuit, & Diaconatus Epiſcopis curionis ſeu parochi Præſbyteri munere fungentibus: exiguo enim gregi vnus Paſtor ſufficiebat adiuuantibus in miniſterio Diaconis: de quorum inſtitutione vidimus ſupra nimirum eam factam eſſe à cœtu fidelium, vt eſt in Actis Apoſtolorum. Sed poſtea cum pluribus miniſtris opus fuit Subdiacones, Lectores, Cantores, Acolythi, Exorciſtæ & Oſtiarij originem habuerunt. Ergo duntaxat miniſtri qui ſine dubio ſuam inſtitutionem Epiſcopo debebant. I.

Porro Diaconorum ordo tantus fuit olim, quia bonorum adminiſtrationem habebant, ob eamque eléemoſinis pauperibus II.

Digitized by Google

erogandis præpoſiti erant quod de martyrio D. Laurentij cõſtat, vt ſolerent à populo honorari licet non eſſent Præſbyteri magis quam ipſi Præſbyteri: Vnde ſuccedit illis præſumptio antecedendi Præſbyteros quod D. Hieronymus, D. Auguſtinus carpſerunt & pleraque Concilia correxerunt, imo prohibiti ſunt in medio Præſbyterorum ſedere: eis tamen relicta eſt ſedis prærogatiua quando Patriarchæ vel Metropolitani vicem gerentes aderant in alia ciuitate ſuper aliquo capite.

D. Hieron ep. 83. D. Auguſt. quæſt. ex vtroque q. 101. can. 14 ſeu 18. Nicæn. 1. Can. 15. Arelat. ſub Silueſtro. Can. 7. Cõſtãtinop. 6.

III.

Ipſi vero Diaconi ex ſuo ordine vnum eligebant quem Archidiaconum vocabant, vt ſcripſit D. Hieron. epiſt. ad Euagrium. Et quia Diaconus & Archidiaconus miniſterio deputatus erat maximè hoſpitalium domuum quæ proinde Diaconiæ dicebantur, factum eſt vt Præſbyteri non eſſent, neque ipſe Archidiaconus:

IV.

hinc in Synodo Aruernica dictum, vt nullus fieret in Eccleſia Decanus niſi Præſbyter, nullus Archidiaconus niſi Leuita: & Sidonius Apollinaris de Ioanne: hic, inquit, lector primum ſic miniſter altaris, idque ab infantia: poſt, laborum temporumque proceſſu Archidiaconus in quo ſeu gradu, ſeu miniſterio multum retentus propter induſtriam diù dignitate non potuit augeri, ne poteſtate poſſet abſolui. Vnde apparet Archidiaconos in Præſbyteratum vocatos, Archidiaconatu deſungi ſolitos: Quo etiam pertinere poſſet ſi verum eſt quod ſcripſiſſe dicitur Eulogius Epiſcopus Alexandrinus: inſtitutum nempe fuiſſe in Eccleſià Romana vt Archidiaconus mortuo Epiſcopo ſubrogaretur: atq; inde Cornelium cum præuideret Nouatum Archidiaconum nouaturum eſſe, ſi Romanæ Eccleſiæ præſideret, illum inter Præſbyteros relegaſſe: quaſi Præſbyter factus, non amplius futurus eſſet Archidiaconus.

Ep. 25. lib. 4. & ibi Sirmundus ac Sauaro.

Photius in Biblioth.

De Archidiaconatus officio & dignitate necnon aliorũ Eccleſiæ miniſtrorum apud Græcos & quatenus ab Antiſtite pendeant, vide reſpõſum Ioannis Epiſcopi Citri lib. 3. iuris Orient. de reſponſ. Patriarch.

Sed quomodo Archidiaconus fieri Epiſcopus poterat ſi non Præſbyter? Niſi quod vocatus ad Epiſcopatum, Præſbyteratu donari mox poterat: cur vero non potiùs Archipræſbyter Epiſcopatu dignaretur? Sanè certius eſt ex clericorum cœtu eum ſolitum aſſumi qui eligentibus Clero & populo vel Epiſcopis placeret.

V.

Supremus igitur Eccleſiæ gradus Præſbyteratus erat, iſque in duas claſſes diuidebatur a nimirum primi & ſecundi ordinis. Primi erant Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Primates: ſecundi ſimplices Præſbyteri: inde ſummi Sacerdotes id eſt Epiſcopi ad differentiam Præſbyterorum qui etiam Epiſcopi dicti ſunt, ſed hoc

a Sauaro plurib. locis ad epiſt. 11. in carmine lib. 4. & ad epiſt. 6. li. 7. Sidonij Apollinaris.

Digitized by Google

adiecto, ſecundi ordinis: vt apud Sidonium Antiſtes in ordine ſecundo.

Præsbyteros autem ordinare vt & cæteros Eccleſiæ miniſtros ſolius fuit vniuſcuiuſque Epiſcopi in ſua Diœceſi: prohibuerunt enim Concilia ne quis ordinaretur Clericus ſine conſenſu ſui Epiſcopi: hinc querela Ioannis Epiſcopi Hieroſolymitani contra D. Epiphanium Salaminæ Cypri Epiſcopum (quam fortaſſe perperam referunt ad Ioannem Epiſcopum Conſtantinop. qui Chryſoſtomus fuit, Socrates & Nicephorus falſi eodem nomine) quod in ſua Diœceſi Præsbyterum ordinaſſet: Cui Epiphanius reſpondens ait ſe quoque paſſum ab alienis Epiſcopis ordinationes in Cypro fieri: ac licet ſinguli Epiſcopi habeant ſub ſe ſuas Eccleſias, & nemo ſuper alienam menſuram extendatur: tamen præponi oportere in omnibus charitatem Chriſti à qua ſimulatio abeſt: nec conſiderandum eſſe quid factum ſit, ſed quo tempore, & quare factum ſit. Hæc ille ordinatus tamen à non ſuo Epiſcopo reordinari non debet, quia reordinationes vt rebaptizationes ſunt illicitæ: ſed peracta pœnitentia ordini quem ſic obtinuit reddi in eoque confirmari à ſuo Epiſcopo poteſt, ait Fulbertus Carnotenſis. [b] Idque ſecundum iura: [c] modo is qui ordinauit, fuerit Epiſcopus. Voluit tamen non eſſe ratam ordinationem, Nicena, & Sardicenſis Synodus. VI.

Et ante hæc tempora alia querela Epigonij Epiſcopi in Concil. Carthag. 3. ſub Siricio Can. 44 cui iunge Can. 45.

b Ep. 25.

c Can. f. cauſa 9 qu. 2. cum diſt. 68. Can. 1. & 2.

Sed vt ad rem Præsbyterorum ab Epiſcopo ordinatorum alij penes Eccleſiam matricem retinebantur: alij ad Titulos qui deinde parochiæ dicti ſunt mittebantur, quanquam generali nomine omnes intitulati dicebantur, ſiue qui Baſilicæ ſuperiori inſeruiebant, ſiue qui minoribus addicebantur. Hos autem Titulos ſolus Epiſcopus conferebat vt amplius videbimus loquentes de redditibus Eccleſiaſticis eorumque diſtributione: atque ita ab Epiſcopo pendebant, vt quaſi ad inſtar beneficiorum feudalium dicti quoque beneficia, ſoliti fuerint clerici in Saxoniæ, & Germaniæ partibus quicumque ab Eccleſia tenebant ea ante pedes noui Epiſcopi deponere relinquentes illi honorare, aut expoliare titulo ſeu beneficio quem vellet: vt notat Hincmarus Rhemenſis in ſuo Dialogo de ſtatu Eccleſiæ. VII.

Concilio Tolet. 3. arguuntur qui ædificant Eccleſias ea lege ne ad Epiſcopi ordinationem pertineant Idque ne fiat prohibetur.

Ergo iſtorum quæ tunc erant beneficiorum ſiue tituli, ſiue gradus, ſiue dignitates appellētur, vt inter Præsbyteros Archipræsbyteratus, inter Diaconos Archidiaconatus, inter Cantores Primiceriatus & cætera, penes Epiſcopum diſpoſitio fuit: præſu- VIII.

Digitized by Google

mendum tamen eſt eam fuiſſe priſcorum Epiſcoporum quæ erãt ſanctitate modeſtiam vt neminem ordinarent niſi de conſilio & conſenſu ſui Cleri, eoque præſente examinatum. Quod bona cum ratione introductum, meruit conſtitutione ſanciri quibuſdam in Synodis Prouincialibus [d] adeo vt non ſolum Clericorũ ſuorum conſilium, ſed etiam ciuium aſſenſum & teſtimonium quæreret Epiſcopus in ordinatione Clerici: Sed quod poſſet ipſe ſua ſponte promouere quos vellet teſtatur querela D. Hieronymi [e] Epiſcopos notantis, quod non meliores ſed argutiores in Clerum eligerent; ſimpliciores, & innocentes putarent inhabiles: vel affinibus & cognatis quaſi terrenæ militiæ officia largirentur: ſiue diuitum obedirent iuſſioni: quodque his peiùs eſt, illis clericatus donarent gratiam quorum obſequiis eſſent deliniti. Sed quæ primum voluntatis erant, id eſt, vt de ordinatione iſta conſuleret clericos necne, neceſſitati fortaſſe poſtea adſcripta ſunt adeo vt etiam capitulum quod eſt clericorum vniuerſitas præſcripſerit. Sicque vult gloſſa ad cap. 5. de ſupplenda negligentia Prælatorum multum tribui conſuetudini quod Epiſcopus ſolus conferat, vel cum ſuo Capitulo cõferre debeat. Et maximè quoad matricis & cathedralis Eccleſiæ dignitates & præbendas [f] Molineus ait de iure communi eas ad Epiſcopum & Eccleſiæ capitulum iunctim pertinuiſſe. cæteras vero ad eum ſolum, ſed de conſilio ſui capituli: quanquam Alexander 3. [g] generaliter prohibuerit Epiſcopum Eccleſiaſticas perſonas inſtituere & deſtituere abſque illo conſilio, neque etiam Abbates & Abbatiſſas.

d Can. 11. Carth. 4. ſub Anaſtaſio Can. 6. Turon. 2.

e Aduerſ. Iouin. lib. 2.

f Ad regul de infirm. reſignant n. 61. 62.

g Cap 4 cum cap. 5 de his quæ fiunt à Prælat.

Eo vſque Canonici collationem vacantis in ſua Eccleſia beneficij ſibi adtribuunt, etiam ſine Epiſcopo, vt ſua quiſque in hebdomade vacans conferre poſſit ſolus. quod tamen in Eccleſia Claromotenſi Aruernorum reprobaſſe curia refert. Chopp. lib. 1. polit. Eccleſiaſt Tit. 1. Vbi tamen id in pluribus Eccleſiis obſeruatum refert, & in aliquibus duas hebdomadas Epiſcopo adtributas.

IX. Antequam vero vlterius progrediamur notandum eſt duo eſſe in Eccleſia poſt Epiſcopatum, beneficiorum genera, nempe dignitatum, & perſonatuum: ſunt etiam adminiſtrationes, ſunt officia. Dignitates aliæ ſunt ſeculares, aliæ regulares; ſeculares vt Archipræsbyteratus, Archidiaconatus, Decanatus, & Primiceriatus: Regulares, Abbatialis, & Prioratus, & Theſauraria, quæ etiam in pleriſque capitulis ſeculares ſunt.

Perſonatus, alij quondam fuerunt regulares, alij ſeculares, diſtincti nominibus, vt prębendæ dicerentur ſeculares: & regulares,

Canoniæ

Digitized by Google

Canoniæ à regula. Sed poſtquam Canoniæ in ſecularitatem venerunt, iam promiſcuo nomine omnes perſonatus, Canoniæ dicuntur: & omnes qui faciunt Capitulum Canonici appellantur: qui ex primæua conſtitutione alij erant à Clero ſeculari. Nec enim dubium eſt quin Clerus ille ſecularis conſiſteret in perſonis quæ vel in matrice Eccleſia, vel in inferioribus præbendatæ, ſeu intitulatæ eſſent: & ſua quaque in Eccleſia Capitulum vt nunc etiam hodie componebant. Extra quem Clerum ſecularem introductus eſt in regiones ad Euangelium poſt aliquot à Chriſto ſecula vocatas Canonicorum. ordo nempe perſonarum in communi & ſub regula viuentium ferè ad inſtar Monachorum: quæ perſonæ deinde abiecta communione & regula, ſeculares factæ ſunt.

Vt perſonatibus, ſeu præbendis, aut titulis ſecularibus Epiſcopus præerat, ita & regularibus ſeu Canonicis: ſiquidem ex Canonicorum regularium ordine aſſumptus non ſecus ac ex ſeculari Capitulo aſſumi debebat. Quod vt clariùs intelligatur, notãdum eſt ita placuiſſe D. Gregorio, Canonicorum mores & regulas, vt mittens in Angliam Auguſtinum Monachum qui Euangelium ibi prædicaret, voluerit omnes Eccleſias recens in illa regione fundatas Canonicas ſeu regulares eſſe, adeo vt etiam perſonæ illis addictæ Monachi dici poſtea cœperint. Sicq; cum non eſſet alius Clerus quam Canonicus ex illo Epiſcopus fiebat, eique præſidebat: atque ita penes omnes huiuſmodi Eccleſias quæ ex prædicatione religionis emerſerunt.

Cum ergo Epiſcopus fuerit caput ſui Capituli tam ſecularis quam regularis, non dubium eſt quin diſpoſuerit de omnibus titulis illius atque etiam Diœceſis ſuæ tam dignitatibus quam perſonatibus. Sed quia dignitates maioris viſæ ſunt conſiderationis hinc factum eſt vt tandem ad eas conferendas Clerum ſuum vocaret: ac demum vel ipſe Epiſcopus cum Capitulo eligeret viros ad eas idoneos, vel etiam ſolum Capitulum: vnde electiuæ dictæ ſunt huiuſmodi dignitates, quia electione Capituli cum Epiſcopo, aut ſine Epiſcopo dabantur: Perſonatus vero collatiui quia ab ipſo Epiſcopo conferebantur. Sic ex reſcripto Alexandri conſtat Archidiaconatum Richemundiæ [a] & Primiceriatum ſeu X.

XI.

In multis Eccleſiis Hiſpaniæ quamvis in præbendatũ collectione Canonici concurrant cum Epiſcopo: is tamen ſolus confert dignitates. Garcias 5. parte de benef. cap. 4. nu 25 Atque ampliſſimè de concurſu Epiſcopi & Capituli d. 5. parte c. 4. n. 11. & ſequẽtib ſi diſcordens Epiſcopus & Capitulum deuolutio fit ad Papam ritu Hiſpaniæ. Ibid. n 29. & ſequentib.

[a] Cap. 3. & 5. de his quæ fiunt a Prælatis.

Cantoriam Salamantinæ Eccleſie ad Epiſcopi & Capituli electionem iunctium pertinuiſſe. At Præpoſituram Colocenſis Eccleſiæ, Prioratum S. Petri Lucanenſis, & Decanatum Eccleſiæ Bajocenſis ad electionem duntaxat Canonicorum pependiſſe facere videntur reſponſa Innocentij 3. [b] Atque etiam nunc hodie nihil innouatum eſt per concordata huic iuri, id eſt electioni Capitulari quoad iſtas dignitates.

Quoad autem præbendas Epiſcopi noſtri, ait Molineus, [c] id iuris ſibi ſolis vſurpauerunt, & de facto præſcripſerunt, vel potiùs ſeſe in primæuum ius reſtituerunt conferendi eas abſque conſilio Capituli, excepta Carnotenſi Eccleſia in qua Capitulum habet ius præſentandi Epiſcopo canonizandum vt, dicitur, & ſi intra ſemeſtre tempus Epiſcopus non conferat, fit deuolutio ad Capitulum. Et quidem quod Canonici Canonias ſeu præbendas modo cum Epiſcopo, modo ſine illo contulerint aliquibus in locis faciunt textus in margine, [d] vt etiam Papa ad Epiſcopum & Capitulum ſimul de præbenda conferenda reſcriberet, nec ad vtrumque reſcripſiſſet ſi non ad vtrumque pertinuiſſet. Sed multum poſſe ea in re conſuetudinem vt Canonici etiam ſoli abſque Epiſcopo conferre debeant. Idem ſanxit Innocentius 3. [e]

Sic igitur erant in diſpoſitione ſeu Epiſcopi ſolius, ſeu eius & Capituli ſui electiones & colationes dignitatum & præbendarum: Nam quoad Parrochiales Eccleſias certum eſt eas ſemper collationi Epiſcoporum ſubiectas fuiſſe, etiam vbi patronatus introductus eſt: Patronus enim præſentat, Epiſcopus confert: neque per plura ſecula Romanus Antiſtes his ſe ingeſſit: adeoq; in ea re fuit religioſus magnus Gregorius vt de incardinandis in aliqua Eccleſia reſcriberet [f] ad Epiſcopum loci & ſolidum arbitrium ei relinqueret. Is nempe fuit Sanctus Pontifex cuius digna vox refertur: ſi ſua vnicuique Epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur quid aliud agitur niſi vt per nos per quos Eccleſiaſticus ille ordo cuſtodiri debet, confundatur?

XII.

XIII. Porro collationes iuriſdictionis eſſe, & in fructu aiunt Doctores: [g] Vnde vacante cathedra non poſſunt conferri à Capitulo beneficia quæ ad ſolidam Epiſcopi collationem pertinent ſecus ſi iunctim ad Epiſcopum & ad illud.

Sed tandem inſolitæ huc vſque voces mandatorum, reſeruationum & expectatiuarum cœperunt in Palatio Romano audiri,

[b] Cap 22. 23. & 33. de elect. in decretalib. De electione huiuſmodi dignitatum vtq; eas conferre nō poſſit ſummus Pontifex ampliſſimè Chopp. lib. 1. Sacræ politiæ, tit. 1. art. 11 & ſeq.

[c] Ad d. regul. de infirm. num. 61 62. Idem Garcias d. cap. 4. § 2.

[d] cap. 17. 19. & 22. de præb. & dignit.

[e] Cap 31. eod. & ibi gl. & gl. ad cap. 5 de ſuppl. neglig. Prælat.

[f] Ep 31. lib. 1. ep. 14 lib. 3. indict. 12. ep. 62 lib. 9. indict. 4

[g] Guimet. ad Pragmat. Sanct. tit. de collat. 6. cui rei in verbo iuriſdictio gl. ad cap. cū olim de maioritat. & obedientia. Garcias Hiſpanus tract. de beneficiis 5. parte c 7. toto.

& earum materia foueri quod expertum ſit habere illam in ſe lac, lanam, pellem & carnes, id eſt abundantiam temporalem & vbi cauſidici Romani perceperunt plus lucri ex illa quaſi quam ex qualibet alia, ſtudium longè maius poſuerunt in ea addiſcenda, quam in materia de pœnitentiis & ſimilibus. Vnde non mirum quod moderni Mediolanenſes dixerint propter iſtas expectatiuas totum ius canonicum deſtructum eſſe [h] hæc Gomeſ. XIV.

h Tract. de gratiis expectat n. 7.

Qui autem primi ordinariorum iura in hoc labefecerunt lego in decretalibus Gregorij & Bonifacij (neque enim in decretis vt antiquioribus quid huiuſmodi reperias) fuiſſe Alexandrum 3. Cæleſtinum 3. Innocentium 3. Gregorium 9. ac præcipuè Bonifacium 8. cuius authoritati mandata, & motus proprij clauſula ſuam promotionem debent. Horum vero prior ſedit in ſchiſmate aduerſus Victorem 4. an. 1159. Itaque ſoliti fuerunt iſti mandata ſua dirigere ad ordinarios collatores de conferendo ab his beneficio illo pro quo reſcribebant: quæ mandata paſſim habentur tit. de præbend. & dignitatibus apud Gregorium & Bonifacium. Ac licet Concilio Lateranenſi cui Innocentius 3. præfuerat ſancitum eſſet ne Eccleſiaſtica beneficia & miniſteria promitterentur, antequam vacarent (cum etiam Gentilium legibus futuræ ſucceſſionis expectatio damnata fuerit) ac diuini animaduerſione iudicij dignum huiuſmodi promiſſum cenſeretur: Idem tamen [i] Innocentius 3. approbauit pactum de conferenda quæ proximè vacatura eſſet præbenda, eamque voluit conferri ei quem nominauerat: ſed reputans hoc eſſe contra decretum Lateranenſe noluit ad conſequentiam trahi. Ne vero quis dicat prohibitam eſſe duntaxat collationem ſpecialis alicuius vacaturæ non quando in genere proximè vacatura conceditur, ipſemet Innocentius [l] 3. damnauit iſtud etiam in genere pactum. Sed Clemens (ambigitur fuerit-ne tertius an 4. ſi tertius Innocentium præceſſit, ac proinde Concilium Lateranenſe) cenſuit perſonatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum plenariam diſpoſitionem ad Romanum Pontificem pertinere, vt hæc non ſolum cum vacarent poſſet conferre de iure, verum etiam ius in ipſis vacaturis tribuere: tamen Bonifacius 8. deteſtandam iniquorum peruerſitatem dixit [m] qui promittentes non quidem vacaturum beneficium, ſed de beneficiis Eccleſiaſticis prouidere cum poterunt, vel cum facultas ſe offeret, ſub tali palliatione verborum Lateranenſi decreto fraudem faciebāt

XV. XVI.

i Cap. 11. de cōceſſ. præb.

l Cap. 13. eod.

m Cap. 2. & 3. eod. de cōceſſ. præb. in 6.

Digitized by Google

ac huiuſmodi promiſſiones reprobauit. Sed intellige in Prælatis & collatoribus inferioribus. Summo verò Pontifici licitum eſſe vacaturam in genere prómittere: ita tamen vt certum & expreſſum antequam vacaret acceptari non poſſet. Inde proculdubio promanarunt gratiæ expectatiuæ, mandata, & quodcumque reſeruationum genus quæ etiam ſpecialia beneficia afficiebant.

XVII. Quamuis autem aliquot mandata [n] Alexandri 3. Cæleſtini 3. & Innocentij 3. extent, his tamen non continuò parebant ordinarij collatores, vt patet ex reſcriptis illorum Pontificum qui aliquando excuſant, aliquando querentur ſpreta illa fuiſſe. Ac notabile eſt quod Mathæus [p] Paris refert Honorium 3. qui ſucceſſit Innocẽtio per legatum ſuum Othonem anno 1226. faſſum eſſe committi in Romana Curia plures exactiones neceſſitate paupertatis cogente, qua vt ſubleuaretur mater omnium Eccleſia rogabat ab omnibus Eccleſiis Cathedralibus Galliæ & Angliæ duas illi præbendas concedi, vnam de portione Epiſcopi, alteram de capitulo, & ſimiliter de cœnobiis vbi ſunt diuerſæ portiones Abbatis, & Conuentus: à Conuentu quantum pertineret ad vnũ Monachum æquali facta diſtributione redditu um, & ab Abbate tantumdem. Quæ poſtulatio non ſpectabat vt de his præbendis prouideret Papa, ſed vt de illarum redditibus frueretur. Exploſa nihilominus eſt ab vtriſque. Anno vero 1232. maximam rerum perturbationem exortam idem ait [q] querentibus, & frementibus Gallis quod Romanum fulmen pararetur in collatores ſi alicui conferrent beneficia donec quinque Romanis in ſingulis Eccleſiis eſſet prouiſum de beneficio ferente in redditu centum libras. Ac paſſim Romanum Pontificem grauaſſe ordinarios mandatis ſuis tradit quibus qui non ſatisfaciebat cogebatur de ſuo penſionem facere mandatario: Sed hæc fortiter refutaſſe Lincolnienſem Epiſcopum epiſtola quam ipſi etiam Cardinales probarunt. Verum aliquanto poſt Archiepiſcopum Eboracenſem ob id excommunicatum eſſe, ab eaque excommunicatione dum in extremis ageret prouocaſſe ad Deum implorata tamen ſummi Pontificis venia ne qualecumque anathema negligere videretur obteſtatione facta ſe cenſuram incurriſſe, quod illiteratos Romanos & indignos nollet ſecundum illius reſcripta beneficiis Pontificiæ quod exterum nomine Iordanum decanatui ſuæ Eccleſiæ à Pontifice præpoſitum, hominẽ tanto muneri ineptum noluerit admittere. Nicol. Harpsfeld. ad 13. ſecul in hiſtor. Angl. cap. 27.

n Cap 6. 17. & f. de præb. cap. 4. de conceſſ. præb. adde cap. 7. 8 19.

p In Henrico 3.

q Ad an. 1248. 1249. 1251. 1253 1258. tum ſedẽtibus Innocentio 4. & Alexandro 4.

Traditur de illo licet excõmunicato, quod aqua ægroto allata in vinum generoſum tràſmutata fuerit. cauſa autem indignationis

ſuæ Diœceſis donare. Denique Clemens 6. ann. 1343. Cardinalibus conceſſit per varias regiones præbendas proximè vacantes præter Epiſcopatus & Abbatias: quod Rex & nobilitas Angliæ iniquum rati iuſſerunt procuratores Cardinalium quibus ibi contigerat ſuum indultum, exire regno ſub pœna carceris: queſtúſque eſt Rex ad Clementem quod Anglia impoſitionibus, & prouiſionibus ſedis Apoſtolicæ nimium opprimeretur: reſpondit vero Clemens [r] ſe eandem gratiam feciſſe aliis Cardinalibus in plurimis Eccleſiis, at ſolos Anglos inobedientes fuiſſe.

[r] Thom. de Vvalſing. in Edoüardo 3.

Sic ergo reſeruationibus vti cœperunt ſummi Pontifices origine à mandatis ſumpta quorum authorem Rebuffus [ſ] ait Alexandrum 3. idque in odium ordinariorum qui admiſſis indignis viros moribus & ſcientia præſtantes procul habebant. Vnde ab Innocentio 3. reprehenſi in Concilio generali Lateranenſi, ac ſuſpenſi à collationis iure ſi eo amplius abutantur. [t] Atque ea mandata tunc neceſſaria erant, non ambitioſa, ſed in gratiam pauperum Clericorum qui poſtquam in ſtadio litterarum & Theologiæ deſudaſſent merebantur aliquod beneficium: nec tamen eorum recordabantur Epiſcopi, vt nec hodie faciunt nimis addicti familiaribus & miniſtris ſuis. Pro his itaque benemeritis meritò reſcribebant Pontifices Romani, atque ita ſobriè vt nollent quemquam collatorem duobus grauari mandatis. Sed vt neſcio qua hominum improbitate ſolent optimæ legis ad iniquitatem abutentium deflecti, & vt ex malis moribus optimas leges, ita ex optimis legibus malos mores prodire, poſteriores ſummi Pontifices in eamdem culpam venerunt qua ordinarij peccauerant, cœperunt quippè non amplius pro pauperibus, & ingenuitate morum ac doctrina præſtantibus reſcribere, ſed pro ſuis familiaribus & paraſitis. Quapropter Romana Palatia teri cœperunt vt D. Bernardus notauit: Indeque amplitudo Romani Pontificis excreuit in poteſtatem prophanam potius quàm Religioſam: & vt Rebuffus, ait, diuitibus tantum afferentibus aurum & argentum diſtributa fuerunt mandata: Eaque cum initio monitoria ſolummodo eſſent precibus vtentes ſummi Pontifices: putauerunt deinde ſuæ Maieſtatis eſſe præceptoriis quoque vti quibus iubebantur ordinarij parere: ac denique executoriis vt cõpellerentur. Inde vero pro manauerunt omnes reſeruationum ſpecies quibus noſter Ludouicus S. obſtetiſſe videbatur edicto non ſolum de electiuis beneficiis & dignitatibus, ſed etiam colla-

[ſ] Rebuff. in præfat. de mãd. Apoſt. in Concord. ex cap. 7. de reſcript.

[t] Cap. 29. de præb.

Cap. 7. 8. 17. de reſcript. cap. accepimus de ætate ordinãd.

Cap. 38. 39. de reſcript.

Tit. de reſcripto in forma pauper. pro gradual.

Cap. 30. & 37. eod. de reſcrip.

Digitized by Google

Styl. Parlam. Paris 3. tit. de elect.

tiuis vt his prouideretur ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ſacrorum Eccleſiæ Dei Conciliorum & inſtitutorum S. Patrum vt vnicuique ſua iuriſdictio ſeruaretur. Atque eodem tempore videlicet Concilij Lugdunenſis ſub Innocentio 4. Canonici Lugdunēſes reſtiterunt huic Pontifici, qui tum Lugduni erat, vacantes aliquas præbendas inconſulto Capitulo conſanguineis & affinibus ſuis diſtribuenti. Quanto minus paſſi eſſent vacaturas reſeruari?

Math. Paris in Henrico 3. ad an. 1245.

XIX. Noſtri tamen Reges aliquando his reſeruationibus, & expeditatiuis paruerunt: ac forſitan plurima ipſi cauſa quod per orbem Chriſtianum authoritatem ſumerent. Namque non mediocri geſtientes lætitia ac amplitudini maieſtatis ſuæ non parum addi ducentes quod Epiſcopum Romanum intra regni ſui Prouincias allexiſſent, Auenioni nempe, relicta Roma, offenſionum materiam fugiendam cenſuerunt quibus ille de repetenda iſta vrbe cogitaret. Hinc non auſi horum iurium nouitati reſiſtere: etiam ad eorum partem vocati, quanquam moderatè primum nec niſi pro magno munere, & lætitiæ ſigno, ac per tres dies duntaxat: per quos nec vltra dicitur Clemens 6. cum ad illum Ioannes Rex ſe officij cauſa, & viſitationis contuliſſet expectatiuas in forma pauperum ei conceſſiſſe, vt ait Campeius Bononienſis. Sed confeſtim neſcio qua dulcedine vel vtilitatis ſpe Pontifices & Reges titillati cœperunt collationes vſurpare, illos Regibus indulgentes vt conferrent ne collaturi aliquando ab iſtis impedirentur. Sic Innocentius 6. Clementis ſucceſſor eidem Ioanni facultatem fecit nominandi ad præbendas ſuper 30. tam Metropolitanis quam Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis regni ſui. Clemens 7. in ſchiſmate ſedens contra Vrbanum (quod ſchiſma non minima quoque fuit labes electionum & collationum) Carolo 6. attribuit vt duas præbendas vniuſcuiuſq; Collegij conferre poſſet: ac ſui non oblitus legem tulit de vacaturis Eccleſiis quam expectatiuam gratiam appellauit, ex qua ſolis Cardinalibus & potentioribus viris beneficia contingebant. Vnde ſcholaſticorum plurima pars ſcholam Pariſienſem deſeruit.

Tit. de reſeruat.

Gl. in Pragmat. Sanct. tit de collat. §. illi vero in verbo facult. Biſignetus in deciſionibus Rotæ antiquioribus tit. de conceſſ. præb. deciſ. 11. refert illā conceſſionem fuiſſe nominandi 60. perſonas ad 60. Canonicatus ſeu præbendas vacantes, ſeu vacaturas in totidem Eccleſiis, & Reginæ Nauarræ nominationem ad 20. Eccleſiarum iſtius regni.

Froiſſartes lib. 4. Gaguinus in Carolo 6. Iuuen. Vrſin. ad an. 1381.

XX. Sed cum tot abuſuum & exceſſuum quæ Eccleſia patiebatur

Digitized by Google

in peſſimo illo ſchiſmate tœderet, & pœniteret Principes Eccleſiaſticos, & prophanos: Comitia regni conuocata fuerunt anno 1398. quibus ſtatutum eſt, ne deinceps expectatiuæ, & reſeruationes vim haberent in Gallia, ſed ab ordinariis collationes omnes fierent, atque Benedicto 13. tunc ſedenti denegaretur obedientia. Sed Benedictus his ſibi cedendum non eſſe ratus in hoc laborauit vt Regis, Parlamenti Pariſienſis, & Vniuerſitatis quæ tria ſibi contraria ſentiebat, aucuparetur fauorem. Quapropter Regi ius decimæ colligendæ conceſſit: Vniuerſitatis Magiſtros necnon Parlamenti officiales aſſignauit ſuper ordinariis vt ab illis præbendas, & dignitates obtinerent. Sed nihil plus adiuuit Benedictum quam vniuerſitas quæ exacerbata, vt ſcripſit Iuuenalis Vrſinus, quod ordinarij potius ſuis aſſeclis quam Magiſtris Artiū, & Doctoribus beneficia conferrent, procurauit vt Gallia in obſequium Benedicti rediret. Quo ſucceſſu cum ille nimium efferretur reuocans omnes prouiſiones, collationes, & electiones pendente ſubſtractione factas, à ſe rurſum auertit Gallicanam Eccleſiam. Indeque Comitia indicta Lutetiæ anno 1406. vbi cum pro & contra Benedictum quidam peroraſſent, in eam ſententiam omnes ierunt, vt Benedictus abrenuntiaretur, ac electiones & collationes ab jis ad quos iure antiquo pertinebant, celebrarentur; Rege etiam annitente vt Magiſtrorum ac Doctorum Vniuerſitatis in diſtributione beneficiorum ratio haberetur. Sed an. 1414. Ioannes 23. effecit vt hæc ſententia abrogaretur ſeductis Rege, Regina, & Vniuerſitate quibus nominationum & prouiſionum iura impertiuit, ac expectatiuas eò vſque pretio addixit vt etiam ruſticis venirent. tandem conuocato Concilio Conſtantienſi propoſitum fuit vt futurus Pontifex gratiis expectatiuis & reſeruationibus modum ex Concilij decreto imponeret. At Martinus 5. electus hoc neglexit.

Ad an. 1399.

XXI.

Quod noſtri non obmiſerunt: nam iſti eos admonenti de ſua promotione, reſponderunt gratiſſimam illam eſſe, at velle vt collatiuis beneficiis per ordinarios prouideretur nonobſtantibus reſeruationibus, & expectatiuis Curiæ Romanæ. Sed Dux Burgundiæ ex infirmitate mentis qua Carolus 6. detinebatur occaſionem rei ſuæ gerendæ capiens vt ſibi Martini amicitiam conciliaret, edictum procurauit anno 1414. reuocatorium illius quo electiones capitulis, & collationes ordinariis remittebantur. Huius autem edicti poſterioris verba fuerunt: Effluente in nos

Digitized by Google

S. Patris noſtri Martini. 5. diuina prouidentia, & auxilio in regni neceſſitatibus volumus vt omnia quæcunque mandata in debita forma, & reſcripta Apoſtolica à Die exhibitionis præſentium fuerunt ab eodem ſummo Pontifice conceſſa, bullæque & proceſſus inde ſequuti locum habeāt in regno ac delphinatu noſtris, ac eiſdem debitè per eos ad quos ſpectat pareatur, tam in beneficiorum collatione quam iuriſdictionis poteſtatis. Apoſtolicæ exercitio modo & forma quibus Clementis 7. & Benedicti 13. temporibus parebatur in regno noſtro, nonobſtantibus ordinationibus regiis & arreſtis tempore ſchiſmatis vel alio quomodolibet factis.

Verum huic edicto ſummi Tribunalis iudices fortiter repugnauerunt adhærentes oppoſitioni Petri Couſineti generalis cognitoris Regij quantumuis Cancellario, & Comite Saupaulo Lutetiæ rectore promouentibus Nec multo poſt Dux Betfortius Henrici 6. Anglorum Regis (qui ſe etiam Galliæ Regem aſſerebat Carolo 6. tum mortuo & Carolo 7. ad Bituriges ablegato) procurator iſtud edictum ejurauit in gratiam Parlamenti publicato contrario edicto pro ordinariis & electionibus. Sed diù in hac ſententia non perſtitit ſollicitatus à plurimis quorum Romæ ſumma erat authoritas ſanctione rurſus pro collationibus, & prouiſionibus Romanis edicta: quam quidem in monumenta ſua quæ regiſtra dicimus iuſſit Curia mitti neceſſitati temporum cedere coacta: ſed ſine præiudicio oppoſitions & proteſtationis generalis cognitoris quæ adeò valuit vt Senatus nulla huius edicti habita ratione pronuntiaret pro illis qui ius ab ordinario collatore habebant.

His ſucceſſit Concilium Baſiléenſe, ex eoque noſtra Pragmatica Sanctio quæ reſeruationes tam electiuarum quam collatiuarum dignitatum & præbendarum interdixerunt exceptis quibuſdam caſibus iam notatis. At vt ſupra recenſuimus, omni arte ſummi Pontifices Pragmaticam aggreſſi ſunt. Cum vero reuocationem illius obtinuiſſet à Ludouico 11. Pius 2. Regi oblatus eſt libellus pro defenſione Eccleſiæ Gallicanæ inſcriptus in quo narratur quantam gratiæ expectatiuæ confuſionem pepererant, poſtquam à Pragmatica receſſum fuerat: adeo vt licet Pius qui nouiſſimè diem ſuum obierat ſtatuiſſet duo tantum diplomata in ſingulas collationes expedienda eſſe, tamen 12. ac amplius non raro conſpicerentur. Itaque his permotus Ludouicus edictum

emiſit

Digitized by Google

emiſit aduerſus expectatiuas quas prohibuit prorſus quocumque modo obtineri in regno Franciæ, & Delphinatu recenſens calamitates ex illis paſſim & quibuſlibet pretio addictis ſubortas, vt eſt in eo edicto anni 1464. quod renouatum eſt litteris patentibus 8. Ianuarij anno 1478. ob bellum Florentinis & Venetis Gallico Imperio confœderatis à ſummo Pontifice Xiſto 4. indictum: ac ne fraus edicto fieret, præpoſuerat iam ſub Paulo 2. Dominum Gaucourtium examinandis bullis, litteris, & reſcriptis Apoſtolicis legati Romanæ ſedis vt videret num quid continerent priuilegiis noſtræ Eccleſiæ officiens: iuſſis etiam in carcerem mitti bullatoribus qui reſcripto contra edictum niterentur. Sed non deſierunt Pontifices ſummi Pragmaticam denouere, quovſque vt longæui diſſidij curſus præcideretur Leo 10. & Franciſcus 1. in Concordata abierunt, quibus quidem electiones primarum dignitatum tolluntur: reſeruationes autem quæ præcipuè Ordinarios offendebant, plurimæ ſublatæ ſunt: nonnullæ conceſſæ.

CAPVT XII.

DE RESERVATIONIBVS APVD NOS ſublatis & conceſſis.

Lectio.

1. *Species reſeruationum ſublatarum.*
2. *De regreſſu prohibito niſi in cauſa permutationis.*
3. *Vel niſi ob non præſtitam penſionem.*
   Nimirum in odium perfidiæ non ſoluentis.
   Exceptio ibid.
4. *Alij caſus regreſſus liciti.*
   Et de eo qui æger reſignat.
5. *Ob vitioſam reſignationem.*
6. *Ob non acceptatum à reſignatario beneficium.*
7. *Papa alij conferre non poteſt quam reſignatario.*
8. *De expectatiuis gratiis ad vacatura beneficia, & illarum cenſura.*
9. *De conceſſis reſeruationibus videlicet mandatis, & eorum limitatio.*
10. *Interpretatio fauorabilis de 10. & 50. pro ſummo Pontifice.*
11. *Mandata cum effectu eſſe debent.*

Digitized by Google

12. *Mandatarij ſunt potiores graduatis & nominatis, etiam prioribus tempore.*
13. *Fraudem mandatis faciunt ordinarij & remedium.*
Quibusq. caſibus non valent mandata.
14. *De clauſulis ad mandatorum validitatem neceſſariis.*
15. *Mandata non obligant Ordinarium niſi inſinuata illi.*
16. *Executor mandati nullam coactiuam poteſtatem habet.*
17. *Mandata prius ordinario quam executori offerenda ſunt.*
18. *De caduco mandato.*
19. *Alia admiſſa reſeruatio videlicet in forma pauperum.*
20. *Alia vacantium in Curia, & quæ ſunt: hiſque intra menſem prouidere Papa debet.*
21. *De beneficiis ab hac reſeruatione exceptis.*

I. Rebuff. tit. de reſeruat. in cõcord. & tit. de reſeruat tam generalib. in praxi n 30. Molin. ad regul de veriſſimili not. nu. 51. & tit. de cõmenda. n. 59.

SVBLATIS reſeruationibus Rebuffus annumerat quæ ſunt de beneficiis vel per adeptionem beneficij alterius, vel de vacantibus in certo loco: vel de beneficiis familiarium Papæ, aut Cardinalium: vel de Eccleſia Cathedrali reſeruata diſpoſitioni ſummi Pontificis, vel de principalibus dignitatibus poſt Pontificatũ, vel de ablatis eis qui plura haberent quæ Ioannes 22. Apoſtolicæ ſedi addixit. Has enim reſeruationes rejecit Gallia, vt & manus appoſitiones quarum plures caſus enumerant Rebuffus, & Molineus: ac in genere quælibet reſeruatio, eſt manus appoſitio.

II. Acceſſus, regreſſus, & ingreſſus hodie exulãt à Curia Romana niſi ob nõ ſolutam penſionem & alios caſus introductos à iure. Georg Brãden q 11. ſuper concord. Germanico ex Cõcil. trid. ſeſſ. 25. cap. 7. Ad regul. de public. reſignat. n. 212. Styl. Parlam. parte 6 n. 74. lib. 2. tit 8. arreſto 10.

Regreſſus & acceſſus quia reſeruationem ſapiunt prohibiti ſunt etiam apud nos niſi certis caſibus. Quapropter clauſtulæ iſtę de reſoluenda reſignatione, & reuerſione ad beneficium reſignatum, ob non ſolutam penſionem nullæ ſunt & abuſiuæ, quia ſunt ſpecies reſeruationis ſiue recurſus. Nulli enim recurſus nullæ reſeruationes, licet conditionales fieri & admitti poſſunt, niſi prout de iure communi, & in caſum quo & velut ab ordinariis fieri poſſunt vt in ſimplici & rotunda permutatione, ait Molineus: neque nouum eſt regreſſus damnari. Namque cum ingruerent repreſſi ſunt Arreſto Curiæ anno 1493. ac iam introductum eſt vt ab huiuſmodi regreſſus clauſulis diplomate Pontificio Romano approbatis appelletur ab abuſu: qua de re illuſtre recenſet placitum Paponius.

III.

Verum hæc intellige de regreſſu quo ſe reſignans tueri cogitaret poſt mortem reſignatarij ſui ob non præſtitam penſionem ab eo qui per obitum iſtius reſignatarij impetraſſet. Hoc enim caſu

reprobatur regreſſus quo ſic reſeruarentur beneficia. Sed quandiu quæſtio eſt inter reſignantem & reſignatarium, tunc ſi iſte penſionem reſignanti ſoluere differt, pronuntiat Senatus, vt aut ſoluat, aut cedat vti iudicatum non ſemel ſcitur: atque in ſpecie inter alias notabili. Cum is qui præbendæ Theologalis reſignationem ſub penſione habebat, vt hanc non præſtaret, aſſereret præbendas Theologales penſionibus diminui non poſſe, proindeque Dominus Seruinus Aduocatus generalis Regius prouocaret tanquam ab abuſu à creatione huiuſmodi penſionis apud ſummum Pontificem approbata: Curia eam nullam & abuſiuam declarauit: ſed ne reſignatario perfidia ſua prodeſſet iuſſit illum purè eam præbendam dimittere capitulo, capitulumque rurſus reſignanti conferre, niſi mallet reſignatarius penſionem referre, arreſto 5. Maij an. 1609. Tamen cum cuidam Dominicano aliquis parœciacum templum apud Meldos ſub penſione reſignaſſet ea etiam diplomate Pontificio ſancita; Iſque plebem ſuam ab antiqua religione deprauatam adeo ſedula cultura laboraſſet, vt ad eam reuocaret: Curia eum admiſit prouocantem ab iſto diplomate, & ea penſione immunem dixit: perorante Choppino atque Senatuſconſultum referente die 13. Auguſti, an. 1573.

Lib. 2. de priuileg. ruſticor.

IV.

Item ſi compermutanti moueretur aliqua controuerſia ob beneficium quod ei permutatione datum eſt puta ſi penſione oneratum appareat, nec qui dedit ei cõtrouerſiæ ſilentium imponat, regreſſui locus erit.

Apud Papon. lib. 2. tit. 7. arreſto 5.

Eſt alius caſus liciti regreſſus quando qui reſignauit a metu mortis cum æger eſſet, conualeſcit, cogitur enim authoritate Curiæ reſignatarius reſignanti cedere, nec huic noua prouiſione opus eſt. Quod intellige quando reſignatio eſt in fauorem: ſecus ſi pura eſt.

a Natal. du Fail. in arreſtis Rhedonenſ. 16. Octob. 1561. D. Lotet in collect. arreſt. ſub litter. B. artic. 13. Rebuff. tit. de cauſ. reſignat. irritant.

Huiuſmodi regreſſus ex reſignatione in fauorem pacti Nicephorus duo refert exempla lib. 12. cap 36 & lib. 14. cap. 41.

V.

Similiter vbi vitioſa eſt reſignatio vt pote per vim extorta, vel ſi à minore, ſi à demente, ſi dolo & metu: datur reſignanti regreſſus, imo ſpoliatus antè omnia reſtituendus eſt. In his autem & huiuſmodi caſibus non conceduntur litteræ ad reſcindendam reſignationem vt iudicio reſciſorio agatur: ſed ſi poſſeſſorio [b] impetrantur diplomata Regia, vt non habeatur ratio reſignationis

b Molin. ad reg. de public. reſignat n. 251. Rebuff. tit. de reſign. condit. num. 3. 14. 16. ex cap. vn. de rer. permut. Papon. lib. 2. tit. 8 art. 17.

metu, vel dolo, vel vi factæ. Denique generaliter verum eſt reſignanti in fauorem regreſſum dari etiam poſt collationem quando reſignatarius non vult vti gratia reſignationis non acce-
VI. ptans beneficium: acceptatio enim neceſſaria eſt in huiuſmodi reſignatione: idque quia tacitam habet conditionem iſta reſignatio adeo vt ſi Papa alij contulerit quam cui expetiuit reſignans, aut aliis conditionibus quam ille voluerit: non valeat moribus noſtris collatio, & ſemper remaneat in poſſeſſione beneficij reſi-
VII. gnans quouſque Papa deſiderium eius expleuerit. Fertur etiam recepta appellatio ab abuſu, à ſummo Pontifice recuſante ſubſcribere reſignationi: ac indixiſſe Curiam ſupremam, vt refutatus reſignatarius remitteretur ad Epiſcopum, aut Archiepiſcopum Diœceſanum. Cuiuſmodi recenſetur placitum 28. Febr. an. 1563. in cauſa Poyeti. Secus autem quando pura eſt, & ſimplex reſignatio vt quæ fieri debet in manibus ordinarij. Licet enim is cui confertur non acceptet, non datur regreſſus. Sed profecto non ſic fauore amplectendæ eſſent reſignationes in fauorem, vt quæ totam Eccleſiæ diſciplinam corrumpunt: proindeq; eſſent, prorſus ab ea eliminandæ.

Atque iſti caſus conceſſi regreſſus ſufficiant quibus nihil conceditur iuris ſummo Pontifici. Quamvis autem generaliter regreſſus odioſi ſint non tamen reſignationes ſub conditione illorum factæ ob id prorſus nullæ ſunt, ſed ſublato regreſſus vitio valent, quia vtile per inutile non vitiatur. Sed nos aliquot caſibus regreſſum admittimus, quia rei qualitas velut intrinſeca, & æquitas id poſcit, quem aliâs reprobamus etiam reſcripto Pontificio fultum licet Pontifex Romanus dicatur ab omni labe ſymoniæ purgare.

Rebuff. tit. de reſeruat. in cõcordat. ad §. Volumus verſiculo imo vbi refert arreſt.

VIII. Expectatiuæ gratiæ vocatura beneficia reſpiciebant, ſed aduerſus illas leges diuinæ & humanæ conciliantur: & Concilium Lateranenſe dixit eas eſſe dignas animaduerſione diuini iudicij. Itaque maximè valent apud nos regulæ de veriſſimili notitia, & de impetrantibus beneficia viuorum. Hac enim adeo improbatur quod quis beneficium viuentis impetrauerit vt ne quidem ei prouiſio poſt obitum poſſeſſoris de nouo facta valeat. Illa autẽ eſt vt certò ſciatur, an verè poſt obitum impetratio fuerit. Itaque poſt obitum & ante datam gratiarum tantum tempus effluxum eſſe debet quantum requiritur, vt quis è Gallia verbi gratia Romam properare poſſit. Nam ſi illud duntaxat tempus effluxerit,

Digitized by Google

quo per rerum naturam à die obitus nō potuerit Romam venire, dicetur obitum præueniſſe, ſicque ad beneficium viuentis adſpiraſſe. Quapropter non proderit ei collatio Pontificia, nec quamvis motu proprio, aut cum diſpenſatione regulæ facta. Ergo multo minus patimur reſeruationes vacaturi beneficij niſi per mandata.

IX. Conceſſarum porro reſeruationum primas partes obtinent ea mandata de quibus proximè loquebamur, licet ſint de vacaturis beneficiis, ſed in genere: atque etiam vacaturis poſt menſem præſentationis litterarum Apoſtolicarum: quod expreſſum ait Rebuffus ad euitandum votum captandæ mortis alterius. Sed nunquid ob eſt hæc clauſula vt captetur?

Erant autem vt notauimus mandata nimium frequentia & ordinariis grauia. Quapropter cum non ceſſarent querelis ſuis aures Principum opplere, puduit etiam ſummum Pontificem ſuos fratres, & Coëpiſcopos ſic afficere moleſtia. Viſum ergo fuerat quatuor menſes liberos & exemptos ab omnibus reſeruationibus, & gratiis expectatiuis relinquere ordinariis. Quod etiam nunc in regionibus obedientiæ, cuiuſmodi eſt Britannia Armorica, obſeruatur: neque huic iuri derogatur per indultum Cardinalitium: quod non valet niſi in fauorem Cardinalis Epiſcopi vt Pontifex conferre nullatenus queat beneficia ad eius collationem pertinentia. At quæ aperiuntur in menſibus quos ſibi ipſe reſeruauit non ſunt Epiſcopalis collationis, ſed Pontificis qui eſt ordinarij loco.

Chopp. lib 2. Monaſt. tit. 5. n. 21.

Deinde noſtri per Concordata inter Sixtum 4. & Ludouicum 11. habuerunt ſex menſes Februarium, Aprilem, Iunium, Auguſtum, Octobrem, & Decembrem: Verum hæc Concordata ſortita non fuerunt effectum tanquam iuri communi & decretis Conſtantienſibus ac Baſiléenſibus contraria. Itaque ſucceſſerunt ea quæ iacta ſunt inter Leonem 10. & Franciſcum 1. quibus non amplius per menſes grauati ſunt ordinarij à ſummo Pontifice niſi in eo quod iuſſi ſunt beneficia vacantia per quatuor menſes Aprilem, Iunium, Octobrem, & Ianuarium graduatis, & nominatis ab Vniuerſitate conferre: reliquos autem octo illis reliquit liberos. Sed conuenit vt effreni hac olim mandatorum licentia repreſſa non amplius quam ſemel in toto ſuo Apoſtolatu ſummus Pontifex grauare poſſet vnum collatorem: atque ita vt habenti collationem 10. beneficiorum vnum auferre poſſet: quin-

Cap. 1 de treuga & pace in extrauag. cōm.

Guymier. ad Pragmat Sāct. tit. de collat. §. Quod ſi quis cuiuſcumque in particula. quatuor.

Digitized by Google

quaginta vero habenti, duo: nec vt ea duo in ead. Eccleſia Cathedrali, vel collegiata vni conferantur, mandare poteſt; neque enim quis duo beneficia ſub eod. tecto habere poteſt niſi cum expreſſa & ſpecifica diſpenſatione, quæ tamen non valeret in hoc regno contra Concordatum.

X. Porro Concordato de mandatis aliquot ampliationes adiũctæ ſunt in fauorem ſummi Pontificis, videlicet vt grauari poſſit qui collationem ſeu præſentationem quinque dignitatum, & collationem ſeu præſentationem quinque curatorum beneficiorum, vel aliorum habet, quia verbo beneficiorum comprehenduntur dignitates. Item vt mandato duorum adquieſcere debeat cui præſentatio in 20. beneficiis, ſeu dignitatibus competit: collatio aliorum 20. & nominatio in aliis 10. Hæc enim 50. faciunt: ſecus ſi inſtitutionem tantum in aliqua horum parte haberet. Quod ſi habet collationem iure ordinario decem, & 50. iure deuoluto non grauabitur niſi in vno: nec niſi in duobus licet 50. ſecularium, & 50. regularium habeat; at rectè grauatur ſiue habeat ead. 10. in regno Franciæ, ſiue extra. Quod ſi duo habeant collationem 10. beneficiorum coniunctim, non poteſt vnus ſine altero grauari. At ſi alternatim & ambobus Papa reſcribat, is qui contulerit non priuabitur poteſtate conferendi ſuo, vt aiunt, turno, id eſt ſua vice: ſecus ſi huc ſoli Papa reſcripſerit, quia eum ſolum grauare voluiſſe cenſebitur. Grauari autem poteſt vnuſquiſque collator: ergo ſucceſſor, licet prædeceſſor fuerit grauatus. Sed hæc intellige in patrono Eccleſiaſtico. Nam Laïcus iſtiuſmodi grauamen non recipit: adeo vt ſi patrono Clerico competat ius conferendi cum Laïco, ille huius gaudeat priuilegio.

Mandata vero Pontificia ſortiri effectum oportet. Nam ſi non ſortiantur, poterit rurſus grauari collator qui de vno vel de duobus reſcriptum acceperat. Et ſi eod. tempore Pontifex reſcripſerit de duobus ei qui 10. tantum collationem habet, ac in vno deficiat mandatum, in altero conualeſcet, puta ſi primus mandatarius non proſequatur mandatum ſuum, vel illi expreſſè renuntiet, vel à ſententia contra eum lata non appellarit: vel quando aliquid fecerit quod eum mandati gratia indignum vel incapacem reddiderit, vt ſi beneficium incompatibile adipiſcatur, ſi ad vota coniugalia, vel clauſtralia tranſierit, & aliis huiuſmodi caſibus incapax fiat. Etenim grauamen in effectu eſſe debet, adeo vt non grauatus cenſeatur qui inhabilem pro quo Papa reſcripſerat

Digitized by Google

eum eum rejicere poſſet, admiſerit: ſi quidem ſponte, non ex grauamine admiſiſſe cenſetur. Quapropter de vno vel de duobus grauari rurſus poterit. Habilitas autem attenditur tempore datæ. Item ſi collator qui grauari poteſt vno mādato, fraudulenter cum mandatario tranſegerit vt iuri ſuo renuntiaret qui aliâs renuntiaturus eſſet, videlicet clericatum dimiſſurus, alio mandato grauari poteſt quaſi primo non expleto: vel ſi modico accepto renuntiauerit compulſus inopia, & fatigatus laboribus.

Denique amplitudini ſummi Pontificis defertur, vt mandatarij eius præferantur nominatis, & graduatis etiam prioribus tempore: ac valeat eius mandatum in beneficio vacante etiam per reſignationem: non vero in beneficio ex lege fundationis à collatione capituli pendente vt in ſemipræbendis iudicatum refert Choppinus & ampliſſimè ea de re diſſerit. Lib. 1. tit. 3. ſacræ politiæ.

Sed quia mandatum eſſe debet de beneficio vacaturo poſt menſem præſentationis, non antè: ideo hoc mandato non obligantur beneficia intra hunc menſem cadentia, ſed quæ poſt illum modo excedant valorem 10. librarum Turonenſium: Nec enim mandatarius acceptare tenetur minoris redditus. Solent vero aliquando ordinarij fraudem facere vt mandatario obueniat aliquod exile beneficium inducentes aliquem capellanum reſignare capellaniam modici valoris quæ proinde mandatario conferatur. Sed mandatarius conſultus procurabit illam ab altero Romæ impetrari vt litigioſa fiat, ſicque cum ex iure mandati pacificum debeatur beneficium, ordinarius bono dolo eludetur. XIII.

Ergo quod poſt illum menſem vacat, affectum eſt mandatario ſiue vacet in menſibus, in quibus ordinarius liberè confert, ſiue in menſibus graduatorum & nominatorum etiamſi poſterior ſit tempore: plures tamen ſunt caſus in quibus iuſtè mandatario denegatur beneficium, vt ſi vacet in curia, ſi ſit in patronatu Laïco, vel regalia, ſi ſit Parrochiale in villa murata, nec mandatarius ſit eius qualitatis cui hæc beneficia debentur: ſi ex fundatione adſignatum ſit Sacerdoti: mandatario vero deſit dignitas Sacerdotalis: ſi ex cauſa permutationis vacet, ſecus ſi ex ſimplici reſignatione: ſi non eſt liberum vt potè ſi iam collatum fuerit abſenti qui nondum acceptauit, aut ſi antè vacationem vnitum fuerit alij beneficio: ſi ſit litigioſum niſi mandatum erit impetratum antè litem inchoatam: ſi ſit regulare non comprehenditur ſub mandato ſecularis, idemque ex diuerſo niſi ex diſpenſatione.

Digitized by Google

XIV. Adſtricta autem ſunt certis formulis, & verborum præſcriptionibus mandata, quibus deficientibus non valebunt. Nam ſubſtantialia ſunt. vt pote nullum eſt mandatum niſi ſit generale: item niſi apponatur clauſula veſtræ, vel alterius Eccleſiæ, quæ ſignificat vt Epiſcopus teneatur prouidere non ſolum in Eccleſia Cathedrali, ſed etiam in Collegiata: vel ſi omittatur clauſula ſi pro alio non ſcripſerimus, aut licet pro alio ſcripſerimus: primus modus defertur ad eum qui 10. tantum collationes habet, ſecundus ad eum qui 50. Sic his & aliis clauſulis cohibita ſunt mandata quorum ideo forma in concordatis tranſcripta eſt, vt iuxta illam hæc concipiantur, aliâs nullius ſint iuris.

XV. Vt autem ordinarius præpediri queat virtute mandati beneficium poſt menſem præſentationis vacans alij conferre, oportet illi litteras mandati inſinuatas eſſe: atque olim executoriales quoque inſinuari debebant propter placitum Senatus Pariſienſis 23. Decemb. an. 1541. quo & hanc inſinuationem faciendam eſſe iudicatum eſt. Verum noua Iuriſprudentia rejecit ſcrupuloſas & anxias tot inſinuationum formulas.

XVI. Poſt hæc vero mandata celebrata, nulla erit cauſa, nullus prætextus exceptis iam notatis, ordinario non conferendi: qui tamen ſi non conferat nullatenus coërceri poteſt ab executore: is enim in hoc nullam iuriſdictionem habet, nec ideo excommunicare ei licet apud nos, nec cauſæ cognitionem recipere. Nam ab eius excommunicatione appellaretur tanquam ab abuſu, & reformaretur per Senatum. ratio eſt quia Papa non cenſetur habere iuriſdictionem contentioſam in homines Franciæ. Quapropter hæc clauſula mandatis Apoſtolicis inſeri ſolita (inducentes eumdem in corporalem poſſeſſionem defendenteſque inductum) nihil operatur. Nam non vltra poteſt exequutor quam mandatarium in poſſeſſionem mittere in qua ſi turbetur, nullæ ſunt executoris partes: ſed mandatarius aget coram Iudice regio interdicto vti poſſidetis, ob idque litteras manutentiæ, ſeu ſaiſinæ impetrabit à Cancelaria Regia. Ordinarius autem qui non contulerit mandatario, ſed alij, quia non proinde irrita eſt collatio in hoc punietur quod de ſuo redditum quem mandatarius ex beneficio percipere poterat, reſarciet vt Iudices magni Conſilij pronuntiare ſolent.

Praxis rotæ Romanæ dicitur eſſe, vt executorialibus litteris contradicens non debeat ab executore cogi & ejici poſſeſſione: ſed cauſa remitti ad Auditorem Romanum à quo executoriales manauerunt, vt de cõtradictione cognoſcat. Quæ praxis in Hiſpania obſeruatur adeo, vt ſi executor nonobſtante contradictione poſſeſſorem ejiciat, is appellare poſſit ad Cancellariam Regiam quæ eum in ſuam poſſeſſionem reſtituet. Gutierres Canonic. Quæſt. lib. 1. cap. 4. n. 28 29.

Verum

Verum quia gratia pendet ex ordinario mandatarius debebit illi priùs ſuas litteras offerre quam exequutori, tum etiam quia nunquam ab executione incipiendum eſt. Eaq; ratio facit quod ſi ex duobus mandatariis concurrentibus alter ordinario, alter executori exhibeat, is præferetur qui ordinario, quoniam ei præſentatio facta afficit: Ordinario autem intelligitur facta quæ vicario eius facta eſt, adeo vt Epiſcopi etiam ignorãtis liget manus. XVII.

Sed liberum eſt ordinario conferre cui velit ſi mandatarius neglexerit intra ſex menſes à die vacantis beneficij collationem exorare, vel inhabilis, aut incapax fiat, vel renuntiarit mandato, nec ſupernumerarius adſit mandatarius: hic enim renunciantis, aut inhabilis loco ſuccedet. Sicque ex facto mandatarij, vel eius morte tam ciuili, quam naturali caducum fit mandatum: ſecus morte ſummi Pontificis: ciuilis autem mors intelligitur quicumque caſus excludit aliquem ex clero. XVIII.

Atque hæc de mandatis ex noſtris doctoribus, moribuſq; congeſta ſufficiant.

Alia eſt gratioſa & æquiſſima reſeruatio apud nos licita ſummo Pontifici, videlicet in forma pauperum quę videtur eſſe in odium promouentis Epiſcopi pauperem abſque titulo, vt huic etiam alimenta præſtare teneatur. Itaque non prodeſt hoc reſcriptum niſi nullum habenti beneficium, aut patrimonium ſufficiens ad victum. XIX.

Ampliſſ. Rebuff. tit. de reſcripto in forma pauperũ & tit in for. pauper. pro graduat.

Sed potiſſima reſeruatio Papæ hoc in regno admiſſa eſt beneficiorum vacantium in Curia per mortem eius qui ibi deceſſerit, mortem quippe naturalem. nec enim ciuilis ſufficiet. Differentia autem eſt inter beneficia vacantia in Curia apud ſedem Apoſtolicam, & vacantia in Curia ſimpliciter. Hæc enim ſunt per reſignationem, illa vero per obitum in Curia. Namque vacare dicuntur etiam beneficia quæ ibi reſignata ſunt, & poſt reſignationem moritur reſignans, deinde reſignatarius nolit acceptare: ſed oportet reſignationem eſſe factam & admiſſam Romæ. Nec enim procuratorium ad reſignandum conceptum, ius daret Romanæ Curiæ: Curia autem intelligitur vbicumque eſt Papa, & in locis vicinis diuerſorio Papæ intra videlicet duas diætas legales. Ergo ſi abſit Roma, non erit ibi Curia niſi ſpecialiter id declarauerit Pontifex; cuiuſmodi Pius 2. ad Concilium Mantuanum proficiſcens relictis Romæ nonnullis Cardinalibus & auditoribus Rotæ declarauit Romanam Curiam apud eos non ſecus XX.

Ex cap. 7. 8. 27. de reſcript. cap. accepimus de æt. & qualit. ordinand.

Rebuff. tit. de Regia ad Prælat. nominat. §. 1. in verbo per obitum.

Couar. tit. de iure patron. num 4.

Molin. ad regul. de veriſſ. notitia. n 71.

Gl. & doct. in Clement. Vt lite pend.

Digitized by Google

Lib. 1. Commentar.

quam ſecum eſſe vt refert Ioannes Gobellinus. Sed vix nos admitteremus, vbi noſtra intereſſet, Curiam duobus locis eſſe. Porro cum Curiam de loco ad locum transferri contigit, ſi Curiales in itinere (dum Curiam ſequuntur) vel in loco vnde recedit Curia, forſitan remanentes infirmi, rebus inibi eximantur humanis voluit Bonifacius 8. quantumcumque is locus remotus ſit à Curia tamen mortui beneficium affectum eſſe Papæ. Quia vero dicitur Curia vbi eſt Papa, ideo dici poteſt Curiam non eſſe vacante ſede. Quapropter placuit Molineo etiamſi tunc vacent Romæ Parrochiales Eccleſiæ, illas non vacare in Curia. Quod ſi viuente Papa vacarint, ius eſſe quæſitum ſucceſſori ſi intra menſem prouiſionis eo caſu faciendæ ille deceſſerit. Sed hoc verum in Eccleſiis parrochialibus propter ſalutem animarum non item in aliis vt voluit Bonifacius 8. quaſi ſedes Apoſtolica licet Papa mortuo Curiam habeat. Ergo vacantia ibi beneficia adeò ſunt reſeruata vt non contineantur in ſuplicatione [a] niſi ſpecialiter exprimantur, exceptis electiuis quæ ad nominationem Regiam pertinent. Ab horum enim collatione iuxta eam nominationem non poteſt Pontifex reſilire quaſi non vſus iure ſuo. [b] Sed vacantibus in Curia tenetur Papa intra menſem prouidere. Nam eo ſine prouiſione elapſo conceſſit Gregor. 10. in Cõcilio Lugdunenſi vt his prouiderent ij ad quos iure Ordinario collatio ſpectaret. [c] Atque etiamſi prouideret intra menſem, ſed collatarius noluerit acceptare, vel morte præuentus fuerit non redibit menſe elapſo poteſtas ad Papam [d] ſed ad Ordinarium: contra tamen ſentit Ioannes Andreas videlicet alium menſem Papæ deberi ad prouidendum. excipiuntur dignitates electiuæ: has

XXI. enim licet aliâs nominationi Regiæ ſubjaceant conferre poteſt Papa quantocumque tempore ſi vacent in Curia. Verum beneficia quæ in patronatu Regio conſiſtunt, [e] vel etiam Laïcorum, vel quæ apud nos in regalia vacant, id eſt, dum ſedes Epiſcopalis vidua eſt, quo tempore vacantia beneficia ad collationem Epiſcopi pertinentia fiunt collationis Regiæ: ea, inquam, beneficia huic reſeruationi non ſubjiciuntur.

Ad regul. de veriſſ. not. n. 56

Cap. 35. de præb. in 6.

a Rebuff in verbo extra Rom. Cur. tit. forma ſignaturæ.

b Idem tit. de Regia ad Prælat. nominat. §. 1. verſic. apud ſed. prædict. in §. liberè.

c Cap. 3. de præb. in 6.

d Molin. ad reg. de veriſſ. not. n 54.

e Gl. notab. in cap. 6. de præb. lib. 6. Couarr. tit. de iure patron. Ioannes Galli arreſt. Quæſt. 150. pro regalis.

Digitized by Google

CAPVT XIII.

DE PRÆROGATIVIS APVD NOS ſummi Pontifici conceſſis in diſpenſatione beneficiorum collatiuorum.

LECTIO.

1. *Britannia patria obedientiæ expectatiuis & obſeruationibus ſubdita eſt.*
2. *De deuolutionibus & illarum cauſa nimirum in odium negligentiæ collatarij.*
3. *Alia cauſa ob illegitimas collationes.*
4. *Deuolutarij odioſi, & quare: indeque cautioni præſtãdæ obnoxij. Obſeruata de illa cautione.*
5. *De præuentione Pontificia.*
6. *Contra præuẽtionis abuſum ipſi ſummi Pontifices regulas cõſtituerunt de infirmis, de veriſſimili, & de publicandis.*
7. *Cui illarum derogare poteſt ſummus Pontifex.*
8. *Præuentio ſummi Pontificis ab Ordinario præueniri poteſt etiã inualida collatione: ſed inualida collatio Papæ non habet vim præuentionis.*
9. *Fallit ſi ſeculari regulare beneficium conferat Ordinarius: & è contra: ſecus ſi non graduato conferat in menſibus graduatorum.*
10. *De concurſu collationum Pontificis & Ordinarij.*
11. *Quibus caſibus ceſſat iſta præuentio.*
12. *Præuentio Papæ valet etiam cõtra graduatos & nominatos.*
13. *Solus Papa poteſt in commẽdam dare, & de commẽdarũ origine.*
14. *Pluralitatis beneficiorum cenſura.*
15. *Fucus ad illam ex commendis.*
16. *De vnionibus Eccleſiarum, & quatenus sũt apud nos receptæ.*
17. *Non valet Cõcordatum in cauſis & rebus beneficialibus niſi cõfirmatum à Pontifice Romano.*
18. *De penſionibus, & quatenus valent.*
19. *Cuiuſmodi collationes fieri deberent animaduerſio.*

HAs ergo reſeruationes nec ferè alias admiſit Gallia niſi in patria quam vocant obedientiæ, vt eſt Britãnia, quam etiam noſtri Epiſcopi ab expectatiuis & cæteris reſeruationibus cupiebant vindicare in Concilio Tridentino, vt habetur in actis Gallicis ad iſtud Concilium. Sicque me- I.

diante Concordato perierunt cæteræ reſeruationes extrauagantium vt de appoſitione manus, & huiuſmodi quæ licet non tollantur nominatim ſatis eſt tamen quod ſpecialiter non excipiantur, vt ſic contineantur in decreto abrogatiuo quod eſt fauorabile, &, ſi opus eſſet, interpretatione adiuuandum, quia per illud fit reditus ad ius commune.

Sed plurima deferimus authoritati principali ſummi Pontificis in beneficiorum collatiuorum diſpēſatione. Primùm enim quia Ordinariis in prouidēdo minima eſt cura hominum idoneorum,
II. vel ipſi Pontifici plurimum imponitur vt indignis conferat, bona cum ratione deuolutiones introductæ ſunt ad ipſum eumdem Pontificem, vel in odium negligentiæ, vel in odium collationis illegitimæ.

Cum enim in poteſtate Epiſcopi quondam eſſent omnes Eccleſiæ redditus quorum certam portionem aſſignare debebat ſuis Clericis verēdum erat ne vacantibus gradibus non prouideret vt vacantis portio ei adcreſceret, vel fortaſſe in eam auaritiam quidam deuenerant, ſeu Epiſcopi, ſeu Canonici ad quos de conſuetudine collatio pertinebat, quo fiebat vt numerus non repleretur. Quapropter vel iam nato, vel naſcituro malo remedium præparatum eſt, nempe deuolutio ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum ab iſto ad Primatem. Et ſi ad Capitulum prouidendi cura pertineret, ab eo negligente data eſt deuolutio ad Epiſcopum. Quod meritò ſancitum eſt in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio 3. Qui tamen conſultus reſpondit neque à Capitulo ad Epiſcopum, neque ab Epiſcopo ad Capitulum fieri deuolutionem; vbi collatio ad vtrumque ſimul pertineret: ſecus de beneficiis quæ ad Capituli ſolius collationem ſpectarent: tunc enim locus eſſet Lateranenſi decreto, vt negligente Capitulo ius conferendi deuolueretur ad Epiſcopum, ab Epiſcopo autem nullatenus ad Capitulum, [a] ſed ad ſuperiorem immediatum ſtatuta eſt deuolutio. Hi vero deuolutionis gradus adeò neceſſarij dicebantur, vt irrita prorſus eſſet collatio facta obmiſſo & irrequiſito medio, id eſt ordinario etiam excommunicato: quia intra ſex menſes abſolui poterat. [b] Illud autem ſemeſtre ſpatium præueniri non debebat. Nam ſi præueniretur adeo non valebat collàtio, vt ne quidem poſt ſemeſtre tempus conualeſceret. [c] Sed vix eſt vt huic deuolutionis caſui ſit hodie locus, quandoquidem cum gradus vacantis redditus & adminiſtratio non amplius ſit

Cap. 2. de conceſſ. præb.

Cap. 15. eod.

a. Cap. 2. de ſede vacante.

b. Rebuff. am pliſſ. ad 55 ſi quis verò. tit. de collat. in Concordat.

c. Molin. ad reg. de infirm. reſig. n. 52.

penes Epiſcopum, & non deſint qui vix penè vacantem ſedula prece exigant & obtineant, horumque primi Epiſcopi miniſtri qui iſta mercedis ſpe aluntur, non diù beneficia vacare ſinuntur.

Alter verò caſus frequentior eſt nempe ob illegitimas & pudendas collationes quas proinde excludi oporteret frequentiore illo deuolutionis remedio: quod cuperem admitti non ſolum propter confidentiam, & cæteras ſymoniæ ſpecies, propter pluralitatem, & alios modos qui in vſu ſunt, ſed maximè propter inhoneſtos mores & imperitiam obtinentis, vt propoſita diſputatione ignarum euincere liceret. III.

Quamuis autem deuolutionum iura maximè ſint fauorabilia vt cultui diuino, & ſaluti animarum prouideatur per homines pios, & idoneos, tamen vt inimicus ſuper bonum frumentum zizaniam ſeminat, cœpit in pejus conuerti quod in remedium erat. Frequentes enim iam deuolutiones impetrantur moleſtiæ faciendæ, ac nummi extorquendi cauſa. IV.

Quò factum eſt vt noſtri deuolutariorum malitiæ obuiam eundum cenſuerint: nempe vt omnis illis denegaretur actio antequam de domicilio conuenerint apud iudicem & diſtrictum ſupremæ Curiæ ſub qua lis pendet, & iudicatum ſolui ſatis dederint: licet iure regni non ſoleant incolæ de iudicato præſtando cauere niſi bonis ceſſerint. quod ſancitum edicto Regio menſis Ianuarij anno 1557. Curia publicauit 5. Maij anno 1558. aduerſus quoſcumque obtinentes deuoluta contra poſſidentes pacificè, anno & die, exceptis duntaxat graduatis, nominatis, & indultariis, & cæteris huiuſmodi qui deuolutionibus vtuntur in vim gradus, nominationis, & indulti repulſam ab Ordinariis collatoribus paſſi. Sic ergo Sanctione lata cum Præfectus Pariſienſis iuſſiſſet partes ſibi inuicem ſua inſtrumenta exhibere antequam de cautione pronuntiaſſet, ac beneficiatus prouocaſſet ad ſupremam Curiam, hæc malè iudicatum pronuntiauit. Ac prudenter ille prouocauerat. Siquidem vſu forenſi, & rebus eiuſdem Curiæ ſupremæ iudicatis tritum eſt poſt litis conteſtationem non poſſe cautionem exigi. Cautio autem præſtita de omnibus litis expenſis, ac etiam de damnis, & intereſſe tenetur. Quod ſi deuolutarius nequeat ſatis dare, æquiſſima Curia ſolet benigna interpretatione præcipere vt loco ſatisdationis aliquam ſummam competentem, puta centum aureos apud Scribam publicum deponat. Denique deuolutarius edicto Bleſenſi iubetur litem con-

Digitized by Google

teſtari intra tres menſes à die poſſeſſionis ab illo adquiſitæ, & intra duos annos eam litem eò perducere vt Iudicis partes ſolummodo ſuperſint.

V. Aliud Symbolum prærogatiuæ ſummi Pontificis in beneficijs eſt præuentio. Fertur enim adeo plenam & liberam habere omnium beneficiorum totius orbis diſpoſitionem vt concurrere cum omnibus queat, imo illos etiam præuenire in collatione, cuius tamen prærogatiuæ nulla inuenies in primitiua Eccleſia veſtigia: ſed argumentantur aliqui ex reſcripto Gelaſij Papæ ad Epiſcopos Dardaniæ: Romanam ſedem ius habere de omni Eccleſia iudicandi. Quod ſi iudicandi, nunquid ſequitur, & diſponendi? An longè differt de aliorum actibus iudicare, aut illorum iura præripere? Scitum enim eſt ſupremos principes in temporalibus poſſe vel per ſe vel per ſuos Magiſtratus ſuis ſubditis ius dicere: at quod illorum eſt nequeunt, vt verè principes non qua tyrãni, vſurpare: adeo vt (ne plura repetamus ex veterum monumentis) Tiberius Cæſar quamtumvis animo truci & vergente ad tyrannidem ſubuenerit Aurelio Senatori querenti mole publicæ viæ ductuque aquarum labefacturi ædes ſuas, prætiumque illarum tribuerit. Quis neſcit omnes iuriſdictiones inferiorum dynaſtarum à principe vt à fonte procedere? Poteſt quidem Rex illos dynaſtas ſi quid deliquerint, coërcere: ſed non præſumit his iuriſdictionibus magiſtratus dare, nec etiam modo præuentionis aut concurſus, quia iniuriam illis dominis faceret ad quos pertinet: certi tamen ſunt caſus quibus Iudices Regij dominicales præuenire poſſunt edicto Henrici 2. anno 1559. vt in materia cõqueſtus & reintegrandæ quæ ſunt interdicta retinendæ poſſeſſionis.

Potuit vero Epiſcoporum negligentia præuentionibus viam aperire vt ſolliciti eſſent vacantibus gradibus & miniſteriis Eccſiaſticis prouidere, ne cultus diuinus deſeratur. Quapropter Cõcilium Baſileenſe quod reſeruationes adeo iniquas abegit, declarauit ſe non intendere impedire collationes faciendas per præuentionem. Sed quia inordinatis præuentionibus ſolebant impediri ordinarij collatione facta à ſummo Pontifice per importu-
VI. nitatem petentium etiam antè obitum poſſeſſorum: ideo huic etiam Pontifici placuit ſibi ea in re legem dicere. Indeque prodierunt in fauorem ordinariorum tres regulæ, vna de infirmis reſignantibus, altera de publicãdis reſignationibus, tertia de veriſſi-

Digitized by Google

mili notitia, quibus adde factas aduerſus impetrantes beneficia viuentium. Quia enim ſoli ſummo Pontifici licet reſignationes in fauorem admittere vt quæ Symoniam redolent, ideo his præueniri cœperunt ordinarij. Qua de re cum quærerentur viſum eſt eis conſuli per eas regulas: & prima quidem quoniam vix quiſque reſignat niſi infirmus: & difficile eſt reſignantem diem ſuum protrahere, ſi moriturus eſt, vſquequo reſignatio admiſſa fuerit, hinc fit plerumque locus ordinario. Nam ſi dies computentur ab admiſſa Romæ reſignatione, 40. & ferè amplius erunt. De ſtylo autem Curiarum Franciæ ſic dies computantur, non duntaxat à die præſtiti conſenſus quem admiſſio ſequi debet.

Quoniam vero hæc regula non habet locum in reſignantibus validis, hinc fraudulentæ fiebant reſignationes dum reſignans poſſeſſioni beneficij incumbebat, eiuſque fructus capiebat: Licet enim longo poſt interuallo deceſſiſſet, ſecurus erat reſignatarius à regula de infirmis quia reſignatio in optima valetudine facta erat. Itaque aduerſus iſtam fraudem prodijt altera regula de publicandis reſignationibus, qua cauetur ordinariis vt beneficium huiuſmodi reſignatum conferre poſſint nonobſtante collatione ſummi Pontificis, ſiquidem hæc publicata non fuerit ante ſex menſes obitus reſignantis. Nec ſolum publicata, ſed ſi in poſſeſſione fuerit reſignans intra illos ſex menſes quorum dies computatur ſimiliter à die admiſſæ reſignationis, non à die præſtiti conſenſus.

Sed quæ maximè occurrit præuentionibus Papæ eſt de veriſſimili notitia, & de impetrantibus beneficia viuentium. Facile enim erat vbi quis morbo laborabat ſtatim mittere Romam vt præueniretur ordinarius. Quapropter vt auertatur votum captandæ mortis non valet collatio Papæ niſi eo die facta quo veriſſimiliter ſciri potuit mors poſſeſſoris.

Hæc autem differentia eſt inter illas regulas quod ſummus Pontifex poteſt derogare regulæ de infirmis modo expreſsè & nominatim: quanquam vt Molineus ait noſtro iure non videatur admittenda derogatio quia ſpeciem continet reſeruationis, & quia eluſoria eſt conceſſi ordinario fauoris per eam regulam. Id tamen tantæ Maieſtati conceditur vt derogare poſſit: recta vt dicitur cum ratione, vt conſulatur Eccleſiæ ne diù vacet: quanquam in vtramque partem noſtrorũ Senatorum placita referan-

VII.

Ad d. Reg nu. 134.

Digitized by Google

tur: aque etiam in præiudicium graduatorum & nominatorum derogationem validam eſſe. Et quidem ex concordato Papa ſibi ſpecialem retinuit præuentionem virtute mandati ſui etiam contra graduatos & nominatos: Sed duntaxat virtute mandati, id eſt vt mandatarij præferantur iſtis. Verum non par eſſet eam derogationem protendere ad cæteros Papæ collatarios. aliâs enim parum prodeſt ordinariis priuilegium regulæ, quia facile eſt diſpenſationem & derogationem obtinere. Neque tanta eſt in hoc authoritas ſummi Pontificis, quin controuertatur ab ipſis Cardinalibus qui non patiuntur huic regulæ derogari in præiudicium indultorum ſuorum. Itaque quando eis nocet ſolent apud nos appellare ab ea tanquam ab abuſu: at non minor deberet eſſe nominatorum & graduatorum fauor, imo tanto maior, quanto ſcientiarum & præſertim Theologiæ ſtudium nullis non prærogatiuis dignandum eſt.

Aliis autem regulis nempe de publicandis, & de veriſſimili notitia, non admittimus derogationem ſeu diſpenſationem, vt Molineus ait, quamuis dicatur curia aliquãdo retinuiſſe vt non valeret derogatio ab illa poſtrema niſi vbi conferret ex reſignatione. Imo hoc caſu collationis Pontificiæ ex reſignatione regula de veriſſimili nullo modo attenditur, quia reſignatarius habet conſenſum reſignantis.

Adeo vero ſancta eſt hæc regula vt Alexander 6. licet non bonæ famæ Pontifex, poſuerit vnam regulam quam infaillibilem vocauit, ſcilicet ne regulis de veriſſimili notitia & de ſubrogandis collitigantibus vnquam derogetur, ſed ſtent immobiles: & Gomeſius refert ſtylum ſignaturæ habere quod derogatio iſtius regulæ de veriſſimili notitia non detur niſi ſolum in Francia: extra vero Franciam irrita eſſe ſoleat derogatio. Sed quorſum in Francia potius quam in aliis regionibus?

Regulæ autem de publicandis indubitati iuris eſt non nocere derogationem, nec termini prorogationem: ab vtraque enim admittimus appellationes ab abuſu, quod ſtrictè in aliis obſeruandum eſſet vt pote in fauorem ordinariorum latis: vel potius in odium reſignationum quæ Romæ fiunt certæ perſonæ cauſa, niſi ipſi ordinarij ſuo iure quoque abuterentur conferendo beneficia indignis hominibus. quæ conſideratio facit vt faciliùs admittantur huiuſmodi derogationes & prorogationes, quia meretur ſuum priuilegium amittere qui eo abutitur. & rectè dictum

Rebuff. ad d. reg. n. 27. & ad tit. de collat. § præ[?]atique ordinarij in verbo vacare contigerit, & ad §. declarantur tit. de mandat. Apoſtol. verſic. item quando. Chopp. lib 1. de ſacra polit. cap 6. nu. 3 in marg. Lucius arreſto 6. tit. 4. lib. 1. an. 1548 cum art. 5. eod. Loüet in litt. B. n. 15.

Ad d. reg. n. 5 Rebuff. gl. 1. ad d. reg. n. 4. gl. 4. verſic. 5. & gl. 7. Papon. arreſto 5 lib 3. tit. 4 Charondas lib. 1. Pandect cap. 12. Gomeſ. ad d reg. q 8. Loüet in litt. V. n. 2.

Apud Hiſpanos regula veriſſimilis notitiæ obeſt præuentioni Papæ vt ordinarij prouiſio licet poſterior valeat. Garſias de beneficiis 5. parte c. 1. n. 43.

Molin. ad d. reg. de publ. n. 3 Rebuff. gl. 4 Charond. lib 1. reſponſ. iuris Gallici reſp. 23. & d cap. 12.

In cap quia diuerſitatem de conceſſ præb. gl. ad Pragmaticam tit. de collat. in verbo non valeant.

eſt à Panormitano non eſſe honeſtum Papæ vt auferat aliis collationum poteſtatem contra rationem.

Quia vero ſummi Pontificis præuentiones odioſæ ſunt, ideo ſi VIII. ordinarius conferendo illum præuenerit, amplius ab illo præueniri non poteſt, etiamſi nulla ſit & inualida collatio, quia Papa præuenire nequit niſi rebus integris vt noſtri Senatores iudicant, quin etiamſi patronus Epiſcopo præſentauerit ex ea ſola præſentatione Papa præuenietur licet ordinarius nondum contulerit: & licet antè ſemeſtre tempus patrono conceſſum ad præſentandum ordinarius contulerit præueniet Papam ſiue poſtea præſentet patronus ſiue non: & ſi non præſentet ac interim Papa præuenerit, licet nulla ſit Epiſcopi collatio ante id tempus nõ valebit hæc præuentio: ſed patrono non præſentante intra id tempus cõualeſcet eo elapſo ſiue præſentatione ordinarij collatio. Denique in collationibus & prouiſionibus beneficiorũ clauſula anteferri, vel alia, id genus non valet iure noſtro in eorum præiudicium quibus antea ius ad beneficium obtinendum quæſitum erat.

Molin. ad reg. de infirm n 55. Rebuff. ad §. ſi quis vero de collat. in concord. Papon. lib. 2. tit. 5. art. 10. Louet in litt. P. arreſto 25. & 43.

Molin. ad d. reg. de infir. n. 50. & ſeq vſqs ad n. 60. Louet d. art. 25.

Quapropter ne præueniantur ordinarij, ſed præueniant, conferunt citò parum curioſi de vita, moribus, & ſcientia petentis non obſeruantes illud Apoſtoli, nemini citò manum imponas quanquam ſatis in promptu habeant viros idoneos quibus præueniendo conferre poſſunt. Ergo licet incapaci atque etiam excommunicato contulerit ordinarius ante collationem Papæ impediet præuentionem illius. quod non item eſt de collatione inualida Papæ: hæc enim non proderit ad præuentionem vt impediat ordinarium poteſtate ſua vti: ac licet in curia vacarit beneficium, idque intra menſem incapaci Papa contulerit, non propterea præuenietur ordinarius quin liberè poſt menſem conferre queat. ſic fortior eſt præuentio ordinarij quam Papæ, qui præuenire non poteſt niſi rebus omnino integris: id eſt nulla omnino collatione facta ab ordinario: vel nullo illi præſentato: quia poſt præſentationem licet ante inſtitutionem non prodeſt collatio Papæ etiam cum derogatione huiuſmodi præſentationis, vt indicauit Curia Burdegalenſis an. 1544. in menſe Martis.

Rebuff ad d. §. ſi quis vero verſic. & ſufficit. Molin. ad reg de veriſſ. not. nu. 52. 53. Rebuff. ad §. declarantes in verbo iure præuent. ampliſſ. de mandat. Apoſtol.

Tamen ſi ordinarius contulerit ſeculari beneficium regulare vacans in menſibus graduatorum, aut ſeculare regulari quod nequit abſque ſummi Pontificis diſpenſatione, deinde Papa conferat ſeculari regulare diſpenſando cum illo, nemo vero graduatus regularis ſe offerat, potior erit collatio Papæ, quia ordinarij IX.

Rebuff. ibid.

ſubſiſtere non poteſt. Ergo ſi ſe graduatus iſte offerret, illi prodeſſet ordinarij præuentio etiam inualida nonobſtãte collatione Papæ rebus non integris. Vnde non vitiatur ordinarij præuentio niſi vbi omnino repleri non poteſt beneficium à collatario: quod verum eſt eo caſu ne facile turbetur & confundatur regularium, & ſecularium ordo. Aliâs enim ſi ordinarius non graduato contulerit beneficium vacans in menſibus graduatorum ritè præueniet Papam poſt conferentem, nec inualida erit collatio niſi graduatus petat. Quod tamen dicitur fallere ſi ordinarius expreſſerit ſe conferre non duntaxat tanquam idoneo, ſed tanquam graduato & nominato ei qui non erat.

Idem ibid. Papon arreſto 10 & f. lib. 2. tit. 5.

X.

Verum ſi eodem die concurrant collationes Papæ & ordinarij, verbi cauſa Papa vno die conferat per reſignationem cum derogatione regulæ de infirmis, & eodem die ordinarius alij per obitum, Papæ collatio præſumenda erit prior tam ratione prærogatiuę quam etiam reſignationis, licet collatarius ab ordinario prius acceperit poſſeſſionem, atque etſi ante bullas acceptas prouiſus à Papa acceperit poſſeſſionem, vt arreſtis iudicatum fertur. quanquam quoad poſſeſſionem voluerit Bonifacius 8. in dubio huiuſmodi collationum eum præferri qui illam cæperit. Quod ſi appareat ordinarij priorem eſſe collationem præferenda erit: hoc eſt, quod apud nos dicitur Papam habere quidem ius præuentionis non autem prælationis.

Rebuff gl. 11. n. 16. ad reg. de infirm. Papon. arreſt. 15. lib. 2. tit. 9.

Cap. 31. de præb. in 6. & gl. 161.

XI.

Ceſſat tamen aliquot caſibus hæc præuentionis Pontificalis authoritas, puta in Epiſcopali dignitate, Abbatiis, Prioratu, aut aliis dignitatibus in quibus Eccleſia eſt viduata Paſtore, & ſeruabatur olim caput quia propter, quoniam illarum nominatio ſpectat ad Regem? excepto ſi vacarint in Curia: idque iuxta concordatum ante quod etiam nec præuentionibus ſubjacebant. Agitatum quoque eſt in Curia Pariſienſi die 16. Mart. anno 1611. an Papa præuentionis ius haberet in dignitate electiua confirmatiua & iudicatum non habere. lis erat pro Cantoriatu Eccleſiæ collegiatæ D. Honorij quam obtinuit prouiſus ab Epiſcopo.

Rebuff. ad d. §. declarantes.

Gl. ad Pragmat. Sanct. tit. de elect. & reſeruat. in verbo ſtant §. ſtatuit.

Excipiuntur etiam quæcumque beneficia in patronatu conſiſtentia, & quæ iure regaliæ Rex conferre poteſt: ſed diſtinguendum de patronatu Eccleſiaſtico aut Laïco. De hoc enim poſtremo ait Molineus, nunquam patronos Galliæ Laïcos ſubiecíſſe colla præuentionibus ſummi Pontificis. quod etiam in permutatione verum eſt: adeo vt licet alterum tantum permutandorum

Digitized by Google

beneficiorum ſit de patronatu laïci non poſſit, nec per Papam quidem permutatio expediri ſine cōſenſu illius qui etiam requiritur in penſione conſtituenda: neque valet præuentio quamuis in confirmatione iuris patronatus eam ſibi reſeruauerit Papa, niſi aliter quam per bullas Papæ appareat de ſpontaneo fundatorum conſenſu, quorum voluntati & legibus in fundatione dictis non concedimus Papam derogare poſſe. Ac in tantum inutilis eſt eo caſu præuentio Papæ, vt qui per eam impetrauit beneficium, eo rectè euinci poſſit; licet vltra triennium poſſederit; quia illi non prodeſt decretum de pacificis poſſeſſoribus quo inhabilis nunquam iuuatur. Vnde prouiſus à Papa ſine nominatione Regis de beneficio nominationi affecto non iuuatur eodem decreto. Quoad autem patronum Eccleſiaſticum nec quoque valet præuentio in eius præiudicium facta niſi cum derogatione iuris patronatus, quæ derogatio numquam obeſt patronis laïcis, adeo vt ſi patronatus competat partim laïco, partim eccleſiaſtico cauſa laïci faciet vt derogatio non proſit, nec pro parte competente Eccleſiaſtico. Eſt autem patronatus laïcus quando ex patrimonio laïco etiam ſi à Clerico fundatio facta eſt: Eccleſiaſticus quando à Clerico ex patrimonio eccleſiaſtico. Idem tertia pars ſignaturæ.

XII. Denique dicebantur olim beneficia in menſibus graduatorum & nominatorum vacantia præueniri non poſſe à ſummo Pontifice: quippe eis deberi nonobſtante vlla præuētione. Et quidem Ludouicus 12. ſanxerat, ne his præuentionibus quæ poſt requiſitum à nominato, vel graduato ordinarium obuenerant aliquatenus deferretur. Atque vt mox dicebamus nullam aliam ſibi Pontifex præuentionem retinuit ex concordato quam virtute mandati ſui quo voluit quoſcumque præueniri, atque etiam graduatos & nominatos. Sed iam toleramus præuentiones aduerſus quoque iſtos quandoquidem, & in horum præiudicium poſſit Papa regulæ de infirmis derogare. Sic præuentiones lata via excurrunt quam intercludere viſum fuerat Aurelianenſibus Comitiis anno 1560. ſub Carolo 9. ſed mox ſequuta Regis declaratio anno 1562. eas liberiores fecit adeo vt approbarentur Senatuſconſultis magni conſilij anno 1571. 1573. non item ſupremi Senatus Pariſienſis cuius placita referuntur 11. Ianuarij 1564. 3. Febr. 1565. & 7. Maij 1568. præuentiones irritantia: idque vt aiunt nonnulli iuxta Pragmaticam Sanctionem. Quāquam Guymerius malè, inquit, dicunt aliqui ex hoc textu quod præuen-

Digitized by Google

tiones non habent locum cum non ſit diſpoſitio, ſed auiſamentum ad impetrandam prouiſionem à Concilio: nec poſſet etiam congregatio Gallicana tollere præuentiones contra decretum Baſiléenſe. Hæc ille: textus autem Pragmaticæ eſt ſupplicãdum eſſe Concilio Baſiléenſi vt ſeruato Concilij Lateranenſis Canone non liceret ſummo Pontifici, aut eius legato, præuenire intra ſex menſes ordinariis ad conferendum, & patronis ad præſentandum conceſſos. Sed iam deciſio eſt præuenire illum poſſe rebus integris.

XIII. Inſuper Pontifex Romanus poteſt ſolus in commendam perpetuam dare beneficia: Indeque commendarum non ſatis à limine Eccleſiæ excludendarum vſus prodiit à temporibus, vt dicitur Vrbani 6. & Bonifacij, ſub quibus eo progreſſæ feruntur vt Paulus 2. recenſuerit Monaſteria quingenta & amplius à Pontificatu Calixti fuiſſe commendata. Sed vetuſtiora reperire licet horum veſtigia. Nam Flodoardus in hiſtoria Rhemenſi refert Ludouicum Pium dediſſe in commendam Alpheidæ Abbatiam S. Petri Rhemenſis, indeque, ait ille, cœperunt beneficia etiam regularia commendari. Sic Lupus Ferrarienſis queritur de clericis Palatij diuerſorum cœnobiorum dominium ſibi optantibus & poſcentibus; quod non aliud erat quam commenda. An non eo quoque petinent Abbatiæ à proceribus Laïcis poſſeſſæ vt ſupra vidimus? Arnulphus item Imperator anno 895. Monaſterium Laureshamenſe dedit in commendam Adelberto Auguſtenſi Epiſcopo, vt eſt in Chronica Laureshamenſi. Sed quoad Pontifices Romanos Gregorius 7. Archiepiſcopo Viennenſi Abbatiam Dolenſem conceſſit: & Epiſcopo Reatino Monaſterium S. Quirici. Quod mirum in eo Pontifice qui exemptiones Abbatiarum à iure Epiſcopali approbauit, vt à vexatione redimerentur. At Epiſcopum habere Abbatem non eſſe defenſionis remedium, ſed potius deſtructionis Monachi Hirſangienſes dixerunt, eaque ratione noluerunt ſuum Abbatem qui Epiſcopus factus erat ſibi deinde præeſſe, ſed alium elegerunt.

Papyr. in Paulo 2. vbi aduerſus commendas inuehitur.

Ep. 25.

Ep. 17. lib 6. ep. 66. lib. 1.

Trithem in Chron. Hirſang ad an. 1105

Sunt etiam qui commendas repetunt ab eo tempore quo viſitationes induci cœperunt. Id eſt, Eccleſias vacantes alicuius Eccleſiæ committi quouſque præſul eligeretur, quarum plura extãt exempla in D. Gregorij Epiſtolis. Verum longè differebant à noſtris commendis: ſiquidem primo caſu fructus reſeruabantur futuro præſuli, detractis ſolummodo qui viſitatoris victui neceſ-

Digitized by Google

ſarij erant: Commendatarius autem eos facit ſuos aſſignata Monachis portione. Deinde viſitationes quas D. Gregorius delegabat, Epiſcopatuum erant non Abbatiarum: Sed curam exteriorem cuiuſdam Monaſterij Fauſto Cancellario Romani commendauit. Quod habita ratione ſanctitatis, iſtius Pontificis non eſt attendandum vt Fauſtum commẽdatarium faceret quemadmodum fiunt hodie commendatarij, ſed vt tuitionem haberet: & eſſet propè qualis olim Conſtantinus magnus ſe Epiſcopum exteriora dicebat. Ep.67.lib.1.

Erat quoque eidem D. Gregorio vſus, vt Epiſcopum cuius Eccleſia deſerta erat, Cardinalem alterius vacantis faceret vt ſupra vidimus. Vnde duarum videbatur poſſeſſor Eccleſiarum, ſed magna iuſtaq. cum ratione cum altera inutilis ei eſſet. Eademq; ratione commendas apud Græcos introductas ait Balſamon ad Can. 37. Synodi 6. in Trullo. Hinc tamen videtur abuſus vt Cardinalibus per commendas ſit licita pluralitas beneficiorum. Quod Clemens 5. aliquando reprobauit. At Pius 2. aſſeruit. Nam cum Cardinalitia dignitate decoraſſet Nicolaum Cuſanum virum in Germania doctiſſimum (quod eſt monſtrum coruo rarius albo, id eſt Germanum Cardinalem eſſe, ait Cranſius, ne ſecreta Eccleſiæ Imperatori reuelentur vt ſcripſit Gomeſius) ac Sigiſmundus Auſtriæ Dux ei moleſtiam faceret in eo quod nollet in ſua ditione Cardinales commendas habere provt habent apud alias gentes: cenſura Eccleſiaſtica & proſcriptione temporalium Pius eum caſtigauit. Deinde Ioannes 22. ab edicto prohibente pluralitatem beneficiorum Cardinales excepit: ac Leo 10. commendas reprobans, noluit amplius Monaſteria commendari niſi Cardinalibus, atque ita vt ſi Abbatis menſa ſeparata ſit, quartam ſuæ menſæ partem inſtaurationi fabricæ ſeu ornamentis, veſtibus, & aliis rebus Eccleſiaſticis emendis ſarciendiſque, aut pauperum alimoniæ conferat: ſi non habet ſeparatam, contribuat tertiam partem Monaſterij.

Cap 1. de præb. & dignit. in extrauag. communib.

Cranſius lib. 11 Vand. cap. 24.

Gomeſ. ad reg. de Idiomate q. 1.

Cap. 1 de præb. & dignit in extrauagant. Ioannis 22.

Conſtit. 11. to. 1. bullar.

XIV.

Dicitur autem Cõmendarum vſus introductus vt aliquis color daretur pluralitati beneficiorum in quam ſe ſe armauerunt toties Conciliorum & Sanctorum Patrum decreta & fruſtra vt plurimum: Quippe ab illis diſpenſante Pontifice Romano: vel etiam ſe ipſos diſpenſantibus qui plura beneficia tenuerunt. Cuiuſmodi notata eſt ſub Leone 7. Manaſſis Arelatenſis Archiepiſcopi ambitioſa auaritia, quod non contentus ſua Eccleſia Vero-

Digitized by Google

nenſem, Tridentinam, Mantuanam, ac poſtremo Mediolanenſem opera Hugonis Regis inuaderet circa annum 936. ob id Diœceſanis odioſus excluſuſque ab illis. Sed Hugone ſanctior Otho 3. Giſilarium accuſauit in Synodo habita anno 993. & ſuſpendi eum ab officio fecit quod duos ſimul Epiſcopatus retineret Magdeburgenſem, & Merſeburgenſem: ac ſimiliter apud Anglos anno 1070. Rex Guilielmus Stigandum Dorobernenſem conſentiente Alexandro 2. abdicandum à Synodo curauit, tum ob alias cauſas, tum quod Epiſcopatum Vvintoniæ cum Archiepiſcopatu iniuſtè poſſideret, vt retulit Thomas Vvalſingham in Neuſtria. laudandi ſanè Reges & ab aliis imitandi.

Paul. Langius in Chron. Citizenſi ad an. 993.

Ad hæc famoſa eſt Theologorum Pariſienſium reſolutio ſub Gregorio 9. anno 1227. neminem videlicet abſque peccato mortali poſſe duobus beneficiis incumbere quorum alterum victui ſufficeret. Ac notabile eſt quod ſcribitur inter hos Theologos extitiſſe Philippum Cancellarium Vniuerſitatis, cumque cum iſti reſolutioni contradiceret deinde æger admoueretur vt ſubſcriberet, reſpondiſſe velle ſe experiri an talis ſymoniacus damnaretur, mortuum apparuiſſe Guilielmo Epiſcopo Pariſienſi, ac æternis flammis ſe addictum dixiſſe, tum ob alia vitia, tum quod eam pluralitatem approbaſſet, & de fructibus ſui beneficij pauperibus non diſtribuiſſet. Eheu quanti pro anili commento hæc reputantes, flammas eaſdem incurrerunt, & incurrunt? Certa tamen eſt piorum Theologorum ſententia furtum & ſacrilegiũ ab eo committi qui vltra neceſſitatem res Eccleſiaſticas attrectet vt infra notabimus. Concilio vero Tridentino cauerunt Patres, neminem plures Cathedrales Eccleſias recipere poſſe, & ſimul retinere: qui autem plures tum haberent vna quam mallent retenta reliquas miſſas facerent. Præfati tamen ſe id ſtatuere ſalua ſemper in omnibus Apoſtolicæ ſedis authoritate, cuius exceptionis iure Paulus 3. qui olim adhibitis nouem viris doctiſſimis & piiſſimis iuſſerat ea perſequi corrigenda quæ ſcandalum Eccleſiæ afferrẽt, adeo illis non adquieuit, vt huic decreto interpretationem daret quo eluderetur: nimirum vt qui Eccleſias relicturus eſſet. Fructus omnes ſibi reſeruare poſſet aſſignãs tantum aliquid reſignatario pro ſua dignitate vtcumque tuenda: poſſet etiã regreſſum retinere vt ſi accideret reſignatarium cedere vel decedere, ad reſignantem Eccleſia regrederetur alteri ceſſura cui reſignans conſentiret. Ex qua fraude quidam Cardinalis quinque

Ex vita Greg. 9. to. 3. Concil. parte 2. & in Pragm. Sanct. tit. de collat. in verbo cenſeatur. Mejer annaliſta Flander lib 8. ad ann. 1228.

Concilio Claromant. ſub Vrbano 2. an. 1095. cautum eſt, vt nulli Clericorum liceat in duabus ciuitatibus duas præbendas obtinere cũ duos titulos non poſſit habere. Can. 12. neque geminos honores in ead. Eccleſia Can. 14.

Innocentius 4. Philippo Regis Caſtellæ filio in Clerum adſcito vt duos perſonatus ſiue duo Eccleſiæ beneficia obtineret indulſit, ep. 194.

Digitized by Google

Epiſcopatus & Abbatias totidem poſſidens, fructus recipiens aſſignauit reſignatariis ſuis pro ſua cuique ſcilicet dignitate vix ac ne vix quidem tuenda. ſic Eſpencæus doctor Sorbonicus celebris. atque ita fraus facta eſt Concilio. Indeque refixa eſt propalam beneficiorum pluralitas vnde cum nuper Eccleſiaſtici in Comitiis apud nos habitis anno 1614. vrgerent pro admittendo Concilio hoc Tridentino, liberè reſponderunt eis Tertij ordinis delegati: Intempeſtiuum eſſe iſtud proponere: ſed ſi Eccleſiaſticis adeo cordi eſſent iſtius Concilij decreta, ſe præberent primi illorum obſeruatores correctis & ablegatis à ſe erroribus qui non ſine ſcandalo apparent, ac potiſſimum pluralitate beneficiorum vt qui abundarent, cederent aliis qui non habent. At quotuſquiſque ablegauit: vt ſic conſtet non bono Eccleſiæ ſed ſuorum duntaxat commodorum cauſa de Concilij admiſſione illos anxios eſſe.

In cap. 1. epiſt. ad Titum.

7. Iul. 1610. Magnum Cõſilium iuſſit eũ qui Curam cũ Præbenda habebat alterutrũ dimittere, aliâs impetrabile eſſe.

XV.

Verum vt ad ſemitam redeamus, poteſt dici commendas inuentas eſſe vt veluti fucum facerent decretis pluralitatem beneficiorum prohibentibus: quaſi commenda non ſit titulus, & titulorum duntaxat pluralitas reprobata ſit. Sed præterquam quod de commendis perpetuis & temporalibus diſtinguitur vt hæ non ſint tituli, ſecus de prioribus in quibus vult Molineus omnia iura de vero Prælato ſeu titulario loquentia habere locum in commendatario perpetuo: verba legis ita captare non oportet vt ad inſtar Phariſæorum quos Chriſtus damnauit, menti & ſenſui legiſlatoris illudatur: hoc eſt enim, vt aiunt Iuriſconſulti, verba cauillari, & calumniari: non rebus ſed verbis legem ponere, vnde cum Baldo exclamare licet, ô nimia ſubtilitas quæ realitatem vulneras. Cum autem ſancti Patres, ſanctaque Concilia pluralitatem damnauerũt, hoc voluerunt, vt diſpertita in plures plura beneficia, vnumquodque haberet ſuum hominem à quo deſeruiretur, & eſſet vnde pluribus Clericis ſubueniretur, quæ per commendas negantur.

Gomeſ. ad reg. de Triennali poſſ. q. 5. & ad regul. de infirm q. 13. Molin. ad reg de public. reſignat. n. 227. & ſeq. vſque ad n. 237 ampliſſ.

XVI.

Sed Eccleſiam Eccleſiæ vniri non incognitum fuit antiquitati quando vna non ſufficeret alendo Clerico: qua ratione Gregorius Magnus Minturnẽſem Eccleſiam deſolatam Firmienſi vniuit, & alias huiuſmodi.

Ep. 8. lib 1. ep. 35 lib 2. ep. 39. lib. 8.

Vtcumque ſint ergo & commendæ, & pluralitas beneficiorũ, & vniones, præſtat in iſtis omnibus Maieſtas ſummi Pontificis, vt von valeant niſi ex eius diplomate, quod tamen non ſufficit in

Digitized by Google

patronatis aut regalibus beneficiis, id eſt quæ ſunt in nominatione vel patronatu Regis, aut aliorum, niſi accedat illorum conſenſus. Quin etiam Gallica iuriſdictio ſolet vnionibus factis à ſummo Pontifice minus deferre quibuſdam in caſibus: verbi gratia vniones perſonales, id eſt in gratiam alicuius perſonæ conceſſas: Item Parochialis Eccleſiæ cum alia non Parochiali, vnde qualitas & functio Parochialis confundatur, & extinguatur: Itaque reſciſſa eſt vnio Curialis Eccleſiæ Seruatoris Dei cum Canonicorum D. Germani Antiſſiodorenſis ſodalitio licet præſcriptione pluſquam ſeculari munita. nec enim Eccleſia curam habens animarum ſupprimi debet. Item non valet vnio niſi ſeruatis formulis ad eam præſcriptis. Quod vero dicitur vniones à ſummo Pontifice ſanciendas, intelligēdum eſt de Epiſcopatibus, Abbatiis, & aliis majoribus præferturis Eccleſiaſticis: Nam minores Epiſcopus, aut Archiepiſcopus cōnectere poteſt cauſa requirente, modo beneficia vnienda ſint in eius Diœceſi: Neque enim quod eſt in alieno territorio vnire poteſt vt aduerſus Archipræſulem Rhemenſem iudicatum eſt.

Rebuſt. tit. de vnionibus Chopp. de ſacra polit tit. 6 lib. 2. n. 8. aliud exemplum refert num 13. ac eod tit. nu. 9. & ſeq. amplius de vnionibus.

Idem Chopp. lib. 2. Monaſt. tit. 2. n. f.

XVII. Sed ne ſingulos caſus percurramus, hoc deferimus Epiſcopi Romani Principatui, vt nullam tranſactionem, quam Concordatum vocant, validam habeamus in cauſis & rebus beneficialibus vt dicitur, niſi eius authoritate confirmatam, quod æquiſſima & religioſiſſima Curia ſanxit primo Decembris anno 1558. præcipiens etiam inferioribus Iudicibus ne vllus Concordati à Romano Pontifice non confirmati rationem aliquam haberent. Idque quoniam hæc Concordata ſymoniæ labe inficiuntur, quam eum ſolum abſtergere poſſe credimus: Neque tamen adeo deferimus huic maieſtati vt admittamus omnia Concordata ab eo approbata. Quia enim reſeruationes & regreſſus iamdiu exploſimus non approbaremus reſignationem ſic factam vt aliquandiu

Loüet. in litt. C. arreſto 40.

XVIII. poſt reſignanti liceret ad beneficium dimiſſum regredi. Et quia plurima Concordatorum pars verſatur circa penſiones non toleramus eas conſtitui, ita vt reſignanti reſeruentur omnes fructus penſionis vice, vel vt grandi penſione illi abſorbeantur, ſed duntaxat tertia pars conſtituatur in beneficiis curam animarum non habentibus. In aliis autem aliquando minor ſi quod ſupereſt non ſufficiat Sacerdoti. Ergo immoderatæ penſiones reducuntur in gratiam eius qui onera beneficij ſuſtinet, pondus & æſtum dici: niſi quod valent inter reſignantem & reſignatarium, atque etiam

licet

Digitized by Google

licet non approbatæ ſint ſummo Pontifici, necnon aduerſus eum qui à reſignatario ius habet, ne ex fraude & perfidia lucrum captetur, exceptis beneficiis curam animarum habentibus: quæ nonobſtante concordato etiam Romæ tranſacto, reduci poſſunt, imo penitus negari ſi redditus non ſufficiat, & ad parochum alendum, & ad penſionem præſtandam. Approbatio vero ſummi Pontificis id operatur, vt penſio tranſeat in eum qui per obitũ reſignatarij ſuccedit: ſecus de non approbata penſione: quæ in perſonam ſuccedentis per obitum non tranſit. At generaliter obituarius ſucceſſor reductionem petere poteſt, ſi immoderata ſit, licet confirmata fuerit penſio. Sciendum quoque eſt eam approbationem non tanti eſſe vt valeat in beneficiis quæ in nominatione, aut patronatu laïcorum conſiſtunt, ſeu Regis, ſeu aliorum niſi acceſſerit illorum conſenſus.

En tandem quo ſe extendit potiſſimum in Eccleſia Gallicana Epiſcopi Romani prærogatiua ſuper beneficiis collatiuis: vt olim erant in ſola diſpoſitione Antiſtitis Diœceſani: vt eo abutente ſua poteſtate, ſummus ille Pontifex his curam ac demum vſurpationem intenderit: vt querelis ordinariorum ſatisfactum fuerit: vt denique noua iura eaque non prorſus legitima introducta fuerint quæ puriora ſecula ignorarint: verum non ceſſauit abuſus qui ſine conferente ſummo Pontifice ſiue inferioribus viget, vt gratiæ non merito collationes tribuantur: ac plebibus ruſticis plerumque præficiantur Sacerdotes, adeò ſtolidi, aut diſſoluti, vt non ædificationi, ſed ſcandalo & ludibrio illis ſint. Cur non vero graduati à quibus edocerentur verbum Domini, illis non æquè præponantur ac vrbium & ciuitatum incolis? nonnè vt horum ſic illorum redemptæ ſunt animæ pretioſo ſanguine Chriſti, ideoque vtrarumque rationem ab Antiſtibus repetituri? Quapropter non tam abſoluta eſſe deberet beneficiorum collatio, quin Epiſcopus & quilibet collator impediretur ea concedere niſi graduatis viris, & quorum mores indubitato teſtimonio cõprobati eſſent. Alias deuolutioni ad ſummum Pontificem locus eſſet, cui etiam imperium Chriſti legem dicere debet, ne aliis conferat. Sic enim Eccleſiæ Cathedrales dignitate hominum commendarentur, ſic inferiores rectius gubernarentur: ac vno verbo, vitio ſanctitas ſuccederet, quandoquidem Pagani Mineruam ſcientiarum dominam finxerunt virginem & caſtam, quia in harum ſtudio maximum eſt contra vitiorum & carnis illece- XIX.

Digitized by Google

bras remedium dicente aliquo ex ſanctis Patribus, Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis: At dixerit aliquis doctos viros vix adduci poſſe, vt ruri ſe conferant vbi parca ſtipendia & nulla ferè cum agreſtibus conſolatio & ſocietas: ſed ſtipendia augeri facilè eſſet detracto aliquo ex illis qui nimis abundant. Ad hæc etiam duo inſuper deſiderarem, vnum, vt duo vbique eſſent ad minus Præſbyteri eodem tecto commorantes, tum vt neceſſitatibus & miniſterio Eccleſiæ abundantius ſeruiretur, tum vt altero præſente alterum puderet inhoneſta committere. Vnde Toletana 4. Synodus, voluit Præſbyteros non ſolos eſſe, ſed ſocios ſecum habere vitæ ſuæ teſtes, atque idem de Epiſcopis. Deinde vt gradatim dignitates & beneficia conferrentur, nempe Parrochiales Eccleſiæ muratarum ciuitatum, Epiſcopales, Abbatiales, & cæteræ huiuſmodi Doctoribus Theologis: inferiora vero Magiſtris Artium. ſic enim ſpe opimioris beneficij ſua vice conſequendi quæcuinque ſtatio placeret: ac exularentur tot inuerecundæ lites quas ambientes per fas nefaſque beneficia, totque Romanæ Curiæ technæ pepererunt: reſignationes, potiſſima ſcandalorum cauſa, faceſſerent: & vno verbo ſymonia extingueretur: nihil ſibi reſeruante Pontifice Romano quam vt confirmationibus conceſſis vteretur, & prouideret ne ille ordo proculdubio ſanctus violaretur. Vnde non amplius vera forent. hæc Æneæ Syluij qui poſtea Pius 2. fuit. Decipitur interdum Romanus Antiſtes, homo eſt & inter homines viuat neceſſe eſt. Sunt in Romana Curia & auari & ſeductores quis neſcit? & alibi: quod deinde ſubiungis extorqueri multum auri ab his qui dignitates, vel alia beneficia aſſequuntur, non eſt cur de hac ſede conqueramini: ſed potius de cupiditate & ambitione veſtrorum hominum qui currentes pro Epiſcopatibus & inuenientes cõpetitores, his quibus Palatium patet certatim pecunias offerũt: Illi vero qui alloqui Pontificem poſſunt, non ſunt omnes ſimiles Angelis, ſed quales in Alemannia, Galliaque multos reperias: recipiunt enim quod offertur, non extorquent: Romanus autem Præſul in thalamo ſuo, nunc hos, nunc illos audit, & illos promouere ſolet qui magis commendantur, nec ſcit, nec etiam arbitratur pecuniæ cauſa hos aut illos commendatione præferri. Sic Æneas nondum Pius: ac poſtquam Pius cum non ignoraret iſta ſcandala, cur non à pietate cuius præferebat nomen admonitus fuit, vt modum adhiberet quo-

Can. 22.

Lib. de moribus Germanor. epiſt 369. ad Martinũ Meis de excuſatione cõtra murmurationis Germanicæ.

Digitized by Google

mala ſupprimerentur quæ ſciebat fieri? Modus autem profecto non validior eſſe poteſt quam in illa graduali collatione huiuſmodi perſonis facienda. Cui tamen videretur aliquod impedimentum afferre nominatio & patronatus Regis & laïcorum. Sed cur non Rex & laïci conſpirarent in commune bonum etiam cum præiudicio iuris ſui? Quod ſi iſtius tenaces eſſe volũt, caueatur ſaltem vt non liceat eis nominare ſeu præſentare niſi harum qualitatum homines, aliâs deuolutioni locus ſit: nec admittantur, ſeu à ſummo Pontifice, ſeu ab inferioribus quorum eſt confirmare, & admittere: aut ab admiſſione, vel confirmatione locus ſit appellationi tanquam ab abuſu meliori iure, quam in aliis caſibus: ad quem enim magis neceſſarius eſſe poſſet? Verum quoniam meum non eſt de re tanta diffinire, iudicium ſit penes optimum maximumque Deum qui quod Eccleſiæ ſuæ intereſt inſpiret Paſtoribus ſacris & politicis, ac præſertim ſummo Pontifici: nulluſque zelo meo ſuccenſeat.

CAPVT VLTIMVM.

DE AVTHORITATE SVMMI PONTIficis in collationibus apud aliquas gentes.

Lectio.

1. *Germaniæ auiſamenta contra expectatiuas & reſeruationes.*
2. *Concordatum ſuper his inter Nicolaum 5. & Fridericum Imperatorem.*
3. *Non obſeruatum à Pontifice.*
4. *Inde renouatio auiſamenti Moguntini: & de grauaminibus propoſitis à Germanis.*
5. *Clementis 7. Conſtitutio.*
6. *In Hiſpania patronatus ampliſſimi ſunt, tam Regis, quam aliorum Laïcorum. & quædam beneficia litteratis reſeruata.*
7. *Nullatenus permittitur derogari à Pontifice his patronatibus, aut reſeruation.*
8. *De indultis Regis, & Cardinalium Hiſpaniæ.*
9. *Expectatiuæ habent locum in Hiſpania.*
10. *Certi ſunt menſes ordinariis relicti.*
11. *Regreſſus habent locum in Hiſpania.*
12. *Papa præueniri non poteſt.*
13. *Commendarum prohibitio.*
14. *In Polonia reſeruationes ad-*

Digitized by Google

mittuntur.

15. *In Flandria excluduntur, niſi acceſſerit Regis Hiſpani conſenſus.*

16. *Heluetiorum graue decretum contra bulliſtoſes beneficiarios.*

17. *In patria obedientiæ vt Britannia Armorica, admittuntur expectatiuæ & reſeruationes.*

18. *Conſtitutiones ſummorum aliquot Pontificum de reſeruationibus.*

HIs quæ de iure ſummi Pontificis in collationibus beneficiorum apud nos præfati ſumus libet ſubjicere nonnulla (nec enim ſingula ad meam notitiam peruenerunt) de iuris eiuſdem inter alias quaſdam nationes vſu controuerſo & recepto.

I. Germaniam licet Imperij ſedem, mandatis, expectatiuis, & aliis reſeruationibus grauatam fuiſſe ſatis innuit iſte titulus propoſitus anno 1416. Auiſamenta per deputatos Prouinciarum nationis Germanicæ concepta in Concilio Cõſtãtienſi, & poſtea per deputatos eiuſdem nationis audita ſuper materia Apoſtolicarum reſeruationum, & collatione beneficiorum per ſummos Pontifices & ordinarios collatores practicanda.

Horum auiſamentorum ſententia eſt, ne ſummus Pontifex quemquam ordinarium collatorem grauare habeat, nec debeat niſi per vnicam Apoſtolicam expectatiuam in forma ſpeciali ad beneficia majora, quæ taxam 10. marcharum argenti puri non excederent: ac ſimiliter non niſi per vnicam Apoſtolicam expectatiuam in forma pauperum ad beneficia minora.

Auiſamentis iſtis addita ſunt alia tempore Concilij Baſileenſis aduerſus eaſdem reſeruationes, & expectatiuas quas ſupprimi volunt Germani cõcedentes duntaxat, vt vnuſquiſque ſummus Pontifex poſſet in toto ſui Pontificatus tempore vnum beneficium reſeruare ab vnoquoque collatore habente decem beneficiorum collationes, & duo vbi 50. in quibus indigena alienigenæ præferretur: nec illi facultas foret beneficium exteris commendandi, aut penſionem ordinandi ſine conſenſu ordinarij. Sed in concordatis nationis Germanicæ habitis anno 1447. inter Nicolaum 5. & Fredericum Imperatorem, Nicolaus declarauit ſe

II. non obſtare quominus nonobſtantibus reſeruationibus & expectatiuis ordinarij collatores liberam habeant beneficiorum diſpoſitionem in menſibus Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris vacantium: exceptis tamen reſeruationibus

Digitized by Google

in iſto Concordato expreſſis, puta dignitatum & beneficiorum vacantium, vel in Curia, vel morte Cardinalium, Legatorum, collectorum, & officialium Romanæ Curiæ; vel promotorum, aut promouendorum ad aliam dignitatem ſeu beneficium: vel renuntiatione, aut poſtulatione, depoſitione, tranſlatione, aut priuatione, vel ex nullitate electionis, aut ſi in diſcordia facta fuerit: Itaque hos caſus in iſtis menſibus ordinariorum, & ſex alios menſes ſedi Apoſtolicæ reſeruans: dignitates autem ſecundarias, id eſt primas poſt Pontificales vacantes vltra eas reſeruationes, ſtatuēs iure ordinario conferri per eos, ad quos pertinet: quin etiam voluit Nicolaus, vt ſi non apparuerit prouiſum eſſe ab Apoſtolica ſede infra tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficij de eo quod vacarit in menſibus reſeruatis, tunc ordinarius id conferre poſſet. Quod Gregorius 13. ita interpretatus eſt, vt ſufficiat alicubi notam eſſe Pontificis prouiſionem, videlicet ſi intra illos tres menſes Pontifex prouiderit, licet prouiſionis notitia ad ordinarium non peruenerit, nulla tamen ſit eius collatio poſt illos tres menſes facta: modo prouiſus intra tres menſes notam ordinario faciat collationem ſuam, aut in ipſo beneficij loco publicet.

Conſtit 42. to 2. bullar.

III. Sed his concordatis à Pontifice derogatum fuiſſe, plerumque docent eorumdem Germanorum querelæ quas Æneas Syluius recenſuit, quippe querelarum ipſe aliqua cauſa quod dolerent Germani ei extero homini præpoſituram conceſſam eſſe à Pontifice: & paratum ſe dicens renuntiare potius omnibus beneficiis quam ei nationi moleſtum eſſe. Vbi vero factus eſt Pontifex Pij 2. nomine grauiter ſuccenſuit Sigiſmundo Auſtriæ Duci, quod non pateretur Eccleſias Germaniæ in commendam dari, ob idque Nicolao Cuſano Cardinali ſe opponeret, quin etiam cum ab eo cenſuris voueretur, auſus eſſet illum in cuſtodiam mittere. Qua de cauſa execratus eſt à Pontifice, totique eius ditioni ſacra interdicta: prohibitis etiam peregrinis per eam iter agere: licet Duce rationem facti ſui reddere parato, atque vt redderet miſſo Romam nuntio, qui cum non audiretur appellationem interpoſuit.

Ep. 369. 356 321 & amplius lib. de moribus Germanorum.

Crantſ. lib. 12. Vandal. cap. 24

IV. Deinde ſub Maximiliano Imperatore queſti Germani concordata non obſeruari Pragmaticam inſtituerunt ad inſtar Gallicanæ, quæ Moguntinum auiſamentum renouans conceſſit ſummo Pontifici vnum de 10. & duo de 50. Ac demum imperante

Digitized by Google

Carolo 5. Comitiis Norembergæ habitis an. 1522. expoſita ſunt centum grauamina quæ Germania pati dicebatur ab Eccleſia Romana quorum pleraque ſunt de attenuatione, vt dicunt, iuris patronatus & vſurpatione collationum aduerſus ordinarios præuentionis prætextu, vel vacantium in Curia: vel quod beneficiorum vltimi poſſeſſores eſſent familiares, aut officiales Papæ, ſeu Cardinalium: de Commendis ex quibus accidiſſe aiebant, vt in Monaſteriis vix ſex, aut quinque alerentur Monachi cum ante ſolerent quadraginta, aut 50. Denique de expectatiuis, & cæteris huiuſmodi pectoralibus, & mentalibus reſeruationibus ex quibus acceſſus & regreſſus inducuntur. Vnde ipſi Prælati audendum credentes, minus fortaſſè deferebant concordato in

V. his quæ ſunt per illud reſeruata Pontifici. Quod adſtruere videtur Clementis 7. grauis conſtitutio, qua collationes factas à Prælatis contra concordata nullas declarat, ab his recedere ſe nullatenus velle dicens.

Conſtit 46. to. 1. bullar.

Et quidem ex tractatu & quæſtionibus Georgij Branden Canonici Auguſtani ſuper concordatis Germaniæ apparet non omnes Eccleſiaſticos Germanicos bene ſentire de reſeruationibus, etiam concordato comprehenſis, quaſi nonobſtante illo tolli potuerint vel præſcriptione, vel non vſu, vel non recepta lege ita vt ſecurè, & ſalua conſcientia ordinarii collatores reſeruata beneficia in iſto concordato conferre poſſint, quaſi ad inſtar Gallorum, qui reſeruationes omnes paucis exceptis vt iam notauimus, excluſerunt: ſuamque in ea re libertatem concordato cum Pontifice firmauerunt. At non in ea conditione ſunt Germani qui ſuo concordato obligati ſunt. Vnde non immeritò Georgius Branden eos refellit qui pacto Germanico non obediunt, docetque nec præſcriptionem, nec deſuetudinem, nec quod dicatur non recepta lex, eos à peccato mortali eximere: addens inſuper poſſe etiam Pontificem à concordatis diſcedere, neutiquam verò Prælatos, aut Principes cum quibus inita ſunt; quia, inquit, meram gratiam continent quæ in libera gratificantis facultate remanet. At nos fixum habemus nec Pontificem derogare poſſe noſtris concordatis: ideoque aduerſus derogationes nobis ſuffragantur appellationes ab abuſu: fortaſſè quoniam ea non meram gratiam putamus, ſed pactum reciprocum vtrimque obligatorium, quo ſopitur velut bellum ciuile diù agitatum in Eccleſia dum Pontifex ſe ordinarium ordinariorum dicens ad ſe

Digitized by Google

diſpoſitiones omnium beneficiorum pertrahebat: Epiſcopi vero antiquo iure & vſu contra nitebantur.

Sed quoad beneficia, dignitates, & præbendas Eccleſiæ Germanicæ licet, vt vidimus, diuiſio ſit menſium inter Pontificem & ordinarium, non obſtat tamen hæc diuiſio quin Pontifex & legatus eius conferre valeat etiam in menſibus ordinariorum, quanquam non conferat regulariter niſi magna de cauſa. dicitur enim concordatum non ligare manus, nec impedire collationes illius, ſed ſolum gratias præuentiuas quas habebant olim expectantes. Quod tamen intelligitur, vt concurſum habeat Pontifex & præuentionem. Nam ſi eum præuenerit ordinarius in menſibus ſuis validior erit collatio eius ſubſequente Pontificia. Quatenus verò Gallia præuentiones admittat iam notauimus.

Item q.6. ſub. f. q. 12. n. 19. & notab. 1. n. 2.

Diſputatur autem in Germania, an quod ex concordato afficiuntur Papæ beneficia priuatione, vel promotione vacantia extendatur etiam ad ea. quibus priuatur aliquis ſententia ordinarij: vel ex promotione non iam facta ſed futura. Puta vacat ſedes Epiſcopalis: cogitant Canonici de præpoſito, vel Decano ſuo in eam ſubrogando: Is vero quaſi ſub ea ſpe reſignat ſuam dignitatem in manibus capituli: dicitur non valere ea reſignatio, nec collatio capituli inde ſequens. Quoniam ei obſtat regula de beneficiis promouendorum niſi capitulum ſpeciale indultum habeat contra illam regulam ſicut Eccleſia Auguſtana, & Leodienſis. Vacantia vero priuatione ob hæreſim, vel confidentiam quamuis ſententia ordinarij cēſet Georgius ad Papam pertinere.

q. 9. q. 12.

q. 10.

Atque ſic locum habent in Germania regulæ Pontificiæ de beneficiis promouendorum, de vacantibus propter hæreſim, & de valore exprimendo quas nos Galli neſcimus. Necnon idem author acceſſus, regreſſus, & ingreſſus concedere poſſe Pontificem ad libitum exiſtimat, quanquam non habeant locum in Germania niſi ob non ſolutam penſionem, & caſus introductos à iure ſexti decretaliū quod nobis ob memoriam Bonif. 8. inuiſum eſt.

d. q. 9. & 10.

Idem ibid. q 11 ex cap. ſi beneficia de præb. in 6.

VI.

Hiſpanorum beneficia ſunt plurima ex parte in patronatu Regio, vel aliorum Laicorum, ac etiam patrimonialia vocan..., ſuntque adeo affecta patrimoniis vt filiis quos dicunt patrimoniales conferri debeant, ſi capaces ſunt: ac viciſſim ea conferuntur à parochianis, id eſt laïcis, & capitulo: & horum beneficiorū prouiſiones dantur in Cancellaria Regia.

Borellus cap 52 de præſtantia Regis Catholici. Bouadilla lib. 2 de la Politica caſo 67. tit. 18. caſo 110.

caſ. 111. & n. 221. Recapitulacion ley 3. tit. 6. lib. 1.

Digitized by Google

Gutierres lib. 2 Canoni. quæſt. n. 29. vbi patrimonialia beneficia ait eſſe quæ ciuibus, & originariis nõ aliis cõferũtur. Couar practic. quæſt. to. 2. c. 36 n. 3.

Patronatus Regii ſunt omnes Prioratus D. D. Iacobi, & Lazari: & regni Granatenſis omnia beneficia, tam majora, quam minora vſque ad Sacriſtiam minimam collationis ſunt regiæ: necnon in pluribus Hiſpaniæ locis Eccleſiæ quas *de las Montannas y ante yglesias* nuncupant.

Lib. 13 de reb. Hiſp. cap. 18 Gutierres eod. loco, n. 41.

Gomet. lib. 4. de rebus geſtis Ximenij.

Cæterorum autem beneficiorum duæ Præbendæ, & duo Canonicatus in vnaquaque Eccleſiæ reſeruati ſunt Theologo alter: & Doctori vtriuſque iuris, aut vnius tantum alter qui ab Epiſcopo & Capitulo eligi debent: ita tamen vt Doctor licentiato præferatur, nobilis ignobili: quod inſtitutum, ait Mariana, quia ſumma litterarum inſcitia tenebat Hiſpanos Sacerdotes, & quiſque ſymonia laborabat. Gometius vero refert Ximenium Archiepiſcopum Toletanum cum erexiſſet Complutenſe Collegium ac diceret magiſtris & præceptoribus prandium quidem opiparum paratum eſſe, vereri autem ſe ne cœna illis deforet: id eſt, quandiu ætate, & viribus ſufficere poſſent erudiendis ſcholaſticis ſe prouidiſſe, vt nihil eis déeſſet: vbi vero vergentes ad ſenium labori impares eſſent, nihil relictum: hæc videlicet meditantem effeciſſe apud Xyſtum 4. vt D.D. Iuſti & Paſtoris parrochialis Eccleſia collegiatã fieret, ac huius præbendis potirentur Theologiæ, necnon liberalium Artium magiſtri: & Theologi in Canonicos Philoſophi in portionarios, provt quiſque in titulis præcederet, cooptarentur per rectorem & triumviros, atque tandem aſſumerentur à Rege ad cuius tutelam præbendæ pertinerent. Optima ſanè inſtitutio: atque vtinam in omnibus Collegiatis, & Cathedralibus Eccleſiis ſeruaretur, vt ad eas non aſſumerentur niſi huiuſmodi gradibus, aut ſtudiis egregiè perfuncti.

Indices rerum ab Arragoniæ Regibus geſtarum lib 1. ad an. 1104. Recopilacion tit. 3. ley 14. 16. 23 24. lib 1 ley 5 tit 6. eod. lib. Pract quæſt. to 2. cap. 16 in principio, & n. 3. toto. Garcias tract de beneficiis parte 5. §. 21 n. 557.

VII. Huiuſmodi autem reſeruata patronatui laïco & regio, ac Theologis, & Doctoribus, artiumque magiſtris adeò mordicus retinentur, vt non ferãt Hiſpani vllatenus eis derogari à ſummo Pontifice. Cumque aliquando Petrus Arragoniæ Rex huic iuri renuntiaſſet, reclamauerunt omnes regni proceres, & irritam renuntiationem fecerunt. Regum deinde edictis ſtrictè prohibentur Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & cæteri Eccleſiaſtici deferre bullis quæ derogentjis iuribus etiamſi clauſulam habeãt ceſſationis à diuinis & excommunicationis: ſed iubentur mitti ad Regem, & Conſilium Regium: ſi ſecus fecerint extorres, priuatiq; ſuis temporalibus fiunt: & denique vt ait Couarruuias, earum executionem ſuſpendunt interim, donec per ſupplica-

tionis

tionis auxilium, ſummus ipſe Pontifex certior fiat quantum hinc detrimenti immineat reïpublicæ, & quàm graue ſcandalum ex hiſce frequentiſſimis derogationibus ſuboriatur, vt tandem huic læſioni publicæ occurrat, ne alioqui laïci à piis operibus, Eccleſiarum dotatione, conſtructioneque magno religionis incommodo abſtineant.

Itaque conſeruant patronatus non ſolum Regios, ſed & cæteros laïcos: nec minus etiam patiuntur derogari per vllas reſeruationes, aut præuentiones ijs beneficiis quæ patrimonialia dicuntur, ſummopere cauentes ne exteris conferantur, ſed incolis tantum & ciuibus eius vrbis in qua ſunt conſtituta: nec vt mox diximus, transferri ſinunt affecta Theologis Doctoribus, artiumque magiſtris, & huiuſmodi.

Idem ibid n.5. toto. Garcias ibid. Ibid.n.4.§.ſimiliter. Garcias ibid.& ca.4.§.1.n 165. 169 & ſequent. Ibid.d.n.4.

Vnde regula reſeruationis vacantium in curia non valet ad hæc beneficia, nec appoſitio manus, nec vlla quæuis: atque etiãſi partim ad laïcos, partim ad Eccleſiaſticos patronatus pertineat, non magis ei derogatur niſi præualeat Eccleſiaſticorum numerus: vel ſi ad fraternitates laïcas licet videantur eſſe iuris Eccleſiaſtici. Nec ea beneficia permutari conceduntur, licet interpoſita ſummi Pontificis authoritate, abſque patronorum, aut eorum ad quos pertinet ea præſentare, vel conferre conſenſu: Neque ſuper ea toleratur penſio niſi eodem interueniente conſenſu: Nec denique ea vniri aliis feruntur. Et in dubio præſumunt Hiſpani iura patronatus adquiſita eſſe conſtructione, vel dotatione, quando plurimis præſentationibus, & longo vſu nituntur. Quanquam Garcias has prærogatiuas eis patronatibus demat quæ ex priuilegio, vel conſuetudine duntaxat conſtant: teſtatur tamen ius patronatus probari ex immemoriali poſſeſſione.

Garcias ibid. n.583. Couarr.ib. d n.4.§. tertio opponitur. & de fraternitatibus n.8. de permutat idem ibid. n.9. toto. de penſione idem ibid.n.10.toto. Garcias parte 1. cap.2.n.361. de vnione Couarr. ibid.n.11. idem n.5. Garcias d.part. 5 c.1. §.2.n.573 & ſequentibus. d parte 5.ca.9. n.81 83.

VIII.

Habet etiam Rex Hiſpanus indulta quædam à ſummo Pontifice, ſed quibus facilè derogatur. Eis enim præferuntur impetrantes ſeu expectantes Apoſtolici, niſi aliter caueatur in indultis, aut niſi ea ſint in fauorem graduatorum.

Staphila tract. de gratiis expectat. tertia forma de mandatis.

Habent quoque Cardinales Hiſpani ſua indulta, quibus tamen conceſſionibus, vel indultis excipiuntur beneficia vacantia in Curia Romana: dignitates maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principales in collegiatis: beneficia regularia cõſiſtorialia, vel conuentus habentia, & quorum fructus in libris cameræ taxati reperiuntur: item vacantia beneficia per veros, &

Garcias d part. 5.c.1.§.9 n.630

actuales familiares, & continuos commenſales Papæ qui tam tẽpore Pontificatus, quam Cardinalatus priuſquam ad Pontificatus apicem aſſumerentur, fuerunt: rurſus commendæ in dignitatibus, ſeu officiis clauſtralibus.

IX. Quid vero de expectatiuis & reſeruationibus? certum eſt eas liberiore campo vagari per Hiſpaniam quam in hoc regno.

Idem d. cap. 1. §. 2. n. 208. Et quidem beneficia officialium curiæ ſunt reſeruata, ſiquidem cum mortui ſunt habebant officia ſua. vt iudicatum eſt in præbenda Vallidolidenſi 13. Aprilis, anno 1594. In Protonotariis autem hoc obſeruatur vt dimiſſis officiis ſemper cenſeantur Notarij, vnde reſeruationi huiuſmodi ſubſunt illorum beneficia: Itaque ſic reſeruata non competunt expectantibus, vt infra notabimus.

Garcias ibid. n. 219. Viget quoque in Hiſpania regula Pauli 5. qua ſummus Pontifex ſanctæ ſedi reſeruauit omnia beneficia ad collationem Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Abbatum, & quorumcumque collatorum, ſeu regularium, ſeu ſecularium pertinentia quæ vacare contigerit poſt mortem, vel renuntiationem collatoris.

Ibid. n. 238. & ſequent. Excipiuntur tamen quæ ab Regis Hiſpani nominatione pendent ex priuilegio, vel conceſſione, vel quorum collatio communis erat duobus, tunc enim ſuperſtiti tota accreſcit: aut ſi præſentatio, vel electio ad vnum, & collatio ad alium pertinet. Item ſi Epiſcopus, & capitulum alternatim, & in turno conferunt: Nam mortuo Epiſcopo ius conferendi defertur ad capitulum: & quocumque caſu alter ex conferentibus incapax eſt, alteri ſolidum ius remanet. Quæ omnia rebus iudicatis in Hiſpania confirmat idem Garcias.

Idem d. c. 1 nu. 8. 9. & ſeq. Præter hæc concordato acto inter collatores, vel patronos Eccleſiaſticos certum eſt obſeruari in Hiſpania, vt Papa octo men-

X. ſes habeat ad conferendum omnia beneficia quæ vacant iſtis menſibus, nec ſunt patronatus laïci, vel iſtius generis in quo reſeruatio Papæ non admittitur: Ergo iſta in his octo menſibus vacantia reſeruationem ſapiunt: Namque collatores nihil iuris in ea habent niſi vacante Romana ſede. quippe contentos eos eſſe oportet collationibus eorum quæ vacare contigerit in aliis quatuor menſibus: niſi quod ipſe ſummus Pontifex in gratiam Epiſcoporum reſidẽtium, vt eos ad reſidentiam quæ maximè decens eſt Paſtori & neceſſaria gregi, obligaret, annum alternatim inter-

Digitized by Google

ſe illoſque diuiſit, vt ipſe ſex menſes ad conferendum habeat, illi etiam ſex.

Sed neque hi ſex menſes, neque quatuor exempti ſunt à reſeruationibus & præuentionibus ſummi Pontificis, niſi indultum clauſulam contineat irritantem, Etiamſi per nos.

Volunt enim ea diuiſione ſummum Pontificem non adeo à ſe omnem poteſtatem abdicaſſe, quin præueniendo ordinarium conferre poſſit. Verum hæc præuentio non eſt propriè reſeruatio quæ beneficium non vacans afficit, iſta autem vacans duntaxat, vnde regula veriſſimilis notitiæ ei obeſt, vt nulla ſit prouiſio beneficij vacantis per mortem eo tempore facta quo veriſſimile eſt non potuiſſe ſciri mortem defuncti. Ibid. n. 25. Ibid. n. 43.

Ergo licet præuenire queat Papa, non ei licet reſeruare in quatuor menſibus, nec etiam in ſex competentibus collatori, quia vim ſapiunt eamdem quæ quatuor menſibus ineſt. Quid enim concordatum prodeſſet, ſi reſeruationibus vteretur etiam in iſtis quatuor, vel ſex menſibus. Idque adeo verum eſt Hiſpanis, vt nec in caſu negligentiæ velint deuolutionem eſſe ad Papam, ſed ad capitulum, aut Archiepiſcopum, & alios inferiores ad quos de iure communi collatio deuoluitur. Ibid. n. 12.

Quapropter dici poteſt non alia eſſe reſeruata ſummo Pontifici quam quæ cadunt ſub regulam Pauli 5. aut in curia vacant, aut per mortem officialium.

Adeo autem ſunt ſanctæ Sedis, reſeruata beneficia, vt illorum controuerſiæ agi debeant Romæ, etiam in prima inſtantia ex Concilio Tridentino, quod in hoc quoque obſeruant Hiſpani. Id. d. parte 5. c. 3. n. 7. & ſeq.

Ergo hæc & huiuſmodi reſeruata beneficia conferre poteſt ad libitum ſummus Pontifex quanquam ad interrogata Hiſpanorum reſpondiſſe dicatur Synodus Tridentina ordinarios debere nulla habita ratione patronorum idoneos eligere homines, ac inſtituendos remittere ad ſummum Pontificem. Sed ſi de beneficiis quæ ſunt in patronatu laïco intelligebatur, fruſtra fuit hæc deliberatio: ſiquidem ius ſuum lædi nunquam laturi eſſent laïci: at quæ cadunt in patronatum Eccleſiaſticum ſi reſeruata fuerint; pleniſſimo iure ad ſummum Pontificem pertinent. Vnde iſta electio nihil ei præſcribere potuiſſet. Idem 9. parte c. 11. n. 168. & ſeq.

Porro reſpectu Cardinalis ordinarij collatoris nulli ſunt menſes reſeruati Ideoque in regula reſeruatoria menſium expreſſè excipiuntur beneficia ſpectantia ad prouiſionem Cardinalium; Idem d. cap. 1. parte 5. n. 40.

Digitized by Google

videlicet ſi ſint ordinarij collatores. Nam hæc differentia eſt inter indultum Cardinalis ſimpliciter, & indultum Cardinalis collatoris ordinarij, vt iſte liberam habeat diſpoſitionem beneficiorum ſuæ Diœceſis, nec Papa præuenire poſſit, modo tamen indultum habeat dictam clauſulam irritantem cum decreto Etiamſi per nos; niſi ei clauſulæ derogetur expreſſè, & in derogatione fiat mentio de indulto. Atque ijſdem priuilegiis donati dicuntur Toletanus, Hiſpalenſis, cæterique Epiſcopi reſidentes. Gomeſius tamen ſcribit Auditores Rotæ iudicaſſe in cauſa Parochiæ Diœceſis Toletanæ indultum conceſſum Archiepiſcopo Toletano de conferendis beneficiis non derogare regulæ Clementis reſeruatiuæ 8. menſium. Quid ergo proderat indultum? fortaſſe vt in menſibus non reſeruatis vacantia conferre poſſet non obſtantibus expectatiuis: aut quia indultum clauſulam irritantem non habebat.

§. 9. nu. 406.

qu. 6. in proœmio ad regul. Cancellariæ.

Sed quæ odioſa ſemper fuit reſeruatio per expectatiuam, ea in Hiſpania locum habet: vnde Rex Catholicus interceſſi apud ſummum Pontificem ne per expectatiuas vllum beneficium extraneis conferret: hoc enim auerſantur plurimum Hiſpani, in eoque noſtris prudentiores, ac ne quidem eis penſiones ſuper beneficiis aſſignari patiuntur ab ipſo ſummo Pontifice: ſaltem illorum nomine: verum admiſerunt vt Hiſpano creare poſſet in gratiam extranei. Id eſt, vt licet æmolumentum penſionis extraneum reſpiciat, titulus tamen ſub nomine, capite, & perſona incolæ eſſe debeat. Quæ legibus Regiis ſancita, volunt etiam initi bullis Pontificis decernentibus, vt nullus extraneus in regno Hiſpaniæ beneficium aſſequi poſſet ſine Regis conſenſu irritatis expectatiuis & impetrationibus quæ huic decreto auerſarentur. At hæ bullæ non fuerunt deductæ in vſum, ait Gomeſius, imo in abuſum. Videlicet quia cuncta cedunt Pontifici & Regi inter ſe conſentientibus: ſolitis principibus huiuſmodi leges promulgare quando Pontifici ſunt infenſi, vt non raro cōtigit apud nos: & Iouius refert Carolum 5. Imperatorem ea ratione penſiones in gratiam extraneorum à ſummo Pontifice conceſſas interdixiſſe.

d. 1. parte ca 5. n. 261. & ſeq.

Lib. 1. tit. 3. ley 14. 16 18. recopilacion.

Gomeſ. ad reg. 19. Innocent. 8.

Lib. 41.

Sed quoad expectatiuas, inuiti eas ſemper tulerunt Hiſpani. Vnde refert Gomeſius Ximenium ab Archiepiſcopo Toletano in carcerem coniectum fuiſſe quod per expectatiuam Archipræſbyteratum quemdam obtinuiſſet: præualuit tamen expecta-

Lib. 1. de geſtis Ximenij.

Digitized by Google

tiua: vnde licet inuitos obedire oportet.

Vtitur etiam ſummus Pōtifex appoſitione manus in Hiſpania, eaque valet modo ſit ad effectum prouidendi de beneficio. Denique poteſt Pontifex ibidem conferre beneficium cum illa clauſula, Non obſtāte collatione alteri facta. Vnde apud eos Papa nullatenus præueniri poſſet: ſed ipſe præuenire poteſt, nec licet obſtante Cardinalis indulto; Ad quid vero iſta? Nam ſi in menſibus reſeruatis ordinariis collatoribus nullę ſunt eius partes, vbinam præuenire poteſt? Et quæ ratio ſcribendi eum præueniri non poſſe in menſibus quo ſibi reſeruauit? Nam extra dubium id eſt. Niſi dicatur hoc poſtremo caſu valere collationem ſummi Pontificis, nec ei nocere anteriorem ordinarij licet in menſibus Papæ conferre ex indulto queat, ſi collatio facta ſit cum expreſſa derogatione indulti: vt ſic præuentio Pontificis admittatur in menſibus illius licet collationes à ſe abdicarit ex indulto: neutiquam vero in menſibus qui ex concordato ordinariis proprij ſunt. Namque Concordati fortius eſt vinculum.

Idem Garcias d 5. parte c.1. §.2. nu 173. & toto §. de huiuſmodi reſeruatione.
Idem Gomeſ. q.11. ad regul. de non tollendo iure.

XI.

Recipiuntur quoque in Hiſpania regreſſus: quorum vi reſignantes ſua beneficia in fauorem alicuius, ad ea redeunt reſignatario mortuo: ideoque dicuntur antiqui tituli continuatio non adquiſitio noui. Quò fit vt non comprehendantur ſub concordatis, nec ſub indultis Cardinalium: videlicet, quia etſi in menſibus ordinarij vacet beneficium morte reſignatarij, aut cadat in indultum Cardinalis, ei tamen nec iſte, nec ille prouidere queat, vt pote quaſi non vacanti. Præſto enim eſt reſignans qui quod defunctus velut iure fiduciario poſſidebat, ſtatim excipiat. Dicitur tamen clerus Hiſpanus à Leone 10. impetraſſe priuilegium de reuocandis omnibus regreſſibus ſine conſenſu Eccleſiæ Hiſpanæ conceſſis, vel etiam Cardinalibus eos habentibus ex cauſa onerosa. Sed priuilegium fuit cui princeps derogare ad libitum poteſt. Item penſiones creare poteſt in Hiſpania ſummus Pontifex ſuper beneficiis, etiam in quota, id eſt, in aliqua parte fructuum, licet hoc ſit ſcindere beneficium, ſed in penſionibus conſtitutis ſuper Parrochialibus Eccleſiis, apponi ſolet clauſula, dummodo remaneant centum ducati annuatim pro rectore; quod obſeruatur Romæ, & aliis Eccleſiæ Diœceſibus, vt notat Riccius ex rerum iudicatarum authoritate. In Epiſcopatibus mille ducati ſalui eſſe debent Epiſcopo: quanquam in Hiſpania vulgò recipiatur penſio vſq; ad tertiam partem in Epiſcopatibus

Riccius deciſ. part. 4. collect. 1249.
Gomeſ qu 6. in Proœmio ad regul Cācellariæ.
Garcias d. parte 1. c. 5. n. 362.
Ibid.
Collect. 1604.
Idem Garcias Ibid. n. 393.
Ibid. n. 395.
Ibid n. 412.

Digitized by Google

opulentis. Quod ſi excedat penſio motu proprio Papæ conſtituta ſuper beneficio vacante per obitum, ea non eſt nulla, ſed reductioni obnoxia: at in beneficio reſignato cum onere penſionis Papa illam diminuere non poteſt, nam ſi diminuerit collatio non valebit, quia reſignans non aliâs conſenſit quàm vt totam penſionem obtineret: at propter reuerentiam litterarum Apoſtolicarum & fraudem recuſantium ſoluere penſiones, in commiſſionibus à Cancellaria Regia impetratis ſuper nullitate, aut reductione penſionis apponi ſolet clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis. Ergo punitur fraus reſignatarij vt ſolidam penſionem præſtare teneatur: ſed ſucceſſor eius reductionem petere poteſt, nec in non ſoluentem regreſſus admittitur, vt ſcripſit idem Garcias de Parochiali Eccleſia.

Ibid. n 411.

Idem ibid nu. 310 & ſeq. Riccius deciſ. collect. 1605.

d. n 411.

Denique apud Hiſpanos lege regia prohibentur commendæ ſuper Abbatiis, & Prioratibus.

Ley 6. tit 5. lib. 1. recopilacion.

Atque hæc de Hiſpanorum ad beneficia moribus: quos plerumque admitti in cæteris regionibus quas obedientiæ vocant credibile eſt vt ſit ead. diuiſio menſium, eædem reſeruationes, expectatiuæ, appoſitiones manus, & cætera huiuſmodi exerceantur in illis: adeo vt etiam in regno Galliæ extet huiuſmodi Britannia Armorica provt continetur litteris Henrici 2. quarto Iunij anno 1545. publicatis in Senatu 3. Septembris ſequentis: & confirmatur Arreſtis Curiæ Redonenſis, quibus indultum Epiſcopo à Pontifice Romano de conferendis beneficiis octo menſium qui regulariter ſanctæ Sedi ſunt reſeruati, admiſit cum clauſula, quandiu reſideret; nimirum quia, vt vidimus, hoc indultum ſpeciale eſt in gratiam reſidentiæ. Eaque de re Pius 5. generalem ſanctionem edidit reſeruans quidem in quinquenniũ quæcumque beneficia in menſibus Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Auguſti, Octobris, & Nouembris vacatura, exceptis quæ Cardinalibus, aut aliis ſub concordatis inter eos & Apoſtolicam ſedem initis affecta eſſent: ſed indulgens vt reſidentes Epiſcopi, cæterique Antiſtites vacantia in menſibus Februarij, Aprilis, Iunii, Auguſti, Octobris, & Decembris donare poſſent.

Natalis du Failh menſe Auguſti anno 1555. 31 Octobris an 1570. 29. Octobris anno 1568 17. Febr. an 1574. Conſtit 164 165. quã Greg. 13 renouauit.

Ceſſante verò hoc indulto Pontifex collationem habet omnium beneficiorum quæ vacant in illis octo menſibus: & Epiſcopi ſua quiſque in Diœceſi, vacantium duntaxat in cæteris quatuor menſibus. Idque ita verum vt ſi contingat beneficium dum orba eſt paſtore ſedes Romana, eius prouiſio differenda ſit vſque

Digitized by Google

ad electionem futuri ſucceſſoris. Qua de re celebris quæſtio diffinita eſt in noſtro Pariſienſi Parlamento: Nempe apud inferiorem Armoricam vacauit Eccleſia Parrochialis in menſe Ianuarij qui affectus eſt ſummo Pontifici. Is autem tunc erat, & ſedebat Paulus 5. Sed antequam Eccleſiæ prouideret, moritur, eiq; menſe Martio ſubrogatus eſt Gregorius. Intermedio vero tempore, iam tamen electo Gregorio Epiſcopus Cordubenſis beneficium contulit, puta Titio: deinde Gregorius Pontifex Sejo qui interdictum poſſeſſorium mouit Titio apud præfectum Pariſienſem, à quo condemnatus curiam appellauit, quod diceret ordinarium non potuiſſe conferre beneficium vacans in menſe Pontificis. cumque Aduocatus eius ſuam cauſam tueretur prærogatiua ſummi Pontificis, quaſi ordinarius ordinariorum omnia Eccleſiarum beneficia reſeruare poſſet, ac reſeruatorum nulli alteri diſpoſitionem competere diceret: partis autem aduerſæ Patronus Brodæus contra reſeruationes declamaret: auditis tum partibus diſertiſſimus Dominus Talæus Catholicus Regis Aduocatus pro dignitate Pontificia, vti par erat, loquutus: falli vtrimque Aduocatos in iſtis propoſitionibus docuit: ſciendum enim eſſe ſummum Pontificem non habere in Britannia reſeruata beneficia iure tantæ dignitatis, ſed ex compacto inter illum, & Epiſcopos iſtius Prouinciæ quod Henricus 2. approbarit: ſed ita vt conferret duntaxat iure ordinarij. eoque caſu, vt cuilibet ordinario, reſeruari debuiſſe ſucceſſori beneficium vacans non propter reſeruationes odioſas, verùm ex illo compacto, quod obſeruandum eſſet: atque vt probaret iure ordinarij illum fungi in ea Prouincia quoad prouiſiones beneficiorum non authoritate ſummi Pōtificis, allegauit magni Conſilij iudicium, quo dictum eſt eum in præiudicium ordinarij alterius Epiſcopi non potuiſſe diſpenſare à regula 20. dierum: ac nonobſtante diſpenſatione prætulit collationem Epiſcopi factam beneficij vacantis in menſe ſuo per obitum, ei quæ à Pontifice facta erat: cum tamen ea diſpenſatio valeat vbi ſumma authoritate vtitur. Denique ſic perorato illo pronuntiauit Senatus contra eum qui ius habebat ab Epiſcopo, vel quia collationes ſunt in fructu, ideoque ſucceſſori reſeruandæ: actiomate iamdiu recepto, hæreo an laudando: quomodo enim in fructu eſſe poſſunt, niſi quia ex illis aliquod emolumentum facere poteſt, vel ſaltem fauoris, & gratiæ quæ à prouiſionibus abeſſe debet, vt ſint extra ſimoniam? vel quia

Die 12. Martis, an. 1624.

cum Gregorius eſſet electus ante collationem beneficij, congruum fuerit ad alium recurrere: ſiquidem rebus adhuc integris prouiſionem vendicare poterat.

Riccius parte 4. deciſ collect. 1450.

Verum quantumcumque valeant in Patria obedientiæ reſeruationes, tamen vt apud Hiſpanos obſeruauimus, ſic vbique viget etiam Romæ vt beneficia iuris-patronatus laïci, vel mixti non recipiant appoſitionem manus, aut aliam reſeruationem, ſiue expreſſam, ſiue tacitam.

De alternatiuis menſibus eod. loco. Riccius parte collect. 1595 1596. Gomeſ ad regul. de nõ tollendo iure. d. q 21.

In regno Poloniæ reſeruationes ſunt in vſu: atque etiam aliquando conceſſæ fuerunt Regi: quæ conceſſio dicta eſt gratia reſeruationis: ſoletque eſſe cum ſuſpenſione omnium gratiarum expectatiuarum quæ proinde locum in hoc regno habent: Cumque aliquando Leo 10. omnes nominandi ad beneficia facultates reuocaſſet, ac poſtea Oratori eiuſdem Regis eumdem gratiam reſeruationis indulſiſſet: quæſitum eſt an præferri deberet nominatus à Rege vacaturo beneficio ante reuocationem, illi qui poſt reuocationem vacans ipſummet obtinuiſſet ab oratore: & Iudices Rotæ pronuntiauerunt pro nominato ab oratore: vt ſic conſtet poſſe Pontificem ijs expectatiuis, & reſeruationibus vti in eo regno quatenus placet.

De iure princip. in benef. Eccleſ n. 285.

In Flandria, ait Boëtius Epo, vt excludantur Romipetæ ab expectatiuis, non datur locus vllis diplomatibus Pontificiis beneficialibus niſi Regis Hiſpani acceſſerit conſenſus: idque ex pactis inter Pontifices, & Principes Belgæ ad reprimendos, & quatenus fieri poteſt, extirpandos gratiarum iſtarum expectatiuarum, ſimiliumque prouiſionum Pontificalium per iſtos Romipetas extortarum grauiſſimos & turbulentiſſimos abuſus. Sic ille.

Mejer lib. 7. ad an. 1191.

Quin etiam Gnadani quondam ſibi arrogauerunt ius amouendi, dandique ſacerdotes curiales, alioſque ſacrorum miniſtros quoties è republica videbatur. Nec ſecus populus Friſius in ſingulis quibuſque pagis admodum numeroſis liberrimam habere dicitur ſuorum Præſbyterorum eligendorum facultatem aliquot fultam priuilegiis. Denique Ioſias Simlerus refert communi tredecim confratriarum totius Heluetiæ decreto ſtatutum fuiſſe anno 1520. vt liberum eſſet ius electoribus ordinariis: ac ne præuenirentur à bullatoribus qui prouiſos ab ordinariis ſpoliabant poſſeſſione beneficiorum, dictum eſt vt huiuſmodi bullatores cuſtodiæ protinus darentur: & niſi bullis impetratis renunciarēt, aquis ſubmergerentur.

Idē Epo. Ibid. n. 288.

Lib. 2 de repub. Heluet.

Adeo

Digitized by Google

Adeo non omnibus gentibus, & Eccleſiaſticis reſeruationes expectatiuæ, præuentiones & huiuſmodi placuerunt: imo neq; etiam ipſis aliquot Pontificibus Romanis. Nam Leo 10. ſpeciales reſeruationes prohibuit. Clemens vero 7. reuocauit omnes reſeruationes vacaturorum beneficiorum in menſibus ordinariorũ collatorum conceſſas, ſiue eorum conſenſu, vel in quibus illorũ conſenſus non eſſet inſertus. Leo conſtit. 11. tomo 1. bullar. Clemens conſtit. 22. & 30.

Deinde Sixtus 5. in odium beneficialium fiduciarum quas cõfidentias vocant conceſſit Prælatis, vt beneficia quæ hoc crimine laborabant euincere poſſent à vitioſis poſſeſſoribus eaque legitimè conferre, etiamſi reſeruata eſſent: quod in Gallia voluit publicari & obſeruari, vbi potiſſima eſt iſtius criminis labes. Cæterum quæ Epiſcopo defuncto, aut in hæreſim lapſo vacarent, idem Sixtus 5. & ante illum, Pius 5. Apoſtolicæ collationi reſeruauerunt, addita ratione vt de illis prouiderent pauperes clericos, & alias benè merentes perſonas: Pia, Iuſtaque & verè Chriſtiana ratio, ſed rarò obſeruata. Conſtit. 64. Pius conſtit. 19. & 161. Sixtus conſtit. 17. art. 1. & 2.

Atque ita ſuam authoritatem aſſeruerunt Pontifices Romani in diſpenſatione beneficiorum Eccleſiaſticorum tot etiam editis regulis, & conſtitutionibus quarum gentes Catholicæ, alias aliæ reſpuerunt, alias admiſerunt, plus minuſve adeo, vt in Hungaria non alia eorum dicatur iuriſdictio ex beneficiorum collationibus quam vt confirment. Vnde ſequetur quoniam confirmatione non eſt opus niſi in maioribus dignitatibus nihil eis deferri quoad inferiora beneficia vt canonicatus, præbendas, parochias, & cætera huiuſmodi, ſed ea conferri pleniſſimo iure ab Epiſcopis, aut aliis collatoribus ordinariis. Chopp. lib. 2. polit. ſacræ, tit. 4. n. 8.

Digitized by Google

DE SVPREMA SVMMI PONTIFICIS IVRISDICTIONE IN ECCLESIASTICAS perſonas.

LIBER III.

CAPVT I.

LECTIO.

1. *Eccleſiaſtico viro non eſt interdictum Imperium.*
2. *Vt diuiſæ Diœceſes ſic diuiſa imperia inter Magiſtratus Eccleſiaſticos.*
3. *An idem de Epiſcopo Romano, & an cum illo fuerit aliis Primatibus æqualitas.*
4. *Mos Primatum ſalutandi ſe inuicem cum primum electi eſſent.*
5. *De reſpectu quem Gregorius magnus aliis Primatibus detulit.*
6. *Non tamen coæquata fuit illorum cum Romano poteſtas.*
7. *De iuramento fidelitatis & obedientiæ quod ab electis Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis & Abbatibus Romanus Pontifex cœpit exigere.*
8. *An Sacerdotibus iurare ſit licitum, & de præcepto Euangelico non iurandum.*
9. *Rurſus de eod. fidelitatis iuramento.*
10. *De euocatis ad ſummum Pontificem Epiſcopis.*
11. *Electi Romam proficiſci debent.*

I. CONSTITVTIS Eccleſiæ Magiſtratibus & Miniſtris quandoquidem ſuprimi Principis poteſtas eò verſatur vt ſubditos habeat quibus imperare poſſit, quique ei ad nutum præcipienti parere debeant: nimirum ſi quid iubeat faciendum, aut non faciendum; ſi quid dandum, vel non dandum: denique ſi (vt ait apud Euangeliſtam Centurio) dicat vade, & eumdum ſit: veni & veniendum ſit: obſeruare conuenit an in Eccleſia conſtituta fuerit huiuſmodi poteſtas.

Vide Nomocan Phocij tit. de parochijs c.

Sanè Eccleſiaſtico viro non interdici imperium ex eo conſtare poteſt quod canones certum faciant in poteſtate Epiſcoporum

Digitized by Google

poſitos eſſe Præſbyteros: in poteſtate Metropol. Epiſcopos, denique in poteſtate Patriarchæ Metropolitanos, vt è ſuis titulis Eccleſiis & Parochiis abeundi licentiam, nec Præſbyter ſine Epiſcopi, nec Epiſcopus ſine Metropolitani, nec Metropolitanus ſine Patriarchæ formatis id eſt dimiſſoriis & commendatitiis litteris haberent: atque Præſbyter parere Epiſcopo, Epiſcopus Metropolitano, Metropolitanus Patriarchæ teneretur, videlicet iubentibus aliquid è re Eccleſiaſtica, puta ad Synodos venirent, Ordinationes facerent, & ſimilia. 1. vbi canones Conciliorũ, & leges Imperiales ad id faciẽtes congerit.

Ac vt diuiſæ fuerunt regiones vel diœceſes, ſic diuiſa imperia. Nec enim Epiſcopus in alterius Epiſcopi, nec Metropolitanus in alterius Metropolitani, nec Patriarcha ſeu Primas in alterius Primatis fines quidquam audere debuit: Imo Primas in cuiuſcumque Epiſcopi Diœceſi aliquid gerere, ſine iſtius conſcientia, prohibetur. II. Cap. 34. 35. Apoſtol. Can. 2. Conſtantinop. 1. Can. 8 EpheC

Ergo vnuſque Primas, vnuſquiſque Archiepiſcopus, vnuſquiſque Epiſcopus habet ſubditos, vel inferiores; ſcilicet Primas Archiepiſcopos, Archiepiſcopus Epiſcopos, Epiſcopus Præſbyteros; vnicuique enim iſti ſubſunt: ſed horum omnium limitata fuit, & regione, & iure poteſtas.

An idem de Epiſcopo Romano? Certè primis temporibus videtur aliqua æqualitas fuiſſe inter Primarios illos Primates Romanum, Alexandrinum, Antiochenum, ac deinde Conſtantinopolitanum & Hieroſolymitanum. Siquidem Ioannes Diaconus in vita Gregorij Magni author eſt ſolitos fuiſſe quatuor Patriarchalium ſedium Epiſcopos, id obſeruare vt qui poſtremus electus fuiſſet ad alios ſuas Synodales epiſtolas mitteret, ad eumque iſti quibus ſe ſanctam Calchedonenſem Synodum cum aliis generalibus cuſtodire profiterentur, neque in ſacris tabulis quas diptychas vocabant, vllius Pontificis nomen haberent, quouſque Synodicam ipſius ſuſcepiſſent: tamdiu defunctum Pontificem quaſi inter viuos annumerantes quamdiu ſucceſſor illius ſuis litteris eos ſalutaſſet. Quapropter Hormiſda 1. qui anno 514. ſedebat Epiphanium Epiſcopum Conſtant. obiurgauit, quod iuxta veteres conſtitutiones ſuos legatos Romam non miſiſſet: quibus ille non contumaciter reſpondit, ſed paucis mandauit ſe cupere cum eo vniri. Hunc vero morem Gregorius 1. ſequutus, mox vt Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis extitit Patriarchalibus ſedibus ſuam Synodicam deſtinauit, & Cyriaco Conſtãtinopolitanæ III. Lib. 4 cap. 1. IV. Epiſt. 18.

Digitized by Google

Ep. 14. lib. 1. indict. 9. ſedi poſtea ſuffecto diſtulit ſcribere, quia, inquiebat, non eſt conſuetudo, vt prius quam ad nos eius Synodica deferatur, ei ſcribere debeamus. At neque duntaxat ad iſtos Patriarchas Romanus Epiſcopus formulam ſuæ fidei tranſmittebat, ſed ad omnes Eccleſias vt liquet ex reſcripto Gelaſij.

Ep. 1. tom. 2. Concilior.

V. Porro idem Gregorius Patriarchales ſedes Alexandrinam, & Antiochenam reuerenter habuit, & quaſi ex æquo ſibi pares. Vnde non eſt indignatus imo approbauit quod Alexandrinus Antiſtes commune ſibi ac illi honoris elogium tribuiſſet. Nam, ait, cum multi ſint Apoſtoli pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorum principis ſedes in authoritate conualuit quæ in tribus locis vnius eſt. Cum ergo vnius atque vna ſit ſedes cui ex authoritate diuina tres nunc Epiſcopi præſidēt, quidquid ego de vobis boni audio hoc mihi imputo: & ad Antiochenum Epiſcopum cum ille imperioſè huic reſcripſiſſet: Nec, inquit, miratus ſum vos in veſtris epiſtolis imperialia verba poſuiſſe, quia habent inter ſe maximam cognationem amor & poteſtas. Ac licet Leonem 1. & eumdem Gregorium cum Epiſcopis Conſtantinopol. ſimultas exercuerit ob vniuerſalis vocabulum & Sedis prærogatiuam quam iſti ſibi contra Antiochenum & Alexandrinum arrogabant, cuius ſimultatis hiſtoriam infra contexemus: tamen vt eos ad officium redigerent nullam poteſtatis ſupremæ authoritatem adhibuerunt. An ne ſcinderetur vnitas Eccleſiæ, ſatius erat aliqua negligere?

Ep. 37. cap. 201. lib. 6 indict. 15 & de Alexādr. eod lib. ep. 60. cap. 160.

VI. Neque verò exinde argumenteris coæquatam fuiſſe iſtorum cum Romano poteſtatem. Hoc enim eidem vnitati repugnaret quæ cõſiſtere non poteſt niſi vnus ſit ad quem omnes reſpectum habeant. Quod ſi intereſt ſuper Epiſcopos, & Archiepiſcopos vnum Primatem eſſe cui cæteri obſequantur, nonne etiam intereſt ſuper Primates vnum dari ſupremum vt ſupra dicebamus, cum de vnitate loquebamur? Et profectò neceſſariam admodum eſſe vnius ſupra cæteros Maieſtatem maximè probauerunt ipſi etiam Primates, & cum illis multi Epiſcopi & Archiepiſcopi, quando ad Epiſcopum Romanum oppreſſi confugerunt vt infra videbimus: & quando deciſiones controuerſiarum fidei ab eo petierunt.

VII. Atque vt procedamus vlterius & pleniora præbeamus iſtius authoritatis exempla, illud non minimum erit quo indultum eſt vt Epiſcopi ſe Romano Epiſcopo obſtringant iureiurando: quod

Digitized by Google

equidem non animaduerti primis Eccleſiæ temporibus, nec etiã mediis in vſu fuiſſe: Sed Concilio Toletano 11. habito ſub Vitaliano ſedente circa annum 653. præceptum eſt vt nullus ſacris ordinibus donaretur antequàm promiſiſſet inter alia quæ hîc exprimuntur, Se honorem atque obſequij reuerentiam præeminenti ſibi redditurum. Neque enim moleſtè ferre debet aliquem ſibi eſſe Prælatum qui ſcit ſe aliquibus eſſe præpoſitum. Itaque ſi Epiſcopus à Præſbytero, Archiepiſcopus ab Epiſcopo, Primas ab Archiepiſcopo obedientiæ promiſſionem exigere poteſt, quid non Pontifex Romanus ab omnibus quandoquidem omnibus ſupereſt? Sed quia Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Primates electi non ſe quondam huic Pontifici exhibebant confirmationem accepturi, ideo nihil ab eis exigebatur: vel quia negotiorum neceſſitas non requirebat vt de fidelitate Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Primatum ſecuros ſe redderent Pontifices Romani. Exortis vero inter eos, & Imperatores Occidentis grauibus diſſidiis & bellis, Gregorius ſeptimus obligandos ſibi putauit Eccleſiæ ſuperiores iuramento fidelitatis, cuius etiam formulam concepit, quæ continet, Eos nullatenus fore conſcios alicuius in eum conjurationis, arcana eius non detecturos, ſe dignitatem Eccleſiæ Romanæ, & regulas ſanctorum Patrum defenſuros: ad Synodũm ſi ab eo vocarentur venturos: Legatum Apoſtolicæ Sedis cum honore excepturos: denique limina S. Apoſtolorum, aut per ſeipſos, aut per legatos viſitaturos ſingulis annis. Quæ ſanè ſunt potiſſima dominij & ſubiectionis argumenta: atque non tantũ ab Epiſcopis in conſecratione, ſed etiam ab Abbatibus in benedictione hoc ſacramentum exegerunt Pontifices Romani. Quod aliquando negauerunt Abbas & Monachi Caſſinenſes Innocentio 2. allegabant enim ſe regulis S. Benedicti, ac plurimorũ Imperatorum priuilegiis ſubnixos eſſe, vt ſacramentum præſtare non tenerentur. Innocentius verò ſuam poteſtatis plenitudinem obtendebat: cumque nollet eos admittere, niſi iuratos, controuerſia delata eſt ad Lotharium Imperatorem, coram quo Monachi; Te, inquiebant, Imperatore Monachis ſua iura tollentur (nam de electione etiam Abbatis agebatur, quam illi ad ſe pertinere dicebant, & ſi diſſentirent, ad diœceſanum Epiſcopum) te Imperatore à Monachis ſacramentum extorquebitur? Tum Lotharius auditis vtrimque patronis, pro Monachis pronuntiauit, ac Legatis Pontificiis non adquieſ-

Diſt. 23. can. quanquam ex can 10. Concil. Tolet. 11.

Cap. 4. de iureiurando. extra.

Carol. Sigon. de regno Ital. ad an. 1137. Frerus vol. 3. conſtit. Imperial. & de hac controuerſia ampliſſ. Petrus Diacon lib. 4. cap. 85. & ſeq. in Chron. Caſſinenſ.

Digitized by Google

centibus obteſtatus eſt ſe infenſiſſimum fore Innocentij hoſtem niſi cum iſtis mitius ageret. Quapropter Innocentius illos admiſit Anacletum Antipapam duntaxat abnegantes.

VIII.

In Concilio Triburiẽſi Germanico anno 888. ſtatutum eſt ne Præſbyter iuraret, ſed per ſanctã conſecrationem interrogaretur: manum enim per quam corpus & ſanguis Chriſti conficitur ſacramẽto pollui non debere.

Lib. 3.

Sic illi ſe immunes præſtiterunt, quaſi fas non eſſet Monachis iurare: at neque Sacerdotibus quondam putabatur: inde quod in Concilio pſeudo-Etheſino ſub Valentiniano Imperatore cum iuberentur Epiſcopi à Macedonio Tribuno, qui pro Imperatore huic intererat, iurare ſi veræ eſſent legendorum monumẽtorum profeſſiones ab vtraque parte allatæ: Baſilius Epiſcopus dixit: Hactenus neſcimus iuramentum Epiſcopis oblatum, ſed præceptum eſſe à domino non iurandum, ſicque obtinuit ne iũrare cogerentur, vt eſt in actis Concilij Calchedonenſ. Sed notabilis eſt hiſtoria apud Victorem de perſecutione Vandalica. Hæretici Epiſcopi orthodoxis obtulerunt libellum, iuſſeruntque iurare ſe quod in eo contineretur ſeruaturos, licet non ſcirent quid contineret: mentiebantur tamen contineri ſe poſt obitum Regis filium eius Hildericum habituros Regem: Itaque nõnulli Orthodoxi iurare parati fuerunt, quia iurantibus promittebatur Eccleſiarum ſuarum reſtitutio: alij vero dolum præſentientes reſponderunt prohibitum eſſe iurare: cum vero alij iuraſſent, alij non iuraſſent, fraus detecta eſt. Nam iuratis dictum eſt ab hæreticis, quare contra præceptum Euangelij iurare voluiſtis? & jis qui non iurauerant obiectũ eſt quod regnũ filio Regis non optarẽt: Hiſq; dictis vtrique in exilium miſſi ſunt. Sic Victor, vnde præceptum Domini captabatur: Equidẽ Chriſtus præcepit diſcipulis ſuis ne omnino iurarent quamvis lege Moſaïca iuramenta licita eſſent: quod tamen (omnino) referri dicitur ad ſequẽtia vt omnino non liceret iurare, non prorſus omnino, ſed omnino per thronũ Dei, nec per Hieroſolymam, nec per caput humanum, id eſt paucis verbis, per creaturas non item per creatorem. At mox ſubjicitur ſit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non: quaſi abſolutè intelligatur iuſiurandum interdictum. Sed certum eſt multa eſſe in Euangelio conſilij non præcepti. Quod ſi cuiquam illicitum eſſet iurare, profecto ſacerdotibus foret. Nam & paganis quoque fuit religio eos ad iuſiurandum compellere. Itaque cum C. Valerius Flaccus Flamen dialis inter ædiles curules relatus eſſet, & magiſtratum ciuilem nemo plus quinque dies niſi qui in leges iuraſſet gerere poſſet, Flamini autem iurare non liceret, ſic tranſactum eſt vt frater pro eo iuraret. quantominus à noſtris ſacerdotibus

Cap. 26. de iurej.

D. Paulus voluit iuramẽtum eſſe controuerſiarum finem. Iuo ep. 254.

Digitized by Google

ſacramenta viderentur exigenda? Placuit tamen Cornelio Pontifici Romano vt ſacramentum præſtarent, ſed duntaxat pro recta fide; ergo non pro obedientia & aliis caſibus quos poſuit Gregor. 7. Verum excreſcente hominum malitia quia neceſſariũ viſum eſt vt ſacramenta præſtarent Eccleſiaſtici, quoties ratio, vel ordo iudiciarius vrgeret, potuit etiam Gregorius Epiſcopos ſibi deinceps ſacramento vincire: ac eius exemplo ſequentes Pontifices, tum quia fidelitatis iuramentum, eſt ſuperioritatis ſymbolum quæ demum ſic etiam firmari debuit. Itaque Alexander 3. icta cum Frederico pace non ante Epiſcopis qui partes Imperatoris ſequuti fuerant pallia conceſſit quam idem iuramentum præſtitiſſent. & ante illum Paſchalis 2. Archiepiſcopis eadem pallia negauit, niſi ex præſcripto ſacramenta præſtarent, cumque hæc in Conciliis ſtatuta non eſſe diceretur, reſpondebat: Romanæ Eccleſiæ legem nulla Concilia ſtatuere poſſe cum è contra per eius authoritatem & facta ſint, & robur acceperint.

Can. ſacramentum: can. Nos ſacramentum cauſa 1. qu. 5.

Can. 22. q. 5. per totum.

IX.

Albert. Stad. in Chron. ad an. 1179.

Cap 4. de elect. ex.

Quin etiam adeo ſpeciale eſſe Epiſcopis in verba ſummi Pontificis iurare creditum eſt, nullius vero alterius: vt cum in Comitiis Anglicanis iuſiurandum exigeretur à Courtencio Cantuarienſi Archiepiſcopo, recuſarit id præſtare palam conteſtatus hanc eſſe ſedis Cantuarienſis prærogatiuam ne Archiepiſcopi, vel cum Parlamento, vel cum generalibus, aut ſecretis regni concilijs interfuerint, iuramento deuinciantur quod ſoli ſummo Pontifici deberent.

Nicol. Harpſfeldius in hiſt. Anglic. ad 14. ſecul. cap. 11.

Denique Pius 4. edidit iuramentum ab Eccleſiaſticis beneficia poſtulantibus præſtandum, inter cuius capita illud eſt, Spondeo, & iuro ſummo Pontifici veram obedientiam. Quia vero hæc iuramenti exactio pro fidelitate, ſupremi eſt dominij, hinc fortaſſe factum eſt vt Epiſcopi à ſuis Clericis id requirere prohibiti fuerint.

Conſtit. 114. to. 1. bullar.

Cap. 5. de iureiu.

X.

Tametſi verò iuſuetum fuerit olim hoc fidelitatis & obedientiæ ſacramentum non tamen inſueta fuit Romani Pontificis in omnes Epiſcopos cuiuſcumque regionis authoritas, vt eos ad ſe vocaret, corrigeret, & iudicaret prout ſeriatim videbimus.

Itaque Iulius 1. dignitatis & maieſtatis ſuæ fiduciam habens, non dubitauit in cauſa Athanaſij Alexandrini, Pauli Conſtantinopol. & aliorum Epiſcoporum ad tribunal Romanum confugientium, iubere aduerſariis illorum qui Epiſcopi erant, vt Romam venirent reſponſuri de obiectis ab Athanaſio & aliis.

Digitized by Google

Equidem conſtat eos vt hæreticæ prauitatis & ſuperbiæ conſcios hanc maieſtatem contempſiſſe. Sed quibus potior fides erit Athanaſio, & aliis Orthodoxis piiſſimis viris eam aſſerentibus, an hæreticis negligentibus, vt vel aſſeratur, vel negligatur? Quantumvis autem negligentes, coacti fuerunt Romam delegare inſtantibus Imperatoribus, qui tunc erant in Oriente Conſtantius Arrianus: & in Occidente Conſtans Orthodoxus: iique illam authoritatem hoc facto confirmauerunt: ac poſt illos Theodoſius, & Valentinianus ſanxerunt, vt quiſquis Epiſcoporum ad iudicium Romani Epiſcopi venire contemneret, per moderatorem Prouinciæ adeſſe cogeretur. Qua ſanctione licet facta fuerit ob contumaciam Arelatenſis Epiſcopi, comprehenderunt tamen omnes Epiſcopos: ergo etiam Orientales licet ſuos ſpeciales Primates haberent. Eóque etiam pertinet quod D. Hieronym. ſcripſit Orientis & Occidentis Epiſcopos ob quaſdam Eccleſiarum diſſentiones Romam Imperialibus litteris euocatos fuiſſe, nominans inter illos Paulinum Antiochenum, & Epiphanium Salaminæ Cypri Epiſcopum. Ipſe vero Epiphanius refert epiſtolam Marcelli Ancyrani ad Iulium Romanum qua profitetur ſe hæreſis accuſatum profectum eſſe Romam ſui purgandi cauſa. Sed plura huiuſmodi exempla ſupra recenſuimus.

L. vn. C. Theodoſ. de ordinat. Epiſcop.

Ep. 27. ad Euſtochium de epitaphio Paulæ matris.

Hæreſ. 72.

Non tamen ex omnibus regionibus, niſi ex magna & neceſſaria cauſa euocabant, verum duntaxat ex Sicilia cuius Antiſtites ſingulis annis ad diem 3. Calendarum Octobrium Romam venire iubebat Leo magnus. Gregorius verò refert hanc olim conſuetudinem fuiſſe vt Epiſcopi Siciliæ ſemel in triennio Romam conuenire tenerentur: at ſe eorum labori conſulentem ſtatuiſſe quinquennium. Et alibi eoſdem quos ad B. Petri Apoſtoli natalitiũ diem adeſſe Romæ iuſſerat, excuſat propter hyemem imminentem, ita tamen vt Agrigentinus, Cathanenſis, & Panormitanus Epiſcopi ad Petrum ſubdiaconum proficiſcerentur: quid niſi quia ille maieſtatem ſummi Pontificis, illiuſque vices referebat, & gerebat in Sicilia?

Leo ep. 4 c. 7.

Greg. ep. 19. lib. 6. indict. 15.

Ep 252. 256.

XI. Progreſſu deinde temporis hoc ius porrectum eſt aduerſus omnes Epiſcopos, vt electi Romam proficiſci tenerentur, quod Iuo notauit: & Gregorius 7. illud ſibi ab Epiſcopis deberi cenſuit vt Romam eius viſitandi & ſalutandi cauſa venirent: quapropter queritur de Rotomagenſi & Cantuarienſi Epiſcopis qui id officium non impleſſent comminatus eos ſe ſuſpenſurum ab officio

Greg. ep. 1. lib. 7. ep. 1. lib. 8. ep 20. lib. 9. d. epiſt. 1. lib. 7.

Digitized by Google

officio niſi veniant: & Regem Anglorum quod Cantuarienſem prohiberet impudentis & irreuerentis animi dicens iubet vt ab hac culpa ſe corrigat, aliâs iram B. Petri grauiter in ſe prouocaturus. Et ſub Alexandro 2. qui Gregorium immediatè præceſſit, Lanfrancus electus Cantuarienſis Archiepiſcopus, licet repugnans, miſit Romam vt pallium impetraret: ſed non obtinuit niſi ipſe exoraturus veniret, prout dicebatur in antiquo vſu eſſe. Itaque venit: eique accedenti Alexander aſſurrexit, profeſſus ſe cũ honorem non dignitati Archiepiſcopali, ſed doctrinæ qua eminebat deferre: moxque exegit vt pro more omnium Archiepiſcoporum ad pedum oſcula ſe inclinaret. ſic Malmeſburienſis cui conſentit Thomas Vualſingham, niſi quod ait humiliantem ſe ad pedes mox à Pontifice ad oſculum oris erectum fuiſſe. Videtur etiam ex Innocentij 3. reſcripto, morem fuiſſe vt Antiochenus Patriarcha ſingulis quatuor annis Romam veniret, tum ad ædes Apoſtolorum viſitandas, tum rationem adminiſtrationis Eccleſiæ redditurus. Nam cum is Patriarcha anno 1206. non potuiſſet conſuetudini ſatisfacere, ſe apud Innocentium litteris excuſauit, quibus indulgens ille officij eum in poſterum admonuit.

Cum Vvalterus Archiepiſcop. Cantuarienſis & regni Angliæ Cancellarius iuſiurãdum de more præſtitiſſet ſe ſingulis luſtris Romanam ſedẽ inuiſurum: Edoardus 2. apud Põtificem Ioann. egit, vt illi huius itineris neceſſitatem remitteret Nicol Harpsfeldius in Anglic. hiſt ad ſecul. 14 cap. 9.

Ep 83.

Thomas Arandellius Cãtuarienſis Archiepiſcopus in hoc iuramento, quod de obſeruantia Romano Pontifici exhibenda, cum hoc munus ſuſciperet, dedit, cauit inter alia vt ſingulis trienniis Romam inuiſeret. Idem ad 15. ſecul. cap. 8.

CAPVT II.

DE CONCILIORVM CONGREGAtione & confirmatione, & ſummi Pontificis ad ea authoritate & primaria ſede.

LECTIO.

1. *Cœtus ſunt illiciti niſi permittente ſummo Principe.*
2. *Dictum Marcelli* 1. *Iulij* 1. *& aliorum ſummorum Pontificũ, non licere Epiſcopis inter ſe cõuenire niſi impetrata ab eis venia.*
3. *Ipſi Epiſcopi idem ſenſerunt.*
4. *Licitum tamen iure canonum Primatibus & Metropol. ſuo nutu Synodos Prouinciales habere.*
5. *Aliis Primatibus quam Romano non licet Concilium generale indicere.*

Digitized by Google

6. *Prima Concilia generalia Imperatorum nutu cõgregata fuiſſe: expetito in aliquibus Romani Pontificis conſenſu.*

7. *Principes ſeculares ſoliti interdicere ſuis Epiſcopis ne Synodos habeant, aut ad generalia, vocati à Romano Pontifice, eant: quod Synodus Conſtantinopol. prohibuit.*

8. *A Pontifice Romano generalis Concilij conuocatio pendet, niſi certis caſibus.*

9. *Vacante ſede & diſſidentibus Cardinalibus, ad Imperatorem pertinet indicere Concilium.*

10. *Generalis Concilij quis Præſes & caput.*

11. *Non habet Imperator ius vocandi Romanum Pontificem ad Concilium.*

12. *Romani Pontifices præfuerunt Conciliis per ſuos legatos.*

13. *Imperatorum ſedes in Conciliis non tamen vt præſideant.*

14. *De quorumdam Imperatorum & Principum reuerentia in Cõcilia.*

15. *Prima Epiſcopis debetur ſedes.*

16. *Legatis Regis Galliæ iniquè controuerſa ſedes ab Hiſpanis Gallis.*

17. *De legatorum Pontificiorum prærogatiua in Conciliis vt per eos his præfuerit Romanus Epiſcopus.*

18. *Quæ honoratior dextra an ſiniſtra ſedes.*

19. *De eiuſdem Pontificis authoritate in proponendo & diffiniendo apud Concilia.*

20. *De Sacerdotis Delphici prærogatiua in cœtu Amphyctionum.*

QVONIAM ergo Eccleſiaſtici dicto ſummi omnium Pontificis obedientes eſſe debent, vt vocati ab eo veniãt: ſuccurrit examinandum, an ipſi inter ſe conuenire non poſſint niſi ex eius præſcripto & mandato. Quod primum ad congregationes temporales pertinet, quæ Synodi, ſiue generales, ſiue ſpeciales dicuntur, deinde ad perpetuas cuiuſmodi ſunt Monachorum & Canonicorum.

1. Porro certum eſt cœtus, congregationes & collegia eſſe illicita quocumque prætextu, niſi quæ Dominus ſupremus approbarit ergo nec religionis cauſa. Nam quod lex ciuilis ait non eſſe prohibitum ob religionem coire, intelligẽdum eſt, vel de coitionibus ordinariis per quos ſolito more confluunt in templum homines ad ſacra conſueta: vel de coitionibus collegiorum quæ licita ſunt, hinc illud Tertulliani Chriſtianorum conuentus excuſantis: Niſi fortè, inquit, in Senatuſconſulta & Principum mandata coitionibus oppoſita delinquimus. Et quidam apud Liuiũ: (Decad. 4 lib. 9.)

Maiores veſtri, ait, ne vos quidem, niſi cum aut vexillo in arce poſito comitiorum cauſa exercitus dictus eſſet, aut plebi Concilium Tribuni edixiſſent, aut aliquis ex Magiſtratibus ad conciõnem vocaſſet temerè coire voluerunt. Et ſanè vix vllum incidens negotium æquè Senatores Romanos perculit quam delati cœtus ob Bachanalia, quæ noctu extra ordinem nulloque permittente fiebant. Patres pauor ingens cœpit ne quid eæ coniurationes cœtuſque nocturni fraudis occultæ, aut periculi importarent. Itaque ſtatim edictum ne quis qui Bacchis initiatus eſſet coiſſe, aut conueniſſe ſacrorum cauſa velit: comprehenſique omnes qui eius ſacri ſacerdotes erant. Quod ſi quis tale ſacrum ſolemne & neceſſarium duceret, nec ſine religione & piaculo ſe id omittere poſſe apud Vrbanum Prætorem profiteretur, Prætor Senatum conſuleret: ſi ei permiſſum eſſet cum in Senatu centum non minus eſſent, ita id ſacrum faceret dum ne plus quinque ſacrificio intereſſent: neu qua pecunia communis, neu quis Magiſter ſacrorum, aut Sacerdos eſſet. Prudens ſanè præſcriptio. Ergo tum Senatus & Magiſtratuum cura fuit ne vlla eſſent collegia illicita: quin & licita quandoque prohibebant ingruente bello ciuili ne inter ſe quidquam contra rempubl. molirentur. Cic.lib.1.ad addita lege vt qui non diſceſſiſſent ea pœna quæ eſt de vi tenerentur. q.fratrem ep 3.

Vbi vero ad Imperatores Iulium & Auguſtum tranſlata eſt poteſtas, ji cuncta collegia præter antiquitus conſtituta detraxerũt, ſeu authoritate Principali, ſeu Pontificia. Nam vtramque ſubierunt, & vtraque id potuerunt. At diuiſo imperio vt ſacrorum eſſet vnus ſupremus Pontifex, relicta Principi laïco ſecularium cura, ad vtrumque pertinuit videre ne vlla collegia vllive cœtus Eccleſiaſtici ſuo iniuſſu haberentur: hinc quod in congregatione Conciliorum concurrere debuit vtriuſque conſenſus. Itaque Marcellus Papa dicitur Maxentio tyranno obieciſſe: Synodum II. Epiſcoporum non potuiſſe illum abſque Apoſtolicæ ſedis authoritate congregare: at mirum ſi eo tempore Maxentius acerrimus Chriſtianorum perſequutor de cœtu Epiſcoporum congregando cogitarit, aut Marcellus ad huiuſmodi impium tyrannum impunè hæc ſcripſerit. Vnde meritò hæc adiecta epiſtolæ creduntur. Certiùs igitur quod de Iulio 1. ſcribitur: Illum nempe cauſam Athanaſij ad eum contra perſecutiones Arrianorum confugientis ſuſcipientem declaraſſe nulla eſſe Concilia quæ illi ad- In præfat.reſcripti ad Orietal.ſub f.

Digitized by Google

uerſus Athanaſium cõgregauerant, quoniam lex eſſet quæ pronuntiaret omnia acta præter ſententiam Epiſcopi Romani conſtituta irrita eſſe: quam legem ex Nicæno Concilio referebat, nec tamen hodie reperitur inter Canones iſtius vt nec pleræque aliæ quas ſancti Patres ei adtribuunt. Vnde coniectura plurimam
Diſtinct. 17. tanti Concilij partem ſuppreſſam fuiſſe. Atque in ea ſententia fuerunt Gelaſius, & Pelagius 2. vt recitatur in decretis. Nec ſolum ipſi Pontifices Romani hanc ſententiam aſſeruerũt, verum
III. alij quoque Epiſcopi: Nam cum in cauſa Symmachi Rex Theodoricus iuſſiſſet conuocari Synodum: Epiſcopi dixerunt ipſum qui dicebatur impetitus debuiſſe conuocare Synodum, quia id eſt eius ſedis primum B. Petri Apoſtoli meritum & principatus: quin & ipſum Theodoricum intellexiſſe vt ipſe Papa de conuocanda Synodo ſuam voluntatem declararet. Et apud Græcos S. Stephanus iunior Synodos ab Iconomachis coactas ideo improbabat, quod Pontifici Romano probatæ non eſſent citra cuius authoritatem aiebat nullo modo res eccleſiaſticas ad normam dirigi poſſe quemadmodum ſcripſit D. Damaſcenus in eius vita. Sic Theodorus Sudita item Græcus ad Leonem 3. ſcribens queritur de quodam conciliabulo Conſtantinopoli congregato, idque improbat dicens, Orthodoxam Synodum abſque cognitione Leonis cogi non potuiſſe.

Ex quibus authoritatibus videntur nullas Synodos tam generales quam particulares haberi oportere, niſi concedente Pontifice Romano: quanquam Canone tam Apoſtolorum quam Cõ-
IV. ciliorum conſtitutis Primatiis & Metropolibus, ita vniuſcuiuſq; regionis res Eccleſiaſticæ in Metropolitani poteſtate relictæ ſunt vt liceat ei Synodos congregare, & iubeantur Epiſcopi ad eas venire. Quod etiam Martinus Pontifex ſanxiſſe dicitur in concilio ſuo: vt bis in anno per ſingulas Prouincias Concilium fiat cõuocante Metropolitano Epiſcopo. Quod vero Gratianus ait valere Synodos Prouinciales abſque authoritate ſummi Pontificis quoad ea quæ ſunt ad corrigendum duntaxat, non quæ ad ſtatuendum, & diffiniendum: non eſt ſine ratione quoniam, vt ſupra vidimus, Principis eſt ſummi conſtitutiones facere. Certum tamen eſt pleraque in Conciliis Prouincialibus congregatis ſine illa authoritate diffinita fuiſſe quæ etiam ad fidem pertinebant. Sed ea fortaſſe robur ſuum non habitura vbique niſi ab iſto ſummo Pontifice accepta fuiſſent, ſiquidem Vnus Primas alteri legẽ

Can. 35. Apoſt. Can. 18. Arelat. Can. 9 Antioch. Can. 40. Laodi. Can. 41. Carth. 3. Can. 18. Calched. Can. 12. Aurelian. cum tota diſtinct. 18. in decretis Gratiani. & maximè Can. 17. Conſtantinop. generalis 8.

Digitized by Google

imponere non poterat: Vnde vno ſupremo opus fuit qui quod ab aliquo ex inferioribus ritè ſtatutum fuerat, comprobaret, & ſua comprobatione recipiendum ab omnibus inſinuaret.

Quoniam vero Canonibus prohibiti ſunt Primates, & Metropolitani quidquam agere in alterius Metropoli & Primatia, hinc non poterat aliquis Primas Concilium generale indicere, quia ei ius non fuit in alios Primates & Metropolitanos, nec in Epiſcopos alienos à ſua Metropoli & Primatia: rurſus ergo neceſſarius fuit vnus ſupremus Pontifex & Primas qui authoritatem conuocandi cæteros Primates, Metropolitanos, Epiſcopos, & omnes Eccleſiaſticos haberet: Is autem Romanus eſt Antiſtes, vt ſupra oſtendimus: Igitur ab illo conuocari Synodus generalis debet: neque enim alteri conuocanti fortaſſe obediretur. V.

Eius ſolius eſt vndecumque euocare Epiſcopos vt notat Iuo epiſt. 236.

Sed quia latè dominantibus Imperatoribus locus habendi Cōcilij ab illis explorandus erat, hinc factum eſt vt nulla ferè Concilia generalia acta fuerint niſi illorum expetito conſenſu: Vnde D. Hieronym. Synodum quamdam improbans: Quis, inquit, Imperator hanc Synodum iuſſit congregari? VI.

Apolog. 2. contra Ruſin.

Verum vt hiſtoricè hanc materiam tractemus ex inſtituto noſtro, rectiùs erit Conciliorum monumenta ſubjicere quibus patebit quorum cura vel authoritate coierint, diffinitaque fuerint.

Atque vt à primo exordiamur, videlicet Apoſtolorum non referunt acta id D. Petri authoritate coactum: ſed quod conuenerunt Apoſtoli & ſeniores: ſine dubio ſollicitati à Paulo & Barnaba qui vt de legalium obſeruatione cæteros Apoſtolos conſulerent, miſſi dicuntur Hieroſolymam: quem verò primum adierunt an Petrum vt Apoſtolici chori Principem, an Iacobum vt diœceſis Hieroſolymitanæ Epiſcopum? ipſe Paulus dubium ſi quod eſſe poteſt reſoluit dum refert ſe ad Petrum acceſſiſſe, & quindecim diebus cum illo manſiſſe, deinde ad Iacobum: quod ſi primus aditus & primus quoque conuocaſſe Apoſtolos & Præſbyteros facile credetur.

Cap. 1. ad Gal. & ibi D. Chryſ.

Secundum eſt Nicænum, quod notiſſimum eſt iuſſu Conſtantini primi coactum fuiſſe, nec vlla mentio explorati conſenſus Romani Pontificis: exploratus tamen dici poteſt ſiquidem huic adfuit per Oſium, Victorem, & Vincentium.

Euſeb. de vita eius lib. 1. ca. 6. Socrat. lib. 1. c. 5 Sozom. lib. 1. cap 16.

Tertium eſt Sardicenſe de ſententia duorum Imperatorum, Conſtantij videlicet, & Conſtantis procurantibus Paulo Conſtantinopol. & Athanaſio Alexandrino Patriarcha. Quod vero

Socr. lib 2. c. 16 Theodorit. lib. 2. ca. 5. Sozom. lib. 3. ca. 10.

Digitized by Google

& de hac querela Niceph. lib. 9. cap. 12.

Orientales aliquot Epiſcopi cauſantur ſe Concilio adeſſe non poſſe propter anguſtiam temporis, culpamque in Iulium rejiciũt num aliquatenus probant & Iulij partes fuiſſe in illo indicendo? Quorſum enim de illo queri ſi tempus non præfiniſſet? aut numquid præfiniſſet niſi conuocationi conſenſiſſet? Deinde quia nõ credendum eſt eius præfinitionem attendiſſe Epiſcopos niſi authoritas indicendi penes illum fuiſſet, dicere conuenit non ante Imperatores hoc Concilium indixiſſe quam deliberatione habita cum Iulio, tantum authoritatis penes eum eſſe reputantes ad conuocandum Concilium vt ei diem illius habendi relinquerent.

Lib. 2. cap. 29.

Quartum Ariminenſe cuius quoniam acta interierunt non liquet quomodo & qua authoritate, quove præſide coierit, niſi quod apud Socratem legitur ſupplex epiſtola, qua licentiam abeundi ſupplicant ab Imperatore Epiſcopi.

Quintum Conſtantinopolit. quod dicitur primum, & vniuerſale 2. non annumerantibus Apoſtolicum, Sardicenſe, & Ariminenſe. Hoc igitur Conſtantinopol. inſcribitur authoritate Damaſi Papæ, ac Senioris Theodoſij fauore congregatum, licet acta Concilij nihil huiuſmodi referant, ac Socrates, Theodoritus, & Nicephorus eius conuocationem ſoli Theodoſio tribuant.

Sed conjicere licet orthodoxum Imperatorem qui laborauit plurimum in hoc congregando Pontificem Romanum non neglexiſſe; nec Damaſum ſi neglectus fuiſſet ſine querela tranſacturum quippe qui epiſtola ad Stephanum & Africæ Concilia negauit Catholicum eſſe, Synodum fieri abſque Romani Pontificis authoritate. Querentem vero quis dixerit nullo iure futurum eſſe apud religioſiſſimum Imperatorem cui vnius Ambroſij tanti cenſura fuit: qui ſe paſſus eſt iuſſu eiuſdem excludi ſanctuarij cancellis intra quos ſiſtere ſolis Sacerdotibus liceret: Deniq; qui noluit Maximum confirmare Conſtantinopoli Epiſcopum quod ſciret eum Damaſo inuiſum, vt refert Epiphanius? Sed è contra ſi vocatus eſt qui fit, vt neque ipſe, neque per ſuos legatos ei adfuerit Concilio? Forſan breuitas temporis ab Imperatore

Theodor. lib 5 cap. 9.

præſtituti quam allegant qui Conſtantinopoli conuenerant epiſtola ad Damaſum & Epiſcopos Synodi Romanæ. Aut ſi admittamus vocatum non fuiſſe, dicemus Damaſum è ſua Maieſtate credidiſſe vt ad hoc Concilium non mitteret quod ſe inconſulto congregatum eſſet. Valuit tamen vt inter generalia Concilia haberetur.

Digitized by Google

Sextum Epheſi indictum refert Euagrius, ac teſtatur Synodalis epiſtola, authoritate & nutu Theodoſij iunioris à Cyrillo Epiſcopo Alexandriæ interpellati, vt Neſtorius Conſtantinopol. damnaretur hæreſis in virginem Mariam, & Epiſcopatu abdicaretur, ab eodemque petunt abeundi licentiam: tamen præſcriptam fuiſſe formam Concilio à Cæleſtino Romano Pontifice Firmus Epiſcopus in actis iſtius teſtatus eſt: eique præſedit per Cyrillum vt infra dicemus: vnde probatio conſenſum illius acceptum eſſe.

Septimum Calchedonenſe, quod epiſtola Epiſcoporum Mœſiæ interpoſitum Leonis magni iuſſu refert his verbis: In Calchedonenſem ciuitatem multis ſanctis Patribus conuenientibus per iuſſionem Leonis Romani Pontificis qui vere caput eſt Epiſcoporum; Martianus etiam Imperator ad Leonem: Supereſt, inquit, vt ſi placuerit tuæ beatitudini in has partes aduenire, & Synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur: & infra: vt ad quemdam diffinitum locum omnes ſanctiſſimi Epiſcopi conueniant. Quibus concordant Euagrius & Nicephorus ſcribentes, Meditãtem Martianum quomodo compoſitis hæreſibus honos vbique Deo tribueretur, impulſum à Leone vt Cõcilium haberetur. Tamen ipſe Leo ad Theodoſium Imperatorem, Si iubeatis, ait, haberi Concilium intra Italiam, citò auxiliante Deo poterunt omnia ſcandala reſerari: Et actione 1. eiuſdem Synodi ſic habetur: Synodus Calchedonenſis œcumenica decreto Imperatorum Valentiniani & Martiani congregata: Sed Leo difficultatem ſoluit, dum ait generale Concilium & ex præcepto Chriſtianiſſimorum principum, & ex conſenſu ſedis Apoſtolicæ placuiſſe congregari, vt ſic appareat vtrumque concurriſſe: ipſo inſuper reſcribente Martiano viſum eſſe Apoſtolicæ ſedis legatis ne abſque Imperatoris ſententia Synodus ageretur. Quæ omnia maximè confirmant, quanti fuerit tunc credita Romani Pontificis authoritas in congregatione concilij: Imo toto audiente Concilio nec contradicente legati Leonis impedierunt Dioſcori Alexandrini conſeſſum niſi rationem redderet cur ſine authoritate Papæ Concilium congregarit, quod nunquam licuiſſe dixerunt. Quod ſic abſolutè dictum videretur impellere, vt credatur præcedentes Synodos ſiue Prouinciales, ſiue generales non habitas eſſe niſi ex ea authoritate licet non legatur expetita: Num enim ſi aliâs eſſet contra dixiſſent Epiſcopi & Me-

Lib. 2. cap. 2. Niceph. lib. 15 cap. 2.

Vide epiſt. eius ad Synod.

tropolitani qui aderant quandoquidem illorum intererat: & num contradicere non fuerunt auſi, quia tunc memoria rerum geſtarum adhuc ſupererat?

Octauum eſt Conſtantinopolit. 2. quod Euagrio teſte conuocauit Iuſtinianus 1. de quo Strategius patricius ad patres miſſus declarauit Imperatorem conuocaſſe eorum religionem, non ex authoritate principali, ſed paterna & ſacerdotali compunctione. neque tamen neglectus fuit Vigilius tunc ſedens: ſiquidem refert Euagrius eum intereſſe noluiſſe; ergo vocatus erat. Sanè tunc temporis Vigilius à Iuſtiniano Conſtantinopolim arceſſitus apud Græcos agebat: acciditque vt Iuſtinianus edictum de tribus capitulis ſanciret, & inſtaret apud Vigilium vt id confirmaret. Sed Pontifex cenſuit quæſtionem ad generale Concilium rejiciendam: quod vbi obtinuit Synodus conuocata eſt. & ad Vigilium miſſi viginti tres legati è quibus tres Patriarchæ erant, cæteri vero Metropolitani Epiſcopi: tantus tantæ Maieſtati delatus eſt honos cum ad alios Epiſcopos tres tantum delegarentur: ſed cum præuideret omnes ferè qui aderant pro Iuſtiniano eſſe, excuſauit ſe modo quod ægritudine detineretur, modo quod Occidentales Epiſcopi non adeſſent. Hoc vero notabile quod tres Epiſcopi ad Primaſium Epiſcopum Adrametinum in Africa Metropolitanum, qui Conſtantinopoli erat, miſſi, reſponſum habuerunt ſe Papa non præſente non venturum.

In collat. habita ſub Ioan. 2.

Hæc collat. 2. to. 2. Concil. edit. nouæ.

Nonum idque Conſtantinopolit. 3. iuxta Imperialem ſanctionem Conſtantini Pogonati coactum eſt, vt refertur actione 1. ad id vocato Dono Pontifice.

Decimum quod eſt Nicænum 2. authoritate Conſtantini & Irenes interpellato Adriano 1.

Vide actâ.

Vndecimum denique Conſtantinopolit. 4. dicitur conuocatum per ſolertiam, interuentionem ac iudicium ſeu Synodicam expoſitionem Adriani 2. vt eſt in epiſtola Synodali ſic inſcripta: Domino Sanctiſſimo, & coangelico ſummo Sacerdoti, & vniuerſali Papæ Adriano.

Cætera deinceps Concilia præualente etiam in temporalibus ſummi Pontificis authoritate eius ſolo iuſſu indicta fuerunt: ſed

VII. ita tamen vt Principes temporales ſuas partes interpoſuerint ne in ſuis terris haberentur, neve etiam ad ea quæ alibi habebantur, irent ſui Epiſcopi niſi permitterent. quanquam Conſtantipol. 4. iniquum dicatur Principes impedire Eccleſiaſticos conuentus: &

Can. 17. Cum Carolus 5. Imperator

& iubeantur Epiſcopi nonobſtante impedimento conuenire. Sed quid præſcriptio vbi imminet proſcriptio? Itaq; [a] Gregor.7. mandauit Dienſi Epiſcopo vt Concilium celebraret in Cameracenſi Prouincia habito conſenſu Regis Francorum ſi haberi poſſet: ſin autem conſentire recuſaret, id ageret in Lingonenſi Eccleſia quia Comes Theobaldus promiſerat ſe conſenſum & auxilium daturum. [b] Præualuit etiam impedimentum vt facit fidem Hincmari Rhemenſis ad Adrianum epiſtola, qua declarat ſe non poſſe nec alios Galliæ Epiſcopos fines regni abſque Regis licentia progredi: & Gregorij 7. querentis de Rege Anglorum quod à liminibus Apoſtolorum, tam irreuerentis & impudentis animi, Epiſcopos & Archiepiſcopos prohiberet. At Gregorius magnus in hæc verba non proruperat apud Mauritium agens, vt Antiochenum Epiſcopum ſineret Romam venire. Vnde non eſt nouum illicitum eſſe Epiſcopis niſi petita venia, aut conſenſu Regis Romam conuolare, nec id allegantibus Epiſcopis ſuccenſuit Bonifacius 8. nec cum retracti ſunt à Concilio Tridentino Epiſcopi Galliæ iuſſu Regis, illi minimè paruerunt, aut cenſuram Apoſtolicam meruerunt, quia videlicet parendi neceſſitate excuſabantur.

querereturper ſuos legatos quod Conciliũ è Tridẽto Bononiam reuocatum eſſet, & diceret, id citra eius authoritatem nõ potuiſſe, Cardinalis Mõtanus proteſtatus eſt ſe, Patreſq; paratos extrema quæque potius oppetere quam pati, vt pernitioſo Eccleſiæ exẽplo ciuilis Magiſtratus pro arbitratu Synodũ cogat. Quippe Cæſarem non Dominũ aut Magiſtrum, ſed Eccleſiæ filium eſſe. Thuan. li. 5. hiſt ad an. 1548.

a Ep. 22. lib. 4.

b Flodoard. hiſt. Rhem. lib. 2. cap. 18 lib. 1. cap. 20. Rothaldi epiſt. ad Nicol. 1. Gregor. 1. epiſt. 7. lib 1. Paulus Æmil. in Philippo Pulchro. Idem Flodoard. in Vulfario. Eundi, inquit, Romam cauſa orationis ad S. Petrum licẽtiam ab Imperatore ſe accepiſſe in quadam ſua deſignat epiſtola. Sic Salonius, & Sagittarius condemnalitia Synodo Gallicana petierunt à Rege licentiam eundi Romam appellationis ex ea condemnatione proſequendæ cauſa. Greg. Turon. lib. 3 hiſtor. cap. 20.

Sed meherclè hæc temporum vel perſonarum vitia ſunt regulam generalem excedentia, quia indubitati iuris eſſe debet ad ſpiritualem Monarcham, eique ſubditos Epiſcopos propriè ſpectare cœtus eccleſiaſtici congregationem vt temporalis à Principe temporali quo ſua quæque in ordine maneant, nec alter vſurpet alterius iura. Vnde laudandus Valentinianus ad quem cum miſiſſent Epiſcopi plurimi vt ſibi de doctrina fidei ritè conſtituenda in vnum conueniendi poteſtas permitteretur, reſpondit, Sibi qui vnus ex laïcis erat non licere ſe huiuſmodi negotiis interponere: & ideo Sacerdotes & Epiſcopi quibus hæc curæ ſunt vbicumque ipſis libitum fuerit in vnum conueniant. Sozom. lib 6. cap. 7.

Quoad vero generalis Concilij indictionem non dubitant Doctores quin regulariter à Romano Pontifice expectanda ſit: Sed ponunt aliquos caſus ab hac generali regula exceptionem facien- Gerſon. conſiderat. 12. de poteſt. Papæ. VIII.

Digitized by Google

tes: vt ſi naturaliter aut ciuiliter ſedes vacet: aut ſi ad eum captiuum non pateat acceſſus: aut ſi interpellatus negligens ſit in eo congregando; mortemque ciuilem aiunt ſi in aliquod crimen inciderit depoſitione dignum, aut ſi mania laboret: Quod ſi patiar meum his calculum dare vix vllum approbem quàm qui eſt à morte naturali : aut ea captiuitate vel mania quibus intercedentibus neceſſitas magna ſe offerat Concilij cõgregandi remanente interim Pontifice: quem mea opinio eſt nullo caſu amouendum vt infra plenius dicam : prætextum hæreſis nihil moror quam ſpero nunquam paſſurum Chriſtum in ſuo Vicario.

Quando vero morte naturali vacat ſedes, aut captiui, vel mania laborantis voluntas neceſſitate vrgente haberi non poteſt (ſed præclarè Iuriſconſultus: ex his quæ fortè vno aliquo caſu accidere poſſunt, iura non conſtituuntur) cuius erit congregare? proculdubio Cardinalium qui capitulum Eccleſiæ Romanæ conſtituunt. Putauerunt autem aliquando Veneti id muneris Archiepiſcopo Conſtantinopolitano cum tribus aliis Epiſcopis incumbere. Itaque cum à Iulij 2. anathemate ad Concilium generale prouocaſſent, miſerunt Pannoniam ad Thomam Cardinalem Strigonienſem, vt id iure Patriarchatus Conſtantinopolitani cui titulo tenus præerat, cogeret. Sed hi conatus irriti fuerunt vt & ambitioſorum illorum Cardinalium qui optimum Regem ad conciliabulum Piſanum ſeduxerant.

L. 4. de legib.

Bembus lib. 7. hiſt. Venetæ.

IX. Quod ſi defuncto Pontifice ſchiſma procedat ex Cardinalium electione, idque ipſi diuiſi ſuum vtrimque aſſerant electum, nec liquidò conſtet cuius canonica ſit electio, ſanè eo caſu Imperatoris qui ſecularium Principum temporalium primus eſt, partes erunt huic diuiſioni pacem procurare indicto Concilio, vt non ſatis ea in re laudandus Sigiſmundus procurauit, cum tantum abeſt vt Cardinales Piſis congregati ſchiſma Alexandro electo ſedaſſent, quin è contra tertium ſuſcitauerant. Nec eius laudis minimam partem noſtri Principes habent. Siquidem Carolus 6. laudatus ab Ænea Syluio, quod Sigiſmundo, licet nondum Imperatori ſacrato, Concilij cõgregandi authoritatem conceſſerit: (nam quatenus Rex potior erat) nihil non tentauit vt Benedicto vnionem ſuaderet parato etiam Ludouico Aurelianenſi eius fratre filium ſuum obſidem dare Bonifacio Anti-papæ, eumque ſuis ſumptibus Venetias mittere, vt tanto ſecurus obſide non differret Genuenſem vrbem aut Sabaudiam accedere : quo Bene-

Ep. 54. 55.

Digitized by Google

dictus ſe ſe quoque acceſſurum ſpondebat ſchiſmatis tollendi cauſa: nec ignotum eſt Carolum 7. immenſam auri argentique copiam inſumpſiſſe, vt inter Eugenium & Fœlicem ac mortuo Eugenio continuatum cum Nicolao Eugenij ſucceſſore ſchiſma tolleretur, cœderetque Fœlix Nicolao vt legitimo. Sic Principes laborare debent in ſopiendis quæ ſuboriuntur ſchiſmatibus non in fouendis, aut excitandis: atque ſic ipſi ſummi Pontifices: non in turbanda vnione Eccleſiæ, regnorum, & populorum per inuiſas funeſtaſque depoſitiones.

Congregati autem legitimè Concilij quis præſes, quiſve caput eſſe poterit quam Romanus Epiſcopus? Pauci verò ipſi Conciliis interfuerunt, vnde vocatus Leo vt adeſſet Calchedonenſi reſcribebat, ſe ſalua clementiæ Imperatoris venia non poſſe adeſſe, etiam ſi iuxta præcedẽs aliquod exemplum exigeretur, quia diſtineretur Romæ frequentia populi præſentiam illius expetentis. ſic innuens nullo exemplo probari vt præſens adeſſe debeat, aut vt Imperator præſumeret illum vocare, quaſi inferior ſuperiorem. Sic Hormiſda ſedens anno 514. querebatur quod Anaſtaſius Imperator auſus eſſet ad Concilium euocare Papam: id nouum dicens, ſe tamen venturum ſi nihil Concilij Calchedonenſis decretis præiudicaretur. X. Ep. 13. XI. Ep. 5.

Ergo ad Concilia Orientalia Pontifices non venerunt, ſed ſuos legatos ad aliqua miſerunt, vt ad Nicænum 1. Victorem & Vincentium Præsbyteros, quibus etiam adnumerant Oſium Epiſcopum Cordubenſem vt mox dicetur. Ad Sardicenſe Athanaſius ait Archidamum & Philoxenum pro Iulio præſediſſe, quãquam in actis & in ſubſcriptionibus nulla ſit eorum mentio. Ad Conſtantinopolitanum 1. nulli pro Epiſcopo Romano: imo neque vlli Italiæ Epiſcopi. Ad Epheſinum Cyrillus Alexandrinus pro Cæleſtino 1. quod probatur Cœleſtini epiſtola ad eum: Quamobrem, inquit, noſtræ ſedis authoritate adſcita, noſtraque vice, & loco cum poteſtate vſus huiuſmodi non abſque exquiſita ſeueritate ſententiam exequeris, videlicet in Neſtorium: ad quem reſcribens idem: Cyrillum, aiebat, tranſmiſimus vt noſter hac in parte Vicarius efficiat, quo noſtrum decretum tibi & reliquis omnibus patefiat. Denique certum eſt eum non dedignatum eſſe Epiſcopi Romani vices gerere: vnde amplius liquet amplitudo iſtius vt cuius vicarium eſſe pro ſummo honore habuerit vnus ex quatuor Patriarchis: atque vt ſciretur ea prærogatiua co- XII. tom. 1. eiuſd. Synodi cap. 16. Eod tom. c. 17. ſub f. Niceph. lib. 14 c. 34 Zonar. in Honorio. Beſſarion in Synodo Baſiléenſi ſeſſ. 8.

Digitized by Google

honeſtatus thyaram vel faſciam auream gerebat, quia Cæleſtini Vice-præſes erat Concilij, vt ipſe ſchiſmaticus Balſamo prodidit, indeque factum vt deinceps Alexandrini Epiſcopi eam thyaram vſurparint.

Ad Calchedonenſe Paſchaſinus & Lucentius Epiſcopi, & Bonifacius Præſbyter. Ad Conſtant. 2. neque per ſe, neque per legatos venit: Vigilius vt ſupra vidimus. Ad Conſtantinop. 3. Theodorus & Georgius Præſbyteri, & Ioannes Diaconus. Ad Nicænum 2. Petrus Archypræſbyter, & Petrus Monachus: ad Conſtantinopolit. 4. Donatus & Stephanus Epiſcopi, & Marinus Diaconus.

Occidentalibus autem plerumque ipſe adfuit præſens vt Lateranenſi Innocentius 3. Lugdunenſi Innocentius 4. & alij aliis.

Iam vero quæ partes fuerunt, quive gradus eorum legatorum? an Præſidum loco fuerunt, primoque gradu ſteterunt? quid ſi

XIII. præſens Imperator adeſſet? equidem quoad Imperatorem tantum abeſt vt Conſtantinus Magnus præſidendi authoritatem ſibi attribueret, quin nec niſi annuentibus Epiſcopis adſideret, nec vt Imperator, ſed quaſi vnus è multis, ſella, vt ait Nicephorus, infra Maieſtatem ſuam: quam tamen dicit Euſebius auream fuiſſe: & Imperatorem cum ad ſummum locum veniſſet, primum in medio conuentu erectum ſtetiſſe, ac innuentibus Epiſcopis ſediſſe. Denique Theodoritus: ſella, ait, parua in medio poſita (iſtud enim ſibi permitti ab Epiſcopis poſtulauerat) conſedit. Quorſum vero poſtulauerat? an vt ex illorum conſenſu medium locum haberet vt digniorem? aliâs indignè laturi ſi non poſtulatum vſurpaſſet? An quod offerentibus forſan ſupra ſe Epiſcopis excelſiorem thronum interceſſit vt ſolum inter cæteros ſtatueretur? Quod magis videtur ex hiſtoricorum mente qui in hoc

XIV. commendant illius humilitatem & reuerentiam erga Epiſcopos, atque etiam ex moribus Conſtantini ſoliti eos pro diis habere. Medio tamen loco, ſed annuentibus Epiſcopis, ſedit tanquam communis Epiſcopus à Deo conſtitutus, vt ait Euſebius: ſed, vt ipſe aiebat, Epiſcopus extra Eccleſiam: id eſt ad res politicas exteriores & forenſes. Hæc Conſtantinus. à quibus cum degeneraret Conſtantius filius eius vt qui à fide deuius erat, & vellet Concilio præſidere, eum carpſerunt Athanaſius & Oſius: ſi iudicium Epiſcoporum eſt, quid, aiebant, cum Deo commune habet Imperator? Ne nobis in hoc genere præcipe, ſed ea potius à

Socr. lib. 1. ca. 5. Euſeb. lib. 1. de vita eius ca. 37. Niceph. lib. 8. cap. 16. Euſeb. ibid. lib. 3. c. 10.

d. cap. 37.

Lib. 4. cap. 24.

D. Athanaſ. ep. ad ſolitarios.

Digitized by Google

nobis diſcute: tibi Deus Imperium commiſit: nobis ea quæ ſunt Eccleſiæ cõcredidit:& infra: Quis enim videns Imperatorem ſe Principem facere Epiſcoporũ in decernẽdo,& præſidere iudiciis Eccleſiaſticis, nõ merito dicat, illum eam abominationem & deſolationem inferre quæ à Deo prædicta eſt? cumque idem ad Patres Ariminenſes reſcripſiſſet ne quid ſe abſente diffinirent, reſponderunt, ſe neutiquam dilaturos. Sed meritò commendatur Martiani proteſtatio ad Concilium Calchedonenſe; ſe adeſſe Concilio, non ad oſtendandam virtutem,ſed ad confirmandam fidem: aiunt tamen Patres Epiſtola ad Leonem, Imperatores ad ornandum decentiſſimè præſediſſe. Quo vero loco non dicitur. An medio cum glorioſiſſimis iudicibus & ſenatu inter Epiſcopos tenentes læuam & dextram?atque in ſequentibus apud Græcos Concilijs videtur idem fuiſſe Imperatoris ac procerum laïcorum locus. Nam ſic ſtatuuntur in Conſtant. 3. vt læuam, & dextram teneant Epiſcopi: ergo iſti in medio. Sed huic Præſidem fuiſſe Imperatorem referunt acta: Præſidente, inquiunt, Imperatore piiſſimo in ſecretario Palatij, quod cognominatur Trullus. Quod mirum ſi laïcus Princeps auſus & paſſus fuit præſidere controuerſijs Eccleſiæ ac veluti Deo. Longè alia mente à Baſilio Impetatore qui in Conſtantinopolit. 4. ſe paratum dicebat proſternere ſuam purpuram ſuumque diadema coram Patribus; quoniam Epiſcopis procidere, eſſet Deo procidere. Sic Egica rex Hiſpaniarum, licet ſceleſtiſſimus princeps, humi proſtratus Concilium Toletanum venerabatur: & Henricus 1. Germaniæ Rex cum eius exhortatione Epiſcopi de fundatione Eccleſiæ Bambergenſis Synodum haberent, ad eamque conueniſſet alloquuturus Epiſcopos humi ſe proſtrauit, nec ante ſurrexit quam qui Synodo præerat Archiepiſcopus Moguntinus eum ſuis manibus eleuaſſet. At Carolus Caluus Occidentalis Imperator cum authoritate Apoſtolica & Sanctione ſua Synodum indixiſſet,quæ generalis dicitur(ſed intellige generalem,id eſt omnium Epiſcoporum ſuæ ditionis provt Hugo Lugdunenſis Archiepiſcopus dicitur Concilium generale habuiſſe aduerſus Philippum regem,id eſt de omnibus Prouinciis Galliæ) ipſe ſellam ſuam poni iuſſit ante omnes Epiſcopos regni ſui, iuxta Ioannem Tuſcanum Legatum Apoſtolicum qui ad dextram illius ſedebat: ſed præuia declaratione habita quod Dominus Apoſtolicus ſuas vices ei commiſiſſet in hac Synodo. Ergo tanquam Legati iure non

Vide epiſt. vtrimque miſſas, tomo 1 Cõcil. ſub Concil. Arimin.

Ioann. magn. lib. 16 hiſtor. Goth. cap 24.

Ditmar. lib 6. Saxoniæ.

principis temporialis, ſuperiorem locum tenebat. Quod ſi in huiuſmodi particularibus Conciliis Principes ſe Epiſcopis inferiores profeſſi ſunt, quanto magis in Conciliis generalibus quæ Eccleſiam omniũ dominam repræſentãt? in ſequentibus autem generalibus Conciliis nulla eſt de cõſeſſu imperatorum aut regũ relatio: & licet Conſtantienſi, & Baſiléenſi adfuerit Sigiſmundus cum inſigniis regalibus & nobilibus ſuis, vt dicitur ibi, non tamen exprimitur quo loco. Sed in Ferriarenſi ad quod Græcus imperator venit, cum de gradus prærogatiua quæſtio mota eſſet inter eum & Pontificem quis in capite medius inter Græcos & Latinos ſederet, Imperatore ſibi potius quam Pontifici eum locum deberi contendente; tandem poſt longas diſputationes lectis cæterarum Synodorum geſtis, omnes in vnam ſententiam iere, vt ſummus Pontifex ac omnis Occidentalis Eccleſia à dextra templi parte: Imperator vero Græcus cum Orientali Eccleſia, è regione à parte altera, conſederet. Itaque habuit ſedem æque eminentem ac Papa. Occidentalis autem Imperatoris ſedes quæ ſemper vacua fuit, proxima Pontificiæ erat, paulò tamen inferior. Vnde coniicias medium locum habuiſſe Conſtantinum vt honoratiorem: ſed vt dixi cedentibus & volentibus Epiſcopis, atque interpellantibus, vt ſederet ac abſente Pontifice. In hac vero Ferrarienſi ſeu Florentina nemo hunc locum obtinuit, ne ambitio religioni præiudicaret.

XV. Sed nullus quamtæcumque dignitatis laïcus inuidere debet potiores gradus Eccleſiaſticis in Concilio, & conuentibus ſacris: Namque Iulianus quamuis apoſtata reſcribens ad Arſacium, ſtrictè prohibet ne quis qualibet dignitate præcedat Præſbyteros ſaltem in tẽplo, ac laudatur Accius poëta, quod Iulio Cæſari ampliſſimo & florentiſſimo viro in collegium poëtarum veniẽti, nec ceſſerit loco, nec aſſurrexerit, non Maieſtatis eius immemor, ſed quod in comparatione communium ſtudiorum aliquanto ſe eſſe ſuperiorem conſideret; quapropter inſolentiæ crimine caruit, quia ibi voluminum non imaginum certamina exercebantur. Denique Ethnici volebant Pontificalem locum ſemper eſſe ſummum: inde, torum altum conceſſit Dido Æneæ, qui vbique quaſi ſacratus dicitur vt Seruius notauit.

Ad illũ verſum Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto. lib.2. Æneid.

Ergo ſedes potior meritò debetur non ſolum ipſi Pontifici maximo (quod indubitatum eſt) ſed aliis Epiſcopis ſupra Imperatores & Principes in Conciliis quibus non eſt neceſſe illos præ-

Digitized by Google

ſentes eſſe vt Conſtantinopolitano 4. dicitur. Itaque cum in Concilio Tridentino Epiſcopi Germaniæ, illi qui ſunt imperii Principes, vellent ea qualitate, quod videlicet eſſent imperij Principes, non ſolum alios Epiſcopos ſed Archiepiſcopos aliarum nationum antecedere, non viſum eſt quidquam ea de controuerſia ſtatuere; nitebantur autem quod Epiſcopi qui non ſunt imperij principes non niſi capite aperto affari eos ſoleant, & oratores ducum & aliorum principum qui ſunt Epiſcopi ſoliti ſint præcedere Archiepiſcopos in ipſo Pontificis ſacello.

Can. 17.

Hiſt. Concil. Trid. p 93.

XVI.

Quia vero optimum illud eſt præceptum, ne terminos quos poſuerunt patres noſtri moueamus: & maxima cum ratione præſcriptionem humani generis patronam aliquis dixit: ideo rectè Epiſcoporũ & Principum ſedes ex veteribus Conciliorũ monumentis iudicatur. Quod vtinam factum eſſet in illa contentione quam rex Catholicus auſus eſt habere aduerſus regem Chriſtianiſſimũ de gradus prærogatiua in Synodo Tridẽtina, facilè enim iudicaſſet Pius 4. ſecundum priora Concilia, potiſſimumque Conſtantienſe & Lateranenſe ſub Leone 10. Hiſpanos Oratores ſedere debere ſine controuerſia poſt Gallos, qui proximum ab Imperatoris legatis locum tenuerunt. Vnde ergo noua hæc ambitio, quæ nulla geſtorum authoritate confiſa, imo Conciliorum monumentis confuſa eſſe debet? magnanimus ergo qui tunc fuit Regis noſtri Romæ legatus, quando ne quidem parilitatem admittere voluit, quam omni artificio exquiſierunt Hiſpani conniuente Pontifice, fortaſſe vt concordia retineretur. Sed optime Cicero, vt ſint omnes boni, vt ſint omnes integri ſeruari tamen neceſſe eſt gradum: at de hoc iure pluribus ſupra.

Vide hiſtoriã Cõcil. Tridẽt. variis locis paſſim.

XVII.

Sed vt ad rem quoniam viſum eſt de gradu Imperatorum ac Principum in Conciliis, ſuper eſt vt de Legatis Pontificis maximi videamus: de ipſo enim nihil animaduertere poſſumus ex Græcis ſiquidem eis non adfuit.

Nicæno 1. Euſtathius Antiochenus primo loco loquutus eſt, ſed tantum de laudibus Conſtantini, nihil de fide. Victor autem & Vincẽtius Præſbyteri vrbis Romæ pro Papa ſubſcripſerunt, ſed ſecundo loco poſt Oſium, quem ideo ferunt legatum quoque fuiſſe Romani Pontificis, licet id nullus Synodi actus atteſtetur: quaſi aliâs Orientales Epiſcopi ſui iuris plus ſatis tenaces non potuiſſent ferre, vt ſuo in ſolo ſuave in diœceſi illis præferretur niſi ea vice fungeretur: An etiã quia virtuti eius celeberrimæ id ne-

Digitized by Google

gari non potuit, maximè eo ſeculo quo ſanctitas ambitioni præualebat? quod notaſſe videtur D. Athanaſius in Apologia, dum ait: De magno Oſio in primis venerando ſene & confeſſore ſuperuacuum eſſe loqui: Nam in quo, inquit, Concilio non Primas ille tulit? quaſi ea prærogatiua ſanctitati & dignitati viri reddita fuerit. Is tamen Oſius ſic laudatus ab Athanaſio dicitur ſub finem vitæ lapſus in hæreſim de ὁμοίουσιον, id eſt eorum qui Filium ſimilis ſubſtantiæ, non ὁμοούσιον, id eſt eiuſdem cum Patre dicebant: ſed coactus ab Arrianis cum eſſet in exilium pulſus, quod priùs eis ſubſcribere noluiſſet, & iam fatiſcente æuo deliraret quippe natus centum annorum.

Idem Athanaſ. epiſt. ad ſolitarios.

In Sardicenſi, quòd volunt appendicē eſſe Nicæni, idem Oſius loquitur primus & fere vbique decernit: ſubſcribit tamen poſt Orientales Epiſcopos, quoad vero Romanum Pontificem nulla ibi legatorū eius mentio, quanquam Athanaſius eos fuiſſe Archidamum & Philoxenum ac pro Iulio præſediſſe dixerit. Equidem quanti fuerit in hoc Concilio maieſtas Pontificis Romani, apparet ex decreto quod ſanxerunt Patres de iure prouocationis ad illum vt ſancti Petri memoria honoraretur.

Can. 3.

Conſtantinopolitani 1. Nectarius Archiepiſcopus eiuſdem vrbis Præſes fuit cum nulli adeſſent Legati Romani.

Epheſino Cyrillus Alexandrinus præfuit loco Cæleſtini vt ſupra vidimus, & refertur in actis Calchedonenſis Concilij: cumque illo Arcadius & Proiectus Epiſcopi necnon Philippus Præſbyter, quorum ſeſſio ſic recenſetur vt Cyrillus primus ſederit, quippe vicem agens ſummi Pontificis, deinde Arcadius; poſtea Iuuenalis Hieroſolimitanus & Theodotus Ancyranus Patroni Synodi; demum Proiectus & Philippus quarto loco.

Act. 1.

Calchedonenſis acta ſic habent: Conueniente etiam ſancto & vniuerſali Concilio ſecundum ſacram præceptionem in Calchedonenſi vrbe congregato, id eſt Paſchaſino & Lucino reuerendiſſimis Epiſcopis, & Bonifacio religioſiſſimo præſbytero tenentibus locum ſanctiſſimi & reuerendiſſimi Archiepiſcopi almæ vrbis Romæ Leonis: & Anatolio reuerendiſſimo Epiſcopo inclitæ vrbis Conſtantinopolitanæ nouæ Romæ: & Dioſcoro reuerendiſſimo Epiſcopo magnæ Alexandriæ ciuitatis, & cætera. Sic primi ponuntur Romani legati, ac primi ſubſcribūt, miſſi enim vt per eos præſideret Leo, quia præſentia eius deſiderabatur: ac ipſi patres epiſtola Synodali ad Leonem: Sacerdotibus

Act. 6. Vide Leonis epiſt. ad Synod.

Digitized by Google

dotibus, inquiunt, ſicut membris caput præeras (videlicet huic Synodo) in his qui tuum tenebant ordinem, id eſt legatis. Denique à læua parte erant Vicarij Romani Epiſcopi, & poſt eos Anatolius Archiepiſcopus Conſtantinopolit. Maximus Antiochenus, & cæteri Epiſcopi Orientis & Ponti, Aſianæ & Thraciæ regionum, exceptis Palæſtinis. A dextra verò Dioſcorus Alexandrinus, Iuuenalis Hieroſolymit. & reliqui Ægyptiacæ Diœceſis, & Illirici Epiſcopi; Paſchaſinus verò primus orationem habuit. Act. 1. in principio.

Conſtantinopolitano 2. nec Vigilius, nec pro eo quiſquam adfuit Licet ad eum ſic ſcripſerint Epiſcopi: Ideo petimus præſidente nobis veſtra Beatitudine ſub tranquilitate & ſacerdotali manſuetudine propoſitis ſanctis Euangeliis huic quæſtioni finem imponi.

Conſtantinopolit. 3. ſic habetur: Præſidente Imperatore: & infra: conueniente quoque ſancta & vniuerſali Synodo, id eſt Theodoro & Georgio venerabilibus Præſbyteris, & Ioanne venerabili Diacono vicem agentibus ſanctiſſimi & beatiſſimi Archiepiſcopi antiquæ Romæ, & Georgio venerabili ac ſanctiſſimo Archiepiſcopo magnæ Conſtantinopolis nouæ Romæ, illi quidem à læua, hic vero à dextra parte ex latere Imperatoris. Ac primi loquuntur Romani interrogantes Conſtantinopolitanum Patriarcham de nouitatibus vocum introductis à Patriarchis Conſtantinopolitanis vnam duntaxat aſſerentibus in Chriſto voluntatem vnamque naturam & operationem. Huius autem Cōcilij expreſſo canone ſtatuitur, vt qui miſſus eſt habeat mittentis gradum, etiamſi Diaconus ſit duntaxat. Tamen Gortynenſis Epiſcopus Baſilius qui vices quoque Romani Epiſcopi gerebat, inuenitur poſt quatuor Patriarchas, & quoſdam Metropolitanos ſubſcripſiſſe. Quod miratur Balſamo: ſed, inquit, vt eſt probabile ipſe quoque Papæ legatus erat: & ideo ſubſcripſit poſt Patriarchas, vt & cæteri legati, quemadmodum Theſſalonicenſis Epiſcopus, & Heracleanus, & alij. Id eſt legati quidem erant in ſua Diœceſi, cuiuſmodi in Græcia plures fuerūt, qui exequerentur vt legati quod vt Epiſcopi non poſſent (vnde maieſtas Romani Pontificis etiam apud Græcos) ſed non legati ad Cōcilium miſſi, ideoque non referentes ibi perſonam Romani Epiſcopi. Sic in Calchedonenſi Concilio Iulianus Coenſis ciuitatis Epiſcopus, & ipſe vicem agens Apoſtolicæ ſedis poſt Patriarchas, & quoſdam Epiſcopos recenſetur. Ad Can. 7. Act. 1. in principio.

Digitized by Google

Nicæni 2. actio prima: Imperantibus piiſſimis Conſtantino cum matre ſua Irene: conueniente ſancta & œcumenica Synodo in Nicæa Bithyniæ, Petro Archipræsbytero Romanæ Eccleſiæ,& Petro Monacho Vicariis exiſtentibus Apoſtolicæ ſedis, præſente Taraſio Archiepiſcopo inclitæ Conſtantinopoleos nouæ Romæ, & cæteris Epiſcopis, & cætera. Tum omnibus præſentibus, & ſedentibus viſum eſt Synodo caput eligere, nempe Ieſum Chriſtum, vt refert Taraſius epiſt. ad Adrianum, qua ait prærogatiua quadam primo loco lectas eius epiſtolas eſſe. Huic vero Taraſio quem vocat Synodus, ſanctiſſimum ſummumque Paſtorem defertur, vt proloquatur ad initium quæ deinceps tractabuntur capitum, & veluti ianuam aperiat: quæque deceant primus explicet. Itaque primus incipit.

Conſtantinopolitano 4. præſederunt Vicarij Romani Pontificis à quibus ob id Concilium exegit huius litteras quæ notam facerent poteſtatem illorum vt præſiderent.

Cæteris deinceps quæ Occidentalia fuerunt non dubitatur quin præſides extiterint Romani Pontifices per ſe, aut ſuos legatos: niſi quod Baſileenſi poſt depoſitum ab illo Eugenium præfuit Cardinalis Arelatenſis quem Pius 2. ait mortuum fama ſanctitatis præualuiſſe magno miraculorum numero orta: ob quam invalidorum fiebat ad eius tumulum concurſus.

Denique in Concilio Florentino poſt aliquam cum Græcis diſceptationem non amplius in medio ſtatutus eſt Imperator Græcus, ſed à læua cum ſuis Patriarchis & Epiſcopis: & à dextra ſummus Pontifex cum Occidentali Eccleſia.

XVIII. Vnde vero vt in Græcia læuam iſte, in Italia dextram teneat, niſi quia apud Græcos læua erat honoratior, apud Latinos dextra? Quod ſatis ipſa Concilia indicant, maximè Calchedonenſe, in quo legati Romani, & Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus atque Antiochenus læuam occupant, ſanè quia nobiliorem nobiliores. Sic in Concilio Nicæno 2. notatur ex homilia Sophronij Epiſcopi Hieroſolymitani Virginem Mariam ſolitam à pictoribus repræſentari à ſiniſtris Domini noſtri Ieſu-Chriſti: à dextris vero D. Ioannem Baptiſtam. Tamen Euſebius vt ſummo honore ſignificaret Conſtantinum fuiſſe apud Diocletianum, ait, illum ad dextram eius aſſiſtere ſolitum. Fertur etiam Ioannes Pontifex delegatus à Theodorico ad Imperatorem vbi Conſtantinopolim venit, honoris gradum ei datum vt dexter dextro

Lib. 1. de vita Conſt. cap. 13.

Digitized by Google

Eccleſiæ ſolio inſideret, vnde non videretur ſiniſtra ſemper habita honoratior apud Græcos: vt nec dextra apud Latinos: nam in ſacris Paganorum honoratior fuit ſiniſtra. Siquidem in exequiis Seueri Imperatoris apud Herodianum Senatus ſiniſtrã: matronæ dexteram partem occupabant. Quid quod Petrus ad ſiniſtram, Coapoſtolus eius Paulus ad dextram conſtituitur in Romana Eccleſia? Damianus id non ſine cauſa admiſſum ab omni antiquitate dicit: Paulum enim de Tribu Beniamin extitiſ- Lib. 2. ep. 16.
ſe: Benjamin autem Hebraïcè, Latinè filius dexteræ nuncupatur: quid ergo mirum eſt ſi ad dexteram conſtituitur qui vocabulum dexteræ ex paterno iure ſortitur. Hæc Damianus. Sed quæ honoratior ſit dextra an ſiniſtra varij varia diſputant. In pagina vero ſacra, dextræ honos datur cum dicitur, Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis. Deinde: Statuũtur oues à dextris, & hædi à ſiniſtris. Et in veteri lege: Vult Ioſeph manum Iacobi dexteram apponi ſuper caput Manaſſes, quia primogenitus erat, non ſuper Ephraim. Denique Berſabe Salomonis mater ſedit ad dexteram eius. Hodie autem apud Turcas ſiniſtra dignior eſt quod eam partem gladius occupet, nec abſimili ratione apud Latinos erat honoratior in bellis, vt refert Plutarchus: Sed nihil Eccleſiæ cum gladio, imo cum cruce quam dextra ſemper apprehendit. Quidquid ſit non dubium eſt quin legatis Romani Pontificis ceſſerit apud Græcos ſiniſtra, vt illis tunc fortaſſe potior. Atque hæc de prærogatiua gradus.

Bubſequius epiſt. 1. legat. Turcicæ. Plutarch Quæſt. Roman. q. 78.

XIX.

Vltimum ſupereſt de prærogatiua qua præualuerunt ſummi Pontifices, id eſt Epiſcopi Romani, in Conciliis per ſuos legatos, & per ſe ſeu in proponendo ſeu in diffiniendo, aut confirmando quæ propoſita & diffinita fuerunt.

In primo Apoſtolico D. Petrus orationem primus habet de quæſtione legalium quæ ſe offerebat deinde diffinit. Quid ergo, inquit, tentatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus? En ergo propoſitio vna cum diffinitione, atque vt ſciretur proponentis & diffinientis authoritas: Viri fratres, ait, vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij & credere. Quapropter quod quidam dicunt D. Iacobum diffiniſſe, non ſatis obſeruant nihil aliud eum diffiniſſe aut explicaſſe niſi quod iam Petrus diffinierat, quo deſinente loqui tacuit omnis multitudo vt approbans & conſen-

Digitized by Google

Epiſt 89. ad D Auguſt. tiens: & in ſententiam eius Iacobus & omnes ſimul Præſbyteri tranſierunt, ait D. Hieronymus. Quod autem dicitur, Sic viſum Spiritui ſancto & nobis: nihil dettahit Petro, cuius ſententiam ipſe ſequuti ſunt vt à Sp. S. dictatam, vel quam Sp. S. inſpiraſſet eis ſequendam, prius inſpiratam Petro. A Petro ad eius ſucceſſores vt traſſeatur non dubium eſt quin Decretorum Conciliorum generalium confirmatio petita fuerit à Romanis Pontificibus, ſic Conſtantinopolitani primi Patres à Damaſo primo petierunt, vt ſtatutis in eo Concilio gratularetur, ne ſcinderetur vnitas Chriſtiana, & dicerent fideles, Ego ſum Pauli, ego autem Apollo, ego autem Cephæ: quaſi quouſque approbaſſet iſte Pontifex liberum fuiſſet cuique iſtis Decretis credere aut non credere, at vbi approbaſſet, tenerentur omnes ei vt principi obedire.

Theodorit. lib. 5. cap. 9.

Sed in Epheſina Synodo maximè patere cœpit, quanti facerent illius authoritatem: Siquidem Cyrillus profitetur quandoquidem longa Eccleſiarum conſuetudo ſuadebat, vt Sanctitati Romani Pontificis iſtiuſcemodi quæſtiones propoſitæ communicarentur, Epiſcopos non auſos fuiſſe Neſtorij communionem deſerere, antequam Cæleſtinum conſuluiſſent. Deinde cum Arcadius, & Proiectus Epiſcopi & Legati Cæleſtini tardiùs adueniſſent & peterent, ſibi explanari à Patribus decreta, vt hæc confirmarent: Nullus tunc dixit confirmatione illorum opus non eſſe: ſed permiſerunt relegi, & relecta illi confirmauerunt authoritate qua dixerunt, Petrum eiuſque ſucceſſorem eſſe Principem & caput Eccleſiæ; hæc audierunt Græci, nec reclamauerunt: Iam verò quis Principatum & monarchiam Romani Pontificis abnegarit?

Tom. 1 Epheſ. Concil cap. 15. & aliis.

Calchedonenſis Synodi Epiſcopi epiſtola ad Leonem, ſe aiunt definiuiſſe quæ ipſe probaturus & confirmaturus eſſet: & Martianus Imperator ad eandem, ait Epiſcopos declaraturos quæ Chriſtianorum Religioni & Catholicæ fidei proſint, ſicut ipſe Leo ſecundum Eccleſiaſticas regulas diffinierit: Ergo ab eo diffinitio, & per conſequens confirmatio procedere debuit.

Conſtantinopolitani tertij Patres Agathoni vt primæ Sedis Antiſtiti & vniuerſalis Eccleſiæ ſtãti ſupra firmam Petram quid foret agendum permiſerunt: ac demum orauerunt, vt confeſſionem ibi factam de recta fide, ipſe per ſua ſcripta confirmaret.

Digitized by Google

Concilio Nicæno 2. omnes conſenſerunt ſecundum litteras Adriani: & eramus, inquit Taraſius, dum illæ perlegebantur veluti in Regio conuiuio epulis ſpiritus intenti: quòd tali conuiuio animi noſtri recreabantur, pedeſque noſtri in viam veritatis per te ducebantur: ſic confracta membra in vnum corpus componebantur; ſic verè concordia conualuit: ſic Catholica Eccleſia in vnum eſt collecta.

Deniq; Conſtantinop. 4. Patres reſcribentes ad Adrianum 2. igitur, inquiunt, libenter, oppido & gratanter imitatrice Dei Sanctitate veſtra omnium noſtrum conuentum, & vniuerſalis huius atque Catholicæ Synodi conſenſum & conſonantiam recipiente prædica eam magis ac magis veluti propriam, & ſolicitius confirma coangelicis præceptionibus & admonitionibus veſtris, vt per ſapientiſſimum magiſterium veſtrum, etiam ab alijs vniuerſis Eccleſiaſticis perſonis ſuſcipiatur veritatis verbum & iuſtitiæ decretum.

Atque hæc de prerogatiua quæ meritò debetur merito Pontifici Romano, vt omnium ſummo. Neque enim minor imo longè maior deferendus eſt reſpectus, quàm pſeudo ſacerdoti Appollinis Delphici cui Græci tantum concedebant, vt vniuerſalem illum cœtum totius Græciæ Amphictionicum, quem lingua Gentili ἐκκλησίαν vocabant, vt refert Æſchynes contra Cteſiphontem, velut moderaretur præſidis officio fungens, & quæ decidenda erant proponens, atque quod decernebatur in vulgus prodibat præfixo eius nomine: provt conſtat ex eo quod contra Amphiſſanos latum eſt Sacerdote Clinagora præſide, apud Demoſthenem oratione περὶ ζτε. XX.

CAPVT III.

DE AVTHORITATE GENERALIVM CONCILIORVM.

LECTIO.

1. *Quid eſt Concilium generale.*
2. *Sardicenſis Synodus eſt generalis.*
3. *A Concilio generali nullus fidelis excludi debet, ideo laici admiſſi.*
4. *In fidei queſtionibus nulla laicorum partes.*

Digitized by Google

5. *Libertas in Concilijs maxima eſſe debet.*
6. *Non vana fuit in Concilijs laicorum præſentia.*
7. *De Concilij iuriſdictione quouſque ſit, & an de negotijs ſecularibus.*
8. *Synodi Prouinciales de rebus prophanis ſtatuerunt, & quare.*
9. *Chriſtus caput Concilij: ideo pleniſſima eſt eius authoritas, an ea tamen vt de rebus temporalibus diſponere queat.*
10. *An eſt ſupra Papam.*
11. *De prouocatione à ſententia ſummi Pontificis ad futurum generale Concilium.*
12. *A Concilio non licet prouocare.*
13. *Praualere debet ſententia Concilij ſentienti contra Pontifici Romano.*
14. *Quatenus Pontifex Romanus obedire teneatur, & derogare poßit decretis generalis Concilij.*
15. *Reſpectus eſſe debet inter Concilium & Summum Pontificem.*
16. *Licet in decretis faciendis Concilium ſit ſuperius Papa, non tamen illum iure iudicare & deponere poteſt.*
17. *Nemo cenſuram Concilij deſugere debet.*
18. *Non eſt tamen cogendus à Concilio Pontifex Romanus.*

IAM verò num ſuperuacuum erit quærere an adeo pendet Conciliorum generalium confirmatio à ſummo Pontifice vt ipſe derogare illis ad libitum queat, nec ea obſeruare teneatur. Quæ controuerſia deriuatur ex illa celeberrima toties agitata, an Concilium ſit ſupra Papam, an è contra: an Papa correctionem à Concilio accipere poſſit, an Concilium à Papa: Nam ſi eſt inferior Concilio obedire eius decretis tenetur, & ab eo corrigi poteſt.

Sed antequam vlterius progrediamur, explicandum eſt quid ſit Concilium generale, & de quibus rebus & perſonis iudicare valeat.

I. Dubitatum aliquando eſt in cauſa criminalis cuiuſdam Epiſcopi extranei examinari & iudicari poſſet in quodam Concilio Conſtantinopol. Ratio dubitandi erat, quia ſi prouinciale iſtud Concilium erat, non videbatur poſſe in eo iudicari, & examinari Epiſcopus qui alterius diœceſis erat: ſecus autem ſi vniuerſale. Sed ambigebatur an huiuſmodi credendum eſſet ad quod omnes Patriarchæ non conueniſſent, at Balſamo dignitatis ſui Patriarchæ tantus aſſertor, reſpondit, Illud vniuerſale eſſe, quia in eo adſit vniuerſalis Patriarcha. Verum hæc cauſa falſa conſequentiam falſam inducit: Namque hunc Patriarcham non re-

Ad Can. 6. Conſtan. I.

Digitized by Google

ctè ſibi hunc titulum arrogare alibi dicemus. Itaque, ſi Balſamonis vera opinio eſt, illud Concilium vniuerſale erit cui Epiſcopus vniuerſalis aderit. Hunc autem alium eſſe non poſſe quam Epiſcopum Romanum, ne ipſi quidem Græci niſi vix dubitant. Siquidem ei ſuum inferiorem non negant. at pluribus Conciliis non ad fuit, quæ tamen vniuerſalia ſunt, & aliquibus adfuit quæ non dicuntur vniuerſalia, vt Francfordienſe ſub Adriano 1. & Rhemenſe ſub Eugenio 3. & plurima Romana quorum celeberrimum eſt, & primum Sylueſtro 1. & Conſtantino Imperatore præſentibus habitum quod nihilomagis inter generalia habetur.

Notæ ad dictā Synod.

Concilium ergo diffinitur, congregatio acta authoritate legitima ad aliquem locum ex omni ſtatutu hierarchico totius Eccleſiæ Catholicæ, nulla fideli perſona quę audiri requirat excluſa, ad ſalubriter tractandum & ordinandum ea quæ debitum regimen eiuſdem Eccleſiæ in fide & moribus reſpiciunt; continens ſaltem virtute omnem poteſtatem, & omne politicum regimen Papale, Imperiale, Regale, Ariſtocraticum, & Democraticum. Hæc diffinitio quadrat priorum Conciliorum formæ & praxi. Et quidem de authoritate ad quam ſpectet ea congregare, vidimus ſupra, nempe ad Pontificem Romanum vt qui ſit totius Eccleſiæ ſine dubio Princeps: quanquam toleratus ſit aliquando Imperator ea congreg re, ſed conſentiente, aut conniuente Pontifice: ad illudque conuocari debent ex toto Eccleſiæ orbe fideles, vt ſit generale: eaque ratione Sardicenſis Synodus probatur vniuerſalis non ſpecialis, vt aliqui volunt, quoniam ad illud venerunt ex Occidente, & Oriente Epiſcopi, vt refert Socrates & Synodalis epiſtola apud Theodoritum facit fidem: itaque ab Athanaſio inſtar Nicænæ Synodus, dicitur: à D. Auguſtino plenarium vniuerſalis Eccleſiæ Concilium: & à Sulpitio Concilium toto orbe conuocatum appellatur.

Decretum Cōcil Conſtantieſis ſimilem cōtinet diffinitionem, atque in illud decretum iurauerunt ambaſſiatores (ſic vocati) Eugenij 4. vt eſt in appendice Synodi Baſiléenſis Seſſ. 17.

II.

Socr. lib. 2. ca. 16. Theod. lib. 2. c. 8. D. Athanaſ Apolog 2. D. Aug. ep 162. Sulpit. lib. 2. ſacræ hiſtor.

III.

Nulla fideli perſona excluſa quæ audiri requirat. Itaque ad Concilium Apoſtolorum ſeniores etiam qui alij erant à Præsbyteris admiſſi fuerunt. Ad Nicæn. 1. aderant, inquit Socrates, etiam laïci complures diſſerendi ſcientia periti. Ad Calchedonenſe, Conſtantinop. 3. Nicænum 2. Senatus ac Iudices glorioſiſſimi. Ad Lateranenſe 3. ſub Alexandro 3. Præfecti, Senatores, & Cōſules vrbis, vt ſcripſit Rogerius Houedanus, ad Lateranenſe ſub Innocentio 3. ad Conſtantienſe plurimorum Regum le-

Lib. 1. cap. 8.

Digitized by Google

gati: ad Lateranenſe ſub Iulio 2. Senator vrbis Romæ, ac Oratores Principum & Domini, quidam temporales. Denique ad Tridentinum habetur cathologus Oratorum ſecularium qui ſedebant à manu ſiniſtra. Vnde miror quod legitur apud acta Florentini Concilij ſub Eugenio, Georgium Scholarium Græcum virum doctiſſimum qui cum Imperatore Conſtant. venerat, Synodum intrare non auſum eſſe, quia ſacris nondũ initiatus erat, ſed ad patres ſcribebat de pace inter Latinos & Græcos componenda.

IV. Sed vbi de fide quæſtio erat nullæ laïcorum partes fuerunt: Itaque Theodoſius & Valentinianus reſcribentes ad Epheſinam Synodum ſe ad eam miſiſſe Elpidianum Comitem aiebant, ea lege, & conditione, vt cum quæſtionibus & controuerſiis quæ circa fidei dogmata inciderent nihil commune haberent: nefas enim eſſe vt qui Epiſcoporum ſanctiſſimorum cathalogo adſcriptus non eſt, ſeſe Eccleſiaſticis negotiis & conſultationibus immiſceat. Et in Calchedonenſi Concilio Elpidius dixit, vbi proponebatur de fide: Quoniam ergo nunc fundamentum fidei eſt pro qua & congregati eſtis, dignamini annuente vobis Deo ea quæ de fide ſunt terminare. Et ipſe Martianus Imperator: capitula quædam ad rem Eccleſiaſticam pertinentia decentius eſſe iudicauit ab Epiſcopis regulariter formari per Synodum quam Imperiali lege ſanciri: Denique in Concilio Tridentino cum Oratores Regis Galliæ propter abſentiam Epiſcoporum eiuſdem regni qui nondum venerant, peterent vt ſibi liceret vice illorum proponere quædam, reſponſum eſt ab legatis Pontificiis, non licere Oratoribus Principũ, quidquam proponere niſi ipſis legatis referentibus: Quippe erat etiam inducta huic Concilio clauſula iſta: Proponentibus legatis, vt ſciretur nihil in Cõcilio agitatum iri niſi ipſi prius propoſuiſſent: vnde multi offendebantur, quoniam videbatur illa clauſula quę eſt per ablatiuum caſum auferre cæteris proponendi licentiam.

Tomo 1. Actnũ Epheſ. Concil. cap. 32.

Sic Baſilius Imp in Concil. Conſtant. 8. dixit laïcis non licere de Eccleſiaſticis cauſis ſermonẽ mouere, eos enim eſſe oues: & Antiſtites quãlibet ſint mali, eſſe paſtores. ex Baron ad an 859. n. 55.

Hiſt. Concil. Trid. p 449. lib 6 Ibid. p. 408 & lib. 8. p. 581.

V. Quod iniuſtum dici poteſt, quia libertas tollitur, quæ ſi alibi vſquam, maximè in Conciliis libera eſſe debet: aliâs enim non proponetur niſi quod placuerit legatis: ergo non articuli ſi qui de reformatione minus accepti ſint. Qua etiam ratione legatis Gallis petentibus plenam Concilio libertatem, Pius 4. reſpondebat, Si hæc libertas Patribus concederetur, eam illos extenſuros non ad ſolius Pontificis, ſed ad Principum quoque ſecularium reformationem

Ibid. d. lib. 6. p. 410. & acta Gallica eiuſdẽ Concilij.

Digitized by Google

mationem. At religioſè Carolus 9. aſſerebat ſe cenſuram Concilij non defugere, modo eam ipſa quoque curia Romana, & vniuerſus Clerus ſuſciperet.

Sed non vana eſt laïcorum in Conciliis præſentia: nempe vt Theodoſ. & Valentin. dixerunt, Ne quis exoriatur in Synodo tumultus, neve quis ab ea diſcedat ante diffinitionem. Et cum in Concilio Calchedonenſi ageretur de nece Flauiani aduerſus Dioſcorum, vel de vi quam ſibi quidam Epiſcopi in pſeudo-Cõcilio Epheſino illatam querebantur, & cum à Dioſcoro quæritur ratio cur lecta non fuerit Leonis Epiſcopi Romani epiſtola, & cum inquiritur de Notariis qui exceperunt acta huius Synodi, Senatus & glorioſiſſimi iudices interrogant vt conſtat tota actione 1. VI.

Additur ad ſalubriter tractandum & ordinandum ea quæ debitum regimen in fide & moribus reſpiciunt. Vnde videntur excluſa omnia prophana negotia à Conciliorum iuriſdictione. Quapropter Simplicius Papa qui ſedebat anno 467. diſſuadet Concilium generale haberi, quia, inquit, Synodus non aliâs ſemper indicta eſt niſi cum aliquid in prauis ſenſibus nouum, aut in aſſertione dogmatum emerſerit ambiguum, vt in commune tractantibus, ſi quæ eſſet obſcuritas, ſacerdotalis deliberationis illuminaret authoritas, ſicut primum Arrij, ac deinde Neſtorij, poſtremum Dioſcori, ac Eutychetis fieri coëgit impietas. Sic Gregorius magnus cum Epiſcopi in Concilio Prouinciali de bonorum temporalium condemnatione pronuntiaſſent, reſcripſit vereri ſe ne ea ſcandalum produceret: videlicet vt inſueta & minus ad Eccleſiaſticam iuriſdictionem pertinens. VII. Ep. 5. tomo 2. Concil.

Ac profecto vix inuenies in Conciliis generalibus alia eſſe diſcuſſa negotia quam quæ aut fidem, aut Eccleſiaſticos moreſque illorum & errata pertinerent: niſi quod in Concilio Conſtantienſe ferunt declaratum eſſe Burgundiæ Ducem Franciæ rectorem Carolo 6. mentis impote: & à Concilio Baſileenſi adiudicatam Lotharingiam Renato Andegauo, quoniam ei coniux erat Caroli Ducis filia, ſic excluſo Antonio Vaudemontio Caroli fratre cui filiam præferendam cenſuerunt Patres, vt proximiorem: inde nata diſcordia non ante ſopita quam captus Renatus à Duce Burgundo filiam ſuam vnicam Antonij filio Frederico pepigerit. diſcordiæ cauſa fuit quod Lotharingia Salica diceretur, proindeq; mulierum ſucceſſioni non obnoxia. Rurſus anno 1555. Belleforeſt ad an. 1431.

Digitized by Google

cum de conditionibus pacis ageretur inter Henricum 2.& Carolum 5. Hiſpanis petentibus Sabaudiæ reſtitutionem, noſtris vero Mediolanum placuit pacis arbitris, vt controuerſia Concilio permitteretur: quod Galli annuebant modo indefinitè de omnibus partium controuerſiis liberum Concilio iudicium permitteretur: Sed Hiſpani priùs volebant omnia reſtitui, deinde non ſe recuſare, quominus Concilium de omnibus controuerſiis decerneret. At Gallis inuiſum id fuit: & merito quandoquidem in his controuerſiis verſabatur omnis negotiorum moles.

August. Thuan lib. 11. histor.

Negant plurimi Concilia conferre poſſe beneficia niſi præſente Papa, aut cōcedente facultatem. Garcias tract. de benef. parte 5. c. 2. de Cciōl.

Atque per iſta huiuſmodi exempla videretur Concilium de controuerſiis ciuilibus dirimere poſſe: Sed profectò in conſentientes: vt quod decidit quoad huiuſmodi negotia cenſeri debeat, amicabile iudicium quod non obliget, & cuius deciſio executionem non habeat: quoniam Concilij forum non eſt de rebus temporalibus competens, vt neque omnium quorumcumque tribunalium Eccleſiæ, nec ipſius etiam ſummi Pontificis. Quapropter cum Ericus Dux Lauvemburgenſis ab Imperatore Sigiſmundo, tanquam à denegante iuſtitiam in cauſa quam habebat de quibuſdam feudis & Ducatibus, pręſertimque de Ducatu Saxoniæ cum Frederico Duce Saxoniæ, appellaſſet ad Concilium Baſiléenſe, Sigiſmundus Imperator qui ſe tantum delaturum Concilio dixit, vt mox videbimus, reſcripſit eam cauſam ad ſuum tribunal remittendam eſſe, vt ad quod pertineret feudales quæſtiones terminare: Itaque non legitur hæc lis in iſto Concilio iudicata.

Epiſt. in appendice Concil. Baſiléenſ.

VIII. Scimus tamen particulares Synodos de rebus prophanis ſtatuiſſe, vt Toletanam 13. de tributis remittendis & nemine exuēdo ſua dignitate pendente accuſatione: vt Pariſinam ſub Ludouico Imperatore anno 829. de ponderibus & menſuris: ſic Rhemenſis apud Flodoardum multa decernit quæ ad laïcos ſpectant: Londinenſis anno 1237. tempore Gregorij 9. de procuratoribus conſtituendis, de ſigillis adhibendis, & conficiendis, quoniam tunc in Anglia non erat tabellionum vſus: de iuramēto ab Aduocatis præſtando, & de cautione ab eo qui mittebatur in poſſeſſionem præſtanda.

Verum eas Synodos conſtat non purè Eccleſiaſticas fuiſſe, ſed mixtas, id eſt veluti Comitia regni quibus adſunt omnium ordinum deputati.

An vero Concilia generalia mixta etiam dici poſſunt, vt ius

eis ſit diſponendi & iudicandi tam de Eccleſiaſticis quam temporalibus rebus quādoquidem cōpoſita ſint Eccleſiaſticis & laïcis? ſed quod potiſſimum eſt his præſidente omnium Domino Ieſu Chriſto cui poteſtas data eſt in cœlo & in terra. Ideo enim ſolebat in medio conſeſſus Conciliorum ſacroſanctum Euangelium poni, vt ſciretur caput illorum eſſe Chriſtum, ipſumque Euangelio viſo ſibi repræſentarent qui aderant quaſi in aures Sacerdotum clamantem, Iuſtum iudicium iudicate iuxta illud Pſalmi Deus ſtetit in Synagoga Deorum. Vnde apud Mathæum Paridem noſtri veteres Galli improbantes quod à ſummo Pontifice Fredericus 2. depoſitus eſſet: ſi, aiebant, meritis ſuis exigentibus deponendus eſſet non niſi per generale Concilium caſſandus iudicaretur. Depoſitionem vero, inferre temporalium priuationem, nemo eſt qui neſciat. Itaque Concilium de temporalibus diſponere poſſet. Quod Innocentius 3. inſinuare volens, illud velut ex Concilio generali famoſum publicauit decretum, quo Principes temporales ſuis ditionibus priuantur, ſi neglexerint hæreticos in eis commorantes exterminare, abſolutis à ſummo Pontifice vaſſallis fidelitate quam eis debent, & expoſita illorum terra Catholicis occupanda.

IX.

S Cyrillus in Apologia de Ephel. Concil.

Cap. 13. ¶ moneantur de hæret.

Sed vix fuit vnquam huius decreti executio: & quis vnquam Princeps ſic coactus eſt hæreticos profligare? Sanè Principum intereſt nouitates opprimere quia ſeditionum fornaces ſunt: Sed oppreſſio non eſt ſemper in illorum poteſtate. Quid ſi non opprimunt, aut quia non poſſunt, aut quia belli aleam timent, Quæ iuſtitia priuare illos ſuis dominijs? Mehercle adeò ſemper funeſti fuerunt exitus deciſionis huiuſmodi, vt non ſine cauſa dubitetur, an ſatis Chriſto placeat qui licet ſibi poteſtatem eſſe in cœlo & in terra dixerit: Iudicium tamen hæreditatis diuidundæ ſuſcipere noluit, non audiuit diſcipulos ſuos ignem ſuper ciuitatem improbam cupientes inuocari, nec aliam pœnam in contumacem aduerſus Eccleſiam pronuntiauit quàm vt eſſet Ethnicus & Publicanus.

Dicitur tamen Concilium generale omnem poteſtatem Imperialem, Regalem, Ariſtocraticam, & Democraticam, atque etiam Papalem continere: Ergo habet ius in omnem poteſtatem: Quod profecto notauit Chriſtus quando ſuos inſtruens diſcipulos de fraterna correctione, Si, inquit, frater tuus te non audierit, dic Eccleſiæ: Fratris autem nomine intelligitur quilibet

Digitized by Google

fidelis: indeque colligitur Eccleſiam ſiue particularem, ſiue generalem, quæ eſt Concilium, eſſe quolibet fideli ſuperiorem: particularem nempe cunctis quibus præeſt: vniuerſalem verò omnibus, quia præſidet omnibus. Hinc quod notauimus ſupra de Imperatoribus & Regibus tantopere Synodos reuerentibus: Et nouiſſimis ſeculis Sigiſmundus proteſtabatur ſe velle & debere eſſe ſubjectum Concilio Conſtantienſi, vt ſic omnes eidem ſe ſubmitterent, & hoc eſſet in ſpeculum, & exemplar æternum cuiuſlibet Principis Catholici temporalis, vt ait Gerſonius. Itaque authoritate eiuſdem Concilij, eoque iubente dicuntur Heluetij irritam feciſſe pacem quam cum Frederico Auſtriæ Duce in 50. annos pepigerant, eique bellum intulerunt excõmunicato quod ex ipſo Concilio Ioannem 22. eduxiſſet, abſoluti priùs religione & noxa iuriſiurandi. Denique tot poteſtatum ſupremarum ad Concilium prouocationes ſatis indicant quanti fecerint eius ſuperioritatem. Siquidem non prouocatur niſi ad ſuperiorem. Sed non dubitatur Concilium eſſe ſuperius omnibus poteſtatibus in his quæ ſunt de fide & pertinent ad Eccleſiam: Et quia res illis erat cum Pontifice maximo, qui omnibus fidelibus ſuperior eſt, ideo ab eius ſententia non poterant prouocare niſi ad Concilium quod eo ſuperiùs eſſe creditum eſt: ac licet ſuperioritas ſit indubitata, non certum tamen eſt eam huiuſmodi eſſe vt aliam pœnam indicere poſſit, quam vt Ethnicum & Publicanum dicat, id eſt, excommunicet, ſacris arceat & cœtu fidelium eccleſiaſtico, non vt temporalibus ſuis eum priuet quippe cui ſit iuriſdictio in animas. Atque ea fuit primorum Eccleſiæ Patrum doctrina & praxis.

Tit. de paſſagio Reg Rom. direct. 3.

Ioſias Simler. lib. 1. de Repub. Heluet.

Non ignoro tamen graues & ſanctos viros qui poſt Gregorij 7. ætatem vixerunt in ea ſententia fuiſſe, vt Eccleſia omnes actus iuriſdictionis in quemlibet fidelem exercere poſſet. Quin etiam eximere fideles ab obſequio hæretici, vel infidelis ſua poteſtate abutentis. Sed adhuc ſub Iudice lis eſt: vt tutum ſit cuilibet credere de ea ſententia quod velit: Et qui in negatiuam inclinant nituntur, tum quia ſacrum Euangelium nihil huiuſmodi præceperit, nec Apoſtoli: imo poteſtatibus obediendum etiam diſcolis prædicauerunt: tum quia infœliciter ſucceſſit eis qui huiuſcemodi ſententiam executioni mandare voluerunt: Vnde non à Deo credita eſt: dixerat enim Iudæis Dominus: Quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc

Deuter. 18.

Digitized by Google

Dominus non eſt loquutus. Sed ea de re fuſiùs tractauimus diſſertatione noſtra in Marianam quam repetere Lectoribus non ingratum erit: Hîc vero Principes temporales admonitos eſſe velim ne ſponſæ Chriſti Maieſtatem & cenſuras contemnant: Eſt enim vindex ſponſus qui non patietur dilectæ ſuæ iniurias inultas eſſe, ſi non in hoc ſeculo, ſaltem in illo altero in quo eſt perpetuus ardor, ſtridorque dentium.

Vltimum ſupereſt de Poteſtate Concilij, quod toties agitatur an ea Pontifex Romanus includatur: ita vt eius decretis obedire teneatur: an ab eo correctionem ſuſcipere valeat, an denique deponi legitimè poſſit. X.

Si enim caput eſt Eccleſiæ vt ſupra pluribus demonſtrauimus, nonne inſtar eſt monſtri ſi membra capiti dominentur, & inſiliant? Sed reſpondetur illum eſſe vniuſcuiuſque particularis Eccleſiæ caput & Principem, ſed generalis Eccleſiæ quæ in Concilio generali repræſentatur, Chriſtum verè caput eſſe: Pontificem vero iſtius capitis inuiſibilis viſibilem duntaxat miniſtrum: & quomodo miniſter non erit inferior ei cui miniſtrat? cum Eccleſia, ſit ſponſa Chriſti, quomodo Petrus ſponſæ Domini ſui non erit inferior? Si Petrus eſt fundamentum, ſiquidem in eo ædificata eſt Eccleſia, quomodo fundamentum non ſubjacebit?

Et ſanè ea videtur eſſe D. Auguſtini ſentẽtia quando quærentibus Donatiſtis abſolutum ab Epiſcopo Romano Miltiade Cæcilianum reſpondebat: Si putemus illos Epiſcopos qui Romæ iudicarunt non bonos Iudices fuiſſe, reſtabat adhuc plenarium vniuerſæ Eccleſię Concilium, vbi etiam cum ipſis Iudicibus cauſa poſſet agitari, vt ſi malè iudicaſſe conuicti eſſent, eorum ſententiæ ſoluerentur. XI. Ep. 126.

Quod ſi tanti doctoris non ſufficit authoritas, en ipſius Pontificis maximi videlicet, Innocentij 4. declarantis, ſi Federicus 2. queratur ab Eccleſia (ſupple Romana) iniuſtam eſſe pronuntiatam ſententiam, paratam eſſe eandem Eccleſiam reuocare hanc, & de conſilio Concilij ſatisfacere. Cap ad Apoſtolicæ de re iudicata.

Quæ confirmant non vanam eſſe nec execrabilem, nec priſtinis temporibus inauditam ad futurum Concilium prouocationem, vt Pius 2. edidit [illegible] lum ait: Quis illud non ridiculum iudicauerit ad Concilium appellare quod nuſquam eſt neque ſcitur quando futurum eſt? At quondam Ioannes Chryſoſtomus ad

Digitized by Google

Niceph.lib. 13. c.15. Sozom. lib.8 cap.17. Can.22. Mileuit Can.5. Nicæni epiſt. Synod. Carth 6. ad Cæleſt.1.

Concilium futurum generale prouocauit. Concilij Mileuitani Patres prouocationem permiſerunt ad Concilia Africana quæ continuò non habebantur: Ergo futura, in hoc imitati Nicænum & Carthaginienſe decretum cuius Epiſcopi reſcribentes ad Cæleſtinum 1. aiebant conceſſum eſſe vnicuiq; ſi iudicio offenſus eſſet cognitorum ad Concilia ſuæ Prouinciæ, vel etiam vniuerſale prouocare. Ergo non eſt inſolitum prouocare ad Concilium futurū. Quapropter cum Philippus Pulcher à Bonifacio 8. ad Concilium appellaſſet, ac eo mortuo apud Clementem vrgeret vt Bonifacij memoria purgaretur, non tūc reſpōſum eſt eam appellationem vanam eſſe: Imo Nicolaus Cardinalis Prathenſis author fuit, vt ea res ad Concilium generale rejiceretur. Sed memorabile refertur exemplum, quod ſi verum eſt, (refertur vero ab Antonio Florentiæ Archiepiſcopo inter ſanctos relato) non parum confirmat iſtas ad futurum Concilium prouocationes, videlicet Gualterus ante 300. annos Pictauorum Epiſcopus, Bertrandi Gothi Archiepiſcopi Burdegalenſis, qui poſtea Pontifex ſummus fuit, nomine Clemens 5. offenſam incurrerat, quod citatus ab eo vt ſuffraganeus non paruiſſet quippe ſe exemptum dicens. Bertrandus ad Pontificij ſupremū faſtigium euectus longè alius ab ipſo etiam Imperatore Pagano qui in ſummo principatu dicebat ei à quo priuatus iniurioſè habitus fuerat, euaſiſti: & à noſtro Ludouico 12. iactante non eſſe Regis Francorum vlciſci iniurias Duci Aurelianenſi illatas, intelligens de iniuriis ſibi illatis cum Dux Aurelianenſis eſſet: Is inquam Bertrandus, iam Clemens 5. ratus ſibi ex faſtigio illo ſuppetere non clementiæ ſed vltionis poteſtatem, Galterum Epiſcopali functione priuauit, & in Monaſterium, vnde ad Epiſcopatum vocatus fuerat, detruſit, diminuto etiam Epiſcopatu, parteque Luſſonij, & parte Maleaci Abbatibus attributa & Epiſcopis creatis. Nec diu poſt ſeu mœrore, ſeu alia cauſa in letalem morbum Galterus incidit, & antequā expiraret, à decreto Pontificis ad Deum ſeu futurum Concilium appellauit, libellumque appellatorium in manum, vbi expiraſſet, inſeri mandauit. Quod vbi reſciuiſſet Clemens Pictauium venit, & Archidiaconum ſuum in eius ſepulchrum deſcendere, & libellum auellere iuſſit: Quæ conatus implere Archidiaconus, non potuit: necnon fruſtra fuit Pontifici quod Galtero mortuo vt manum laxaret virtute obedientiæ, imperauit: Itaque auidus legendi libelli fidem dedit co-

Cōrad Vecer. in hiſtor. Henrici 7.

Digitized by Google

ram adſtantibus ſe eum perlectum reſtitutum iri: Cui fidei credens defunctus libellum conceſſit: at cum non reſtitueretur Archidiaconus, qui velut obſes in ſepulchro remanſerat, exclamauit ſe detineri, nec inde exire poſſe, niſi reſtitutio fieret: Quæ Thuan.lib.131. Hiſtor. proinde facta eſt. Hunc Galterum Franciſcani pro Sancto venerantur, atque illorum generalis Franciſcus Soſa anno 1604. Pictauium veniens reſerato ſepulchro oſſa eius oſculanda præbuit affirmans ſuaues odores inde exhalare: ſic Thuanus.

Denique plena ſunt hiſtoriarũ monumenta huiuſmodi prouocationum, quibus videtur inferendum Concilium eſſe Papa ſuperius quandoquidem ab eo ad illud appelletur: At è contra cùm XII. Roſtochio proſcripti Proconſules cauſam ſuam in Synodo Baſiléenſi proſequuti delegatum accepiſſent Abbàtem S. Michaëlis, iſque condemnaſſet ciuitatem: ciues autem appellaſſent ad ſedem Apoſtolicam; obiectum illis eſt Cõcilium eſſe ſupra Papam, Cranſ lib. 11. Vandaliæ c. 31. & niſi pareant cenſuris cogendos fore: Itaque paruerunt; quaſi ab ipſo Abbate appellare, eſſet à Synodo delegante: Vetuit vero ipſa à Cõcilio generali prouocationem ad ſummum Pontificem, videlicet à ſuperiore ad inferiorem: querebatur tamen Leo 1. quod cum Eutyches damnatus à Concilio Calchedonenſi prouocaſſet ad eum, eſſet nonobſtante prouocatione ab Eccleſiæ communione ſeparatus: cum inquit; omnia priùs ad ſuam notitiam deferri debuiſſent. Vide acta Concil. Baſilienſ. in appendice Seſſ. 17. & tit. concordata deputationum. Nec Flauianus Archiepiſcopus Conſtantinop. ad quem reſcripſit, & qui ipſe cum aliis Epiſcopis Eutychetem in Concilio damnauit, dixit eam prouocationem admittendam non eſſe: ſed negauit interpoſitam fuiſſe, rogans Leonem vt propriam faciens communem cauſam, & ſanctarum Eccleſiarum diſciplinam, ſimul decerneret contra eum damnationem. Quid ſi revera Eutyches prouocaſſet, an valuiſſet appellatio? Deus ſcit an Patres Calchedonenſes eam tuliſſent, aut permiſiſſent ſuam ſententiam ab Epiſcopo Romano retractari, qui mordicus retinuerunt decretum factum de Conſtantinopolit. Epiſcopi prærogatiuâ aduerſus Patriarchas Antiochenum, & Alexandrinum, licet ambitioſum, quantumvis dè illo quærente Leone. Ep. 8. Leonis Epiſtola inter præambulares ad Synod. vel inter Leonis Epiſt. poſt. 6.

Profecto Chriſtus admonuit dicendum Eſſe Eccleſiæ ſi quid eſſet inter fratres: & cum omnes admonebat, Petrum quoque admonebat qui inter illos erat: vnde ſi quid habet Pont. M. cum aliquo ex potentibus ſeculi quod per ſe ipſe expedire non poſſit,

Digitized by Google

an non tenebitur Eccleſiæ dicere? Sed Eccleſiæ non eſt iuſſa dicere Petro ſi quem corrigendum habet, videlicet ſuperior inferiori.

XIII. Verum hoc tribuitur dignitati Papæ, vt ipſe cuius fortaſſe ſententia retractanda eſt, interſit Concilio vt primum illius membrum. Quod ſi totus in hoc incumberet, vt hæc non infirmaretur, Concilium vero infirmandum cenſeret, cuius præualere deberet authoritas: equidem ſi Concilij non præualet fruſtra dixiſſet Auguſtinus ſuppetere plenarium Concilium, quærentibus de ſententia Romanæ Synodi; & fruſtra Innocentius 4. proteſtatus eſſet paratum ſe eſſe reuocare ſententiam ſuam ſi ita videretur Concilio: & quod fortiùs premit, fruſtra dixiſſet Chriſtus, Dic Eccleſiæ ſi illius aduerſus renitentē nulla eſſe deberet poteſtas: neque verum eſſet conſenſurum Patrem quodcumque duo vel tres peterent in nomine Chriſti ſi verum eſſet potiorem eſſe debere vnius quam plurium voluntatem.

Atque idem erit de decretis Concilij quæ ad fidem & morum reformationē attinent vt iſtis obedire teneatur tanquam à ſuperiore factis: ad quid enim conuocari Concilia ſi ab vno homine eiuſque particulari Synodo quidquid diffinitum fuerit pendebit? Itaque in Concilio Tridentino propoſitum fuiſſe dicitur à quibuſdam doctoribus Hiſpanis de coarctanda eius Pontificis authoritate ne videlicet decretis Concilij derogare poſſet, quod & Iulio 3. placuiſſe ferebatur: ac noſtri Epiſcopi in mandatis ab Eccleſia Gallicana habebant vt proponerent ne Prælatorum opiniones inuitæ eſſent, & coactæ obnoxiæ duntaxat arbitrio ſummi Pontificis: ne huic arbitrio ſua iudicia placitaque Concilij ſubmitterent: ſed expreſſè ſtatueretur vt ipſe ſtatuta Concilij ſeruaret: quemadmodum à Patribus Concilij Conſtantienſis, & Baſiléenſis præceptum fuit.

Vide acta Gallicana Concil. Trid.

XIV. Sed horum Conciliorum decreta non ſunt abſolutè pro quibuſcumque caſibus: Dicitur enim, vt Concilio generali Eccleſiam militantem repræſentanti, quicumq; cuiuſcumque dignitati etiam Papalis obedire teneatur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem ſcyſmatis, & reformationem generalem Eccleſiæ Dei in capite, & in membris: & quicumque contumaciter contempſerit obedire, condignæ pœnitentiæ ſubjiciatur, & debitè puniatur. Ergo iſtis tantum decretis quæ ſunt ad

Digitized by Google

ad fidem & reformationem obſequium debet. Eorum vero quæ ad reformationem pertinent latiſſimi ſunt fines. vix enim aliquid decernitur in Concilio quod non ſit ad fidem aut reformationem. Quid ſi tamen aliquid ſtatuatur quod neutrum attineat? verbi gratia Synodo Romana 3. particulari prohibitus eſt Apoſtolicæ ſedis Præſul poſſeſſiones Eccleſiæ quocumq; titulo alienare, & alienanti dictum anathema ipſo etiam Symmacho præſente ac ſubſcribente: quod vt renouaretur inſtitiſſe apud Iulium 3. Marcellus Cardinalis qui poſtea fuit Pontifex refertur. Si vero particularis Synodus obligare Pontificem potuit, quanto potiùs generalis: Sed conſtat non tam à Synodo quàm à ſe ipſo Symmachum obligatum fuiſſe. An verò legem ſuis ſucceſſoribus dicere potuit?

Equidem inter querelas nationis Germanicæ contra ſedem Apoſtolicam, quas grauamina appellauerunt, illud primum fuit quod ad ſeruandas bullas, pacta, priuilegia, & litteras ab anteceſſoribus abſque omni derogatione conceſſas ſucceſſores Pontificis teneri ſe non arbitrantur, cuius rei ſumptum initium, ait Platina, à Stephano 6. ſeu 7. ſedente anno 896. qui Formoſi acta omnia reſcidit: quæ deinde reſtituerunt Romanus 1. Theodorus 2. & Ioannes: Ante verò Gregorius magnus dixerat, *Si ea deſtruerem quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer.* Can. ſi ea. 25. q. 2.

Verum rectè canonum vt & legum fit diſtinctio: eſſe quoſdam tempori & neceſſitati ſeruientes proindeque mutabiles: quoſdam æternos vt qui de fide, & ad ſalutem æternam conducant. Ergo prioribus etiam à Concilio generali latis, quidni poſſit ſummus Pontifex neceſſitate exigente derogare? Nec tamen in eo quod derogat cenſebitur ſupra Concilium generale, cuius non tam verba inſpicienda ſunt, quàm mens, ne aliter ſummum ius fiat ſumma iniuria. Eius verò mentis interpretatio cui potius competet quam ei quem conſtat Eccleſiarum eſſe principem? Quod ſi pernitioſam interpretationem inducat, anathema incurret. Denique qui temerè aut malis artibus præclarè, ſanctèque à Concilijs ſuiſque prædeceſſoribus ſtatuta, & conceſſa immutarit, de illo cum Germanis queri licebit. Neque enim leges & indulta Principum ludibrio eſſe oportet.

Sed proculdubio veterum Conciliorum generalium canones de reſidentia, vita, & honeſtate Eccleſiaſticorum, de prohibita

Digitized by Google

pluralitate beneficiorum ſublata omni differentia compatibilium & incompatibilium, & cæteros huiuſmodi ad reformationem pertinentes intemeratos eſſe oporteret: in his enim Eccleſiæ ſanctitas, & decus, & fidelium ad vitam æternam via conſiſtit. At qui potius eos temerant quam ipſi Eccleſiaſtici qui volunt Concilium eſſe Papa ſuperius, & inferius vbi commodum illis eſt, vt ſic diſpenſationes obtineant, & diſpenſationibus quas alij obtinuerunt ſi quid ex illis incommodi ſentiunt, oblatrent?

XV. Vt vero propoſitum abſoluamus, ea eſſe conſonantia debet inter Concilium, & ſummum Pontificem vt ſine illo ſaltem conſulto Concilium non definiat: is enim tanto Pontifici & Monarchæ Eccleſiarum reſpectus deferendus eſt, cuiuſmodi olim Cyrillus ex Synodo Epheſina profeſſus eſt, ſe ſuoſque Coëpiſcopos non auſos eſſe Neſtorij communionem deſerere antè exploratam Cæleſtini 1. ſententiam: eademque Synodus declarauit reſeruare eidem Cæleſtino vltimam in Ioannem Antiochenum ſententiam: Interea, inquit, illum excommunicauimus, omnique ſacerdotali poteſtate exuimus: Ac denique vidimus ipſos Synodorum Patres confirmationem eorum quæ decreuerant petere ſolitos ab iſto Pontifice. Sic enim vnitas conſeruari debet.

XVI. Quod autem eſt vltimum iſtius tractatus, an adeo ſit Papa ſuperius Concilium, vt ei ius ſit illum iudicare, condemnare, & deponere? Arguta eſt & periculoſa diſceptatio: quam melius fuiſſet nunquam eſſe in medium productam, & in vſum reuocatam, non ſecus ac illa altera quæ eſt de Regum depoſitionibus ſiue à Concilio ſiue à Pontifice maximo. Et mehercle quoad iſtum Pontificem prudentius & ſanctius Synodus Conſtantinopol. generalis octaua, noluit aduerſus illum audacter ſententiam ferri ab ipſo etiam generali Concilio, ſed ſi quid eſſet ambiguitatis & controuerſiæ de ſancta Romanorum Eccleſia, oportere venerabiliter & cum reuerentia ſciſcitari & ſolutionem quæſtionis accipere. An quia ſæpius & à primis ferè ſeculis inculcatum eſt Pontificem maximum omnes iudicare, & à nemine iudicari? Quod in Romana Synodo ſub Sylueſtro Papa, & compluribus alijs pronũtiatum eſt, vt ſupra vidimus, & in Concilio Nicæno ſancitum aiebat Iulius Papa: & eadem Conſtantinopolit. 4. Synodus confirmauit, inauditum eſſe, dicens, Romanum Pontificem à cæteris Eccleſijs fuiſſe iudicatum. Sed quia & à nemine, & à cæteris Eccleſijs non poſſe iudicari ſum-

Can. f. in reſcripto ad Orientales Epiſcop.

mum Pontificem: non videbatur excludere Concilium generale quod eſt ſupra cæteras Eccleſias: eadem Synodus Conſtantinopolitana declarauit. Neque ipſam Synodum vniuerſalem ferre debere ſententiam contra Romanum Pontificem: Nec licet decreta eius infirmari à Concilio poſſint, proindeque à fidelibus contemni: ſequitur [a] Concilium ita abrogare illum in cæteris poſſe, vt huic non obediatur: Iubemur enim malis ſacerdotibus obſequi, mala vero eorum placita ſpernere. Neque moror hæreſis cauſam ob quam ſolam eidem Conſtantinopolit. 4. videtur placere diſceſſio ab eodem Pontifice, ac proinde depoſitio. [b] Eſſet enim reipſa depoſitus quippe qui non poteſt eſſe caput Eccleſiarum, imo nec Epiſcopus, niſi ſit Orthodoxus, in quo differt à ſeculari principe, quia Rex non eſt aut princeps ſupremus quia fidelis eſt aut orthodoxus, ſed quia regnum ei hæreditario iure aut electione competit.

Can. 21. de quo tamen & alijs additis vt de annot. ad d. Concil.

Ex decreto Concil. Conſtantienſis in quod iurauerunt legati Eugenij 4. puniri poteſt à Concilio generali Papa: ſi decretis eius nō obſequatur, vt eſt in appendice Concil. Baſileenſ. ſeſſ. 17.

a Math 23.

Iuo epiſt. 234.

b Sic Concilio 5. Romano ſub Symmacho. can. oues cau. 2. q 7. D. Chryſoſt homil 24. in cap. 13. ad Hebræos.

XVII.

Sed hæc ſufficiant de ſuperioritate Concilij generalis, ac modo illius in Principes ſeculares, & ipſum etiam ſummum Pontificem: ſciant verò fideles omnes ſe Eccleſiæ vniuerſalis legibus teneri, & quicumque ſunt in arca ſubeſſe patris familias Chriſti, ac eius ſponſæ iudicio: neque ipſe Pontifex quamtæcumque ſit maieſtatis correctionem à Concilio refugiat: Quin potiùs Damiani religioſiſſimi viri aurea penes ſe repetat hæc verba: Ecce dicitur ego ſum Epiſcopus, ego ſum Paſtor Eccleſiæ, non debeo à commiſſis ouibus accuſationum patere moleſtiis: Sed dic mihi quiſquis es; nunquid non legiſti quod in Euangelio ſcriptum eſt, dic Eccleſiæ? Si ergo Eccleſiæ referenda eſt cauſa quorumlibet fratrum, quomodo non etiam Sacerdotum? Porrò ſi Sacerdos qui in Eccleſia peccat, dedignatur in Eccleſia diſcuti, quis iam ferat ſe legibus Eccleſiæ coërceri? Beatus Iob dicit: Si contēpſi ſubire iudicium cum ſeruo meo: & tu dicis, abſit vt digner ad examen venire cum Clerico meo? Deus omnipotēs per Eſayam clamat, Iudicate pupillo, defendite viduā, & venite, arguite me: ſi is qui iudicat omnia non dedignatur à ſeruis argui, tu ſeruus vtique cum ſeruo in iudicium venire faſtidis? Hæc piiſſimus ille quæ licet dicta de clericis quoad Epiſcopos, quidni conueniant & Regi & Papæ ſi Eccleſiam vniuerſalem eis ſuperiorem audire contemnant?

Digitized by Google

At dicet aliquis, ſi Pontificis eſt maximi cõgregare Concilia, numquid ea congregabit aduerſus ſe, vel vt corrigatur, vel vt eius decrẽtã reformentur? Et ſi congregationem indicere, aut congregati iudicium ſuſcipere nolit, quod remedium? Quæſtiones vtique reſolutionis difficilis: Neque enim is ſum qui credam
XVIII. cogi debere ſummum Principem & Monarcham qualem eſſe Epiſcopum Romanum ſupra probauimus. Meliora ergo tẽpora expectanda erunt, & Dei curæ ac prouidentiæ Eccleſia ſua relinquenda: Nec ſeruiendum ambitioni fortaſſe, & factionibus Principum ſecularium, ac ipſorum etiam Eccleſiaſticorum, qui nullo plerumque zelo religionis, ſed vindictæ Concilia petunt, eaque ſuo motu congregant, cuiuſmodi multa leguntur, quæ ob id conciliabula dicuntur, & infœlicis exitus fuerunt.

CAPVT IV.

DE ALIIS CONGREGATIONIBVS Eccleſiaſticis perpetuis.

LECTIO.

1. *De Canonicorum origine.*
2. *De communione bonorum ſub Apoſtolis: & de Agapibus conuiuiis, damnatiſque Agapetibus virginibus.*
3. *Canonicorum vita alia fuit ab iſta communione.*
4. *De Eſſanis & illorum differentia.*
5. *Erant verè Canonici & Monachi.*
6. *Monachi licet Canonici, non tamen Canonici dicti.*
7. *Canonici dicti qui ex Clero Monachiſmum amplexi ſunt.*
8. *A quo tempore.*
9. *De Monachis eorumq; origine.*
10. *In prima Canonicorum & Monachorum inſtitutione ſuffecit Epiſcopi Diœceſani cõſenſus.*
11. *Neceſſaria deinde viſa eſt Romani Epiſcopi authoritas.*
12. *Vnde etiam exemptiones.*
13. *De reformatione Monaſteriorũ quæ per eas exemptiones in pejus ierunt.*
14. *An ſit æquum diſſolutos Monachos eijcere, & reformatos in eorum ædes mittere.*
15. *Inuitis Principibus temporalibus non admittuntur noui ordines.*
16. *De Academijs an ſint laicæ, an Eccleſiaſticæ.*
17. *In cœnobiis collegia fuerunt.*
18. *In quibuſdam fundandis non expetitus Romani Pontificis cõſenſus: in quibuſdam petitus.*

Digitized by Google

DISCVSSA tandem congregatione generali quæ Concilium vocatur, iureque in eam ſummi Pontificis examinato, ſupereſt de aliis particularibus dicere, quæ ſunt Canonicorum, & Monachorum.

Et primorum quidem ordinem Petrus Bleſenſis ait Apoſto-
lôs inſtituiſſe in tribus: communi ſcilicet ſubſtantia, communi I.
obedientia, & communi dilectione ſuperna. Sed vbinam hæc
inſtitutio? niſi referatur ad illam communionem de qua dicitur
in Actibus Apoſtolorum: Multitudinis autem credentium erat II.
cor vnum & anima vna, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed illis erãt omnia communia. Vnde etiam prodierunt illa cõuiuia quæ Agapes ſeu charitatiua appellata ſunt, afferentibus quippe diuitibus fidelibus è domo ſua edulia quibus cœnas inſtruebant, hiſque poſt myſteriorum participationem, & ceſſatam concionem vna cum pauperibus recreabantur: vt refert D. Chryſoſtomus, & ante illum Tertullianus qui has cœnas lucrum pietatis eſſe dixit. Verum iſta communio ab ea longè differebat, de qua nunc loquimur. Quippe omnium fidelium erat ſpiritu duntaxat & charitate, remanente vinculo coniugali, nec diſparatis ab vxoribus viris: & ſua proinde cuique domo ad exercenda patrum-familiarum iura: nec etiam vbique fuit à principio, vt prodit illa D. Pauli querela contra Corinthios qui ſuas proprias cœnas habentes comedebant antequam ad cœnam dominicam accederent: vnde accidebat ſchiſma aliis quod ſaturi eſſent tardiùs ad cibum diuinum accedentibus, aliis quod ieiuni venerant; hunc ſibi citiùs exhiberi volentibus. Charitate vero longiùs diffuſa, admiſſæ fuerunt pluribus in locis iſtæ Agapes ſeu conuiuia communia, adeo probata vt Concilio Gangrenſi anathema dictum ſit qui nollet huiuſmodi vocationibus intereſſe, quoniam illas contemnebat, & deſpiciebat eos qui cõuiuia pauperibus exhibebant. Deinde Synodus Laodicena eas quidem non improbauit, ſed voluit in Eccleſiis fieri, & voluit de cætero ita communes eſſe, vt noluerit quemquam Clericorum, aut Laïcorum ſuam partem tollere, ſcilicet eam ſeorſim manducaturus. Sic enim communio quæ charitatem ſuſtentabat, ſcindebatur. Itaque quod prohibebantur in Eccleſiis fieri propter inſolentias, & contumelias: quæ loci ſanctitatem polluebãt, non ideo prorſus interdicebãtur. quanquam ſi, vt vult Balſamo, inter-

Sermo de feſto S. Auguſt.

Can. 11. Can 28 cui cõgruit Synod. Carth. Can. 30. Vide D. Augu. epiſt. 64. & Synod. general. Cõſt. 6. can. 74. & ibi Balſamo. De iſtis conuiuiis, & vt etiam abſenti Epiſcopo ſua portio reſeruari deberet, ac Præsbyteris in verbo Dei laborantibus dupla portio danda eſſet, Vide ca. 28 li. 2. cõſtit. Apoſtol.

dictio erat propter coniurationes & ſodalitates, videretur inferendum eas vbique prohibitas fuiſſe, quoniam vbique coniurationes iniri poterant. Ex iſtis autem Agapibus ſeu conuiuiis charitatiuis exortus eſt Agapetarum ordo, id eſt virginum quæ
Ep. 22. ſub ſpecie charitatis habitabant cum clericis, vt meminit D. Hieronymus, eaſque meritò exagitauit D. Chryſoſtomus: ac fortaſſe
Pallad. in dialogo vitæ D. Chryſoſt. fuerunt illæ ſubintroductæ mulieres à Concilio Nicæno damnatæ, quarumque amore ſe aliqui clerici caſtrauerunt vt ab eis non diſiungerentur, quaſi tutò & ſine ſcandalo habitare cum illis poſſent: vt ſupra vidimus.

III. Canonicorum ergo ſodalitium aliud eſt ab iſta conuiuiorum
Canonicarum mulierum meminit Eug. 3. in Cōcil Rem. ca. 4. ſeu 3. communione, ſiquidem virorum duntaxat ſub regula, & eodem tecto viuentium. Nam quod Canonicæ etiam mulieres viſuntur in Germania, non eſt antiquum. Vt vero Apoſtoli communionem fidelium in vſu eorum quæ ſine ſcandalo & peccato participari poterant, ſuaſerunt, ita fieri poteſt vt ad ſtrictiorem com-
Lib. 2. Eccleſ. hiſt cap. 15. 16. munionem ſub regula, & voto caſtitatis quoſdam allexerint: cuiuſmodi fuerunt illi quos Euſebius à D. Marco Alexan-
IV. driæ Epiſcopo in vnum coactos refert, placetque; Eſſenos fuiſſe,
Cap. 19. & Can. 3. ad Amphiloch. atque ibi Balſamo. de quibus Philo, Ioſephus, & Plinius abundè loquuti ſunt: necnon Baſilius in cōſtitutionibus Monaſticis, eos diſtinguens à Monachis vt qui non ſolitariam vitam agerent ſeorſim ab aliis, ſed qui in ſocietate cum aliis degerent, colerentque pietatem.

Multum vero intereſt inter Eſſenos à Ioſepho & Plinio recitatos, & eos qui à Philone, & Euſebio: Primi enim Iudæi duntaxat erant, nonnulli vxorij, non ieiunantes, & in ciuitatibus habitantes: vt deſcribuntur à Ioſepho: alij vero de quibus Philo, erant cœlibes, non comedebant niſi poſt Solis occaſum, & aliqui tribus, vel ſex diebus cibo abſtinebant; extra ciuitates in hortis
V. degebant, fueruntque verè Chriſtiani toto orbe diſperſi. Non video tàmen cur canonici potius quam monachi dici debeant, ſiquidem placet diuerſa eſſe nomina: Erant verè monachi ſimul & canonici, videlicet ſolitarij ſeorſim ab alio hominum genere degentes: & canonici à regula. Namque credendum eſt eos non ad libitum vixiſſe, ſed leges aliquas ſuo ſodalitio præſcripſiſſe. At vno nomine Monachi appellari cœperũt, ſeu cœnobitæ quod in communi viuerent, ad differentiam Anachoretarum,
VI. quorum vnuſquiſque ſolus domunculam ſeu locum deſertum habitabat. Canonici autem non appellati ſunt, neque etiam poſt-

Digitized by Google

quam D. Baſilius certas regulas Monachis dedit.

Vnde ergo prodijt hæc denominatio, & quibus competere VII.
cœpit? Sanè certum eſt Monachos à Clericis prorſus diuiſos
fuiſſe adeo vt nec Monachus Clericus eſſet, nec facilè liceret
Clerico ſe deſerta ſtatione ſua Monaſterio addicere. Clerici au-
tem à ſuo Epiſcopo, cuius in poteſtate res Eccleſiaſticæ exiſte-
bant, accipiebant ex iſtis vectigal, quod canon dici poterat: quia
certum & definitum erat velut regula cuiuſmodi ſciunt Iuriſ-
conſulti appellatum eſſe, quidquid certo modo, certa quantita-
te, certave ſpecie præſtari ſolebat ſeu priuatim, ſeu publicè:
hinc canon frumentarius vrbis Romæ in quo quidquam mutari L f de Canone
vetabatur: canon Emphyteuticus, qui certæ rei & ſpeciei eſt. Et frumentario
quia quidquid iuſtum & legitimum eſt regulæ comparatur, hinc vrb. Romæ lib.
indictiones quæ ob neceſſitatē iubebantur canonicæ dictæ ſunt, 11. C. tit. 22 de
à quibus ne quidem Eccleſiæ ſunt immunes adeo legitimæ cen- Can. Emphy-
ſentur. Denique canon in iure vocatur omnis præſtatio quæ teut. lib. 3. C. de
perpetuo vel eod. modo exigitur, & de qua non dubitari am- iure emphyt.
plius debeat non ſecus ac de regula. Clerici igitur erant huiuſ- l. 5. de ſacroſ.
modi canonem recipientes ab Epiſcopo. Et quia fortaſsè non Eccleſ. l. 1. de
eum ex æquo diſtribuebat, placuit ad quartam partem omnium indict. C.
Eccleſiæ reddituum illum redigi pro Clericis omnibus: quæ vt d. l. 1. de indict.
ſufficeret, certus horum numerus definitus eſt. Neque ta- Nou.
men proinde aut illi dicti ſunt canonici, aut illa pars dicta eſt ca- Concil Aquiſ-
nonica. hanc vero partem ſibi inter ſe diſtribuebant Clerici, vt gran. Can. 118.
credere eſt, ſiue viritim & æqualiter, ſiue habita perſonarum Synod Rom.
conditione, alij plus, alij minus. Itaque non viuebant in commu- ſub Eugen. 2. &
ni vt Monachi. Leone 4. Can. 9

Sed cum D. Athanaſius Romam ad Iulium 1. contra Epiſco- D. Hiero. ep. 16
pos Arrianos veniens, D. Anthonij & Monachorum eius an-
gelicam vitam publicaſſet, incredibile dictū eſt quantum imple-
uerit audientium animos eius imitandi deſiderio, hincque mo-
nachiſmus Romæ introductus eſt: at hominū laïcorum: ſiquidem
Clerici in alia videbantur conditione quam vt Monachi eſſe
poſſent, quanquam idem D. Athanaſius ex Monachis Epiſco-
pos elegerit, vt ipſe ſcripſit. Vbi vero Euſebius Epiſcopus Ver-
cellenſis qui circum ea tempora vixit, docuit exemplo ſuo nihil
ſanctius eſſe ac religioni vtilius quam monachiſmo clericatum
iungere, quæ diuerſa priùs videbantur; imitatorem habuit D. D. Ambr. ep. 82.
Auguſtinum qui vt Poſſidius ſcripſit, Monaſterium intra Eccle-

Digitized by Google

Cap. 1. & 11. vitæ D. Auguſt.

ſiam Africanam inſtituit, ex quo Clerici Eccleſiæ Hipponenſis & aliarum ordinari cœperunt, iſtique votum Monaſticum obſeruantes induxerunt, vt deinde non ſecus ac in Monaſteriis ſub regula paupertatis, caſtitatis & obedientiæ viuerent. Vnde qui priùs portionibus ſuis ſeorſum fruebantur, cœperint eas in commune redigere: veri profectò Monachi, ſicque appellati, ac poſtea canonici ab illo canone quem ex redditibus Eccleſiæ capiebāt, fortaſſe vt differentia poneretur inter eos & cæteros Monachos quippe viuentes in Eccleſia Cathedrali, vel vbicumque eſſent, ab Epiſcopi nutu pendentes, qui etiam ex illorum cœtu creari cœpit: iſti vero in Monaſteriis ſub Abbatis imperio: à quo vero tempore inualuerit vt canonici vocarentur, neſcio niſi quod extat in capitularibus ab Anſegiſo & Benedicto collectis conſtitutio quæ etiam eſt decretis conſignata, qua cauetur vt Clerici canonici canonicè viuant, nihil ſine licentia Epiſcopi ſui vel magiſtri eorum agere præſumant, in vno quoque Epiſcopatu ſimul manducent, & dormiant vbi his facultas id faciendi ſuppetit, vel qui de rebus Eccleſiaſticis ſtipendia accipiunt, in ſuo clauſtro maneant. Ex quibus conſtare poteſt non omnes prorſus canonicos cœnobitas fuiſſe, quoad cibum, ſed omnes in clauſtro vixiſſe, vnde lex Francica quæ voluit eis concedi à fiſco loca ad clauſtra facienda.

Can 23. Concil. Turon. ſub Carolo magno. Et can. 9. Cōcil. Moguntini ſub Leone 3.

Capit 115. lib 5. diſt. 5. de conſecrat. can 5.

Lib. 4. cap. 27.

VIII. Atque hæc eſt ordinis canonicorum origo quem Bleſenſis dixit ab Auguſtino reſtauratum non inſtauratum fuiſſe, quaſi ſub Apoſtolis inſtitutus fuerit: & quidem Poſſidius ait, illum cum Dei ſeruis viuere cœpiſſe ſecundum modum & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam, maximè vt nemo quidquam proprium haberet in illa ſocietate, ſed vt omnia communia eſſent, quod ipſe priùs fecit. Sed veriùs eſt primum authorem fuiſſe vt Clerici canonicè viuerent, Euſebium Vercellenſem, at fortaſſe id honoris potiùs tribui D. Auguſtino, quia regulas præſcripſerit per quas appellati ſunt canonici regulares D. Auguſtini, non quod non idem ſit canonicus ac regularis: verum vt diſtinguerentur ab aliis Monachis quos & ipſe inſtituit viuentibus in Monaſterijs ſub Abbate, & regula vnde regulares ſunt, vt primi cenſerentur eſſe qui primitus erant dicendi canonici à canone ſeculari, id eſt vectigali, quod percipiebant potiùs quam à canone ſeu regula Monachali, qua deinde Monachorum ad inſtar ſuſcepta regulares etiam vocati ſunt. Vbi verò in regiones occidentales

De canonicis ampliſſimè ſtatutum eſt in Concil Aquiſgranenſi.

Sic Arnulphus Lexouienſis de Eccleſia Sagienſi loquens canonicos alios ſeculares alios regulares dicit.

ſe cultus

Digitized by Google

ſe cultus Chriſtianus dilatauit, viuendi forma à Clericis amplexa eſt authore D. Martino vt dicitur, in Gallia. ſicque D. Gregorius Pontifex Rom. Eccleſiam Anglicanam inſtituens, voluit ei hanc normam præſcribi, vnde per multa ſecula factum eſt vt plerique Epiſcopatus Cœnobia erant. Atque iſti Canonici alios Monachos ſanctitate vitæ excelluerunt adeo vt Imperator Otho ſuadentibus quibuſdam Epiſcopis cogitarit de expellendis ex aliquo Monaſterio Monachis, in eorumque locum ſubrogandis Canonicis. Et Arnulphus Lexouienſis Epiſcopus epiſtola ad Alexandrum Papam idem cenſuerit, quod iſti Monachi à profeſſione ſua degenerarent.

Interrog. 1. ad Auguſt.

Glaber Rodulphus l. 1. hiſt.

IX. Canonicorum igitur ſeu regulariter viuentium religioſorum hominum alter ordo fuit, nēpe Monachorum, quorum primordia antiquiſſima ſunt vt pote in veteri lege ad Eliam, & Eliſeum relata: & in noua ad Ioan. Baptiſtam qui Monachorum Princeps appellatur à DD. Hieronymo & Chryſoſt. Et quidem præter Eſſænos qui proculdubio Monachi erant & tractatum illum qui D. Dionyſio Areopagitæ tribuitur de myſterio Monaſticæ conſecrationis, D. Ignatius epiſtola ad Philippenſes ſalutat congregationem virginum: ex quo conijcitur iam tunc aliquas virgines Deo votas in vnum locum ſeu Monaſterium recluſas fuiſſe, ſicque Moniales extitiſſe: Quod ſi Moniales, num & Monachi fuerunt?

Chryſoſt. ho. 1. in Marcum Hieron. epiſt. ad Euſtoch.

Sed Eſſænorum vel aliorum Monachorum ſi qui temporibus Apoſtolorum & circum ea extiterunt obſcura eſt ſucceſſio: quò fit vt quaſi nulla fuerit Paulus author vitæ Monaſticæ dicatur, & Anthonius illuſtrator à D. Hieronym. ipſi enim & his adiungendus Hilarion, nullo comite nulloque ſocio Eremum petierunt, & cum ſanctitatis ſuæ fama ad idem vitæ genus plurimos allexiſſent congregationes fieri cœperunt, eæque appellari Monaſteria.

Ibid.

X. His præfatis vt tandem ad id quod eſt propoſiti noſtri deſcendamus cum Monaſteria fundata ſunt, aut Clerici in Canonicos id eſt regulares transformati, non legitur conſultus Rom. Pontifex. Siquidem is licet Eccleſiarum Princeps eas iuxta Conciliorum placita, in vnius cuiuſque Epiſcopi moderatione relinquebat, vnde quoniā attinebat Epiſcopos prouidere ne quid nouum in ſuis Diœceſibus oriretur à vero dogmate, aut recta Eccleſiæ politia alienum, ipſis quoque incumbebat ne monaſteria fierent

niſi conceſſione diœceſani Epiſcopi : primi tamen Monachi vt Paulus, Anthonius, Hilarion, & alij vt nullam à præcedente Abbate vel Monacho ſuſcipiẽtes benedictionem, ait Iuo Carnotenſis, eremum petierant, ita ſuas congregationes inſtituerunt nullo, quod legatur, ſanciente Epiſcopo, ſed D. Athanaſio Alexandrino Patriarcha, ſub cuius diœceſi iſte monachiſmus exortus eſt, approbante ſuo preconio. ac vbi eum placuit recipi Romæ & alibi non dubium eſt quin venia Epiſcopi expetita fuerit nedum Romani, ſed vniuſcuiuſque diœceſis. Sic D. Auguſtinus primùm Mediolani profeſſionem fecit in manibus D. Ambroſij, vt idem Ambroſius refert: illum nempè nouum Chriſtianum, nouis veſtimentis, cuculla nigra ſe induiſſe, & cingulo nigro præcinxiſſe ex corio quod Simplicius ingenti lætitia donarit : & cum voluit Africæ huiuſmodi ſodalitium dare adeo Valerij ſui Epiſcopi conſenſum exquiſiuit, vt locum iſtius habendi ab eo petierit: iſque ſuos hortos conceſſit ipſo referente Auguſtino. Sic D. Baſilio omnes ferè Monachi Græci & Orientales ſuam confirmationem debent acceptis ab illo regulis. Denique Synodis ſancitum eſt, vt omnes Monachi, & Monaſteriorum fundationes eſſent in Epiſcopi diœceſani authoritate, neque etiam liceret vitam eremiticam amplecti cuiquam niſi qui probatus eſſet ſuo Epiſcopo : Quod diù obſeruatum eſt, atque ita, vt Arnoldus Epiſcopus Spirenſis non tulerit quod Rupertus Abbas, is nempe qui in Cantica ſcripſit, ſtrictiorem ſolito regulam ſuis Monachis ſe inſcio edidiſſet, licet aſſerens & ſumpto corporis & ſanguinis Domini ſacramento comprobans ſibi eam diuinitùs reuelatam fuiſſe : Quam reuelationem cum Epiſcopus non crederet, denuntiauit ei Abbas intra annum illum moriturum eſſe, idque contigit vt Trithemius ſcripſit.

Serm. de Baptiſmo D. Auguſt.

Serm. 49.

Can 4. Calchc. Concil. de quo Fulbert. Carnot. ep. 71.

Can 41. Synod. Conſtantinop. generalis 6.

In Chron. Hirſang. ad an. 1124.

In his igitur nouarum regularum fundationibus Pontificis Romani non dicitur expectata authoritas, ſed Epiſcoporum duntaxat : niſi quod Lupus Ferrarienſis refert epiſtola ad Guenilonem Senonenſem Epiſcopum regulam B. Benedicti à Gregorio magno approbatam fuiſſe. Verum hæc approbatio non potuit eſſe niſi Benedicto defuncto, & regula eius recepta. Cum autem ex ead. regula plerique alij Ordines profluxerint, vt Cluniacenſes, Ciſtercienſes, & Clareuallenſes, conſtat eis à ſummo Pontifice vt & Benedictinis plurima priuilegia indulta eſſe. Vnde patet vel naſcentibus ſuum diploma illum dediſſe, vel iam

XI.

Digitized by Google

adultos confirmaſſe. Ac demum obtinuit vt prorſus cenſeretur neceſſarius eius conſenſus, adeo vt etiam Arnulphus Lexouienſis cum vellet Eccleſiæ Sagienſi Canonicos regulares, vt ait, committere in locum Canonicorum ſecularium qui priùs eam poſſederant, expetierit Romanæ Eccleſiæ confirmationem. Sic quatuor Mendicantium ordines confirmauerunt ſummi Pontifices, reprobatis Humiliatis & Lugdunenſibus pauperibus qui eod. tempore confirmationem exorabant. Tanti fuit hæc authoritas, vt quos admiſerit vel reprobarit ij vbique admiſſi, vel reprobati fuerint. Sic ſuppreſſus Templariorum ordo de quo cum quæreretur in Concilio Viennenſi, an poſſet condemnari non auditus, nec citatus quando conſtaret illum in ius vocatum non fuiſſe collectiuo nomine, ſed ſingulares tantum perſonas, Conciliumque definiſſet damnari iure eum non poſſe: Clemens 5. huic Concilio præſidens iuris defectui ſuppleuit, adijciens bullæ condemnatoriæ hanc clauſulam: Quanquam, inquit, de iure non poſſimus, tamen ad plenitudinem poteſtatis dictum Ordinem reprobamus: vt retulit Thomas VValſinghamus hiſtoriæ Anglicanæ ſcriptor, ſiquidem ei fides.

Verum Maieſtas ſummi Pontificis inualuit potiſſimum in eximendis à ſtrictiore regula tam Canonicis quam Monachis neſcio quo bono iure: hinc enim diſſolutiores facti cauſam dederunt aliis priſtinæ regulæ reuocandæ, condendique noua cœnobia: licet vociferantibus plurimis ſatis eſſe Monaſteriorum & Monachorum qui duntaxat reformandi eſſent non vero prætextu reformationis alios aliis Monaſteriis ſuperinducere. Equidem non ſine nutu diuino degenerantibus à pietate, & religione, votique obſeruantia priſcis Monachis iſtos excitari credendum eſt, qui exemplo ſint omnibus tam Eccleſiaſticis quam laïcis: hos vero in eadem ſepta cogere quæ primi illi tenent, abſurdum non minus eſſet quam periculoſum: nempè ſeueram victus normam ſequentes miſceri cum iis qui laxiorem induerunt: Vnde potiùs illi auerterentur à ſancto propoſito, quam iſtos ad illud conuerterent: & eos qui non eſſent ad victus auſteritatem innutriti difficile eſſet huic aſſuefieri: quanquam Franciſcus Ximenius Archiepiſcopus & Primas Hiſpaniæ, qui olim Franciſcanus fuerat, hoc opus aggreſſus apud Reges Iſabellam & Ferdinandum, necnon apud Pontificem max. vt omnia Monaſteria Hiſpaniæ Franciſcani ordinis ad regulam Obſeruantinorum reduceren-

XII.

XIII.

Gomet. lib. 1. de reb. ab eo geſtis.

tur, id tandem obtinuerit, ſed non ſine ingentibus difficultatibus, maximiſque laboribus. At pauci ſimiles Ximenio cuius animi fortitudo non ſolum eo caſu prævaluit, verum etiam adverſus Hiſpaniæ primores quos eum deſpicientes ob humilem originem nouiſque rebus ſtudentes, reddidit pacatiores. Exoptandus eſſet meherclè huiuſmodi vir qui à veſtigiis ſuorum majorum deuiantes Monachos in antiquum tramitem reduceret. Siquidem diſſolutè viuentes incredibile eſt dictu quanti ſint ſcandali quamtumque promoveant hæreſes. Quod ſi negotium adeo difficile eſt vt ſuſcipi non debeat, nonne æquum eſſet interdicere ne vlli deinceps apud eos profiterentur, vt ſic vacuarentur tandem ædes melioribus tradendæ, ac potiſſimum ne puerulos ſuſciperent? Non quod non bonum ſit ab infantia portare iugum Chriſti: ac ſoliti fuerint veteres Monachi infantes admittere: Sed quod bonum ſit eos verè Chriſti iugo colla ſubdere vt à teneris annis carnem triturantes exacta diſciplina, ſanctiſque exemplis, culturam perfectam efficiant.

XIV. Neque vero putarim æquum, aut ſi æquum ſaltem tutum eſſe, veteres Monachos licet diſſolutos ſuis ædibus proturbare, vt his recentiores prætextu reformationis inducantur: quod cum Imperator Otho facere vellet in Monaſterio S. Pauli, vt id Canonicis regularibus daret, admonitum eum fert Glaber à D. Paulo, ne id perficeret, vnumquemque enim in eo iudicandum eſſe ordine in quo ſe Deo vouit: & duntaxat enitendum vt correctio ſuſcipiatur. Placuit tamen Arnulpho Lexouienſi expulſis prauis Monachis, Canonicos regulares ſubrogandos eſſe: nec pauca extant huiuſmodi ſubrogationis exempla, & qui reſiſteręt apud Anglos D. Dunſtano Cantuarienſi Archiepiſcopo ſubitò ruente tecto confractos fuiſſe illæſo iſto qui cum illis erat recenſet Math. Vveſtmonaſterięſis: refertur tamen cum de illa mutatione grauis eſſet altercatio, auditam eſſe vocem ex imagine Chriſti procedentem, quæ dicebat: Non fiet, non fiet, iudicaſtis bene, mutaretis non benè. Sic Nicol. Harpsfeldius in Anglic. Hiſtor. ad 10. ſeculum. Noſque recenti exemplo Benedictinos reformatos vidimus Lutetiæ poſſidentes D. Guilielmi ædem ablegatis alio Monachis quod ſæpiùs admoniti non ſe corrigerent, nec tamen ſine magna contentione cui ſæpiùs Curia ſuprema ſuam authoritatem piè interpoſuit.

Trith. in chro. Hirſang ad an. 1135. & ad an. 1743. Baron. ad an. 970. de Vventana Eccl. Math. Vveſt-monaſt l. 2. c 11. Edouardus Angliæ Rex Nicolao 2. iubente ex Eccleſia Oxonienſi Canonicos ſeculares quia vxorijerant ejecit, & in eorum ſedes miſit regulares innuptos. Ranulph. in Polichron.

XV. Quamvis autem ea ſit authoritas Pontificis Romani non ta-

men tanti eſt vt inuitis Principibus temporalibus admittantur noui Ordines ab eo confirmati, niſi & ab ipſis ſua quoque in ditione approbentur. Quod apud nos exactè obſeruatur. Vnde Arnulphus Leouienſis reſcribens ad Alexandrum 3. pro ejiciendis Monachis, & in eorum locum mittendis Canonicis regularibus, id quoque Principi placere, ait: Sic Hiſpani eo iure vtuntur, vt ne quidem extruere ibi templum liceat niſi petita venia: qua omiſſa cum Franciſcani à D. Paulo qui Minimi dicuntur, ædem ſacram inchoaſſent, Philippus 2. prohibuit vltra progredi, iuſſitque imperfectum opus ad perpetuam rei memoriam manere. Namque Principum temporalium intereſt ſcire cuius conditionis, profeſſionis, & voti ſint noui Monachi, num à legibus & iuribus ſui Principatus repugnantis: ſiquidem qualeſcumque ſint, fidem & obedientiam eis debent.

Arroldus Archiepiſcopus Rhemenſis in Monaſterio S. Baſoli Monachos poſuit expulſis Clericis qui ſeruiebant ibi. Flodoard. in chro. ad an. 951.

XVI. Congregationibus Eccleſiaſticis ſunt qui Academias annumerant, quanquam controuerſum aliquando fuerit noſtro in Senatu an purè laïcæ, an Eccleſiaſticæ eſſent, tum perorantibus in cauſa Hamiltonis Scoti egregiis patronis, D. Seruino qui ex illuſtri Aduocatorum gradu ad illuſtriſſimũ Aduocationis Regiæ meritiſſimo iure vocatus eſt, & magiſtro Antonio Loiſello. nec tamen ardua videtur quæſtionis deciſio: ſiue ſubiecti, & rerum quæ in Academiis tractantur, ſiue perſonarum qualitates conſideremus. variæ nimirum ſcientiæ iſthîc edocentur, & edoctæ fuerunt, ſed quarum præcipua proculdubio eſt, quam Theologiam vocamus, cuius cæteras meritò dixeris ancillas & pediſſequas: hinc illud Moſis Ægyptii: Scito, inquit, dum ſtudueris in ſcientiis humanioribus, & in arte dialectica te futurũ ex illis qui circumeunt domum Regis quærentes portam ipſius, ſicut dixerunt prouerbio Sapientes, adhuc Abenzoma eſt foris: cum vero intellexeris naturalia, tunc ingreſſus munimentum Regis ambulas per atrium eius: vbi autem à naturalibus intellexeris ſpiritualia, iam intraſti in domum Regis, & es cum ipſo in eadem domo, ſed nondum vidiſti eum. Hic porro eſt gradus ſapientum qui diuerſi ſunt in ſuis perfectionibus. Poſtquam demum perfectus intenderis omnes cogitationes, & actiones tuas in creatorem, huicque poſtpoſueris omnia opera intellectus tui in omnibus creaturis ad ſciendum ex ipſis creatoris eſſentiam, eris de illis qui ſemper ſunt cum Rege, & vident faciem illius, & hic eſt gradus Prophetarũ. Hæc ille. Ex quibus inſtruimur omnes ſcientias quas humanio-

Ioan. Druſ. in adag. Hæbraicis.

Digitized by Google

res & liberales vocamus directas eſſe debere ad notionem Dei, quæ eſt Theologia. At res denominationem accipere ſolent ab eo quod in illis præualet prætij qualitate: ergo Academiæ à ſcientia Theologica potius quàm ab aliis: Theologiæ vero profeſſio Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis peculiaris eſt. Quod ſi qualitates perſonarum, quis neſcit Druidas noſtros, Indos Gymnoſophiſtas, Magos Ægyptios, Rabbinos Hebræos fuiſſe Sacerdotes, & tra-
XVII. ctaſſe ſacra, remque litterariam cuius cauſa confluebant ad illos adoleſcentes? Chriſtianorum autem Præceptores ab incunabulis Eccleſiæ omnes ferè Eccleſiaſtici extiterunt: Atque vbi florere Monaſteria illuſtribus Monachis cœperunt, illa tandem in gymnaſia ordinaria, hique in præceptores publicos abierunt, itaque, in cœnobiis ſapientiæ ſtudium erat. Proinde Reges, & proceres, & cæteri liberos ſuos Monachis intra clauſtra tradiderunt inſtituendos. Vnde ſcriptor Germanicus de religione, & magnanimitate nobilium Germanorum qui ſub Henrico 6. Frederici 2. patre expeditionē ſacram ſuſceperunt, loquens: Magni profectò, inquit, & ſuſpiciendi animi fuerunt: hæc animorum ſublimitas debetur rectæ puerorum inſtitutioni: fuerunt enim omnes non in ſtabulis equorum, & in voluptatibus carnis, ſed in Monaſteriis, Chriſtianæ reipubl. ſcholiis ſaluberrimis, à ſanctis Patribus in orationibus, ieiuniis & ſalutaribus Euangelicæ doctrinæ præceptis inſtituti, ac educati: laudat tamen [a] Petrus Damianus cœnobium Caſſinenſe quod inter virtutum flores quos in illo agro pleno cui benedixerat Dominus, reperierat, nullæ ibi eſſent ſcholæ puerorum qui ſæpè rigorem ſanctitatis eneruant. Quod videtur conforme regulis D. Baſilij admittentis quidem pueros & puellas in cœnobia, ſed qui [b] Monaſtico voto deſtinarentur: ita tamen vt ſeorſim à Monachis inſtruerentur, ne ſtrepitu illo qui ſolet adoleſcentulorum ſcholas ſequi, offenderentur Monachi. [c] Quidquid ſit hoc certè conſtat noſtri æui præceptores in gymnaſiis tanquam in Monaſteriis degere: & atque ita Eccleſiaſticos cenſeri, vt eis beneficia quibuſdam menſibus vacantia aſſignentur, quod purè laïcis non fieret.

Ad hæc, vide Chopp. lib 3. de doman. tit. 27. n 8. 9.

Greg. Turon. lib 5. cap. 14. Paul Lang. in Citizēſi Chron. initio. Henricus Murius lib. 19. rer. Germ. Ribadeneira in vita S. Anſelmi. alios textus citat in eam rem Sauaro ad epiſt. 11. Sidonij.

Si quis ex Præsbyteris voluerit nepotem ſuum, aut aliquem conſanguineum ad Scholam mittere: in Eccleſia S. Crucis, aut in Monaſterio S. Aniani, aut S. Benedicti, aut S. Lizardi, aut in cæteris de his cœnobiis quæ nobis ad regendum conceſſa ſunt, ei licentiam id faciendi concedimus. Theodolphus Epiſcop. Aurelian. ep. inter epiſtolas Hincmar Rhem. art. 19.

a Cap. 16. ep. 4. tomo 2. Biblioth. Patr.

b Interrog 15. regul. Fuſius diſput. & interrogat. 292. in reg. breuiores.

c Curia Pariſienſis præfecturam Collegij Rhemenſis a Capitulo Eccleſiæ eiuſdem vrbis ſede vacante datam confirmauit, excluſitque eum qui a nouo Archiepiſcopo obtinuerat, & huic collationi nominationem regiam addebat Chopp. lib. 1. Politiæ Eccleſ. tit. 5. art. 10. & ſequent. qui exinde concludit iudicatum huiuſmodi præfecturas non eſſe beneficia Eccleſiaſtica.

Digitized by Google

Sed quamvis Academiæ fuerint fortaſſe quondam cenſitæ XVIII.
Eccleſiaſticæ, non tamen veterum inſtitutio neceſſariam habuit Epiſcopi Romani authoritatem. Nec Carolus Magnus cum Pariſinam conſtituit, vllius Pontificis explorauit conſenſum. At erecta ſic agnouit poſt aliquot ſecula præſidentem ſibi ſummi Pontificis Maieſtatem, vt ab ea expetierit plura priuilegia: & vbi quid in ea reformandum fuit per legatos Apoſtolicos & Cardinales reformatio fieret. Ea nihilominus eſt Vniuerſitas quæ non timuit ſe opponere ſubreptitiis Eccleſiæ Romanæ mandatis & bullis, alioquin huic fideliſſima, & obſequentiſſima.

Plures Academias leges ſolo Principe laïco authore extructas: plures etiam quas Principes non firmas & ſtabiles forè veriti ſunt niſi acceſſiſſet Romani Pontificis diploma. Sic Franciſcus Ximenius Hiſpaniæ Primas & Cardinalis fundamenta Complutenſis Collegij iecit impetrata iſtius Pontificis venia. Cazimirus 2. ab Vrbano Innocentij ſucceſſore impetrauit vt Cracouiæ Cazimiriæ noua Academia inſtitueretur an. 1361. Principes Magnopolenſes, & ciues Roſtockenſes an niſi ad Martinum 5. publicum Roſtockij Gymnaſium collocauerunt. Carolus Lucemburgius Imperator quam Pragæ dedit, voluit ab Innocentio 6. confirmari: eaque confirmatio forſan cauſa fuit, vt cum ibi tumultuarentur in Schola Bohemi aduerſus Teutonicos, impetrarint à ſede Apoſtolica licentiam iſtius transferendi in nouum Gymnaſium Lypts, quod exinde floruit, ſed collato priùs ſermone cum Marchionibus Miſnæ. Nam quantuſcumque fuerit Romani Pontificis præſulatus, vix tamen ei licuit fundationes Gymnaſiorum promouere, niſi cum gratia Domini temporalis. Quapropter cum Clemens 5. Scholæ Aurelianenſi conceſſiſſet nomen, ius, & priuilegium Vniuerſitatis, id Philippus Pulcher ſe inconſulto impetratum, & conceſſum ægrè tulit, inhibuitque Aurelianēſibus ne bullas vlterius executioni mandarent: ſed anno reuoluto permiſit: Ferūt tamen Piū 2. Baſileæ apud Heluetios Academiam dediſſe: Ioann. 23. Armoricis Britannicis Nannetenſem. At credendum eſt non inuitis Dominis, imo precantibus. atq; vt ſciretur non prorſus à Pontifice pendere Academias noſtri Senatores Rhemenſi ab Archiepiſcopo Lotharingo fundatæ leges dixerunt, inter quas hæc fuit, vt ſtatuta ab Archiepiſcopo circa illam facta afferrent in curiam corrigenda, ſi res exigeret: deinde publicanda: ac ſcitum eſt quæcumque decreta

Gomet. lib. 2. & 4. Crantſ lib. 11. Sax. cap. 3.

Cuſpinian.

Idem Crantſ. lib. 11. Metrop. cap. 8.

Belleforeſt ex Guiliel. de Nangis.

Ioſias Simlerus lib. 2. de repub. Heluet.

Auguſt. Thuan part. 1. hiſtor. lib. 5.

Digitized by Google

ab Academia Pariſienſi tam pro facultate Theologiæ, quam pro alijs fiunt, ſolita eſſe apud Patres conſcriptos produci, vt ab illis comprobationem mereantur, non aliâs pleniſſimi iuris futura: ipſa etiam omnium Facultatum Vniuerſitate cauente ne ab his ſtatutis in poſterum diſcedatur, eaque vel Regis vel ſupremi tantum Senatus authoritate abrogentur, aut immutentur.

Ea igitur eſt in condendis congregationibus ſummi Pontificis authoritas, ita tamen vt Principum conſenſus concurrere debeat.

Digitized by Google

DE PONTIFICIA IVRISDICTIONE CONTENTIOSA IN ECCLESIASTICOS.

LIBER IV.

CAPVT I.

DE IVRISDICTIONE CONTENTIOSA apud Iudæos & Gentiles. Non eam abſolutè fuiſſe pro omnibus cauſis & perſonis apud Sacerdotes, ſed partim apud eos, partim apud Laïcos.

LECTIO.

1. *Eccleſiæ iuriſdictionem ineſſe.*
2. *Duplex iuriſdictio vt duplex eſt hominum conditio.*
3. *Moſes vtraq; iuriſdictione functus eam Eccleſiaſticis & Laïcis commiſit.*
4. *Itaque vnum idq; mixtũ vtriſque compoſitum fuit tribunal.*
5. *Per hæc verba Deuteronomi (Stabunt ambo in conſpectu Sacerdotum & Iudicum) intelliguntur vtrique Iudices : ſicque ambos concurriſſe.*
6. *Ei tribunali duo præfuerũt, vnus ex Sacerdotio, alter ex Populo: nõ ſolus ſemper ſummus Põtifex.*
7. *Aliquando tamen ſolus Laicus, aliquando ſolus Sacerdos, atque etiã Leuita vt Samuel iudicauit.*
8. *Ioſaphat duos Præſules eidem tribunali reſtituit.*
9. *Eſdræ ſolida iuriſdictio reſtituta.*
10. *Aetate Saluatoris Sacerdotes cum Senioribus populi iudicabant.*
11. *Suppreſſum ab Herode iſtud tribunal.*
12. *Ridicula ſuperſtitio Iudæorum de loco huius tribunalis.*
13. *De omnibus cauſis & perſonis iudicauit.*
14. *Sacerdotum Ethnicorum iuriſdictio.*
15. *Pontificis maximi apud Romanos Gentiles iuriſdictio.*
16. *Ipſe tamen & cæteri Sacerdotes populari iuriſdictioni ſuberant.*

Digitized by Google

I. ECCLESIAM iuriſdictione præditam eſſe, oportere nemo, vt opinor, niſi impiæ mentis conteſtari audebit. neque enim Deus in veteri lege dixiſſet: Si quis non obedierit Sacerdotis imperio, moriatur homo ille. Et Chriſtus in Euangelica, Dic Eccleſiæ, & ſi quis eam non audierit, eſſet tanquam Ethnicus & Publicanus; nec eius miniſtris vim dediſſet calcãdi ſerpentes, & omnem virtutem inimici. Denique Paulus ad Corinthios non ſcripſiſſet, Se venturum ad eos cum virga, niſi Eccleſiæ iuriſdictio ineſſet. Quid enim prodeſſet dicere Eccleſiæ niſi illa querenti ius reddere poſſet? Et ad quid in manu Pauli virga, niſi vt ea contumaces ferire valeret? Porro ſcitum eſt virgam poteſtatis eſſe ſymbolũm, dicente ideo Pſalmiſta, Deduces eos in virga ferrea, virga regni tui. At poteſtas ſine iuriſdictione ſubſiſtere nequit. His autem dictis & præceptis omnes homines qui ſunt in Eccleſia continentur.

II. Sed vt duæ ſunt poteſtates in ſæculo (in quo etiam eſt Eccleſia) cui vtrique omnes homines ſunt obnoxij, altera Eccleſiaſtica, & ſpiritualis, altera tẽporalis & laïca: ſic haud dubium eſt duplicem eſſe iuriſdictionem, aliam nempe Eccleſiaſticam, & ſpiritualem, aliam ſecularem & temporalem: ſupereſt examinare an ab initio coniunctæ fuerint, quomodo diuidi cœperunt, & quatenus homines, quæve controuerſiæ altervtri competant.

III. Equidem Moſes in Iudaïca de omnibus perſonis, & rebus iudicauit: nempe quia Pontifex & Princeps ſecularis erat. Sed aſcendens in montem noluit ſoli Sacerdoti vtramque iuriſdictionem committere: at Senioribus dixit: habetis Aaron & Hur, ſi quid natum erit quæſtionis referetis ad eos. Porrò Hur non Sacerdos, nec Leuita fuit, quippe de tribu Iuda: an vt ambo vnum tribunal conficerent, ſimulque iudicarent de omnibus rebus & perſonis: an diſtributiuè, vt iſte de perſonis, & rebus laïcis; ille vero de ſacris? Sanè Moſes ipſe ex præcepto ſoceri ſui ita diuiſerat iuriſdictionem, vt quæ ad Deum erant, ritus, & cæremonias horum cognitionem retineret: cæteris verò controuerſiis, id eſt prophanis, & ciuilibus 70. Seniores ex plebe lectos committeret, ita tamen vt de maioribus negotiis ad eum referrent. Sic ergo videtur iuriſdictionem diuiſiſſe, & quæ de ciuilibus erãt ad laïcos reieciſſe. At quæ ſequuntur dant conijciendi locum ex Sacerdotibus, & laïcis vnum eſſe conflatum tribunal, atque ita

Exod. 24. Exod 31. Num. cap. 3. & 4.

IV.

Exod. 18.

penes Sacerdotes abſolutam iuriſdictionem non fuiſſe. Nam de petitione filiarum Salphaad cognitio propoſita eſt coram Moyſe & Elcazaro Sacerdote, id eſt Pontifice maximo, & cunctis Principibus populi. Ea vero fuit de re ſeculari, nempe de ſucceſſione patris ſui deficientibus maſculis. Et quando de præuaricationis cauſa textus loquitur: Stabunt, inquit, ambo quorum cauſa eſt in conſpectu Sacerdotum & Iudicum qui fuerint in diebus illis. Ibi autem de falſo teſte ſtatuitur. Deuteron.c.19. V.

Quod vero Sacerdotum & Iudicum meminit copulatiuè non eſt credendum, ideo Sacerdotes Iudices non fuiſſe: imo Sacerdotibus iudicium erat vt dixit Oſee Propheta. Sed qui ſpecialiter dicuntur Iudices videntur non fuiſſe Sacerdotes, vt ſic in eod. tribunali alij Iudices eſſent ex populo, alij ex Sacerdotio penes quod erat quidem iudicaturæ Principatus, vt ait Toſtatus, ſed adſidentibus Senioribus qui, vt ex electione Moſis conſtat, de omni Tribu plebis erant. Quapropter non congruit quod vult idem Toſtatus iſtos qui dicuntur Iudices, fuiſſe etiam Sacerdotes: ſi enim abſolutè iudicium erat penes ſolos Sacerdotes ſcriptura dixiſſet abſolutè, aut ſtabunt coram Sacerdotibus, aut ſtabunt coram Iudicibus: vtroſque enim notaſſet ſimplici vocabulo, aut Sacerdotum, aut Iudicum. Denique quid profuiſſet illa Moſis electio ſi nulli alij extitiſſent Iudices quam ipſi Sacerdotes? Melior ergo altera eiuſdem Toſtati interpretatio, vt nomine Iudicum intelligantur populares Iudices qui ex omni populo ſelecti conueniebant ad iudicandum cum Sacerdotibus. Quid quod dicitur alio loco, Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram (id eſt inter innocentem & nocentem, cauſam actoris, & cauſam petitoris) & Iudicum intra portas tuas verba videris variari, ſurge, & aſcende ad locũ quem elegerit Dominus tuus, venieſque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem qui fuerit illo tempore, quæréſque ab eis qui iudicabunt tibi, iudicij veritatem: an per ea verba dicemus integrum iudiciũ Sacerdotibus eſſe commiſſum? An poſtremam clauſulam quæreſque ab eis qui iudicabunt tibi, diſiungentes à præcedente inferemus vltimum iudicium expectari & peti debuiſſe, tam à Sacerdotibus, quam ab aliis iudicibus, videlicet 70. Senioribus? Quid rurſus quod Dominus ad Ezechielem loquens de Sacerdotibus & Leuitis qui cuſtodierant cæremonias ſanctuarij, vult

Cap. 5.

Cap. 4. in d. ca. 19. Deuteron.

Deuter. cap. 17. Ezech. cap. 44.

Digitized by Google

eos, ſi controuerſia fuerit, ſtare in iudiciis & iudicare? an vt ſoli iudicent excluſis laïcis? Profectò hoc non additur: an vero vt hi ſoli ſint ex Sacerdotio Iudices qui non præuaricati fuerint, vnde illorum honoretur fidelitas, nec tamen excluſis ex populo qui in religionis obſequio perſtiterunt? Denique iſtud ſupremum tribunal vtriſque compoſitum extitiſſe, tum ex illa Moſis conſtitutione patet, tum ex eo quod Ioſaphat Rex Iuda qui dicitur præparaſſe cor ſuum vt requireret Dominum minora tribunalia & maius reſtituens, videlicet ad eam formam quæ priùs fuerat, elegit in Hieruſalem non ſolos Sacerdotes & Leuitas, ſed Principes etiam familiarum, qui non tantum habitatores iſtius vrbis iudicarent, verum etiam omnem cauſam fratrum qui habitabant in vrbibus aliis inter cognationem & cognationem, de lege, de mandato, de cæremoniis & iuſtificationibus. Neque vero ea forma duntaxat fuit in iſta vrbe primaria, & in iſto maiore tribunali, verum etiam in minoribus quæ in portis ciuitatum conſtituta erant ex præcepto Dei. [a] Nam vt ſcripſit [b] Ioſephus Iudicibus qui laïci erant, adiuncti fuerunt duo Leuitæ velut adſeſſores.

Paralip. 2. ca 19 Ioſeph. lib. 9. cap. 1.

a Deuteron. cap. 17. 21. 22. 25

b Lib. 4. antiq. cap. 8.

Ac de ſeipſo Ioſephus qui Sacerdos erat ſcripſit in ſua vita ſibi in munus iudicandi adiunxiſſe aliquos ex populo.

Quamobrem ſit in confeſſo mixtum fuiſſe tribunal Iudaicum, ſiue majus, ſiue minus.

VI.

Quis vero iſtius majoris Præſes fuit? an ſolus & ſemper Pontifex maximus? Equidem habemus [c] venies ad ſacerdotes, & ad Iudicem qui fuerit illo tempore, quem ſummum Sacerdotem fuiſſe, ait Ioſephus. & mox, Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis Imperio, morietur homo ille ex decreto Iudicis. Sed tam ex eod. Ioſepho, quam ex ſacra pagina, docemur iſti tribunali duos eſſe conſtitutos ſupremos Præſides, vnum ex Sacerdotibus, alterum ex laïcis. Nam vt vidimus Moſes, Aaron & Hur conſtituit: Deinde iſtis defunctis ſubrogauit Eleazar & Ioſue. Quin etiam idem Ioſephus interpretatus legem Moyſis de relatione facienda in cauſis arduis ab inferioribus Iudicibus ad ſuperiores: Tunc, inquit, ſupremus Pontifex cum vno Propheta & Iudicibus quæſtionem dirimat. Ergo Propheta Pontifici adiunctus, qui è Leuitico genere vt plurimum non fuit. Quod vero in hiſtoria Iudicum vſque ad Samuëlem, non eſt mentio ſummi Sacerdotis, quin etiam Delbora Prophetiſſa dicitur adita à populo in omne iudicium, videtur iſte ordo interturbatus, ſiquidem populi peccata confuſionem rerum induxerant adeo vt nec-

c Deuter. c 17 Ioſeph. lib. 4. cap. 8.

Lib. 4 cap. 8. antiq.

VII.

Digitized by Google

etiam locum certum iudicij haberēt. Nam ipſa Delbora in loco campeſtri, ſub palma ſedem iudicii habebat. Poſt aliquot annos ſucceſſit Samuel, qui ſupremus Pontifex non fuit, nec Sacerdos ſed duntaxat Leuita, vt notauit D. Hieron. Pſalmiſtam allegans non numerantem eum inter Sacerdotes, ſed inter eos qui inuocant nomen Dei. D. tamen Auguſt. Poterant, inquit, ſummi Sacerdotes eſſe non patribus ſummis Sacerdotibus ſuccedentes: Sed tamen ex filiis, id eſt ex poſteris Aaron, ſi fortè ſummus Sacerdos, aut filios non haberet, aut ita reprobos haberet, vt nullus eorum patri deberet ſuccedere, ſicut Samuel ſummo Sacerdoti Heli ſucceſſit, cum Sacerdotis filius non eſſet, ſed tamen ex filiis, id eſt, ex poſteris Aaron. hæc ille. At cum Heli mortuus ſit relicto vno filio anniculo, credibile eſt, quoniam ille rebus agendis ſupereſſe non poſſet, earum in Samuelem tranſlatam eſſe poteſtatem, ita tamen vt potiùs vice ſummi Sacerdotis fungeretur, quàm revera ſummus Sacerdos eſſet: Neque enim deſiit Sacerdotium in familia Heli vſque ad Salomonem, qui hoc tranſtulit ex ſtirpe Ithamar filij Aaron, vnde Abiathar ortus erat ad Sadoch, qui ex Eleazare originem habebat. Quidquid ſit, ſiue ſupremus Sacerdos fuerit, ſiue non, hoc conſtat ſupremum illum Iudicem fuiſſe: imo ſolum in toto populo, ſiquidem ſolitum circumire ciuitates aliquas, vbi conuenientibus qui controuerſiis impliciti erant, ius dicebat, habens tamen ſummum tribunal in Maſphat cōpoſitum, vt credibile eſt, præſtantioribus ac melioribus ex toto populo electis: ſiquidem ea gubernandi forma illi placuit, vt ſcripſit Ioſephus. Cumque ſeneſceret duos filios habens, eos Iudiciis ſubrogauit, vt alter in Bethel, alter in Berſabe iudicaret.

e Lib. 1. aduerſ. Iouin.

f Lib. 2. retract. cap. 55. Lib. 17 de Ciuit. Dei cap. 4.

Sic Simoni defuncto ſucceſſit Eleazar frater eius, quia filius Simonis Onias infans erat. Ac Eleazaro Manaſſes deinde Manaſſi, Onias; Ioſeph. lib. 12. antiq. ca. 2. & 3.

g Reg. 1. cap. 7. Ioſeph antiq. lib. 6. cap. 3.

Deinde iſtis abutentibus ſua poteſtate transformata politia in Monarchiam obſcurum eſt, quis hanc dignitatem obtineret, niſi Reges dixeris ad quos Samuelis authoritas tranſierit: & quidem Salomonem iudiciis præfuiſſe, ideoque, vt dignè iudicaret, ſapientiam à Domino expoſtulaſſe tradit ſacrum volumen: erāt nihilominus ſtati Iudices ſub illo regnante: ſiquidem tradit Ioſephus eum Ioabam interpellaſſe vt cauſam dicturus ſiſteret ſe coram Iudicibus. Sed profectò interuerſum fuiſſe iudiciarium ſtatum dici poteſt, ex eo quod Ioſaphat, de quo ſupra, ſupremum tribunal refixit, mixtum nempè: ſiquidem duos Præſides præpoſuit, Amarium Pontificem ſummum, ad ea videlicet quæ ad VIII.

Lib. 8. antiq.

Digitized by Google

d. cap 1 lib. 9. Deum pertinebant: Zabadiam vero ſuper ea opera quæ ad officium Regis: eoſque ſupremos Præſides Ioſephus appellat.

Tot deinde bella, tot calamitates exceperunt Iudæos in varias gentes diſperſos, vt de horum iudiciorum ſtatu pauca reperiantur: niſi quod legimus Eſdræ iudiciariam poteſtatem eſſe

IX. reſtitutam ab Xerxe, vt quos vellet conſtitueret Iudices: Is vero non erat ſummus Pontifex in Hieruſalem, quamvis apud Iudæos Babylonios eam dignitatem obtineret. Ac reuerſus Hieroſolymam principalia munia exercuit, licet Ioachim ſupremo ibi ſacerdotio fungeretur: Ergo exercuit velut ex mandato & poteſtate Regis. Denique poſtremis temporibus conſtat Ieſum ad

X. ſupremum Pontificem remiſſum: ac eumdem & omnes qui cum illo erant miſiſſe in carcerem Apoſtolos, ac cõuocaſſe Concilium, & omnes Seniores filiorum Iſraël, vt de illis ſtatuerent. Ioſephus tamen author eſt ſtetiſſe ipſum ſummum tribunal quod Sanhedrim vocabant, compoſitum, nempe vt diximus, & Sacerdotibus, & alijs, etiam poſt hæc tempora. Namque refert

Lib 14 c. 17. & lib. 15. cap 1. Herodi diem dictam fuiſſe penes iſtos Iudices, quorum Hircanus ſummus Pontifex, qui Rex quoque dicitur caput erat,

XI. quod Ezechiam latronem occidiſſet: ac deinde Herodem occupato principatu iſtos Iudices interfeciſſe: ſcripſeruntque Rab-

Forenſium inſignium, q. 11. bini Sichim & Abdimi, vt notat doctiſſimus Roillardus, ſuppreſſum tandem fuiſſe iſtud tribunal quod illo ab Herode ex Ga-

XII. zith in Hamith tranſlato, credebant Iudæi non licitum illis eſſe iudicia ſuſcipere alibi quam in Gazith, iuxta illud Deuteron.

Deuter. ca. 17. Facies ſecundum verbum quod annuntiabunt tibi de loco illo quem elegerit Dominus. At hæc inepta Iudæorum ſuperſtitio fuit: Vidimus enim Patres eorum diuerſis in locis iudicium ſu-

Ioſeph lib. 15. antiq. cap 11. lib. 16 cap. 17. lib. 17. cap. 7. ſcepiſſe. Verum eſt ne credibile Iudæos abſque Iudicibus & tribunali aliquando extitiſſe? Sanè quando Herodes de Mariamne vxore ſua, de Alexandro, & Ariſtobulo, ac deinde de Antipatro liberis ſuis iudicium maieſtatis haberi voluit extemporaneos velut Iudices elegit amicos & familiares ſuos, qui de crimine cognoſcerent, iſtique cognouerunt & ſententiam capitalem red-

d. lib. 17. c. 3. 13. diderunt. Imo Phariſæos licet velut ſacerdotalis ordinis (ſedebant enim ſuper cathedram Moyſis, vt dixit Dominus,) ipſe ſolus vltimo ſupplicio damnauit: Ac tantum abeſt, vt in iſtis iudicijs adhiberetur ſummus Pontifex. Quin & de illo iudicaret idem Herodes, puta Mathiam depoſuit velut conſcium ſeditio-

Digitized by Google

nis concitatæ ob aquilam ſupra porticum templi erectam. Atque in his iudicijs nulla Iudicum ordinariorum, ſeu Sanhedrim mentio. Quod magis probat ſuppreſſum iſtud tribunal fuiſſe, vnde neque ad iſtud Chriſtus, & Apoſtoli iudicandi perducti fuerunt: ſed ad Seniores pro libitu Sacerdotum conuocatos, denique aliquanto diù poſt cum Zelatores, quorum in Hieruſalem potiſſima factio fuit, tæderet, aut tædere fingerent tot cædium in vrbe factarum abſque vlla iuſtitiæ forma, cogitauerunt de eodem tribunali reſtituendo 70. nempè è toto populo viros ſeligentes, vt iudiciis præſiderent: Sed cum Zachariam Barachiæ filium, velut proditionis reum eis objeciſſent, ac ipſi in templo cauſa examinata cum præualente veritate inſontem pronuntiaſſent, Zelatores frementes quod voto fraudali eſſent, hoc tribunal breui euerterunt ejectis è templo iſtis 70. Iudicibus.

XIII. Ex præmiſſis itaque conſtat Iudæorum tribunalia, non penes ſolos Sacerdotes ſtetiſſe: ac proinde dicendum eſt ad iſtud ſupremum omnes cauſas cuiuſcumque generis & quarumcumque perſonarum delatas fuiſſe, ſiue ciuiles, ſiue criminales: Nam de pœna quoque ſanguinis iudicabant. Itaque de blaſphemis, præuaricatoribus, adulteris, ſortilegis, & cæteris omnibus quorum crimina vltimo ſupplicio vindicabantur, cognoſcebant. Fiebant autem animarum iudicia, id eſt mortes per 23. Iudices cum in ciuilibus tres tantum ſufficerent, & quo die aliquem occidendum iudicaſſent, eo nihil guſtabant, vt ſcripſit Galatinus ex Rabbi Achiba. Sed quando de cæremoniis & religione quæſtio erat, vel de cauſa Sacerdotis & Leuitæ, an ipſi etiam laïci cum Sacerdotibus notionem & iuriſdictionem habebant? Proculdubio ſi vnum tribunal componebant, ſimul etiam de omnibus rebus, & perſonis iudicabant. Sic enim diſpoſuit Ioſaphat, vt vidimus: ſic ad iudicandos Apoſtolos conuocati fuerunt Seniores filiorum Iſraël: & in hiſtoria Danielis, (qui ex regia ſtirpe erat, vt notat Ioſephus, ergo non Sacerdos neque Leuita) legimus illum duos præsbyteros iudicantem: adeo verè Sacerdotes, vt dicatur iſte liber à lectione vulgari prohibitus, ne crimen & condemnatio Sacerdotum opprobrium, & contemptum religioni afferret. Quid quod Salomon Abiatharem Pontificem iudicauit? Ergo Sacerdotum & Leuitarum cauſæ poterant etiam à Iudicibus laïcis diffiniri: Tamen dicitur in Ieremiæ libro datam eſſe ſummo

D.Auguſt. in hæc verba Ioã. Nobis non licet interficere quemquam.

D. Hieron. in 44. cap. Ezechiel. controuerſiam ſanguinis interpretatur quæ ad mortale crimẽ pertineret.

Lib 4. de Arcan. Eccleſ. Cath. cap. 5.

Lib 10. cap. 11.

Cap. 19.

Sacerdoti poteſtatem in virum arreptitium & prophetantem, vt mittat eum in neruum & carcerem, an inde ſequitur quin etiam non poſſet iſte vir in iſto ſupremo Senatu ab omnibus Iudicibus iudicari. Sanè conſtitutio Moſis, qui ſibi ſoli reſeruauit ea, quæ ad Deum erant ritus & cæremonias, videtur inferre ſolis Sacerdotibus ea quæ Sacerdotij erant conueniſſe. Sed in tanta rerum obſcuritate, quæ ex penuria rerum ſcriptarum precedit, vix aliquid in alterutram partem aſſeri poteſt, niſi ſatius ſit quandoquidem Deus Leuitas & Sacerdotes ſibi adtribuit, vt per eos quæ religionis erant diſpenſarentur, ita illos à commercio cæterorum hominum ſegregatos fuiſſe, vt par non eſſet illos ab iſtorum iudicio pendere, nec religionis cauſas ab aliis quam qui religioni præerant, iudicari. Aliud tamen obſeruatum fuiſſe exemplis aliquot citatis patet: neque legem expreſſam habemus, vnde dicamus legibus non exemplis innitendum eſſe.

XIV. Porrò ea fuit etiam Ethnicorum in ſuos Sacerdotes religio, vt totam aliqui Iuriſdictionem eis deferrent, puta noſtri majores Galli Druidibus, vt refert Iulius Cæſar: Germani ſuis etiam Sacerdotibus authore Tacito: Vt neque vincire, neq; verbearre quemquam niſi Sacerdotibus permiſſum fuerit. At ipſi Romani qui meliorem & prudentiorem rempub. inſtituerunt, petitis ex Græcia legibus (quas ipſa creditur hauſiſſe plurimũ ab Hebræis) ſeparantes prophanum à ſacro ſuum Pont. inſtituerunt quem Max. dixerunt, quod vt Feſtus ait, Maximus Iudex eſſet rerum quæ ad ſacra religioneſque pertinerent.

Feſt. in verbo Max. & ibi Scaliger: de Pontif. iure Liuius, Halicarn Lampridius in Commodo.

XV. Illius itaq; [a] fuit iudicare quibus ſepultura deberetur: ac etiam de ſumptibus monumenti, de votis, de templi dedicatione; diſcernere ſacra à prophanis, ne pecunia quæ ex voto ſacra eſſet cum prophana miſceretur: faſtos corrigere: libros prauæ religionis comburere: Sacerdotibus cenſuram adhibere: antiquas cæremonias reſtituere, & cætera quæ ad hoc munus ſpectabant, vt de Iulio Cæſare, & Auguſto Pontificibus refert Suetonius. Denique Cic. [b] de ſacris ait de votis, de ferijs, de ſepulchris, & ſi quid huiuſmodi eſſet, Pontificum eſſe Iuriſdictionem: atque etiam in criminalibus illorum erat notio, vnde ex [c] eod. Cic. Inceſtum Pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto: Sic Veſtalem quæ ſacrum, vt dicebant, ignem ſiuiſſet extingui Pontifex flagris cædebat, ſtupri ream ſacris interdicebat, & in ſpecu fodiebat: quod tamen poſteriore tempore à Præfecto vrbis factum

[a] l. 50. §. 1 de petit. hæredit. § 8 de relig. & ſumptib. fun. Liu. decad. 1. lib. 10. ſub f. & plurib. aliis locis. Idem Decad. 3. lib. 6. Decad. 4. lib. 1. Suet cap. 30. 31.

[b] l. 2 de legib.

[c] Eod. lib. 2.

contra

contra Primigeniam ſcribit Symmachus. [d] d Ep. 181. l. 9.

Non tamen prorſus Sacerdotes à populari, ſeu laïca iuriſdictione immunes fuerunt: nam à Pontifice [e] ad populum prouocabatur, ac iubenti populo parere Pontifex cogebatur: Itaque cum C. Flauius ſcriba plebeio genere natus, & ad commendatus populo, quod ciuile ius repoſitum in penetralibus Pontificum euulgaſſet, ædem concordiæ dedicaret coactus eſt conſenſu populi Cornel. Barbatus Pontifex Max. [f] verba præire licet more majorum negaret, niſi Conſulem aut Imperatorem poſſe templum dedicare: an quia in non parentem animaduerſio populi fuiſſet? Sanè nullum Pontificem legimus publico damnatum iudicio: ac ne quidem Auguſtus in Lepidum animaduertit: Quoad cæteros autem Sacerdotes, hi dicebantur in Pontificis iure: Tamen [g] cum de prophanis Bacchanalium ſacris quæſtio haberetur comprehenſi eorum Sacerdotes adductique ad Conſules fuerunt, nec vero vltra in eos ſæuitum, quam vt in vincula mitterentur: quanquam de aliis pleriſque capitalis ſumeretur pœna. Denique conſtat P. Galbam Seruij Galbæ quondam Oratoris eloquentiſſimi filium Iugurthinæ coniurationis reum publico iudicio condemnatum eſſe. Quod ei primo poſt Romam conditam contigiſſe narrat [h] Cic. quaſi rem inſolitam in Sacerdote cuiuſmodi Galba fuit.

XVI.

e Liu. Decad. 4. lib. 10.

f Decad. 1. l. 10.

g Decad. 4 l. 9.

h In Bruto.

Sed hæc extraordinariæ & abſolutæ poteſtatis erant cui ſubfuiſſe Pontifices & Sacerdotes cuiuſcumque nationis, atque etiam Iudaicæ, vt ſupra recenſuimus, certum eſt: Sic licet Magi Perſarum in ſumma apud eos veneratione eſſent, hos tamen Rex Iſdigerdes [l] decimauit, id eſt, ex decem vnum vltimo ſupplicio affecit, quod celaſſent in ſpecu hominem ſub ara ignis tum exculti pro Deo, vt perſuaderent Regi ignem loqui.

i Lib. 1. cap. 1.

l Socrat. hiſt. tripart l. 11. c. 8.

Denique notiſſimum eſt à Salomone Iudæorum Rege Abiatharem eſſe damnatum, atque eo tempore quo ſapientiſſimus habebatur, & dilectiſſimus Deo.

Verum ſepopoſita hac extraordinaria poteſtate ſummum ius fuiſſe Pontificum & Sacerdotum quoad perſonas, & res ſacras credendum eſt, adeo vt etiam Alexander Seuerus à ſuis ſententijs, quæ de religione erant, ad Pontifices & Sacerdotes prouocari tulerit quaſi à Iudice incompetente.

Atque hæc ſatis de Iuriſdictione Pontificum & Sacerdotum antiquorum velut præludium ad forum Eccleſiaſticæ Chriſtia-

Digitized by Google

næ, quod duplex conſtituemus, videlicet de iis, quæ religioſas res & ſacerdotes attinent: Deinde loquuturi de eod. iure in homines laïcos, vt tandem ſubjiciamus quæ controuerſiæ huic foro relictæ fuerint: & quatenus Eccleſiaſticæ politiæ Monarcham in hoc reuereremur. Quantum iſta iuriſdictio ſuos fines, vt putatur, exceſſerit, quantumque laïci Iudices ſe ſe tandem extollentes alternante fortuna faſtum Eccleſiaſtici fori, vt noſter Argentræus ſcripſit, vix olim ferendum majore faſtu retuderunt, vt iam non ſine cauſa finium regundorum iudicium Eccleſiaſtici intentare poſſint: adeo nulla vnquam poteſtas niſi ab ſapientiſſimis hominibus haberi cum modo queat.

CAPVT II.

DE EADEM IVRISDICTIONE poſt legem Euangelicam: quatenus à principio fuit in Eccleſia: aut penes Eccleſiaſticos: ac praxis vetus, veteréſque ſanctiones de criminalibus Eccleſiaſticorum cauſis.

LECTIO.

1. *Chriſtus quare iudicare noluit, & de iuriſdict. quam dedit Eccleſiæ.*
2. *De iuriſdict. contentioſa quælibet in Clericos & Laïcos, an ex conſilio D. Pauli debuerit eſſe penes ſolos Eccleſiaſticos, & de illis verbis Dic Eccleſiæ.*
3. *Epiſcopos in Primatiua Eccleſia illam vtramque exercuiſſe, ſed vt Arbitros potius quam Iudices.*
4. *Conſtitutiones Imperatorum de illa iuriſdictione.*
5. *Criminales cauſas quæ ſanguinis pœnam requirunt apud Iudicem Laïcum tractari oportere: nec enim eas licere Eccleſiaſticis.*
6. *Nec Iudaïca, nec Euangelica lege prohibentur Laïci Eccleſiaſticos iudicare: imo exemplis probatur id eis licitum.*
7. *Primi tamen Pontifices Romani id prohibuerunt, ſed ſub infidelibus Magiſtratibus.*
8. *De Cæciliani cauſa ſub Conſtantino magno.*
9. *De D. Athanaſij, & aliorum aliquot Eccleſiaſticorum.*
10. *Has cauſas ad ſe delatas Imperator reiecit ad Synodos, Epiſcoporum, exempla n. 8. 9. ſed adiuncto laico.*

Digitized by Google

11. *Decretum Concilij Antiocheni de Clericorum cauſis.*
12. *Aliæ conſtitutiones Imperatorum.*
13. *Canones Concilij Carthag. & Mileuitani. Exempla.*
14. *De mulieribus Diaconiſſis.*
15. *De Canone Concil. Calchedonenſis. Exempla.*
16. *Conſtitutiones Iuſtiniani.*
17. *Illa iuriſdictio ab Imperatoribus pendebat.*
18. *De Gallicanis Synod. Agathẽſi, Matiſconẽſi 1 & 2. & aliis quoad iſtam iuriſdict. Matiſconenſ. 1. explicata.*
19. *Praxis vetus in Gallia vt Epiſcopi ab Epiſcopis iudicarentur aliíque Eccleſiaſtici.*
20. *De cauſa Carolomani Abbatis ab Adriano 2. ſuſcepta contra Carolum Caluum patrem eius. Atque ibi de patris poteſtate.*
21. *Iuonis Carnotenſis de illa iuriſdict. reſcriptum.*
22. *De pœnis Eccleſiaſticis ieiunij, carceris, & huiuſmodi etiam in atrocibus criminibus: & tolerandas eſſe, nec vltra ſæuiendum niſi indè ſequeretur abuſus ex impunitate.*
23. *De illo abuſu nota Guilielmi Neubricenſis.*
24. *Hiſpaniæ Synodi de illa iuriſdict. Explicatio Tarraconenſis.*
25. *Vt puniti aliqui Reges Hiſpani qui illam anticipauerunt. Cenſura in Marianam.*
26. *Alij tamen Reges ſuam authoritatem exercuerunt in Epiſcopos, & Eccleſiaſticos. Exempla.*
27. *Pro conſeruanda illa iuriſdict. decretum Synodi Palentinæ.*
28. *Anglorum de ead. iuriſdict. variæ leges: & varia praxis. Ac de Epiſcopis caſtella ſtruentibus.*
29. *Germanorum.*
30. *Polonorum.*
Authoritas apud eos Archiepiſcopi Gneſnenſis legati Apoſtolici.

QVIA tranſlato Sacerdotio legis tranſlatio facta eſt, oportuit ſummum conſtitui Sacerdotem, qui tranſlatæ legis curam haberet. Summus ille Sacerdos noſter Chriſtus eſt, qui quandiu inter homines verſatus eſt, quia iudicari ab illis debebat noluit eos iudicare, videlicet vbi de controuerſiis ſecularibus quæſtio fuit: nec enim pro illis venerat: at tanto feruore vendentes, & ementes eijciens templo docuit præcipuum munus Eccleſiaſtici eſſe vindicare, & coërcere quæ in Dei contemptum fiebant. Vnde quadam tenus ſecularia ſecularibus, ſacra ſacris relinquens, &, vt ipſe admonuit, quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari. I. D. Chryſoſt. ſerm. 161.

Sic Eccleſiam iudicandi poteſtate dotauit, ſed in crimina per

ea verba: Si quid in te frater peccauit, dic Eccleſiæ: Quocirca D. Bernardus ad Eugenium. Ergo in criminibus non in poſſeſſionibus poteſtas veſtra. Ergo, vt Eccleſia vindicaret crimina, ſeu peccata quæcumque, & quarumcumque perſonarum, ſed gladio ſpirituali: an vero, vt de his cognitionem contentioſam ſuſciperet? Sanè hæc dicta de leuioribus peccatis & criminibus, quibus puniendis & corrigendis gladius ille ſufficeret, intelligenda videntur, atque etiam de notoriis quæ examinatione non indigebant.

II. Vbi vero major & cognitio & pœna requiri poterat, D. Paulus de Corinthio inceſtum committente ad omnes Corinthios reſcribens: Nonne, inquit, de his qui intus ſunt vos iudicatis: nam eos qui foris ſunt Deus iudicat. Per illos qui intus ſunt fideles intelligens: per iſtos qui foris infideles, qui quoniam fidelium forum non eſſent approbaturi, nec cenſet Apoſtolus congruere fidelibus, vt iudicia infidelium ſequantur: cenſet iniurias ab eis acceptas vindictæ diuinæ committendas.

Itaque fidelium Iuriſdictionem conſtitui voluit, in qua ipſorum inter ſe cōtrouerſiæ diſcuterentur, non quod inde ſecularia iudicia damnaret qui poteſtatibus obediendum docuit, ſed quia gentilitia erant, fugienda cenſebat adeo vt potiùs contemptibilium laïcorum iudicium ſuſcipiendum eſſet eis, quam vt irent litigatum apud infideles.

Suadet ergo ex Eccleſia Iudices accipi: Sed an ab omni Eccleſia, id eſt, fidelium omnium cœtu; an à ſolis Eccleſiaſticis, ſeu Eccleſiæ ſpecialibus miniſtris? Iſtud poſtremum D. Ambroſio placet, quia, inquit, in Eccleſia magis lex eſt vbi Dominus legis timetur, melius dicit apud Dei miniſtros agere cauſam: Facilius enim de Dei timore ſententiam promunt: Nec diſſentit D. Auguſt. delictum eſſe dicit Apoſtolus habere inter ſe iudicia de ſecularibus rebus, quod tamen ferendum eſſe admonet ſi vel Eccleſiaſtico iudicio lites huiuſmodi finiantur. Magnus autem Gregorius, cui conſentit D. Thomas, per ſapientes quos Apoſtolus admonet iudiciis præficiendos, intelligit rerum exteriorum prudentiam callentes, quibus terrenas cauſas examinandas relinquere oportet, nec iis occupandos qui bonis ſuperioribus deſeruiunt. Pontifex enim, vt ait idem Apoſtolus, conſtitutus eſt in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia, & oret pro peccatis.

In cap. 6. ad Corinth.

Serm 51. tomo 10. & alibi non audet recuſare cognitionem cauſæ quia iuſſit Apoſtolus. in Pſal 118.

D. Greg. in ca. 29. Iob cap. 24. D. Th. in d. cap. 6. ad Corinth.

Digitized by Google

Sanè ipſemet Apoſtolus Corinthios omnes, nec ſolos alloquitur Sacerdotes: Ergo cum dixit, Et ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis? de omnibus fidelibus dixit non de ſolis Sacerdotibus: ac proinde D. Auguſt. hæc verba, An neſcitis quia Angelos iudicabimus? non ad ſolos Sacerdotes, ſed ad omnes fideles refert, ex illo Eſayæ 3. Veniet ad iudicium cum ſenioribus populi, & ad omnes quibus dicetur, venite benedicti Patris mei; vt ſic per 12. ſedes Mathæi 19. intelligatur ſacramentum cuiuſdam vniuerſitatis, quia per totum orbem terrarum futura erat Eccleſia, quæ Paſtoribus & ouibus conſtare debet. Denique de Sacerdotibus non potuit tunc ſignificare Paulus quandoquidem apud eos nondum erat rector, id eſt Sacerdos, vt notauit D. Ambroſius.

In Pſal. 49. 90. concione 1. & in Pſal 86. Et lib. 10. de ciuit. cap. 5.

In d. cap. 6.

Sed quando dixit Chriſtus, Dic Eccleſiæ, an Eccleſiam pro ſolo Sacerdotum cœtu intellexit, an pro omnibus in Eccleſia congregatis, vt coram illis omnibus adduceretur reus, & ſi eorum ſententiæ non adquieſceret eſſet pro ethnico & publicano? D. Hieronym. Dic Eccleſiæ, id eſt multis, vt eum deteſtationi habeant.

In cap. 18. Math.

D. Chryſoſt. Dic Eccleſiæ, id eſt præſulibus & præſidentibus: ſed alio tractatu in idem caput Dic Eccleſiæ, hoc eſt pluribus. D. Baſilius ad antiſtitem hæc verba refert.

In ead. verba.

Cap 12. cōſtit. Monaſt.

Profecto etiamſi nuntiari potuit pluribus in Eccleſia congregatis, oportuit tamen vnum præſidentem eſſe, qui collectis aliorum ſuffragiis pronuntiaret: Is vero proculdubio Epiſcopus eſſe debuit.

Sed iſta de ſummaria cognitione, & velut aduerſus confitentem, aut notoriè conuictum reum: vt ſupra diximus Cæterum autem conſtitui Iudicem pro contentionibus oportuit, eumque dicendum eſt eſſe potuiſſe quemcumque fidelem ſiue laïcum, ſeu Sacerdotem; modo ſapiens eſſet, quod ſi ſapiens eſſet & laïcus & Sacerdos, id eſt inſtructus in materia forenſi, laïco magis deferendam eſſe hanc prouinciam, ne Sacerdos aſſumptus in his quæ ad Deum ſunt, à cultu religionis, & docendi munere auocaretur litibus, & ſtrepitu forenſi; ita tamen, vt ſi neceſſitas exigeret non dedignaretur ad minora inflecti: vel vbi maiora negotia ſe offerrent ad eum referrentur. Sic enim Moſes grauiores cauſas dirimebat faciliores electis à ſe Iudicibus relegans.

Neque enim Iudicem aut cognitorem ſecularium negotiorū hodie te ordinare vult Chriſtus, ne præfocatus præſentibus hominū curis non poſſis verbo Dei vacare. B. Petrus ad Clementem in epiſt. 1. eiuſd. Clem.

Digitized by Google

III. Tamen ſi veræ ſunt Clementis conſtitutiones, planum eſt ex illis Epiſcopum Romanum contentioſis controuerſiis præfectum eſſe Iudicem adſidentibus ei diaconis & præsbyteris: atque id præualuiſſe pluribus in regionibus teſtantur plura monumenta. Nam de Siluano Troadis Epiſcopo legitur, quod à Clero ſuo iudicia forenſia remouit, quoniam Clericos ex litigantium controuerſiis quæſtum facere videret, & acceptis ſupplicantium libellis vnum ex fidelibus laïcis, quem æquo & bono fauere cognoſceret, ei cauſarum cognitioni præfecit. Quo ſanè exemplo plurimum confirmatur penes hunc Epiſcopum Iuriſdictionem plenam fuiſſe, vt qui ei quos vellet ſubrogaret. Pluribus etiam locis D. Auguſtinus docet Epiſcopos & Eccleſiaſticos aditos eſſe à laïcis in ſuis controuerſiis. Sic D. Greg. Theologus ad Simplicium reſcribens: Si quis, inquit, habet quod accuſet, ſiquidem voles te præſente vnaque iudicante fiat: ſin minus vel coram nobis abſente te examinetur: quod ſi inſons inuentus fuerit, abſoluatur.

Cap. 47. cum cap. 45. 48. 49.

Socr. lib. 7. c. 36

In Pſalm 118. conc. 24. ſerm. 26. de verb. Apoſt. lib 6 confeſſ. cap. 3. Poſſid. in eius vita. Epi 88 inter epiſt D Baſil.

At hanc fuiſſe non propriè Iuriſdictionem, ſed audientiam, quæ iuris executionem non habet, volunt plurimi: id eſt arbitrariam, quæ non obligabat. Inde quod in Clementis conſtitutione: Partibus auditis ferte ſanctè & incorruptè ſuffragia, & date operam, vt antequam Epiſcopus pronuntiet fiant amici, ne exeat Epiſcopi ſententia ſuper terram. Et D. Ambroſ. vix perſuaderi potuit, vt cauſam ſecularem licet hominis Eccleſiaſtici iudicandam ſuſciperet, nec ſuſcepit, niſi vt duntaxat eſſet compoſitionis arbiter; quia, inquit, videbam quod ſi pro tuis partibus iudicarem poſſet ille non adquieſcere, quaſi in non adquieſcentem nullæ forent partes: Neque enim ſemper non obediens Eccleſiæ habendus erat pro ethnico & publicano, id eſt excommunicandus, ſed pro peccatis duntaxat euidentibus. Laudat vero D. Auguſt. fideles ſui temporis, quod Epiſcopi ſententiæ facillimè adquieſcerent. Imo ſolebant litigaturi, antequam Epiſcopus cognitionem ſuſciperet, proteſtari ſe amplecti velle eius ſententiam qualiſcumque eſſet, & anathema ſibi pronuntiare ſi reſpuerent. Quod ſi vel pertinaces erant, vel controuerſia adeo implicata erat, vt facilè reſolui non poſſet, remittebat eos ad locum ſanctum accepturi ibi iudicium reuelante Deo, cuius cauſa æquior eſſet, ſicque furem conuictum eſſe Mediolani apud memoriam ſanctorum ſcripſit, differens etiam ad con-

Epiſt. 24.

Enarrat. 2. in Pſal. 25.

Epiſt. 137.

Digitized by Google

fuſionem hæreticorum de miraculis, quæ Deus ad ſepulchra ſanctorum edebat. At alio modo D. Gregor. Thaumaturgus, inter duos de lacu diſceptantes cognitor ſedens cum non adquieſcerent eius ſententiæ, quæ erat vt in communi illum poſſiderent, eum ſiccauit.

Neque vero ſpontè ſuſcipiebat cauſas D. Auguſt. illarum enim adeo hunc tædebat, vt diceret mallè ſe aliquid manibus ſuis operari, & certas horas habere ad legendum & orandum, quam iſtis controuerſiis iudicandis implicari; ſed non audebat recuſare, nec dicere quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos, quia, inquit, Apoſtolus nos talibus cauſis cognitores conſtituit prohibens in foro iurgare Chriſtianos. Itaque voluntaria hæc Iuriſdictio fuit Epiſcoporum & Eccleſiaſticorum ſanctitate voluntates hominum ſibi conciliante, vnde fiebat, vt etiam laïci exiſtimarent ſuas controuerſias non æquius diffiniri poſſe, quam ab illis, non ſecus ac veteres Athenienſes de Ariſtide Iuſto qui in domum ſuam cuncta cauſarum tribunalia compellere videbatur, deferentibus ei cunctis ſuas lites, tanta eſt viri iuſti prærogatiua.

De opere Monach. & in d. Pſal. 118

Sed cum arbitraria hæc cognitio adeo vilis eſſet, vt niſi pœna compromiſſa fuiſſet nullam iudicati executionem haberet, quod interpretatur Balſamo, Quia huiuſmodi arbiter nulla erat authoritate Iudicis ſuffultus: Conſtantinus magnus vt extolleret Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, Epiſcoporum iudicia ita rata eſſe voluit, vt nec ab illis appellare liceret, non ſecus ac à Præfectis prætorio: Quod deinde Arcadius & Honorius Theodoſij magni liberi confirmauerunt. Cuius legis recordatus D. Auguſt. Is, inquit, contra quem prolata eſt ſententia tenetur iure forte non Eccleſiaſtico, ſed Principum ſeculi, qui tantum detulerunt Eccleſiæ, vt quidquid in ea iudicatum fuerit diſſolui non poſſit.

l. 1 C. de recept. arb. Ad Can. 99. Carthag. Synodi.

IV.

Sozom. lib 1. cap. 9 l. 1. de Epiſcop. Iudicio C. Theodoſ. l. 8. & 9. C. de Epiſcop. Audient. In Pſal. 25. enarrat. 2.

Vnde forſan adeo increuit hæc iuriſdictio, vt iam in quæſtum & ambitionem verteretur, trahentibus ad ſe omnes cauſas Clericis; vt latiùs examinabimus cum de temporali iuriſdictione Eccleſiaſtica, id eſt in laïcos homines, agemus.

Sed Imperatores hanc iuriſdictionem limitauerunt ad ciuile duntaxat negotium. Sic Iuſtinianus ciuilium cauſarum iudicium poſſe eſſe apud Antiſtites Eccleſiarum dixit inter volentes: at de criminibus Laïcos Iudices cognoſcere debere. Idque iuxta D.

Digitized by Google

l.29.§.4.cod.

V. Paulum qui cenſebat à Principibus laïcis crimina eſſe vindicanda quando dicebat, Eos non ſine cauſa gladium portare, Dei quippe miniſtros & vindices in iram ei qui malè agit, atq; id ipſe ſuo comprobauit exemplo ad Cæſarem prouocans vbi velut criminis reus, & iudicatus fuit.

Quapropter Origenes: Iudices mundi maximam, inquit, partem legis Dei implent: Omnia enim crimina quæ vindicari vult Deus non per Antiſtites & Principes Eccleſiarum, ſed per mundi Iudices voluit condemnari. Nam à pœna ſanguinis adeo immunis eſſe debet Clericus; vt etiam dubitatum ſit an liceat Chriſtianis poſt ſuſceptum baptiſma ſæuis præſidere iudiciis, quod in Laïcis quidem licitum pronuntiauit Innocentius 1. ſed huiuſmodi Iudices, vel etiam qui Iudicibus ſeuera præcipiẽtibus obedient ad ſocietatem Clericorum peruenire non debuiſſe, ait, & ne deinceps perueniant præcipit. Quæ fortè cauſa fuit quod D. Ambroſ. pueri voce clamoribus populi excepta & approbata quaſi voce Dei ad Epiſcopatum vocatus, vt ſe hoc indignum præſtaret reos adduci coram omnibus ipſe qui Iudex ſecularis erat, & torqueri iuſſerit. Deniq; aliquot [a] Conciliis Clerico cuicumque prohibitum eſt, Ne vnquam criminalia iudicaret, & in Iudicio illo ſederet, vnde homo ad mortem traditur. Si Clerico cuicumque quanto magis Epiſcopo, cuius officium eſt docere, ne Iudex inuenire poſſit quod puniat? Inde quod Gregor. magnus inſimulatus apud Mauritium Imperatorem, quaſi Malchum Epiſcopum penes ſe reum in cuſtodia iuſſiſſet occidi tantopere id ſcelus à ſe auertit. De qua re, inquit, breuiter ſugge-res ſereniſſimis Dominis noſtris, quia ſi ego ſeruus eorum in morte Longobardorum miſcere me voluiſſem, hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces haberet: Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuſlibet hominis miſcere me formido. Itaque miratur iure [c] Balſamo, quod in quadam Synodo habita Conſtantinopoli tempore Patriarchæ Michaelis Oxitæ decretum fuerit, vt exureretur Bogomolus. Eſt enim, inquit, veriſſimile non fuiſſe tunc leges tractatus. Ego autem qui ſcio nullum vnquam canonem ſupplicium permittere, quia lex Eccleſiaſtica, non nouit pœnas corporales, ſed ciuiles adhuc miror quomodo Synodus hoc decretum ediderit.

Epiſt. decret. can 3. cũ can 5. Si quis poſt baptiſmũ militauerit & chlamydem ſumpſerit, vel cingulum, etiamſi grauiora non admiſerit, ſi ad Clerũ admiſſus fuit, Diaconij nõ accipiat dignitatem. can 8. Tolet. 1. ſub Anaſtaſio.

a Ex Concil. Tarracon 15 q.4. can nullus Epiſc. Concil. Antiſſiodor. can. 34. Tolet. 4. can. 30. & Tolet. 11. can. 6.

b Ep 1. lib. 7. de indict. 1.

c In Phot. tit. 9. de peccat. gl. incip. tertia eiuſd. tituli.

Atq; ex ea noſtrorum Eccleſiaſticorum innocentia & puritate cauillandi occaſionem captans Iulianus Apoſtata Magiſtratus

Socr. lib 3. c. 11.

Chriſtianos

Chriſtianos interdixit. Nam lex illorum, aiebat, vetat gladio vtendum contra eos qui ſcelera morte digna admiſerint: & propterea non ſunt ad regendum idonei: ſic omnibus Chriſtianis applicans, quod ſolis Sacerdotibus conueniebat.

Neque ſolum iudicia criminalia ipſi exercere abhorruerunt Eccleſiaſtici, ſed nefas duxerunt quemquam Clericum pœnam ſanguinis apud Iudicem laïcum repoſcere: hinc quod D. Martinus Ithacium, & alios Epiſcopos Synodo habita deponendos curauerit, quoniam apud Maximum Galliarum Imperatorem contenderant, & obtinuerant vt Priſcillianiſtæ capite damnarentur. Et D. Auguſtinus [a]: Potius, inquit, ab hæreticis occidi eligemus, quàm eos veſtris iudiciis occidendos offeramus.

> Apud Germanos obſeruatur vt Clerici ad pœnam banni agere nequeãt ne incurrant irregularitatẽ, quia hæc pœna capitalis eſt, ſed agere duntaxat poſſunt ad reſti utionem. Myſingerus cent. 2. obſeruat. 51.
>
> a Ep. 127.

Sed his poſitis iam videamus primum de Eccleſiaſticis, cui iuriſdictioni primitus ſubeſſe cœperint, quatenus & quando, quibuſve caſibus à laïca exemptionem meruerint, vt ſic pateat de ſummi Pontificis in illos ſuprema iuriſdictione.

VI.

Equidem nec Moſes in veteri lege, nec Chriſtus, aut Apoſtoli in Euangelica vetuerunt Eccleſiaſticos à Magiſtratibus laïcis iudicari: imò Chriſtus non eſt dedignatus reſpondere coram Pilato, quo nemo ſecularior, vt ſcripſit D. Bernardus contra Monachos ſecularitatem contemnentes, & quando DD. Petrus & Paulus Magiſtratibus obediendum eſſe dicebant etiam diſcolis, non eximebant ab eorum iuriſdictione Eccleſiaſticos, ſiquidem eis apud ſe illos vocantibus vt ius perciperent obſequendum fuit, alias non obediuiſſent. Quin etiam ipſe Paulus maluit ſubire Romanorum, quam Pontificis Iudæorum tribunal. Denique vbi cenſuit conſtituendum eſſe Iudicem ex Eccleſia, id eſt ex toto fidelium cœtu, nec expreſsè dixit, vt Sacerdos eſſet at vt ſapiens, vnde etiam laïcus eligi poterat provt notauimus, non ſpecialiter præcepit vt Iudex Sacerdos pro Sacerdotibus eligeretur, vel ſi promotus eſſet laicus ad iudicij tribunal, ab eius cognitione ſegregaretur Clericus.

> Ep. ad Archiep. Senon.

Sed proximi horum Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopi Romani, qui melius illorum mentem ſciuiſſe credendi ſunt, Epiſcoporum & Sacerdotum cauſas ad Eccleſiaſticum forum voluerunt deduci: idque Alexander 1. aſſerit à temporibus Apoſtolorum obſeruatum & diffinitum arguens inſuper, qui apud ſeculares Iudices Sacerdotes accuſant. quod expreſsè prohibuit Caius 1.

> Vide illorum epiſt. tomo 1. Concil.

VII.

> Alexander 1. cap. 1. & 3 ep. 1. Caius 1. ep. vn. cap. 1.

Sanè ante Conſtantin. Magnum quia fideles ſub Imperatoribus

Digitized by Google

& Iudicibus in fidelibus degebant, incongruum fuiſſet non ſolum Epiſcopos & Clericos, ſed & quoſvis Chriſtianos prodere ſuas inter ſe querelas apud eos: Mali enim exempli fuiſſent infidelibus, ſi imitatione ſui doctoris patientiam, & humilitatem non præſtarent. Vbi vero Conſtantinus velut è captiuitate Eccleſiam redemit habita eſt eo præſente & ſubſcribente Synodus Romana 2. ſub Sylueſtro 1. eaque ſancitum, vt nemo Clericum quemlibet in publico examinaret, niſi in Eccleſia: id eſt, accuſaret aut conueniret apud publicos Iudices; at in Eccleſia tantum: Sed tunc iſti Iudices erant, vt plurimum, ethnici. Quæ

VIII. autem prima extitit cauſa inter Epiſcopos, eaque celeberrima Donatiſtarum fuit hæreticorum contra Cecilianum: ac de illa interpellatus Conſtantinus per Anulinum Proconſulem Africæ, cui libellos ſuos obtulerunt, ſed ſignatos vt ad Imperatorem dirigerentur, noluit ipſe, aut per Iudices laicos de diis, vt aliquando dixit iudicare, ſed dignitati ordinis reddens quod priùs ſolebat fieri, vt in Synodis huiuſmodi cauſæ diſcuterentur, remiſit eos ad Melchiadem Pont. R. vt de iſta cauſa Concilium congregaret.

Rufin l. 1 hiſt. Eccl. cap. 2. Non eſt auſus de cauſa Epiſc. iudicare ait D. Auguſt. ep. 166. Sozom. lib. 1. cap. 16.

Ergo non impedierunt Pontificum Romanorum ſanctiones, quin iſti ad ſeculi Principem irent: ſed erant hæretici: at etiamſi Orthodoxi fuiſſent non improbandum eſſe docuerunt Syluanus Senex, Auguſtinus, Optatus, & cæteri de Concilio Cirtenſi, qui querentibus Donatiſtis quod Orthodoxi Antiſtites cauſam Eccleſiæ aduerſus ſe coram Imperatore agerent, reſponderunt, Nihil ſe facere, quod non olim maiores ipſorum Donatiſtarum feciſſent, qui cauſam Cæciliani ad Imperatorem Conſtantinum detuliſſent. Et ipſe D. Auguſt. contra Gaudentium qui priuilegia Eccleſiaſtica extollebat, quaſi per ea eſſet immunis à ſeculari iure, ſcripſit eiuſque vanitatem proſcripſit.

Ep. Synod. tomo 1. Concil. & de hac epiſt. D. Auguſt. 2. retract. cap. 40.

Lib. 2. contra 2. epiſtol. Gaudentij.

Verum hoc notandum quod qui primi veterem illum ordinem Eccleſiaſticum perturbarunt, hæretici fuerunt: nec tamen Orthodoxi improbauerunt, vt qui ſcirent Poteſtatibus obediendum.

IIX. Qui vero deinde potiſſimum illorum rabiem expertus eſt D. Athanaſ. fuit quem plurium criminum reum calumniati ſunt. Hæc autem partim ciuilia, partim eccleſiaſtica fuerunt: ciuilia quod cogeret Ægyptios penſitare tributum lineæ veſtis Eccleſiæ Alexandrinæ, vnde quæſtum faciebat: & quod cuidam Philu-

Socrat. lib. 1. ca. 20. Sozom lib. 2. c. 21. Theod. lib. 1. ca. 26.

Digitized by Google

meno Imperatoris hoſti ſcrinium auro plenum miſiſſet. Iſta quidem Imperatorem reſpiciebant: quapropter ille de his Nicomediæ cognouiſſe dicitur, nec additur, an Epiſcoporum iudicio. Tertia accuſatio continebat quod Arſenij (quem Socrates Epiſcopum vocat, Sozomenus Clericum, is vero epiſtola ad Athanaſ. qua ſcribit ſe non ampliùs communicaturum ſchiſmaticis ſe Epiſcopum Hypſelitarum dixit) eius videlicet Arſenij velut interfecti manu ad magicas præſtigias & maleficia abuteretur: [Tomo 1. Concil. poſt Cõcil. Tyri.] Aliique alia, vt ait Socrates, obiecerunt quæ Theodoretus refert eſſe, quod virginem compreſſiſſet; & Sozomenus, quod calicem myſticum confregiſſet; ſolium Epiſcopale deturbaſſet; in imagines Imperatoris lapides conieciſſet: Iſchyrionem Præſbyterum ſæpè in carcerem concluſiſſet, & Calliuicum Epiſcopum à militibus cuſtodiri, verberibus cædi, & in iudicium adduci feciſſet. Quorum criminum alia ſunt ciuilia, nimirum ſtuprum, homicidium, magia, & læzæ Maieſtatis: alia Eccleſiaſtica, vt poſteriora. [Lib. 1 cap. 30.] [Lib. 2 cap 24.]

Horum itaque cognitionem ſuſcepit Imperator delegata iuriſdictione Cenſori Dalmatio ſororis ſuæ filio, vt criminis conuictos ipſum, & ſi quos haberet conſcios, ſupplicio afficeret. Nec Athanaſius, aut quiſquam Epiſcopus fori exceptionem propoſuit. Addiderat vero Imperator, vt coram Euſebio Nicomediæ, & Theognide Niceæ Epiſcopis iudicium fieret. At Cenſor Primarius Iudex: Sed Potamo Heracleæ Epiſcopus qui pro fide oculum amiſerat, reclamabat, Ne in cauſa orthodoxi eſſet Iudex Euſebius Arrianis ſuſpectus. [Epiph tom. 2. lib. 2. vbi de meletſecta.]

Patet vero ex epiſtola Imperatoris ad Athanaſium ſcripta, ipſum Imperatorem compertum habuiſſe falſa ea eſſe crimina: Quæ cauſa potuit eſſe, vt non vltra procederetur: at hæreticis vrgentibus Synodum Tyri iuſſit haberi Conſtantinus, vt de iſtis criminibus amplior quæſtio haberetur coram Dionyſio Comite, cuius examen & præſentiam adeo non refugit Athanaſius, vt è contra objiceret aduerſariis quod eum declinarent. Itaque hæreticorũ præualente factione licet adeo falſa ſibi imputari doceret, vt Arſenius quem interfectum mentiebãtur, viuus exhiberetur, & quæ ſtuprum ſe paſſam fingebat, ita non noſſet Athanaſium vt Timotheum pro illo acciperet; tamen condemnatus eſt, & depoſitus, abſente Dionyſio. Ipſe vero contra iſtius condemnationis iniquitatem, ipſum rurſus Conſtantinum implorauit, qui vocatis Epiſcopis, ipſiſque priores calumnias obmittentibus, [Tom. 1. Cõcil. poſt Concil. Tyri.] [Socr. eod c 10] [In ep Imp quã refert Apol. 2.] [Idẽ Socr. ca. 15]

Digitized by Google

Theod. d. c 30. Sozom. d. c. 24. Idē Theodor. ca. 31. eod. lib. 1. Sozom. lib. 2. c. 23. Socrat. d. lib. 1. ca. 23.

& nouam ſtruentibus (videlicet illum eſſe comminatum prohibiturum ſe quominus frumentum Alexandria Conſtantinopolim aduceheretur) his inquam Imperator nimium credulus ſubito Athanaſium relegauit. Mirum tanto Imperatori, tamque pio facilè obrepi potuiſſe, niſi excuſetur Sozomeni ratione, quod ea relegatione putaret in concordiam cæteros ituros. Verum quæ pietas oues lupis ablegato paſtore committere? Itaque pœnituiſſe eius relegationis Imperatorem credendum, eſt ex eo quod extremos dies agens mandatum dederit filiis ſuis, vt eum reſtituerent. Sanè ipſi etiam Arſenius, Iſchyrio, Vrſacius, & Valens tot calumniarum fornaces & miniſtri pœnitentiam illarum egerunt, reique veritatem detexerunt: Athanaſium autem omnes Eccleſiæ Alexandrinæ Clerici, multique Epiſcopi innocentem aſſeruerunt.

Vide varias epiſt. poſt Cōcil. Tyrium.

Eodem tempore, videlicet ſub eod. Conſtantino, Præſbyter Macarius quod diceretur in altare inſultaſſe, menſam Domini euertiſſe, poculum myſticum confregiſſe, & ſacroſanctos ſcripturæ diuinæ libros combuſſiſſe ad Iudicium Epiſcoporum eiuſdem Concil. Tyrij vinculis ferreis conſtrictus adductus eſt à militibus.

l. 12. C. Theod. de Epiſcop. & Cler.

Conſtantino defuncto, Conſtantius & Conſtans edixerunt vt Epiſcopi apud Epiſcopos accuſarentur, non in iudiciis.

Theod. lib. 2. cap. 10. Athanaſ epiſt. ad ſolit.

Cum vero de reſtituendo Athanaſio curarent delegatis Euphrate & Vincentio inſignem & diabolicam thecnam prodidit Stephanus Antiochiæ Epiſcopus Onageri ſeditioſi opera, miſſa clanculum meretrice ad diuerſorium quo ſe receperant, vt ſic impudicitiæ conuincerentur, proindeque velut indigni remitterentur, & reſtitutionis iſtius negotium impediretur. Sed fraude comperta, Prætor apud Conſtantium ex poſtulauit, vt de hoc facinore quæſtio haberetur non in Concilio Epiſcoporum, at pro tribunali pollicitus ſe Epiſcoporum Clericos qui facinoris conſcij erant ſupplicio coërcēdos traditurum. Stephanus autem contradicebat affirmans plagas clericis non inferendas eſſe: ſicque Prætore, & Stephano contendentibus Imperatori placuit & Magiſtratibus vt quæſtio de facto in Regia haberetur, & habita eſt acceptaque mulieris, & Onageri depoſitione qua conſtitit Stephanum tātæ fraudis reum eſſe, in eum tamen Iudices nihil pronuntiauerunt, ſed Epiſcopis mandauerunt vt abdicarent Epiſcopatu, Eccleſiaque pellerent. Quorſum vero nihil pronuntiauerunt

Digitized by Google

niſi quia Epiſcopum à Laïcis condemnandum non putabant, ſi non priùs ab Epiſcopis depoſitus eſſet, & velut inter Laïcos relatus? de crimine tamen cognouerunt in regia, ſed præſentibus Epiſcopis qui aderant.

X. Tanta erga dignitatem epiſcopalem reuerentia, vt quę in Epiſcopos animaduertēda eſſent, relinquerēt Imperatores Epiſcopis parui habita criminum differentia. Num enim adulterij facinus ciuile eſt? de hoc aduerſus Euſtathium cognouerunt ſub eodem Conſtantino Magno: quo etiam præſente in Synodo Romana 2. tempore Syluestri 1. prohibitum fuerat Clericis, ne pro ſuis cauſis intrarent in curiam: ſed ratio redditur quoniam à cruore dicitur, & immolatione ſimulachrorum.

Theod. lib. 1. cap. 21. Sozom. lib. 2. cap. 18.

Can. 16.

XI. Quod autem Pontifices Romani ediderant ne Eccleſiaſtici Magiſtratus ciuiles adirent, promulgatum eſt in Concilio Antiocheno: at fraudulenter annitentibus Arrianis qui toti vt Athanaſium Epiſcopatu deturbarent, eique ſpem omnem reſtitutionis præciderent, duos Canones promulgauerunt, vnum ne Epiſcopus à Synodo depoſitus, vel Præſbyter, aut Clericus à ſuo Epiſcopo, ad Imperatorem recurreret: ſed ad majorem Epiſcoporum Synodum: alter Canon fuit, ne depoſitus Epiſcopus in Synodo ad ſuam Eccleſiam redeat, niſi ex alterius Synodi ſententia: quem vltimum Canonem, licet leges in futurum ſint non in præteritum, exercuerunt contra Athanaſium, eoque ſolo prætextu illum in iſto Concilio deponendum rurſus curauerunt, quod abſque Synodi decreto in Eccleſiam ſuam rediiſſet.

Can. 12.

Primum vero Canonem velut amplexus D. Athanaſius non ad Imperatores, ſed ad Eccleſiarum & Epiſcoporum Principem, Epiſcopum nempe Romanum profugit: is vero ſua authoritate vtens cauſa ſuſcepta, eaque cognita, Athanaſium reſtituit.

Iſtum autem Canonem, vel potius Sanctiones Pontificum Romanorum ſequuti Carthaginienſes Patres voluerūt Diaconi cauſam à tribus vicinis Epiſcopis, Præſbyteri à ſex: Epicoſpi à 12. audiri: Sed nulla eſt prohibitio adeundi ſecularem Iudicem.

Can. 11. Carth. 1. ſub Iul. 1. Iſtius numeri 12. velut iam ordinati fit mētio in Epiſt. 1. quæ Anacleto tribuitur, & epiſt. 1 Zephir.

XII. Porro Valentinianus qui poſt aliquot annos Imperio potitus eſt, ſeu ignarus iſtorum Canonum, ſeu illos limitare voluit; lege cauit, vt Epiſcopi reſponderent apud publicos Iudices, ſi atrocium iniuriarum accuſarentur (ergo in atrocibus duntaxat delictis) hoc ſolum eis indulto, vt per procuratorem confligerent, quod religionis & Sacerdotij venerationi conceditur. Nam

l. Vn. de Epiſcop iud. tit. 12. Nouel. Valentin.

Digitized by Google

notum eſt reos in delictis per ſeipſos, non per procuratores adeſſe debere.

Valentiniano ſucceſſit Theodoſius major, ſub quo celebratum eſt Concilium Conſtantinopolit. 1. vniuerſale 2. vt aliqui volunt: eique adtribuitur Canon qui de accuſationibus Eccleſiaſticorum inter ſe loquens, vel etiam de laïci contra Eccleſiaſticum: prohibet eas deferri ad Imperatorem & ſecularium Principum iudicia. Is vero Canon dicitur ſuppoſitus, & ex Græco Balſamone adiectus: hunc tamen refert in ſuo codice Zonaras qui Balſamone anterior fuit. Floruit enim ſub Alexio Comneno, circa annum 1118. Hic autem circa an. 1190.

Can. 6.

Sed ſeu verus, ſeu falſus ſit canon, habet ſuam exceptionem in crimine Eccleſiaſtico. De hoc enim loquitur in principio. Eodem tamen Concilio Conſtant. rei acti, & peracti fuerunt Macedonius Epiſcopus ob varias cædes: Baſilius item Epiſcopus Ancyræ, quod hominem tormentis vexaſſet vinculiſque conſtrictum in carcerem iecíſſet: quæ crimina non ſunt Eccleſiaſtica.

l. 41. l. f. C. Theodoſ. de Epiſc & Cler. l. f. de Epiſcop. aud cod.

Arcadius deinde & Honorius Theodoſij magni liberi: ac Theodoſius Arcadij filius, & Valentinianus Honorij, ſanxerunt Clericos niſi apud ſuos Epiſcopos non eſſe deferendos. Fas enim non putandum, vt diui muneris miniſtri temporalium poteſtatum ſubderentur arbitrio. Quod nihilominus reſtrixerunt ad cauſas Eccleſiaſticas, vt ſi quæ mota eſſet quæſtio ad Chriſtianam pertinens ſanctitatem, tunc Sacerdotes litigarent ſub eo Iudice qui præſul eſſet in ſuis partibus omnium ſacerdotum. In violatores tamen ſepulchrorum etiam Clericos iubent animaduerti per rectores prouinciarum.

Seuer. Sulpit. lib. 2.

Itaque cum eo ſeculo Priſcillianiſtæ hæretici accuſati ab Ithacio apud Maximum, qui ſe in Gallia pro Imperatore gerebat, remiſſi eſſent ab illo ad Synodum Burdegalenſem, iique rurſus prouocarent ad Maximum, D. Martinus ne ageretur coram eo obſiſtebat, inauditum dicens, Vt cauſas Eccleſiæ Iudex ſeculi iudicaret: ſatiſque eſſe quod à Synodo hæretici iudicati ſuis Eccleſijs pellerentur. Sed proſequente cauſam Ithacio ea commiſſa eſt Euodio Præfecto qui conuictum Priſcillianum quod obſcœnis ſtuderet doctrinis, & nocturnos turpium fœminarum egiſſet conuentus, eum capitis damnauit.

XIII. Succeſſit Carthaginienſe 3. ſub Siricio & Mileuitanum Con-

Digitized by Google

cil. 2. ſub Innocentio 1. quod vtrumque prohibuit Clericis in ſuis cauſis publicorum iudiciorum cognitionem petere, id eſt, Iudices laicos: conceſſit autem Mileuitanum, vt ab Imperatore exquirere poſſent Epiſcopum Iudicem. Can. 9. Can. 19.

Quod dici poteſt eſſe iuxta praxim præcedentium ſeculorum in quibus vidimus huiuſmodi cauſas remiſſas eſſe ad Epiſcopos.

Sed iſtis citatis canonibus non prohibentur laici Magiſtratus de Clericis cognoſcere: at duntaxat vetantur Clerici eos adire.

Itaque Innocentij ætate cum ignis Eccleſiam Conſtantinop. deuaſtaſſet, quæſtiones exercuit Præfectus de Incendiariis, atque etiam aduerſus Clericos Orthodoxos, falſò ab Arrianis accuſatos, nimirum Eutropium lectorem, Tigrium præsbyterũ, & nobilem illam virginem Olympiam Diaconiſſæ titulo allectam Clero. Sozom lib 8. cap 24. Niceph lib 14. cap. 47.

XIV. Nam certum olim muliebrem ſexum hac dignitate decoratum fuiſſe in Eccleſia: hinc Eudoxia Imperatrix Theodoſij iunioris vxor, quo Pulcheriam Imperatoris ſororem adminiſtratione rerum ſemoueret, conatur perſuadere Patriarchæ, vt illam Diaconiſſam faceret. Quid niſi vt ex Clero eſſet, ac deinde ſecularibus negotiis non vacaret? Porrò de Diaconiſſa quæ & cuius ætatis eſſe deberet, quibus miniſteriis defungi ſanxit Synodus Calchedon. ſed tandem placuit eas ab altare ſemoueri in Eccleſia Conſtantinopolit. ob menſtruorum iniquitatem, vt ait Balſamo: Nec obmiſerim graue placitum noſtri Senatus Pariſienſis pronuntiatum 24. Iulij anno 1620. Cum enim Canonici cuiuſdam apud Aruernos Montanos Collegiatæ Eccleſiæ ſolerent ſingulis annis eligere mulieres, quarum cura eſſet ianuas Eccleſiæ manè aperire, cereos accendere, & aliis fungi miniſteriis; idque muneris nouæ nuptæ detuliſſent, auditus eſt maritus prouocans, vetitaque deinceps conſuetudo eligendarum mulierum. Aliæ autem erant mulieres dictæ Epiſcopæ & præsbyteræ, ſed tantum quod earum mariti ad præsbyteratum & Epiſcopatum perueniſſent, continentiam vouentes eis mulieribus conſentientibus. Can. 14. Vide Epiph. lib. 3. contra hæreſ. to 2. hæreſi f. Synod Laodic. Can. 11. Balſ. in reſp. Patriarch. lib. 3. Iur. Orient.

Ergo de incendiarijs cognouit Iudex ſecularis: ſed atrox mehercle crimen.

Cum vero D. Chryſoſt. eod. tempore falſis criminibus impetitus, quæ refert Photius in Bibliotheca, Epiſcoporum iudicium

Digitized by Google

Niceph lib.13. cap.15. fugeret, quia palam eius aduerſarij erant, Imperator Arcadius mandauit Epiſcopis ne illum condemnarent, ſed condemnationem ei relinquerent. At ſpreto mandato, condemnauerunt authore præcipuo Theophilo impio homine, cuius mores deſcripſit Georgius Alexandrinus in vita D. Chryſoſt. apud Photium: ac de iniquitate iſtius iudicij ſcripſit Iſidorus Peluſiota ad Symmachum.

XV. Sequitur generale Concilium Calchedon. quod negotij latiſſimo vocabulo vtens inhibet Clerico diſceptanti contra Clericum, ne ad ſecularia iudicia eat, atque idem prohibetur Epiſcopo: Sed iubet vt Clericus adeat Epiſcopum: Epiſcopus Metropolitanum. In eo vero adfuerunt Senatus & Iudices laïci, qui ſententiam depoſitionis in Dioſcorum, & alios Epiſcopos reos pronuntiauerunt, approbantibus omnibus Epiſcopis gratiáſque Imperatori, Senatui, ac Iudicibus agentibus. Verum quia hæc in Concilio, de Concilij ſententia proceſſiſſe videntur, niſi quia de cæde & de vi cuius illi peracti ſunt rei, laïcos Iudices attinuit cognoſcere.

Can. 9.

Ep. 252.

Zonar. in Leone. Euagr. lib. 2. cap 8. 9. & 10. Niceph. lib. 15. cap. 16. Et proximè poſt Concilium ſub Leone Magno Martiani ſucceſſore cum Timotheus Ælurus præsbyter Alexandrinus, ſedem Hieroſolymitanam inuaſiſſet deturbato non ſolum, ſed & mactato Proterio Epiſcopo: Leo de inuaſore homicida, & ſeditioſo noluit decernere, quia Epiſcopus erat, quocumque modo ſacratus, licet in complices illius animaduerteret: Sed ad Epiſcopum Conſtantinopol & omnes vbique reſcripſit, vt maturè de illo deliberarent & reſcriberent, quæ in eum ferenda eſſet ſententia: atque pluſquam mille Epiſcopi diuerſis ex regionibus, quaſi vno in loco congregati, abdicationis, & excommunicationis ſententiam dixerunt, quam Leo executioni mandauit miſſo in exilium Timotheo.

Niceph. lib. 16. cap. 13. Euagr. lib 3. cap. 16. Zeno autem Leonis ſucceſſor Calandionem Antiochenum perduellionis reum ſolus ipſe exilio damnauit: cum eodem tempore Acacius Conſtantinopol. de obiectis Petro Mongo Alexandrino teſtibus inquireret per delegatos à ſe Iudices coram quibus ille ſui copiam faciens ſe inſontem probauit. Objecta vero erant Eccleſiaſtica quod Concilio Calchedonenſi contradiceret, & Timothei corpus non illius Æluri, ſed alterius qui Proterij ſequax fuit, exhumaſſet. At nonne crimen Eccleſiaſticum erat praua ab Epiſcopis depoſitis facta conſecratio? hos

Idem Niceph. eod. cap. 13.

Idem eod. lib. cap. 13.

tamen

Digitized by Google

tamen Epiſcopos Zeno capite damnauit.

Item cum Ioannes Tabenneſiotes Præsbyter aliquando iuraſſet ſe nunquam ambitum iri Epiſcopatum Alexandrinum, & nihilominus curaſſet vt huic præficeretur, nonne hoc perjurij crimen de re eccleſiaſtica eccleſiaſticum erat? Zeno tamen in eum animaduertit, huicque pulſo Petrum Mongum ſubſtituit. Qua de re cum Ioannes Romam profectus apud Simplicium quereretur Zeno reſcripſit, ob perjurium non alterius rei gratia depoſitum illum fuiſſe quaſi innueret huius criminis notionem & pœnam ad ſe pertinere.

Euagr. lib. 3. cap. 15. Niceph. lib. 16. cap. 11. 15.

Seuerum etiam Antiochenum probra & anathemata Concilio Calchedonenſi dicere ſolitum linguæ abſciſione & deportatione coërcuit Iuſtinus Imperator, quanquam hoc eſſet Eccleſiaſticum crimen. Sed in hæreticos laïcæ animaduerſiones tolerari potuerunt: nec enim Eccleſiaſtici cenſeri debeat.

Sanè vt diximus nulla generalis Synodus vel particularis Principes, vel Iudices laïcos cognitione Clericorum delinquentium interdixerat: & ſi interdixiſſet nunquid Imperatoribus legem dixiſſet? Noſtræ deinde Gallicanæ Synodus, & Hiſpanæ vlterius progreſſæ ſunt vt interdicerent, quod ſuo loco notabimus.

XVI.

Sed obmiſſum vel non auſum à Patribus Imperatoriæ leges ſuppleuerunt non quidem vſquaque, at diſtinctione facta ciuilium criminum ab Eccleſiaſticis vt illorum Iudex ciuilis competens eſſet, ab eoque audiretur & puniretur Clericus: primùm tamen ſpoliatus à ſuo Epiſcopo, Eccleſiaſticorum reus ab Epiſcopo iudicaretur nihil communicantibus Prouinciæ Iudicibus, cum oporteat, inquit Iuſtinianus, talia Eccleſiaſtica examinari: & animas delinquentium per Eccleſiaſticam mulctam emẽdari, ab Epiſcopo autem intellige non ſolo. Epiſcopus enim Sacerdotibus & miniſtris ſolus honorem dare poteſt: ſolus auferre non poteſt, ſed Synodali iudicio ſecundum regulas Canonicas.

Nou 83.

Can 6. Hiſpal: Concil. Vt Epiſcopus nullius cauſam audiat abſque præſentia Clericorum ſuorũ alioquin irrita erit ſententia.

Can. 23. Cõcil. Carthag 4 ſub Anaſtaſio.

Verùm ea Epiſcopo prærogatiua data eſt vt in cauſis accuſatorum Clericorum de ciuili crimine haberet Epiſcopus cum Præſide concurſum & præuentionem. Nam ad Epiſcopum reus deferri poterat ab illoque ſi crimen probatum erat gradu, & honore ſpoliari: ac deinde à Præſide comprehendi qui ſecundum leges litem examinans finem cauſæ imponeret. Quod ſi ciuilis Iudex prior aditus fuiſſet, & de crimine probationem habuiſſet, tenebatur monumenta litis Epiſcopo palam facere: cui

Nou. 123. ca. 21. §. ſi vero crimen.

Digitized by Google

ſi probata eſſent, ille quidem reum gradu ſpoliaret, Iudex autem competenti pœna plecteret. Si non eſſent probata, lis ſuſpenderetur, & ad Imperatorem negotium, tam ab Epiſcopo, quam à Iudice referretur. Sed in Eccleſiaſtico crimine nullo modo ciuilis Iudex concurreret: at ſub Epiſcopo Clericus eſſet, Epiſcopus ſub Archiepiſcopo, Archiepiſcopus ſub Patriarcha: Quæ vltima periodus denotat quod ſancitum eſt pro Clericorum accuſationibus, intelligẽdum eſſe pro Epiſcopis, & aliis Antiſtibus. Itaque Theodoricus Rex, licet Arrianus, calumniatores Auguſtani Epiſcopi miſit ad Epiſcopum Mediolanenſem iudicandos, Quia, inquit, clericatus munere funguntur. Et Athalaricus Præsbyteros, Clericos, & omnes ad Clerum Romanum pertinentes, voluit, tam in ciuili quam criminali actione, apud Romanum Pontificẽ pulſari, quia hoc dicebatur longæ conſuetudinis inſtitutum: conſiderans ibi nempe iſtum Epiſcopum, non vt omnium vniuerſalem, ſed vt ſpecialem in ea ſede.

Epiſt. 10. lib. 1. apud Caſſiod.

Epiſt. 24. lib. 8.

XVII. Porro quamvis hæc ſtatuta fuerant ſuperior remanebat Imperatoris Maieſtas, cui Epiſcopi vt cæteri provt homines ſubiecti ſunt. Vnde apud tribunal ſeculare inquiſitum fuit imperante Mauritio, an Gregorius Antiochenus conſcius eſſet, & particeps idololatriæ cuiuſdam Anatoli: ac rurſus cum plurium criminum reus eſſet factus, nimirum quod ſtatum ciuitatis conturbaſſet, & nefariam conſuetudinem ſororis ſuæ habuiſſet, ſe quidem coram Ioanne ab Imperatore delegato de tumultus crimine purgauit: de aliis autem Imperatorem appellauit, profectuſque eſt Conſtantinopolim, vbi accuſatione examinata coram Epiſcopis, & Senatu, inſons declaratus eſt.

Ead. ætate Gregor. 1. cenſuit ad Imperatorẽ remittendos Epiſcop. Africanos qui de iniuriis ſibi illatis, & neglectis principalib. iuſſionibus à Donatiſtis querebantur, quia, inquit, ſecularis iudicis intererat: ergo non cenſuit fugiendũ Eccleſiaſticis tribunal regium Ep. 6. lib. 5. indict. 14.

Ad Can 15. Carthag. 4.

Denique in Oriente Græcus Imperator ſuam perpetuò retinuit authoritatem in Eccleſiaſticos: quod teſtatur Balſamo, & queritur: Imo quaſi Epiſcopo non eſſet iudiciaria poteſtas niſi ab Imperatore illam accepiſſet, ſolebat recens electo tradere ſceptrum quod appellabatur iudiciale, eratque ſymbolum iuriſdictionis: Epiſcopo verò aderat Chartophylax, vel Præfectus chartis, ſeu tabulis ad iura Eccleſiaſtica pertinentibus, iſque manus dextera ſummi Pontificis, id eſt Patriarchæ, dicebatur: ac vice illius Iudex erat omnium cauſarum Eccleſiaſticarum: atque defenſor in cæteris Clericorum cauſis. Sic Curopalates.

XVIII. At in aliis regionibus videtur Eccleſia non minùs, imò altiùs ſuam dignitatem erexiſſe. Nam Concilio Agathẽſi apud Gallos,

Digitized by Google

ſancitum eſt, ne Clericus auderet criminale negotium in ſeculari foro proponere : Idque repetitum auctumque eſt Concilio Matiſconenſi 1. quod dicitur celebratum circa tempora Pelagij 2. cui ſucceſſit Greg. Magnus, ne vllus Clericus quemcumque fratrem de Clericis ad Iudicem ſecularem accuſare præſumeret: qui accuſaret vno minus de 40. ictus acciperet: ſi honoratior 30. dierum incluſione mulctaretur: & ne Clericus de qualibet cauſa extra diſcuſſionem Epiſcopi ſui à ſeculari Iudice iniuriam pateretur: & quicumque Iudex cuiuſcumq; Clericum abſque cauſa, id eſt furto, homicidio, maleficio, hoc facere præſumeret, quandiù Epiſcopo loci illius viſum eſſet ab Eccleſiæ liminibus arceretur. Ego in iſtis ſaltem criminibus, & aliis per conſequens huiuſmodi accuſare licuit: quod ſi accuſari, an non, & iudicari poterant ab illis Iudicibus apud quos accuſati erant? nam accuſatio delata præſupponit futurum Iudicium. At in Matiſconenſi 2. videtur id correctum: eo enim prohibetur Iudex ſecularis Epiſcopum de Eccleſia trahere: Sed ſi potentior perſona quid contentionis aduerſus Epiſcopum habuerit, pergere debet ad Metropolitanum, & ibi cauſas allegare qui ad ſe Epiſcopum euocabit: vt accuſatori reſpondeat. Nefas enim eſt, ait Synodus, vt illius manibus, aut iuſſione de Eccleſia trahatur pro quo ſemper Deum exorat, & cui ad ſaluationem corporis animæque Euchariſtiam ſæpe porrexit. Sic Synodus. Quæ mox declarauit ſe eadem cenſere pro omni clero, vt nec Præſbyter, nec Diaconus, nec Subdiaconus de Eccleſiis trahatur, ſed ad notitiam proprij Epiſcopi perducatur, & ipſe cauſam diſcutiens, animo Clericum accuſantis ſatisfaciat.

Can. 11. cum Can. 8.

Can. 8.

Can. 7.

Can. 9.

Can. ſeq.

Ergo hæc Synodus 2. reclamans à prima: ſiquidem Clericos in omni accuſatione (nec enim diſtinguit) à foro ſeculari retrahit. Sunt tamen ambæ eodem propè tempore actæ, eſt enim prima anno 582. altera anno 588. Quapropter videretur dicendum illam primam non eſſe intelligendam niſi de ſola præhenſione; id eſt vt Iudex ſecularis in Epiſcopum, Præſbyterum, aut alium Clericum delinquentem non poſſit manus inijcere niſi in iſtis criminibus, idque flagrantibus: quod ſi iniecerit ad eos caſus, non ſequitur notionem de illis ſuſcipere eum poſſe. Nam pluribus Synodorum Gallicanarum Prouinciis videtur licitum Magiſtratibus laïcis Clericos delinquentes apprehendere: cum propterea non excommunicentur, ſed tantum ſi poſt quam appre-

Digitized by Google

Cap.28 31. 40. & aliis ex Bochelio lib.8. decretorũ Eccleſiæ Gallicanæ quibus iunge Concilium Rauennate ſub Ioan. 20 an. 1317. quo excõmunicantur Iudices laici qui Clericos deprehenſos in armis detinent carceri, nec volunt remittere: aut remittunt cum ludibrio armis ad collum appenſis.

a Can. 20.

b Can. 43.

c Can. 11.

hendérint illos non reddant Iudici Eccleſiaſtico. Quod vero in ſecunda Matiſconenſi prohibentur eos de Eccleſiis deducere, intelligendum foret vt ſi poſt crimen admiſſum ad eas, vel domos eccleſiaſticas perfugerint, nullam deinde in ipſos eſſe Iudicis laïci poteſtatem cum non ſint deprehenſi in crimine flagranti: at Iudicem Eccleſiaſticum conueniri oportere: eoque ſenſu ſic accipi debere primam Matiſconenſem faciunt, quotquot extant de Clericorum accuſationibus & iudiciis Conciliorum decreta quæ illos eximunt à tribunali laïco quibuſcumque caſibus: niſi quod [a] Aurelianenſis 4. Synodus ſub Vigilio quæ vtramq; Matiſconenſem præceſſit, Iudici laïco iudicandi & damnãdi Clerici accuſati ius conceſſit, modo admonuerit Pontificem, aut Præpoſitum Eccleſiæ, & cum eo Præpoſito, vel Archidiacono, aut Præſbytero iudicet. Cui Sanctioni conuenit Synodus [b] Antiſſiodorenſis acta anno 590. Sed Concilio [c] Cabilonenſi ſacris excluduntur Iudices publici qui Clericos vel Abbates coram ſe comparere faciunt. Verùm non dicitur in quibus cauſis & quo genere cauſarum.

XIX.

Greg. Turon. lib.5. cap. 20.

Aimoin. lib 3. cap. 26.

Idem Gregor. lib 10. cap. 19

Flodard. lib. 2. cap. 2.

Idem Gregor. refert. lib. 5. ca. 5. lib. 8. cap 12. & 20.

Idem Aimoin. lib. 5. cap. 16.

Crantſ. lib. 2. Metrop. c. 40.

Porro ea fuit noſtrorum quondam majorum praxis, vt Eccleſiaſticos relinquerent iudicandos à Synodis, & maximè Epiſcopis. Sic Salonius, & Sagittarius homicidij, adulterij, & aliorum criminum rei non aliam quam Epiſcoporum meruerunt condemnationem. Et paulò ante Rex Chilpericus de Rothomagenſi Epiſcopo, ſeu verè, ſeu falsò Maieſtatis, homicidij & furti accuſato, petiuit ab Epiſcopali Synodo proſtratus coram pedibus Sacerdotum, Iudicium: licet, aiebat, regia poteſtas maieſtatis reum condemnare poſſit. Item cum Ægidium Rhemenſem, velut proditionis & coniurationis conſcium Rex Childebertus capi, & ad Metenſem vrbem adduci feciſſet, alios Epiſcopos audiuit eum ita obiurgantes, vt conceſſerit Epiſcopum ad vrbem ſuam redire directis ad omnes regni ſui Pontifices epiſtolis quibus monebantur, vt ad cauſam ſuam venirent. Denique plurima ſunt exempla noſtrorum Regum huiuſmodi criminum vindictam, aut cognitionem ab Epiſcoporum Synodo petentium aduerſus Eccleſiaſticos: eaque via Ludouicus Pius Epiſcopos fautores deteſtandæ liberorum in patrem rebellionis caſtigãdos curauit, puta Ebbonem Rhemenſem, Agobardum Lugdunenſem, Theodulphum Aurelianenſem, & alios quorum Theodulphus Andegaui in carcere clauſus poſtmodum liberatus eſt cum

Digitized by Google

tranſeunte proceſſione, cui aderat Imperator, propè turrim in qua detinebatur, ceciniſſet clara voce, Gloria, laus, honor tibi ſit Chriſte redemptor: tanta pietas Imperatoris & religio, vt audito redemptoris nomine ſtatim redimendum qui illum inuocaret, cenſuerit. Et quod magis notandum eſt, licet patris in filium ſit ſumma poteſtas, nullaque breuior cognitio, vt ille apud Liuium ait, quam inter patrem & filium, paucíſque tranſigi: ni pareat patri infortunium habiturum eſſe: Vnde quondam in filios patris erat vitæ necíſque poteſtas, quod tandem correctum, quia paterna pietas, non debet in atrocitate conſiſtere, ſed in pietate: & Auguſtus ſederit in domo, vbi pater de filio ſuo proteruo conſilium, & iudicium capiebat: ipſeque permiſerit Herodi poteſtatem in filios ſuos animaduertendi conſulens tantum vt congregato Seniorum Concilio damnarentur: Denique cum multa liceant patri in liberos: Imo, vt lex dixit, præſumptio propter naturalem affectum, faciat omnia Patri videri conceſſa: ac inſuper iuncta eſſet paternæ regalis poteſtas, quæ ſua etiam in cauſa Iudex eſſe poteſt: Rex tamen & Imperator Carolus Caluus Carolomanum filium ſuum multarum Abbatiarum Præfectum (en ab illo iam tempore abuſus,) ſacriſque adſcriptum contumacem & rebellem noluit, niſi ex ſententia Epiſcoporum decem prouinciarum damnari: Is eſt Carolomannus, cuius ad ſe ab tam æqua condemnatione appellantis protectionem adeo animoſè ſuſcepit Adrianus 2. Papa, vt quaſi ſuccenſeret Epiſcopis qui eum excommunicauerant: & veluti rebellionem ſuadens ſubditis erga ſuum Principem cum audiret Imperatorem exercitum parare, vt filium ipſum debellaret, (ſine dubio quia Synodalem ſententiam contemnebat) auſus eſt optimatibus & militibus iubere, vt ab armis contra Carolomannum deſiſterent, excommunicationem non ſolum, ſed anathema eis dicens qui ſecus facerent. An hoc erat iuriſdictionis ſpiritualis fines egredi? Quid mirum aiebat, ſi Carolus aliena inuadens reperit ex ſuis, qui eius voluntatibus contrairet? Egregia ſane ratio: Quaſi vlla eſſe bona poteſt filii contumacis in patrem. Sed potuit bonus Pontifex ſeduci: Quoties enim filio condonauit pater? Quoties venia fuit ei temeritatis, inobedientiæ, & conſpirationis in patrem incentiuum? Quibus vero moribus fuerit, & quam prauis legatur Aimoinus & Rhegino,

Liuius Decad. 1. lib. 1.
L. 11. de lib. & Poſth. l. 3. & 4. c. de Patria poteſt.
L. 5. ad l. Pomp. de parricid.
Egeſipp. lib. 1. cap. 41. & aliis.
L. 29. §. Titius de liberat. leg.
Adrian. 2. ep. 23. 24. 25.
XX.
Aim. lib. 5. cap. 24. 27. 29.

Digitized by Google

Rheg lib 2. ad an. 870. In orat. pro Sexto Roſcio.

qui eum apoſtatam & alterum Iulianum vocat. Neque, vt dicebat Cicero, odio fuiſſe parenti filium, ſine cauſis multis, & magnis, & neceſſarijs veriſſimile eſt.

Lib. 1. legis Frã. cap. 38 ex Concilio Carth.

Ea ergo fuit, ſeu Calui religio, ſeu temporum vſus, vt hæc contumacia filij Eccleſiaſtici in patrem Regem Synodo Epiſcopali vindicanda fuerit: at nec ſolum Gallicis Synodis, ſed legibus regijs ſancita fuit eccleſiaſticorum, & laicorum à iuriſdictione laica, ſi culpam incurrerent, exemptio. Itaque Iuo

XXI.

Ep. 157. 164.

Carnotenſis ad Beluacenſes: Si, inquit, Concanonicum veſtrum criminaliter impetitum alibi quam in Eccleſia examinari conceditis, canonicam legem offenditis: Si audientiam regalis curiæ reſpuitis, Regem offenditis. Hiſque dictis hortatur eos, vt ſi ſatis fortes eſſent ferendis calamitatibus, quas neglecta Regis offenſa adituri eſſent, legem canonicam obſeruarent: ſin vero tempori ſeruirent. Agebatur autem de homicidio, quod exorat à Rege Ludouico, vt ſinat per Iudices Eccleſiaſticos diſcuti: ita enim, addit ille, Regia Maieſtas in nullo minuetur, & cuique perſonæ ſuum ius conſeruabitur. Idem tamen quædam delicta Clerici eſſe punienda à Iudice laico agnoſcebat.

Ep. 21. Atque Philippus 3. voluit Clericũ homicidam in foro quod ius ſcriptũ daret iudicari, niſi aliud cõſuetudo declararet.

Vol. 1. cap. 155. ad an. 1415. 1460 & addit. ad an. 1467.

Sic tandem obtinuerat conſuetudo, vt quorumcumque criminum rei Clerici redderentur Iudici Eccleſiaſtico cuiuſmodi plurima refert exempla noſter Monſtrelettus etiam læſæ maieſtatis, ſortilegij, ex eoque homicidij: & conuictos ſolebat ille Iudex non publico ſupplicio damnare (nec enim poterat,) ſed carceri perpetuò, ieiunioque panis, & aquæ. Quod etiam

XXII.

Polydor. Vergil. lib. 16. p. 269 612 632. & lib 17. in Henrico 8.

Angli obſeruauerunt, vſque ad crimen maieſtatis, adeo vt qui litteras ſcirent eo priuilegio fruerentur: Idque ſi fraus aberat, nec inde procliuior ad vitia lapſus ex impunitate ſequeretur, non fortaſsè improbandum eſſet vt dignitati ordinis conſuleretur. Siquidem & lege ciuili clariſſimis viris priuilegium

L. 10. C. de dignit. l 16. C. de quæſt.

datum eſt, vt quæſtioni non ſubderentur: imò & decurionibus modo rei non eſſent eorum criminum, quæ nefanda dicuntur. At qui maiore claritudine præſtare dici poſſunt quam ipſi Sacerdotes, vel ſi claritudinem intelligamus vt in ſeculo ex maieſtate eius cui miniſtratur? Sanè ipſos propalam in plateis publicis coram omni populo furcis, aut altero capitali ſupplicio necari contumelioſum videtur ordini: Quod etiam ipſi Pagani ſenſerunt. Nam decori Veſtalium dabatur, vt daturæ

Digitized by Google

pœnas ludibrio, & oculis vulgi ſubtraherentur defoſſæ in ſpecum viuæ. Num etiam ſapientiſſimus Regum Abiathari ſummo Pontifici Iudæorum viro mortis, id eſt morte digno, pepercit, quia Domini arcam portauerat eo duntaxat Pontificatu priuato, & in agrum ſuum relegato? Quin etiam ſi non relaxarētur per conniuentiam ſupplicia mitiora ieiunij, carceris, exilij & ſimilium pro grauiſſimis ea reputanda eſſent opinione non ſolum [a] Philoſophi Appollonij, ſed crudeliſſimi Tiberij qui mortem adeo leue ſupplicium exiſtimabat, vt cum audiſſet vnum ex reis Carnuleium nomine eam anticipaſſe, exclamauerit, Carnuleius me euaſit: & in recognoſcendis reis precanti cuidam pœnæ maturitatem reſponderit nondum tecum in gratiam redij. [b] Quid quod iſtæ pœnæ dant ei qui punitur, tempus ſe conuertendi, & diſcedendi à peccatis, eo quod longo tempore plectatur? [c] Vnde nouitioribus Græcorum moribus, ait Balſamo, fuerunt in vſu: non autem capitis amputatio, non furca, non lapidatio quæ ſupplicia vocabant, non capitalia, ſed crudeles, & inhumanas mortes.

a Philoſtr. lib. 1. cap 23 de vita Appoll. Suet cap. 61. Ioſeph. lib. 18. antiq cap. 8.

b Phariſæi crimina cēſebant non duriore ſupplicio vindicanda quam carcere & verbere, Ioſeph. lib. 13. antiq. cap. 18.

c Balſ. tit 9. de peccat. Epiſco. gl. incipiente, tertia eiuſdem.

Sed vbi non peccatur prætextu pietatis & religionis? Quot enim erepti ſunt non ſolum morti, ſed etiam carceri ſub ſpecie temporalis pœnæ, & peiores euaſerunt? Itaque non mirum & ſibi imputare debent Eccleſiaſtici, quod ſuis priuilegijs abutentes ijs plurima ex parte deciderint: cum abuſus pretij gratiam non demat modo, ſed adimat rebus quoque pretioſiſſimis: eaque non hodierna eſt obſeruatio: ſed grauiſſimi quondam authoris indignantis aduerſus Epiſcopos, quod dum defendendis potiùs [e] Clericorum libertatibus, vel dignitatibus, quam eorum vitiis corrigendis inuigilabant arbitrantes ſe obſequium præſtare Deo, & Eccleſiæ: facinoroſos Clericos, vel nolebant, vel negligebant coërcere: Indeque Clerici habentes libertatem agendi quodcumque luberet, neque Deum cuius iudicium tardare videbatur, neque homines poteſtatem habentes reuerebantur, cum & Epiſcopalis circa eos ſolicitudo eſſet languida, & ſeculari illos iuriſdictioni eximeret ſacri ordinis prærogatiua, hæc ille in graui cauſa, cum eſſet compertum Clericos Anglos impunitate ad homicidia pluſquam 30. graſſatos eſſe. Namque fuit Eccleſiaſticorum opinio, vt crederent ſuorum vitia occultanda eſſe: ne ſcandalum Eccleſiæ procurarent: Sed nonne ſciebant dixiſſe Dominum ne-

Concil. Bracar. 3 etiā verbera, niſi in grauioribus & mortalibus culpis prohibentur: Nec enim honorabilia mēbra verberibus & dolori ſubjicere æquū eſt: & leuiter caſtigatus, reuerētiā exhibet caſtiganti, aſperitas autem nimia, nec increpationē recipit nec ſalutem. can. 6.

XXIII.

Guiliel. Neubric. lib. 2. c 16.

Nihil magis cauſā præbuit violādi priuil. exemptor. quā negligētia prælatorum qui aut inulta relin-

quunt crimina Clericorum, aut ea leuiſſimè nimiumque remiſſè puniũt. Soto. in 4. ſent. diſt. 25.

ceſſe eſſe vt venirent ſcandala : at væ illi homini per quem ſcandalum veniret ? Et abſcindenda eſſe membra quæ ſcandalum facerent ? Itaque nec ipſi etiam ſummi Pontifices abſtinuerunt à ſæuioribus pœnis in Eccleſiaſticos, vt infra videbimus.

Philippus 3 Galliæ Rex queritur de Iudicibus Eccleſiaſticis, quod Clericos homicidas quorum ex condemnatione confiſcatio ſequebatur, ab ea condemnatione abſtinerent, vt fraudem facerent regio iuri.

Sic ergo noſtri maiores de Clericis, cuiuſcumque ordinis delinquentibus puniendis opinati ſunt, vſuque quod ſentiebant comprobauerunt.

XXIV. At neque noſtri ſolum : nam & Hiſpanis Synodis & moribus eadem lex, idemque vſus fuit. quippe generali prohibitione Tolet. Concil. 3. vetiti ſunt Clerici conclericos ſuos, relicto Pontifice ſuo ad iudicia publica pertrahere. & Bracarenſi 2. Si iudicatum Epiſcopum ab Epiſcopis alij abſoluerint, alij condemnauerint, vicinæ Metropolitanæ aduocari debent Epiſcopi, neque vero iri oportet ad palatium auribus Principum ſuas querelas importare : & quod iniuſtiùs videtur, non etiamſi in auditus à duobus Metropolitanis quis fuerit : excommunicabatur enim.

Can. 13. Can. 13. Can. 35. Can. 12. Tolet. 13.

Sed quid quod in Tarraconenſi iſta præcedente datur Epiſcopo, Præsbytero, & Clerico poteſtas iudicandi omnibus diebus excepto Dominico, & de omnibus cauſis exceptis criminalibus ? Ergo de crimine cuiuſcumque Clerici non poterat iudicare. Quod ſi non poterat, an ideo remittendus reus erat ad iudicem qui poterat, nempe laicum ? Nec enim impunitum eſſe debebat crimen. Atque adeo criminalibus negotijs voluerunt Hiſpani Patres abeſſe Eccleſiaſticum, quoniam à Chriſto ad miniſteriũ ſalutis electus eſt, vt etiam ſi Rex eum vellet iſtis præponere non ante id munus accipere deberet, quam ei iureiurando promiſſa eſſet pro reo ſupplicij indulgentia. Alias qui iudicium ſanguinis agitauerit ex illis quibus Domini Sacramenta tractanda ſunt, dicitur alio Concilio honore ſuo priuandus, & perpetuò religandus ergaſtulo. Itaque in criminibus ſanguine expiandis ceſſare videbatur clericale priuilegium : niſi quis dixerit, quod dicitur Epiſcopum iudicare poſſe de omnibus cauſis exceptis criminalibus, hanc exceptionem non ad crimina, ſed ad pœnas extendi debere, id eſt, vt

Can. 30. Tolet. 4. Can. 6. Tolet. 6.

vt quidem de omni crimine cognoſcere, & iudicare valuerit, ſed non ad effectum vt criminalem ſententiam dicat, videlicet debitam crimini ex lege ſeculari. Atque ita delicta Clericorum examinare illum poſſe & plectere, ſed pœna clericali & eccleſiaſtica: Vnde ſequeretur ſi iudicandus ab alio non eſſet, nulla eum ſcelera morte luëre. Et quidem eam fuiſſe quondam Eccleſiaſticorum mentem ſatis patet ex eo quod indiſtinctè ſibi ſuorum iudicium reſeruabant, illis impoſituri quam poterant pœnam. Cauebant itaque à ſeculari tribunali in ſuis cauſis, vnde D. Fulgentius qui Hiſpanus fuit, à præsbytero Arriano plagis in Hiſpania affectus diem reo fertur noluiſſe dicere, quia coram Epiſcopo dicenda erat: eoque Arriano: Multos enim, aiebat, ſcandaliſare potero ſi ego Catholicus Epiſcopi Arriani iudicium quæram: vt eſt in vita eius: atque ita malebat inultus eſſe, quam ad laicum forum recurrere deficiente Catholico Epiſcopo.

Sed hæc decreta non fuerunt obſtaculo Hiſpanis regibus, nonnullis quominus debitas de Eccleſiaſticis pœnas ſumerent, vt infrà notabimus: Verùm cum Henricus 3. Petrum Tenorium Toletanum Archiepiſcopum, Vxamenſem Epiſcopum, Ioannem Fuſſalenſem Abbatem in cuſtodiam dediſſet homines videlicet quietis impatientes, ac præcipuè Archiepiſcopum ſuis etiam gentilibus odioſum, quod perſonæ quam ſuſtinebat oblitus, vniuerſæ adminiſtrationis occupandæ captaret occaſiones: ſicque iuſta carceris pœna videri debebat, quod inteſtina diſſidia fouerent, quo crimine nullum vix capitalius eſſe poteſt: idem tamen Mariana miratur pudori non fuiſſe regi viris ſacratis manus injicere. Quid ergo tam factioſos & periculoſos homines non æquum erat ab impijs conatibus prohibere? Tune vero cenſebis tyrannum Regem, licet Chriſtianum & ſacratum quippe oleo ſacro perunctum, ideoque de priuilegio Clericali participantem (ſi non etiam auguſtiore dignus eſſet) tyrannum, inquam, ex qua voles cauſa, vel ex tua opinione licet compluribus alijs non ſit, throno ſuo amouendum, ac etiam impia manu occidendum, & quidlibet Epiſcopo, vel Eccleſiaſtico impune eſſe? An non etiam Toletani Epiſcopi confeſſi ſunt in poteſtate Regis eos eſſe, qui peccaſſe illi noſcuntur? Verùm quamvis iuſtè captos non tulit ſummus Pontifex ſacris interdicens Senticam, vbi capti erant, Palen- XXV. Can. 3. Tolet. 12.

Digitized by Google

tiam atque Salmanticam: nec abſoluens ante quam Rex humillimo corporis habitu in genua procumbens veniam precatus eſſet, ſacramento adactus ſe in poſterum legibus ſacris obtemperaturum, ſatisfacturumque Toletano Præſuli redditis arcibus. Sic Innocentius 4. Iacobum Arragonum, quod Girundæ Epiſcopo linguam præcidiſſet ob reuelatum Pontifici ſummo ſacræ confeſſionis illius ſecretum, coëgit plena in Synodo veniam exorare. Tanti quondam fuit fori eccleſiaſtici poteſtas, quam temerare etiam in ſceleribus ſummis, ſummum credebatur nefas, adeo vt cum ſub Ferdinando & Iſabella quidam Iudex laïcus Clericum, ob quædam maleficia, apprehendiſſet, nec mox ad ſuum Iudicem remiſiſſet, affines illius cruce ſumpta curſitarent per vrbem de fide actum eſſe conclamantes, atque concitata plebe coëgerint Iudicem, reum emittere. Sed Reges non impunitam hanc ſeditionem reliquerunt:

XXVI. neque etiam factioſum Alphonſum Carillum Toletanum Primatem, quem in gratiam non ante receperunt, quam munitiſſima ditionis ſuæ caſtella, quaſi vades ſuæ in poſterum modeſtiæ tradidiſſet. Atque vt priora ſecula recurramus, celebrant annales Hiſpaniæ Alphonſum Portugalliæ Regem, cum quem Iuſtum cognominant ob eximiam illius in ſceleribus vindicandis æquitatem, quod nec Clericis, nec ſacerdotibus indulgeret, quin admonitus eos ad ſuperiores ſuos Iudices remittendos eſſe: Num aiebat, remitto quando vltimo ſupplicio affecti coram Deo ad futuri ſunt ſupremum accepturi iudicium? Is eſt etiam qui Epiſcopum, quod cum nupta muliere rem habuiſſet, debita ſeueritate coërcuit. Sic eodem Mariana authore perduellibus, ac inter illos Magalonæ Epiſcopo vincula indita ſunt, ac de illis ſupplicium quod Rex voluit ſumptum. Et plures ante annos Siſebutus Caſtellæ Rex Euſebium Barcinonenſem Epiſcopum loco mouit, quod in theatro quædam ab hiſtrionibus agi conceſſiſſet, quæ ex vana deorum ſuperſtitione traducta, aures Chriſtianæ abhorrebant: Regis videlicet authoritate, reuocabatur eccleſiaſtica diſciplina, ait Mariana. At forſan ex Sinodi ſententia: quemadmodum Siſebertum Toletanum Archiepiſcopum eadem depoſuit, ac bonis priuauit excommunicatum inſuper adeo, vt niſi in mortis articulo abſolui poſſet, quod in regnum, & vitam Egicæ Regis conſpiraſſet: Sed refert Mariana Regis primum ſententia damnatum illum fuiſſe: quaſi Patres non addituri, niſi quod ligaret

Anton. Nebriſſ. lib 3. cap. 7. Decad 1. & lib. 6 c. f. Mariana lib. 23. cap. 6.

Antiqua lege Viſigothorum Epiſcopus qui ſretus honore Sacerdotali admonitionem Iudicis cōtemnebat 50. ſolidis à Iudice, ſeu Duce vel Comite prouinciæ damnari poterat. l. 18. lib. 2. legis Vviſigoth.

Eod. lib 6. c. 13.

Vaſæus in chron. Hiſp. ad an. 693. & Concil. Tolet. 16. can. 9. & 10. Mariana lib. 6. cap. 13.

animam noxiam. Iſti tamen confirmant in Concilio Toletano 16. à ſe illum condemnatum fuiſſe.

XXVII. Denique cum iam laici Iudices minus deferrent iuriſdictioni Eccleſiaſticæ compellentes Clericos, & alias perſonas Eccleſiaſticas ſuper rebus ſuis & cauſis præsbyteralibus, apud ſe litigare iuſſum eſt in Concilio Palentino publicari Bonifacij 8. ſtatutum quod incipit, Quoniam vt intelleximus. Id autem hoc prohibet ſub pœna excommunicationis, nec etiam prætextu litterarum Apoſtolicarum quas aliqui obtinebant, vt per eas poſſent Clericos conuenire apud Iudices ſeculares.

Concil. Palent. cap de foro compet.

Cap. 4. de immunit. Eccleſ. apud Bonifac. in 6.

Atque hæc de Hiſpanis.

XXVIII. Apud Anglos autem non minor fuit iuriſdictionis Eccleſiaſticæ obſeruatio: de qua & de impunitate Clericorum apud eam, cum queſti eſſent ſeculares Iudices, Henricus 2. habuit comitia Clarendonenſia, in quibus iſtam iuriſdictionem plurimum diminuit, tam quoad laïcos, quam quoad ipſos Eccleſiaſticos: In iſtis enim ſtatutum eſt, Vt Clerici accuſati, & à Iudice regio citati, venirent in curiam eius reſponſuri de iis quæ illam attinerent: de cæteris autem quæ fori eſſent Eccleſiaſtici, id eſt de criminibus Eccleſiaſticis ita iſtud cognoſceret, vt Iudici laïco poteſtas eſſet delegare aliquem, qui videret quomodo magiſtratus Eccleſiaſticus procederet: & confeſſos ſeu conuictos, hic amplius non tueretur. Vnde ſine dubio ſequebatur, capi eos poſſe à Iudice laïco daturo pœnas, quas infligere Eccleſiaſticus non poſſet.

Guiliel. Neubric. lib. 2. cap. 16.

Math. Paris ad an. 1164.

Porrò ante hæc tempora, anno videlicet 1139. grauis ſcituque digna exorta eſt controuerſia inter Stephanum Regem, & Prælatos: cuius cauſa fuit quod imminente bello ciuili, cum rumor eſſet Robertum Normanniæ Comitem cum exercitu in Angliam aduenire, vt Regi regnum auferret, eique adhærere plures Epiſcopos, præcipuè vero Rogerium Saleſberienſem, & Alexandrum Lincolnienſem, qui caſtella ſua munitionibus validis cingebant, laïci proceres vociferari cœperunt, id eſſe contra profeſſionem ordinis, & eò tendere vt hoſti traderentur, niſi eis auferrentur. Itaque Stephanus conuentum edixit, ad quem cum veniſſet Saleſberienſis, rixaque orta fuiſſet inter eius, & Alani comitis Britanniæ homines adeo vt illi plures horum occiderint, querente de hoc facto Comite, Rex inde occaſionem ſumpſit Saleſberienſis comprehendendi, nec dimittendi ante quam pro ſatisfactione caſtella ſua reddidiſſet: plurimi hoc ap-

Malmesbur. lib. 2. Nouel. hiſt. ad an. 1139.

Digitized by Google

probabant, iureque ablata caſtella dicebant, Epiſcopis qui præter ſcita canonum ea ædificaſſent. Illos enim euangeliſtas pacis eſſe debere, non architectos domorum quæ authoribus maleficij forent refugium. Contra Henricus VVintonienſis Apoſtolicæ ſedis legatus querebatur non rectè feciſſe Regem: Si enim, aiebat, Epiſcopi in aliquo tranſgrederentur tramitem iuſtitiæ non eſſe Regis, ſed canonum iudicium: neque ſine publico & eccleſiaſtico iudicio illos ſua poſſeſſione priuari debuiſſe: atque Regem non ex rectitudinis zelo, ſed commodi ſui compendio feciſſe, qui caſtella non Eccleſijs; ex quarum ſumptibus, & in quarum terris conſtructa erant, ſed laïcis parumque religioſis tradidiſſet. Sic ille, & Synodo habita promulgatis facultatibus ſuis, de eius ſententia Regem ad illam vocauit. Rex miſit Comites, qui cauſam citationis quærerent. His reſponſum eſt ab Epiſcopo VVintonieſi, Non debere illum qui ſe Chriſti fidei ſubiectum meminiſſet indignari ſi à miniſtris Chriſti ad ſatisfactionem citaretur, tanti reatus conſcius. Gentilium quippe ſeculorum opus eſſe Epiſcopos incarcerare, & poſſeſſionibus ſuis exuere. His ad Regem perlatis, miſit ille qui reſponderent eum iure feciſſe: Epiſcopos enim iſtos illius inimicos eſſe: & Rogerium captum, non vt Epiſcopum, ſed vt Regis miniſtrum quippe qui procurationes eius adminiſtraret, & ſtipendia acciperet. Hæc negauit Rogerius: cum itaque ſic cauſa diſceptaretur ſuperuenit Archiepiſcopus Rothomagenſis, qui dixit caſtella eis eſſe reddenda, ſi iure canonum probare poſſent ea ſe legitimè poſſidere: Quod cum non poſſent, extremæ improbitatis eos eſſe illa velle detinere: & quamvis iure poſſent, rectè tamen facere Regem & ei ius eſſe, ab omnibus optimatibus claues caſtellorum & munitionum quas habent exigere in tempore ſuſpecto. Huc vſque Archiepiſcopus, vnde contentio Epiſcoporum infirmabatur, & cum illi minitarentur ſe Rom. Pontificem appellaturos, ipſe inferebat non tutum fore reditum eis, qui Romam contra regni ſui dignitatem irent: imo ſeipſum eumdem Pontificem appellare, quibus dictis eos cohibuit quod temerarium dicerent eum ſine Apoſtolicæ ſedis conſultu excommunicare.

En longa hiſtoria, quæ ſatis docet quantum præſumpſerit Eccleſiaſtici priuilegij fiducia, vt etiam ad cauſam iſtius quaſi violati Rex vocaretur.

Sed anno 1176. eodem Henrico 2. regnante, Hugo Cardinalis in Anglia Legatus præſtitit authoritatem tradendi Clericos ante Iudicem ſecularem pro foris facto foreſtæ, & laïco feudo, vt ait idem Mathæus. Richardus verò Henrico ſuccedens voluit nulla occaſione Clericos à ſecularibus poteſtatibus, ſicut fieri conſueuerat, capi poſſe niſi pro furto, homicidio, incendio, & huiuſmodi enormi flagitio: atque etiam in iſtis criminibus captos reddi Iudicibus Eccleſiaſticis requirentibus, vt in Curia Eccleſiaſtica iudicarentur. Rurſus anno 1309. Eccleſiaſtici queſti ſunt quod Epiſcopis, & Sacerdotibus crimina in foro regio obijcerentur, & cum hæc ibi refutaſſent rei, nullis tamen pœnis calumniatores mulctabantur: quod Clerici à laïcis deprehenſi depoſcentibus eos Epiſcopis, aut non tradebantur, aut grauatè, & cum oneroſis conditionibus tradebantur: cumq; ijdem Clerici de criminibus appetiti in foro Eccleſiaſtico erant purgati, repetebantur ob eamdem cauſam à ſecularibus Iudicibus: neq; ſic purgatis ablata bona reddebantur. Sic & de aliis capitulis querentibus Eccleſiaſticis ſatisfactum eſt in aliquibus: in aliis autem reſponſum habuerunt: rem maturiore deliberatione egere. Sed cum Edoardus 2. Epiſcopum Herefordienſem proditionis, & maieſtatis accuſatum, in ius ſuum vocaret: ac ille iuriſdictionem Archiepiſcopi Cantuarienſis, cuius ſuffraganeus erat, reclamaret: Epiſcopi & Clerici qui aderant, eum vindicarunt, & huic iuriſdictioni aſſeruerunt: nec ceſſante Rege de illo Iudicium exquirere tres Archiepiſcopi Cantuarienſis, Dublinenſis, & Eboracenſis cum decem Epiſcopis crucibus erectis ad locum Iudicij veniẽtes eum rapuerunt, & ſecum abduxerunt. Quo Rex audito illum per ſuos Iudiceſ condemnari iuſſit, vt cõtumacem publicatis illius bonis. Sic ergo nutabat Eccleſiaſtica iuriſdictio, & præualebat potẽtioris, nẽpe Regis contradictio. Vnde viſum Clero eam confirmare conceſſo in triennium decimarum dono Edoardo 3. qui hanc liberalitatem remuneratus eſt lege adeo plena vt Clericis etiam bigamis indulſerit ne cogerentur reſpondere coram ſuis Iudicibus in cauſa criminis niſi ipſe ſpecialiter præcepiſſet, quovſque aliud remedium proponeretur.

Nicol. Harpſfeldius in hiſt. Anglicana ad 13. ſecul. cap. 9.

Thom. VValſing. ad an. 1314.

Idem ad an. 1344. in Edoardo 3. & in Neuſtria.

Anno 1358. Thomæ Tileo Epiſcopo Elienſi dies dicta eſt apud Iudices Regios ob domos vi eſtractas, incendia nocturna, receptationem furum, & latronum, aliaque crimina quibus accuſabatur: captuſque etiam eſt, licet intercedens & negans capitalis

Harpsfeldius ad 14. ſecul. cap. 19.

Digitized by Google

cauſæ contra Epiſcopum cognitionem ad eos pertinere: non ceſſauerunt tamen, eumque 350. libris mulctauerunt. Is verò ad ſummum Pontificem prouocauit: qui iuſſit omnia litis acta ad ſe afferri: & ſi Regij Iudices non parerent, excommunicarentur. Illi vero ſe excuſauerunt quod dicerent acta in archiuis Regiis iampridem recondita eſſe; nec ſi haberent, auſuros ſe ea tradere, abſque graui Regis offenſa. Itaque licet his non viſis, execrati ſunt qui negotium Thomæ ſtruxerant, adeo vt nonnullorum mortuorum cadauera è ſacro cœmiterio projicerentur. Sed cum poſtea quidam auſi eſſent Pontificis litteras Roffenſi Epiſcopo, qui erat Regi à theſauris, ſignificare; & mox ſe proripuiſſent: nonnulli ex illis expedito itinere cõprehenſi temeritatem ſuam crucis ſupplicio luerunt. Sed anno 1404. vetus Cleri prærogatiua renouata dicitur, ne Clerus apud Regis tribunal raperetur: cum tamen an. 1407. Henricus 4. comprehenſum Richardum Scropum Eboracenſem Archiepiſcopum maieſtatis reum, quod arma in eum concitaret, Ioanni Glaſconio ſummo capitalium cauſarum præſidi iudicandum commiſiſſet, atque ille ſe excuſaret, quod diceret, per Canones & regni leges nullum laicum capitalem cognitionem in eum habere poſſe: Rex alios Iudices dedit, quorum ex ſententia ſecuri percuſſus eſt. Qua de re ſuccenſente Pontifice maximo, Rex ad eum miſit tunicam militarem, qua, cum captus eſt, indutus erat: vt videret an iſta hominis, & filij Eccleſiaſtici eſſet tunica. Ea tamen fuit nonnunquam Anglis reuerentia in ordinem Eccleſiaſticum, vt Ioannes Equeſtris ordinis homo homicidij, & aliorum criminum reus à Iudicibus Regiis damnatus Pontificiis poſtulantibus à Rege relinqueretur, & ad carcerem eccleſiaſticum traduceretur, vt vitæ illius ex Canonum ſcitis parceretur, etſi vxorius eſſet: ſed ante matrimonium ſacro diaconatus gradu adſcriptum ſe aſſereret: quaſi vero non amiſiſſet ſuum priuilegium qui ordine prohibito nupſiſſet: at Regum Anglorum ea fuit authoritas, vt priuilegia clericalia laxarent, aut cohiberent ad libitum indulgente etiam in hoc eis aliquando Pontifice; cujuſmodi anno 1247. Henricum 3. religione, & ſacramento abſoluit quo iurauerat ſe decretum ſeruaturum pro Eccleſiaſticis priuilegiis ab Archiepiſcopo Cantuarienſi Bonifacio promulgatum ſumma cæremonia: nempe in aula Vveſtmonaſterienſi maxima omnium ordinum frequentia, ipſe, aliiq; Epiſcopi Pontificiis veſtimentis ornati, candelaſque accenſas

Idem Harpſfeldius ad 15. ſecul. cap 9. & 19.

Idem ad 14. ſecul. cap. 25.

Digitized by Google

manibus tenentes anathemate, & diris execrati ſunt eos qui hæc priuilegia violarent: deinde extinctis candelis in terram proiectis fumo naribus ingrato, & odore tetro plenis, campaniſque magno clangore ſonantibus acclamauerunt, ſic pereant, & extinguantur qui noſtrum hoc decretum temerabunt. Nec ſecus Clemens 5. Edoardum 2. à ſimili iuramento quod in veteres leges præſtiterat, abſoluit.

Idem Harpsfeldius ad 13. ſecul. c. 3. & 4.

XXIX.

Germanis quoque ſuæ in iſtis leges: nam anno 888. in Concilio habito Triburiæ, quæ vrbs eſt non longè à Moguntina diſtãs, ſancitum eſt, Vt ſi quis Præsbyter querimoniam contra laïcum haberet, vel laïcus contra Præsbyterum, Epiſcopo regente hæc finiretur. Sed veteri lege Bajoariorum habetur: Si Epiſcopus contra aliquem culpabilis apparet, non præſumat eum occidere, quia ſummus Pontifex eſt: ſed mallet eum ante Regem, vel Ducem, aut certè plebem ſuam, & ſi conuictus crimen negare non poſſit, tunc ſecundum Canones ei iudicetur. Ergo iudicabatur à regio Iudice. Et quidem Conradus Imperator, ann. 1025. in Italiam veniens, Placentinum, Vercellenſem, & Cremonenſem Epiſcopos maieſtatis reos iudicatos in exilium deportari iuſſit: Sed ait Friſingenſis, dubium an licitè. At Fredericus 1. duobus perduellionis reis altero Arnaldo Moguntino Archiepiſcopo, altero Hermanno Palatino Comite, illi pepercit ob Pontificalis ordinis reuerentiam, hunc verò capite puniuit.

Otho Friſing. lib. 6. cap. 31.

Conrad. Abbas Vrſperg.

Deinde prodiit Frederici 2. conſtitutio, qua cauetur, vt Nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione, vel ciuili, trahere ad iudicium ſeculare præſumat contra conſtitutiones Imperiales, & Canonicas ſanctiones: quod ſi actor fecerit à iure ſuo cadat, iudicatum non teneat, & Iudex ſit iudicandi poteſtate priuatus. Is tamen eſt Fredericus in quem tantopere exarſerunt Pontificum Romanorum odia ob plurimas cauſas, ſeu veras, ſeu falſas, quarum fuit quod Cardinalibus & Epiſcopis Romam euntibus ad Concilium manus inieciſſet: quod ſe iuſtè feciſſe aiebat, vt pote quibus denunciauerat ſe pro hoſtibus habiturum quicumque ad Synodum in qua de eo deponendo agitandum erat, proficiſcerentur.

Conſtit. de ſtatut. & conſuetud. contra libert. Eccleſ. § item ſtatuimus: vnde deſumpta auth. ſtatuimus. C. de Epiſcop. & Cler.

Variis Synod. Germaniæ ac recentioribus prohibitum eſt à iure ſuo caderet, & iudicium quod obtinuerit non teneret: & Iudex qui cognitionem ſuſciperet, iudicãdi poteſtate priuaretur, necnon ſi cogeret clericos apud ſe litigare excommunicaretur. Cõcil. Treuerenſi an. 1549. Tit. Vt nemo clericus. Concil. Mogunt. eod. anno cap. 76.

trahi perſonam Eccleſiaſticam ad Iudicium ſeculare: dicta pœna vt actor, etiam laicus

Demum Carolus 5. in edicto de publica pace tenenda anno 1548. voluit Eccleſiaſticos aduerſus pacem peccantes corrigi à ſuis Prælatis. Quod ſi illi facinoroſos non punirent, eos eſſe deſtitutos gratia, & tuitione omni, vt ab imperio nullam in ſuis aduerſitatibus expectarent defenſionem: nihilque vltra concedit ſeculari iuriſdictioni in Eccleſiaſticos. Apud Polonos Regem, nihil prorſus iuris habere in Sacerdotes adſtruit Cromerus ex quo Rex Vuladiſlaus Iagello recens factus Chriſtianus, bona Eccleſiaſtica omni onere, labore, penſione, & iuriſdictione principis ac prophanorum quorumvis liberauit. Quia vero, id videri poterat, quoad bona tantum Eccleſiaſtica, & longè æquiùs erat, perſonas quæ rebus ſunt digniores eadem immunitate gaudere, Archiepiſcopus Gneſnenſis Henricus perfecit ſua induſtria, vt lex ſanciretur qua ordo Eccleſiaſticus omnis cum ad ſcriptitijs etiam ſuis, omnium Iudicum ſecularium, atque ipſius Principis iuriſdictione liber eſſet: Ita, vt nec per vllam exceptionem, aut reconuentionem pertrahi ad vllum laïcum forum poſſent. Sed compertum eſt Polonorum Regem non eſſe abſolutum, vt qui pendeat ab ordinibus quorum Archiepiſcopus ille præcipuum caput eſt titulo Legati nati ſedis Apoſtolicæ, adeo vt penes eum ſit poteſtas indicendi comitia, conuocandi Senatum, conſulta definiendi, & edicendi abſente Rege, & regno vacante. Ergo iuxta hæc edicta cum magiſtratus vrbis Craconienſis, Nicolaum Turſcium præſbyterum, & alium ſacris initiatum furti reos, & conuictos noctu clam capitali ſupplicio affeciſſet, toti ciuitati ſacris interdictum eſt, donec Epiſcopus à Rege exoratus trecentos florenos mulctæ nomine accepiſſet. Quid hoc iniquiùs eſſe poteſt, & vnde maior peccandi licentia? Nam capitalis criminis rei ſola beneficiorum priuatione luebant, vt idem refert de adultero, & homicida: Quin etiam quidam Clericalis ordinis accuſatus proditionis, Archiepiſcopo redditus ab eoque liberatus ad cruciferos infenſiſſimos Polonorum hoſtes, cum quibus de proditione pepigerat profugit. Sic indulgens Clericalis curia non ſine cauſa laïcis inuiſa fuit.

[Margin notes: lib. 2. de repub. & magiſtr. Polon. — XXX. — Idem de repub Polon. ad an. 1386. — Idem lib. 7. — Idem ad an. 1456. — Ad an. 1463.]

Sic ergo vt plurimæ gentes de cauſis Eccleſiaſticorum criminalibus, illarumque foro ſenſerint. Nunc vero percurramus quid in illis mutatum fuerit ſine dubio ex abuſu.

Cap. III.

Digitized by Google

CAPVT III.

EIVSDEM IVRISDICTIONIS in criminalibus, quoad Eccleſiaſticos praxis poſterior apud plurimas gentes.

LECTIO.

1. *Vnde Eccleſiaſtici priuilegij quoad forum diminutio.*
2. *Nec eam ferre iniquè debent Eccleſiaſtici.*
3. *Diuerſo reſpectu Eccleſiaſtici ſuperiores principibus ſupremis, & inferiores.*
4. *Praua opinio Phariſæorum & Herodianorum.*
5. *Praxis Gallica iuriſdictionis Eccleſiaſticæ in Eccleſiaſticos.*
6. *De criminibus priuilegiatis: vnde ſic dicta: idque abuſiuè.*
7. *Ea ſunt duplicis conditionis.*
8. *De atrocibus criminibus vt ſunt priuilegiata quoad forum laicum: nec vllæ ſunt in illis Iudicis Eccleſiaſtici partes. Exempla.*

   Graue Senatuſconſultũ in Epiſcopum Siluanectenſem Guilielmum Roſam.
9. *De iſtorum criminum cognitione lex Neapolitana.*
10. *Aſſaſſinium eſt extra priuilegium Eccleſiaſticum apud nos.*
12. *Item apud Hiſpanos, ſed ſub certis conditionibus.*
13. *In atrocibus criminibus non requiritur degradatio.*
14. *De alijs criminibus priuilegiatis pro iuriſdictione regia.*

   An horum criminum rei Eccleſiaſtici ſubſint abſolutè huic iuriſdictioni apud nos.

   Quatenus in Hiſpania, in Flandria.
15. *Gregorij magni opinio.*
16. *Praxis apud nos ante aliquot annos obſeruata in diſcutiendis reis Eccleſiaſticis.*
17. *An Iudex Eccleſiaſticus quæſtionem iubere queat.*
18. *Abſurditas iſtius praxis, vt correcta edicto Melodunenſi.*
19. *Recentior praxis & de lege non bis in idem.*
20. *De fornicatione Eccleſiaſticorum, & aduerſus eam graue Senatuſconſultum Tholozanum.*

   Huic iniquè infenſi Eccleſiaſtici.
21. *Fornicatio eſt peccatum mortale.*
22. *Conciliorum decreta aduerſus fornicationem Eccleſiaſticorum.*
23. *Lex Hiſpanorum de illa.*
24. *Iudicium ridiculum fori Eccleſiaſtici Neapolitani in fornicantem ſacrilege ſacerdotem.*

Digitized by Google

25. *Quædam crimina dicuntur communia.*

26. *Clericus non poteſt etiam tacitè renunciare ſuo priuilegio.*

27. *Ad quem Epiſcopum remitti debet remittendus Epiſcopus.*

20. *Solius eſt ſupremæ curiæ inhibere Iudici Eccleſiaſtico cognitionem cauſæ.*

29. *Epiſcopi Pariſienſis prærogatiua in vindicandis reis Clericis.*

30. *Quid obſeruatur in appellatione Clerici à ſententijs Iudicis Eccleſiaſtici & laici.*

31. *De ſimplici crimine: eiuſque remiſſione cum expenſis aduerſus Clericum.*

32. *Mulctam honorariam in Clericum dicere ſolius eſt Iudicis Eccleſiaſtici.*

33. *Dicta tamen eſt à Curia.*

34. *Authoritas regis & curiæ ſupremæ in Eccleſiaſticos quoad politiam, vt præſcribat illorum iura.*

35. *Sic Rex Hungarus præſcripſit.*

36. *Quatenus in Germania dicuntur Clerici ſubeſſe iuriſdict. Imperiali.*

37. *Item in Hiſpania.*

38. *Incorrigibilis Clericus indignus priuilegio.*

39. *Item in armis deprehenſus.*

40. *Item abſque ſuo habitu, & de illo habitu.*

41. *Item exercens artem & functionem inhoneſtam. Eccleſiaſticis non eſt interdictum artis honeſtæ exercitium, & quatenus.*

42. *Secularis adminiſtratio Clericis interdicta, in illa peccans Clericus non eſt dignus priuilegio.*

43. *Quondam tamen creditum declaratione Pontificis opus fuiſſe, vt non haberetur priuilegij ratio.*

44. *Clerici artem mechanicam honeſtam exercentes, an ſi delinquant in illa ſuum priuilegium amittant.*

45. *In prædictis caſibus concurrere debet vterque Iudex.*

46. *Exemptorum iuriſdictio apud Hiſpanos.*

47. *Qui Clerici priuilegio gaudeant.*

48. *De Clerico qui poſt crimen ſe in fraudem aggregat Clero.*

49. *Regum ſumma eſt authoritas in Clericos, nonobſtante priuilegio Clericali.*

50. *Authoritas reipub. Venetæ in criminoſos Eccleſiaſticos.*

51. *Variæ Pontificum Romanorum de remiſſione Clericorum opiniones.*

52. *Eccleſiaſtici laïcum forum aduerſus Eccleſiaſticum inuocare poſſunt, hiſque iſtud ſubuenire poteſt, & quomodo.*

53. *Duo grauia iudicia Curiæ Pariſienſis aduerſus quoſdam Eccleſiaſticos auſos obijcere excommunicationem contrà Iudices laïcos qui notionem de Clericis reis ſuſcipiunt, & de Bulla cœnæ Domini.*

Digitized by Google

PROXIMO capite quæ in vſu priſco fuerunt, notauimus quoad forum Clericorum reorum: Nunc ſubijcienda eſt ætatis poſterioris praxis. Namque cum Epiſcopi indulgentiores eſſent aduerſus Eccleſiaſticos, & horum in criminibus coërcionem ad ſe deriuarent, inuidiæ ſecularium magiſtratuum ſe expoſuerunt, qui perinde quædam excogitauerunt, vt hanc licentiam cohiberent: nec tam facile facinoroſi euaderent: atque quatenus par erat, dignitati & prærogatiuæ ordinis conſuleretur. Quod Eccleſiaſtici æquum, iuſtumque ſentire debent quandoquidem ipſis iudicia ſanguinis agere non liceat, & crimina per mundi rectores vindicari oporteat, vt iam toties notauimus: eiſque omnis anima ſit ſubdita: ac proinde Epiſcopus, Propheta, Euangeliſta, vt vulgare eſt dictum D. Chryſoſtomi. Dici forſan poſſet hoc admitti potuiſſe ſub Principibus ethnicis, qui nec Epiſcopo filij, nec Epiſcopus pater illis erat. At vbi vtrũque cœpit eſſe nunquid abhorrens à natura videtur filiũ iudicare de patre? Verùm an non Princeps pater populi? in populo autem num Epiſcopus? ergo reſpectiuè Patres. Epiſcopus ſpiritualis pater Imperatoris, Regis, & Principis, vt iudicet de eius anima. Imperator verò, Rex, & Princeps Epiſcopi Pater & Dominus temporalis, vt de illius corpore, & temporalitate iudicium ferre queat. Vnde diſtincta poteſtas quæ diuerſo reſpectu Epiſcopum Regi, Regem Epiſcopo ſubiicit: & ordo ſtatutus à Deo, quem ſi quis violarit rectè diceretur, aut Phariſæus, aut Herodianus. Qui enim, vt ait Origenes, ſupra modum legem Dei docent, & curare prohibent res corporales, vſuique corporis neceſſarias, ipſi ſunt Phariſæi qui reddere Cæſari tributum vetabant: id eſt qui ſuadent omninò vigilijs, & ieiunijs affligendum eſſe corpus, & abſtinendum ab omnibus quæ corporalia ſunt, quibuſque corpus indiget, vt nihil ex nobis corporis Principi debeatur. Alij autem qui exiſtimant prorſus corporibus indulgendum, & per omnia ſatisfaciendum corporum Principi Herodiani ſunt, videlicet dicentes oportere Cæſari dare tributum, quaſi nihil aliud curandum eſſet; nec Dei Deo reddenda. Hæc Origenes: vt doceat ex parte corporis neminem eſſe, qui non ſit ſubditus Principi: & revera beati Sacerdotes ſi ieiuniis, & vigiliis iſtud rebelle corpus affligant, vt volebant Phariſæi, non

I.

II.

III.

IV.

Digitized by Google

tamen ea mente qua volebant: ſed vt ſic domitum non præbeat cauſam Principi laïco in illud animaduertendi. Quoniam vero diſtincta eſt poteſtas, & nihil Eccleſiaſtica valet, niſi in animam corporalis concupiſcentiæ complicem, idque per cenſuras, vigilias, & ieiunia, ſupereſt vt in alteram partem gladius ſecularis exerceatur.

V. Atque ideo nos Galli iuriſdictionem in corpus ob crimen non omnino deducimus ab eccleſiaſtico foro, ſed in leuiori crimine concedimus ei caſtigationem, vt caſtigatum corpus non cogat, ſi dicere fas eſt, animam ad peiora. Et in corpus quidem Clericorum, nam laïcorum immune prorſus eſt nobis ab ea iuriſdictione. Ergo quoad Clericos diſtinctionem criminum fecimus, vt quædam priuilegiata, quædam ſimplicia dixerimus. Prima ſic vocata, quia priuilegium quaſi conſtitutum eſt laïco Iudici, vt de illis

VI. cognoſcat: nempe quoniam Eccleſiaſtici videbantur præſcripſiſſe omnium criminum in ſeipſos cognitionem, priuilegio fuerit opus, vt nonobſtante illa præſcriptione notionem huiuſmodi criminum haberent ſeculares magiſtratus. Quanquam è contra cum primæuo iure, atque etiam Apoſtolico Rex ferret gladium in omnes indiſtinctè ad punitionem malefactorum, laudem vero bonorum; ſi ab hoc gladio certis caſibus exempti ſunt Clerici, debeant potiùs dici iſti caſus vel crimina priuilegiata, vt quorum, ex priuilegio Principis, coërctio eſſet penes ſolos Iudices Eccleſiaſticos: atque ea oporteret eſſe quæ nunc ſimplicia vocamus in quibus pœna ſanguinis non verſatur.

VII. Ea igitur, quæ interverſa vice priuilegiata hodie dicuntur, duplicis ſunt conditionis, nempe atrocia, & leuiora: quæ etiam cõmunia appellantur, de quibus infra.

VIII. Inter atrocia ſunt delicta læſæ Maieſtatis diuinæ & humanæ: parricidium, homicidium data opera & ex inſidiis commiſſum, ſodomia, & cætera huiuſmodi quæ horrori ſunt, & deteſtationi.

Et quidem quoad læſam Maieſtatem humanam ſuprema Curia anno 1480. Epiſcopum nomine Hebertum iuſſit adeſſe, & comparentem laïcæ cuſtodiæ dedit, nempe factionis cum Borbonio, quem Ludouicus vndecimus perdere volebat, ſuſpectum. Nec iſtud nouum: nam Philippus pulcher Epiſcopum in ſe maledicum longa cuſtodia detinuit, nec libertati permiſit antequam ſatisfactionem exhibuiſſet: atque nemo non ſcit ab eod. Ludouico complures annos Cardinalem Balliüam vanæ

Addit. ad hiſt. Monſtrel. Gaguin. in Ludouico 11.

Digitized by Google

mentis, & in ſuum benefactorem Regem ingratiſſimæ, cauea ferrea detentum fuiſſe. At hæc abſoluti imperij exempla ſunt, ac proinde legem non faciunt. Sed nouiſſimo ſeculo cum Archiepiſcopus Lugdunenſis ob idem Maieſtatis crimen iuſſu Henrici 3. in cuſtodiam miſſus eſſet poſt necem Guiſiorum, Rex non eum Iudicibus laïcis primùm commiſit: voluit enim vt coram Cardinali Gondio Epiſcopo Pariſienſi reſponderet: cum vero recuſaſſet, quia diceret eum vt Epiſcopum adeſſe: delegati ſunt Epiſcopus Bellouacenſis, & Martinus Ruſæus Bellilocus intimus Regis Secretarius: quos etiam rejecit, quia ſe diceret non obnoxium eſſe ciuili magiſtratui, nec cuiquam Iudici niſi Pontifici ſummo, aut delegatis ab eo. Porro Bellouacenſem Epiſcopum, quia Par eſt Franciæ, in eaque qualitate Conſiliarius Regis, loco ciuilis magiſtratus habebat: atque peruicit vt contra eum non vltra procederetur: quippe nemo neſcit præclaris Henrici dotibus fortitudinem animi defuiſſe. Sed generoſior Curia Lutetiana graue Senatuſconſultum contra Guilielmum Roſam Epiſcopum Syluanectenſem pronuntiauit anno 1597. nec minore ſeueritate executioni mandauit. Iuſſus eſt enim in Primaria Palatij claſſe coram Senatu, & quatuor viris Regiis nudato capite ſtans declarare ſe temerè & inconſideratè poſtquam in gratiam à Rege receptus eſſet, propalam gloriatum eſſe quod ab initio Henoticæ factioni nomen dediſſet: & nunc ſi ead. tempora recurrerent, paratum eſſe dare: inſuper deteſtari librum ab Ludouico Orleano vno ex confœderatis euulgatum ſub titulo Catholicæ expoſtulationis, quem antea publicè laudaſſet, & adiectis ad marginem notis adprobaſſet: præterea centum aureis in alimoniam carceratorum mulctatus, & Syluanecti acceſſu per aliquot tempus præfixum totoque eo tempore concionibus habendis ad populum prohibitus eſt: ac etiam in habitu Pontificali declarationem ignominioſè peragere coactus actuario proloquente, cum admonitus vt alio habitu ſe ſiſteret propter honorem dignitatis, parere noluiſſet. Atque hæc de Iudiciis laïcis ob graue crimen in maiores Eccleſiæ Præfectos, quæ tamen prorſus laïca non ſunt, ſiquidem Curia mixta eſt Eccleſiaſticis & Secularibus.

Augu. Thuan. lib. 93.

Idem lib. 120.

Quoad autem minores Sacerdotes cum anno 1398. duo Monachi Ordinis D. Auguſtini ſe ſanaturos Carolum 6. à delirio mentis iactaſſent, cumque in grande vitæ diſcrimen cõjeciſſent,

Digitized by Google

profeſſi deinde ſuam in Medicina, & Chirurgia imperitiam, quæſtio de illis habita eſt, ſed ab Eccleſiaſticis & laïcis ſimul: & ab Epiſcopo degradati ſeculari iuſtitiæ traditi fuerunt, quæ eos ſecuri percutiendos mandauit. quod multis durum videbatur, eos eſſe huic iuſtitiæ deditos (quippè res moribus ſeculi inuſitata) ſed ſapientiores aiebant, id æquum fuiſſe: ac credibile eſt iſtos ſapientiores authores tum fuiſſe, vt in iſtis atrocioribus delictis non tanta priuilegiis clericalis conſideratio eſſet. Nam cum eod. ſeculo quidam & inter illos Præſbyter eumdem Carolum 6. ſanandum ſuſcepiſſent incantationibus magicis, quod eis vt in re deſperata conceſſum eſt (tanta, tamque impia ætatis ſtoliditas) nihilque egiſſent: detecti rem ſimulationis plenam iniſſe, omnes & cum eis præsbyter ſententia Præfecti Pariſienſis capite damnati fuerunt. rationem vero ipſi fruſtratæ operæ reddebant quod cum homines cathenis fortiſſimis vinctos ſibi dari petiiſſent, eoſque admonuiſſent ne timerent, ipſos tamen metu perculſos ſigno crucis ſe muniuiſſe, vnde dæmones fugati fuerint. Ergo non ad Iudicem Eccleſiaſticum remiſſus eſt Præsbyter: & iam indubitatum eſt nulla Iudicis iſtius Eccleſiaſtici petita venia puniri à Magiſtràtu ſeculari delinquentes in maieſtatem Principis maximè in caput eius. Sic prior Iacobitarum quadrigis diſcerptus eſt Iudicio Parlamenti Turonenſis, vt conſcius necis Henrici 3. Item Ieſuita laqueo ſtrangulatus ob inſanam de maieſtate Henrici 4. doctrinam.

IX. Sic lege Neapolitana Clericus de crimine appellatus iudicari debet in Curia Eccleſiæ, & ab Eccleſiis ſecundum Canones, excepto ſi proditionis aut maieſtatis cauſa fuerit: tamen cum de quibuſdam Dominicanis læſæ Maieſtatis reis ageretur, à quonam Iudice eſſent puniendi, in eam ſententiam venerunt ſummus Pontifex, & Prorex vt miniſtris Regiis Clericatus charactere inſignitis traderentur, ſed Iudices Eccleſiaſtici impedierunt: eam cognitionem ſibi ex Maieſtatis diuinæ crimine aſſerentes.

l. Guil. reg. tit. de ſacro ſanct. Eccleſ. lib 1 iuris regni Neapol Tapeias ad d. l. & ibi ampliſ. de quibus caſib. cognoſcat Iudex laicus in Clericum.

X. Atrocibus etiam annumeratur aſſaſſinium, vt dicitur, id eſt cædes meditatis inſidijs patrata: itaque in eo genere criminis, licet in viliſſima perſona, vt pote lictore publico patrati curia remiſſionem ad forum clericale denegauit anno 1447. ac diù poſt anno videlicet 1603. die 13. Decembris audiui Senatuſconſultum, quo rejecti fuerunt duo Sacerdotes appellantes à ſententia,

Digitized by Google

qua exceptione fori ſubmoti fuerant, quippe rei eiuſdem crimi-
nis, quod perſonati commiſerant. Atque notum eſt ſupplicium
prioris apud Tholozas dominicanorum ob ſubornatos ab eo, qui
virum, cuius vxorem ille corrumpebat, interfecerant: adeo enor-
me putatur hoc delictum, vt qui præſens non impedit ne com-
mittatur, ſi poteſt, licet nihil aliud contra eum allegetur, ſit ta-
men in reatu, nec præſcriptione fori vti queat. Quod iudica-
tum refertur [a] aduerſus equitem Hieroſolymitanum: imò &
altaris priuilegium [b] huiuſmodi homicidis non prodeſt, vt vult
lex ſancta. Sic ſcribuntur Itali [c] Senatores apprehenſum de
aſſaſſino, vt aiunt, Clericum condemnare, & puniri abſque de-
gradatione, & fori priuilegio poſthabito: quod etiam Hiſpa-
nis [d] in vſu eſt, ſed quatuor conditiones requirunt: primam
quod de delicto conſtet ſaltem præſumptionibus legalibus: ſe-
cundam quod effectum conatus habuerit: tertiam quod per in-
fidelem, & Turcam id homicidium commiſerit reus: quartam
quod Iudicis Eccleſiaſtici ſententia de delicti qualitate præceſſe- XI.
rit. Quæ nos non requirimus. obſeruant etiam Hiſpani [e], vt
Clericus qui relictis per annum habitu, & tonſura horrenda fa-
cinora commiſerit obnoxius ſit Iudici laico, nec degradatus:
ſed abſolutè ſodomiticum Clericum iuriſdictioni laicæ relin-
quunt [f]. apud nos vero Ioannes Imbertus Phocenſis prouinciæ
veneris maſculæ reus ad iudicem regium [g] ab Officiali reuocatus
eſt, ac ſententia iſtius Iudicis damnatus vltimum ſupplicium
ſubiuit abſque degradatione, ſed negligente eam facere Archie-
piſcopo, ſemel atque iterum interpellato: Vnde auſus ille regios XII.
Iudices excommunicare, ſed coactus excommunicationem
reuocare.

Namque in iſtis etiam atrocibus criminibus ſolet aliquan-
do [h] reus ad Epiſcopum, propter degradationem mitti, at pœna
priùs dicta admonitoque Epiſcopo eum intra certum diem abdi-
care, quo elapſo carceri regio redditur, & ſentētiam exequi licet:
idque quoniam ſi priùs abdicandum remitteret, quam de pœna
pronuntiaſſet, verendum eſſet ne aliqua fraude ſupplicio exime-
retur [i], quod ſine exemplo non eſt. Et ſanè in iſtis criminibus adeo
Sacerdotem exuiſſe videtur reus, & ſacerdotalis miniſterij no- XIII.
tas, vt amplius non ſit degradatione opus. Namque degradatio
etiam apud veteres [l] Romanos nihil aliud eſt quam rejectio, vel
abdicatio: Vnde illi eos degradatos dicebant quos ſacerdotio
priuabant.

a Papon. lib. 1. tit. 10. arreſto. 1.
b Exod cap. 21. c. 1. de homicidio extra. cum not. in gloſſa.
c Iul. clar. q. 36. Capicius deciſ. Neap. 112. Tapeias ad l. 1. rubr. 3. de Epiſ. & Cler. tit. 2. iuris regni Neapolit. Gaſpar Caball. lib. 5. conſtit. Marchiæ Anconitanæ gl. in c. 1. n. 18.
d Bouadilla c. 18. caſo 4.
e Idem Bouad. ibid. ca. 18. caſ. 25. Couarr. pract. quæſt. tomo 2. cap. 33. artic. 3. Sic in Flandria vide Damhouder. in praxi criminali c. 37. n. 26.
f Bouad. ibid. caſo 5.
g Thuan. lib. 126. hiſtor.
h Imbert. inſt. forenſ. lib. 3. cap 9.
i Idem ibid. Papon. tit. 5. lib. 1. arreſto 37.
l Plutarch. q. Rom. q. 99. Plin. lib. 18. c. 2.

Digitized by Google

Sunt inſuper crimina priuilegiata pro iuriſdictione Regia vt Iudex Regius de ijs cognoſcat, nec quiſquam alius Iudex: huiuſmodi ſunt præter illa atrocia (videlicet Maieſtatis diuinæ & humanæ in primo capite, aſſaſſinium, parricidium, vis publica, incendium data opera miſſum, ſodomia, & cætera huiuſmodi) exceſſus commiſſi contra vel ſupra manum Regis, vel ſaluagardiam, vt dicimus, Id eſt contra protectionem regiam: vis allata magiſtratibus, aut apparitoribus regiis, [a] dum ſuo funguntur munere: vis publica: falſa moneta: falſa depoſitio, [b] aut ſcriptura, vel quid inſolens apud Iudicem laïcum: Nam is ſuam iuriſdictionem & dignitatem pœnali iudicio tueri poteſt: & cætera huiuſmodi quæ noſtrates practici recenſent. Sed quæſtio eſt, an ea exceptione contineantur Clerici, adeo vt horum exceſſuum rei iudicandi ſint à ſolo Iudice regio, vt de aliis atrocioribus iam diximus. Namque lex poſita videtur ad excluſionem duntaxat Iudicum inferiorum, qui regij non ſunt, & dominicales ſeu dynaſtarum vocantur. Sic inter ſtatuta vrbis Romæ quædam crimina eorumque correctio adtribuitur Senatori vrbis, vt Sodomiæ, blaſphemiæ, inceſtus, aſſaſſinij, læſæ Maieſtatis, falſæ monetæ, & huiuſmodi aliorum: verum nulla eſt incluſio, aut excluſio Clericorum: niſi quod Sixtus 4. in Codice horum ſtatutorum de clericis maieſtatis, aut ſeditionis reis ſtatuens, vt perpetuis duntaxat carceribus mancipentur, videtur id ſtatuiſſe, vt quoniam per ſtatuta erant in his criminibus ſub iuriſdictione laïca, videlicet non excepti, non tamen ludibrio populi exponerentur ſi Iudex laïcus eos ſupplicio publico addiceret. Et quidem in Hiſpania idem Iudex de ijſdem criminibus, nempe de ſaluagardiæ infractione, vi iuriſdictioni Regiæ illata, magiſtratus Regij cæde, falſoque in Prætorio commiſſo cognoſcit, ſed ita vt ciuiliter & pœna pecuniaria coërceat delinquentes, ac temporalium priuatione, vel exilio: at vbi in perſonam animaduertendum eſt, reddi eam volunt Iudici Eccleſiaſtico. Quod ſanè ineptum: quæ enim partes Iudicis Eccleſiaſtici in eum qui fortaſſe mortem merebitur? Abſolutè vero Damhouderus ait in Flandria clericos teneri reſpondere apud Iudices laïcos de fidei, ſaluagardiæ, & ſecuritatis violatione, de armorum geſtatio-

[a] Imbert d. ca. 9. n. 24. exemplum.

[b] De hac item exemplum. Imbert. d. n. 24

Lib. 2.

Bouad. cap. 18 caſ 8 13. 19 28. 73. Vide Alphonſ. Villadiego cap 5. de la inſtrucció, y pract. Iudicial n. 63 ac eod ca. à nu. 55. & ſeq. de caſibus in quibus contra clericum procedit Iudex laïcus.

Cap 24 praxis ciuil Flandriæ. ex Conſtit Caroli 5. Imperat. ann. 1541. die 28. Nouemb. & ante illum Philippi Archiducis anno 1465 1485. 1497. debent. & ſolent in Flandria concedi aliæ litteræ quas caſſationis vocant, aduerſus executiones ſine illis litteris placeti factas. vt notauit Nicol. Thuldænius in d. cap 24.

Digitized by Google

ne, & aliis caſibus priuilegiatis: de edictorum ſiue ordinantiarum, vt ait, Principis infractionibus veluti ſi Princeps ordinaret, ne quis Romanę curiæ prouiſiones in ſua ditione, aut prouincia executioni mandaret priuſquam haberet, & obtineret ſuas placeti litteras. Denique nullam remiſſionem fieri ob enormia crimina, vt læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ: hæreſeos: violationis publicæ fidei vulgo ſaluagardiæ: geſtationis armorum prohibitorum: pacti de aliquo occidendo: vis illatæ officiariis in ſuo officio exercendo: adulterationis monetæ publicæ, & cæterorum huiuſmodi: item nec de delictis, ſiue maleficiis commiſſis coram Iudice ſeculari.

Equidem Gregorius magnus cauſam in qua Epiſcopis Catholicis inter alia objiciebatur, quod principales iuſſiones violaſſent, atque hoc ipſi crimen Donatiſtis imputabant, cenſuit ad Imperatorem Mauritium remittendam eſſe: quia, inquit, ſecularis Iudicis intereſt. Sed iam ſuprà prioris ætatis praxim quoad potuimus, aſſequuti ſumus. Ep. 63. lib. 5. indict. 14. XV.

Vt verò noſtrum hoc capite inſtitutum proſequamur, videtur mos fuiſſe Gallicus ante aliquot ſecula, vt de criminibus non omnino atrocibus, ſed quæ regia dicuntur, Iudices regij ſoli cognoſcerent: atque indè Ludouicus 12. anno 1500. inhibuit omnibus Iudicibus etiam Eccleſiaſticis cognitionem exceſſuum commiſſorum in materia vectigalium, & quorumcumque ſubſidiorum regiorum: ac contra Iudices, Officialeſque illis præfectos. Ergo ſi Clericus in ea deliquiſſet, coërctionem Iudicis vectigalium ſubire debuiſſet. quod vſque hodie ſeruatum ſcio in eo quod Clerici aduerſus quid ea iura, aut mandata horum Iudicum cõcernens rebelles cogantur reſpondere in Curia ſubſidiorum, & interrogatione præſtita remittantur peracturi ad Iudicem inferiorem ei Curiæ ſubiacentem: quanquam non defuerint qui ſuum priuilegium allegarent: ſed quem finem lis criminalis habuerit, non vidi. verum Chaſſanæus de iſta praxi loquens, ait, in caſu violationis ſaluagardiæ, Iudices regios conſueuiſſe cognoſcere contra Clericos, ſed ciuiliter, ſcilicet, eos condemnando ad emendam: atque, vt dicitur in additione, tam diù detinebantur in carcere Epiſcopali, quamdiù emendam ſoluiſſent. Plus verò Boërius ſcribit, Iudices regios poſſe & ſolitos eſſe, de iſtis omnibus criminibus priuilegiatis cognoſcere, & punire Clericos pœna, ſeu emenda pecuniaria, & corporali: & pro caſu XVI. Ad Rubr. *Si aucun commet larcin* §. 5. & verbo 17 fallit. Maſuer. tit. de iudicib. & iuriſdict. n. 10. Deciſ. 297.

communi remittere eos Iudicibus ſuis puniendos: ergo ſoli Iudice Eccleſiaſtico non concurrente iudicabant. Quid vero ſi vltimum ſupplicium immineret? at quid remittendi fuiſſent? Et quidem quod non fuiſſent docet Gallicus mos ad noſtrum vſque ſeculum perductus, ex quo ſi quiſquam Clericus in manus Iudicis laici veniſſet reus criminis priuilegiati (nempe pro foro ſeculari & regio) quo, ſi probatum eſſet, excluderetur ſuo priuilegio, huic Iudici liceret, puta ſi probationes non ſatis liquidæ eſſent, eum quæſtioni ſubdere, atque ſuis formulis accuſationem inſtruere dilata interim fori præſcriptione, nec prorſus denegata, vt ex litis euentu conſtaret an habenda eſſet iſtius præſcriptionis ratio, puta vt non haberetur ſi priuilegiatum appareret crimen: iſque mos regiis edictis ſancitum fuerat, fortaſsè quoniam dubitabatur an Iudex Eccleſiaſticus quæſtionem reo adhibere poſſit.

Papon. cod. tit. 5. ar. 33 35. Edicto Molin. art. 39. & Amboſiæ art. 11.

XVII. NamConciliis quibuſdam a Gallicanis dictum eſt, Ne liceret Præsbytero, aut Diacono ad trepalium vbi rei torquentur, ſtare: atque D. Auguſtinus b laudabat Marcellinum Comitem, quod in ipſa ſummorum ſcelerum inquiſitione confeſſionem non extento equuleo, non ſulcantibus vngulis, non vrgentibus flammis, ſed virgarum verberibus eruiſſet: quo duntaxat ſupplicio Eccleſia vteretur, ergo non quæſtione. Et Hildebertus Cœnomanenſis; Reos tormentis afficere, vel ſuppliciis extorquere confeſſionem cenſura curiæ eſt, non Eccleſiæ diſciplina: & infrà: Nec enim carnifex eis, ſed ſacrifex: pro reis quidem, ſed non reos immolare conſtitutus. Denique longè ante apud Innocentium 1. dubitatum eſt, c an qui tormenta ſola exercuiſſent, admitti deberent ad Clericatum. Verumtamen cum aliquando Præſbyter accuſatus, & ab Officiali quæſtioni adiudicatus prouocaſſet curiam, velut ab abuſu, cognitores regij nullum abuſum dixerunt: ſic ſentientes non abhorrere à Iudice Eccleſiaſtico quæſtionis indictionem. Curia vero nihil aliud pronuntiauit, quam vt accuſatori dies diceretur cum quo iudicium fieret, quoniam ſolus promotus citatus aderat, arreſto 14. Ianuar. 1567. ſed a Choppinus refert plurima eiuſdem Curiæ iudicia quibus approbatū eſt, quod is Iudex quæſtioni reum Clericum addixiſſet.

a Antiſſiodor. can. 33 Matiſc. 2. can 19:
b Can. 1. cauſ. 23. qu. 5.
c Ep. 30.
Ep. 3. ad Toloz. Epiſc. cap. 3.

Alia iam eſt fori Eccleſiaſtici doctrina: vult enim ita torquendi Clerici ius eſſe penes Iudicem Eccleſiaſticum vt cenſeat Epiſcopum excommunicatum eſſe, qui adhocandum mandat Clericum torqueri per laicum: additque quod ſi Clerici neſciunt torquere, eſſe laicum qui ligabit, & poſtea Clerici torquebunt Vide Felinum in repertorio in litt. C. verbo Clericus non poteſt torqueri.

a. Lib. 2. polit. Eccleſ. tit. 3. n. 11.

Sed mehercle nonnihil abſurdi erat in huiuſmodi vſu, & edictis: ſic excruciatum fortaſſe reum ad ſuum Iudicem remittere cum in diffinitiua reparationi locus non eſſet. Deinde nullus erat ea via in iudicando Clerico Iudicis Eccleſiaſtici reſpectus. XVIII.

Vnde queſti obtinuerunt edicto Melodunenſi vt iunctim examinentur Clerici in reatu delicti priuilegiati conſtituti ab vtroq; Iudice: ac proinde ſe laïcus ad eius tribunal transferre teneatur (ſic ordini honor redditus) ac Procurator Regius: quibus etiam inconſultis non fas ſit Epiſcopo aut eius ſpirituali Iudici reum vinculis abſoluere. Quod ſi de crimine liqueat ſeparatis ſententiis illum condemnabunt, non vna eademque: ac bona cum ratione, cum Officiali non liceat aliam pœnam imponere quam ſpiritualem. XIX. Papon art. 54. eod. tit. 5.

Itaque Iudex Eccleſiaſticus cenſuram, ſuſpenſionem à diuinis, ieiunium, modicam corporis caſtigationem, indicet: ſecularis vero exilium, publicationem temporalium, atque etiam vltimum ſupplicium. At lex vetus ait, non bis in eumdem. verùm non obſeruatur apud nos ne mitiore pœna quàm par eſſet, graue crimen abſolueretur, quandoquidem Eccleſia, nec etiam exiliũ decernere poſſit, vt iam notauimus. vel, vt ait Richardus Epiſcopus, non videtur iteratum quod ab vno incipitur, & ab altero conſummatur: duo enim ſunt gladij qui mutuum à ſe auxilium mendicant. Si verò id crimen fuerit ex quo ad ſupremum ſupplicium trahendus ſit Clericus, quid proderit ſententia Iudicis niſi vt eum degradandum ſtatuat, & Iudici ſeculari relinquendum, ideoque è carcere Eccleſiaſtico ad ſecularem traducendum? Apud Bleſenſ. ep. 73.

Ergo in omnibus criminibus præter ea quæ atrocia dicimus, ſi aliqua grauis pœna illis immineat, vterque Iudex neceſſarius eſt: & nonnunquam etiam in ſimplicibus: puta ſi eius ſit qualitatis, vt pœnam aliquam mereatur, cuius infligendæ non ſit ius Eccleſiaſtico Iudici: verbi cauſa verberatus eſt aliquis à Clerico vſque ad effuſionem ſanguinis, adeovt neceſſe fuerit læſo venire in manus Chirurgorum, vnde ei ſatisfactio pecuniaria debeatur, necnon Regi mulcta aliqua: aut ſi ab inſidiis, aut præcogitata diù mente verbera illata ſint: ſanè iſti caſus grandiorem merentur pœnam: ideoque adhibendus eſt Regius Iudex, vt quod laïci & Regij, ac publici iuris eſt, ſtatuat quandoquidem, vt alibi dicemus, non patimur Iudicem Eccleſiaſticum indicentem

Digitized by Google

pœnas pecuniarias, & temporalium priuationem. Quapropter huic Iudici neceſſe eſt regium aduocare vt ambo de reo cognoſcant. Nam ſi non aduocarit, & ſolus pronuntiarit, poterit idem reus à Regio Iudice repeti. Quod ſi aduocatus neglexerit venire, nullæ amplius partes eius erunt in iudicatum, quomodocumq; ab Officiali. Mirum vero quod Curia ſuprema ſententiam criminalis Magiſtratus Senonenſis ob iniurias, & quidem graues atroceſque approbarit, ex quo Flauianus reus præſcriptione fori ſubmotus, damnatuſque eſt contumelioſa verba retractare præſentibus ſodalibus, & litis cognitore, vt ſcripſit Præſes Auguſtus Thuanus. Namque cum nulla corporalis pœna impenderet, & inter Eccleſiaſticos cauſa verſaretur, remiſſio faciendo videbatur ad Iudicem Eccleſiaſticum. Sed tum iniuriarum atrocitas permouere Senatum potuit, tum quod reus auſus eſſet dicere actorem incurriſſe excommunicationem ob citatum Eccleſiaſticum ad forum ſeculare.

Lib. 116. anno 1596. actore Mieta Archidiacono, & Flauiano Canonico Senonenſi reo.

XX. Fornicationem etiam quis dixerit inter communia delicta: quoniam vero ea duplex eſt, aut vulgaris quæ committitur in meretricem olenti in fornice ſtantem, vt dixerit Horatius; vel in biuio vt eſt in Geneſi: aut in eam quam intra lares ſuſceptam & ſeruatam vocamus concubinam; quæſitum eſt an in ſacerdotes poſteriori adhærentes Iudex laïcus animaduertere poſſet: & quidem poſſe noſtri Senatores olim dicebant ſuis placitis quæ Boërius refert. Atque anno 1551. Curia Tholoſana omnes Sacerdotes quamcumque impudicitiam exercentes grauibus ad modum & ignominioſis pœnis coërcuit, poteſtate regiis magiſtratibus inferioribus facta in eos animaduertendi, quoniam Iudices Eccleſiaſtici conniuere, & huiuſmodi criminis caſtigationem negligere viderentur. At de hoc Senatuſconſulto velut contra Eccleſiæ priuilegia dato amariſſimè queſti Sacerdotes inuecti quoque in eam Curiam libello publicato obtinuerunt à Rege qui tum erat Amboſiæ, vt reuocaretur. Equidem neſcio an potius queri debuerant de illo Senatuſconſulto, quam de Sacerdotibus qui illud meruerant, aut de Epiſcoporum negligentia qui quaſi authores fuerant Curiæ ſeculari, vt iſtam negligentiam ſuppleret, vel ſolicitaret. Sic enim quondam D. Hieronym. non indignabatur legi contra Sacerdotes nimium in ſeculo adquirentes factæ, ſed iſtorum Sacerdotum auaritiæ quod eam meruiſſet cenſuram. Neque profecto tanti eſſe apud Deum priuilegia

Sat. 2.

Geneſ. cap. 38.

Deciſ. 72.

Thuan. lib. 6. hiſtor.

Digitized by Google

Eccleſiaſtica credendum eſt, quantum ei ſunt abominationi Sacerdotum ſcandala, vt potius ea velit per quoſcumque Iudices reſecari, quam ea priuilegia conſeruari per quæ impudentiam ad ſcelera capiunt. Vos, inquit Chriſtus Sacerdotes alloquens, eſtis ſal mundi: quod ſi ſal infatuatum fuerit, ad quid valet niſi vt conculcetur pedibus? Neque vero inter Eccleſiaſticos noſtros vllum crediderim Nicolaïtam eſſe qui ſimplicem fornicationem non putet eſſe peccatum mortale; cum è contra doceat ſacra ſcriptura, tam vetus quam euangelica: dicente Domino, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemias coinquinare hominem: & D. Paulo fornicationem inter grauia peccata ponente: ac præcipiente Epheſiis, vt nequidem nominaretur fornicatio inter eos ſi vellent eſſe Sancti. Denique in primo Concilio Eccleſiæ, quod eſt Apoſtolorum, ea ſpecialiter prohibita eſt, videlicet ne amplius dubitaretur in fornicatione peccatum eſſe. At quis carnalem copulam dixerit in Sacerdote ſimplicem fornicationem, non potius inceſtum ſacrilegum, aut ſacrilegum adulterium quandoquidem immaculatæ Eccleſiæ, cuius ſponſus eſt, thorum polluat, fœderis nuptialis quod contraxit cum illa Sacramentum violet, & non poſſit cum vlla miſceri niſi quæ ei ſit filia ſpiritualis, ſi fidelis eſt? Ergo ne vllus Clericus, ac ne etiam quivis Catholicus ſibi blandiatur in fornicatione ſua. Sanè plurima extant Conciliorum decreta aduerſus concubinarios Sacerdotes, illorumque concubinas, quæ modo flagris cædi, & tonderi iubentur: modo Lateranenſi Palatio ancillæ perpetuæ addicuntur: modo aduerſus eas brachium ſeculare inuocatur: ipſis autem Sacerdotibus excommunicatio, beneficiorum priuatio, ſi quæ habent, & carceralis detentio per biennium infligitur: ſed quanta fuit iſtorum Canonum executio? vnde non mirum ſi Eccleſiaſticam diſciplinam à ſuis neglectam foueãt ſeculares. Porro Hiſpanis [a] hoc delictum mixti fori dicitur, & in caſibus mixti fori præuentioni locus eſt. Itaque laïci Iudices præueniendo concubinarios Sacerdotes, de illis pœna pecuniaria decernere poſſunt: atque vt vigilantiores ſint ad præuentionem tertia pars iſtius pœnæ eis adiudicatur lege regia: quæ profecto vbique valere deberet, vt tandem fibula daretur libidini Sacerdotum. at quæ melior dari poteſt quam ſi maturæ, & caſtigatæ iam ætatis promoueantur Sacerdotes? Habito etiam per viciniam de illorum optima conuerſatione teſtimonio, vt vult D.

XXI.

Oſee. 4. Math. 15. Marc 5. Ad Rom. 1. Ad Galat. 5. Ad Epheſ 5.

Act. 15.

XXII.

Synodo Aurel. 4 Can. 29 ſub Vigil Synodo Auguſt. ſub Ioan. 12. an. 952 Concil. Hiſpal. 1. Can. 3. Damian. ep. 10 Concil. Oxon. in Anglia anno 1222. Concil. Germ. eod. tẽpore c. 2. Concil Palẽt. Hiſp. cap de cohabit. Cleric. & mulier.

XXIII.

[a] Bouad. lib 2. c. 17. n. 53 & caſ. 113. Gutierres lib. 2. ca 8. n. 53. canonicar. quæſt.

Paulus. In regno autem Neapolitano concubinarij Sacerdotes
Collect. 653. 684. ſunt fori Epiſcopalis: atque in eo foro ſcribit Riccius, ſuſpenſum duntaxat à cura ſua fuiſſe Sacerdotem accuſatum, & con-
XXIV. Collect. 549. uictum quod in actu confeſſionis mulieres ſolicitaret ad turpia, pluribus deponentibus ſe tactu, & ſignis ab eo ſolicitas fuiſſe. indulgens ſanè, aut potiùs ridicula pro qualitate criminis, nullo non ſupplicio in tanto ſacrilegio digni pœna: vnde remitti debebat ad laïcum Iudicem, vel etiam flammis expiandus.

Sit igitur ex præmiſſis diſtinctio criminum, vt quædam priuilegiata ſint pro foro ſeculari cuiuſmodi atrocia omnia, vt non requiratur præſentia Iudicis Eccleſiaſtici: alia priuilegiata pro foro Eccleſiaſtico, vt ad illud remittantur Clerici rei, ſed iu-
XXV. dicandi aſſiſtente regio Iudice, & Procuratore: ac ea fortaſsè communia dicuntur, quoniam eorum cognitio vtrique Iudici communis eſt: quemadmodum commune delictum, quoad Iudices regios, & Dominicales appellatur, quod vtrorumque cognitionis eſt: cum ea tamen differentia, quod non ambo concurrunt ad litem inſtruendam, vt Iudex Eccleſiaſticus & laicus.

Ergo in iſtis reus ſtatim ad ſuum iudicem remittendus eſt, nec valeret etiam in non declinantem litis inſtructio, quia renun-
XXVI. ciare non poteſt ſuo priuilegio. Redditio vero fieri debet non Epiſcopo eius loci in quo deprehenſus eſt Clericus, vel vbi delictum commiſit, ſed ei à quo ſacris ordinibus initiatus eſt: ex-
XXVII. cepto quod ſi Epiſcopus habet ſuam iuriſdictionem, & cathedram extra diſtrictum Curiæ ſupremæ à qua remittitur reus, ſolet illa huic Epiſcopo iubere, vt Vicarios in ſuo diſtrictu committat à quibus cum Iudice regio crimen & perſona iudi-
XXVIII. centur. Alius autem inferior Iudex, non habet authoritatem id præcipiendi, neque inhibendi ne ſe inconſulto reum Clericum peragat. Nam Curia cum mixta ſit ex Clericis, atque etiam
XXIX. Epiſcopis, & laicis, habet ius in Epiſcopos. Sed Antiſtitis Pariſienſis prærogatiua eſt, vt omnes Clericos cuiuſcumque Diœceſis in cuſtodiis ſecularibus illius vrbis detentos vendicare poſſit.

XXX. Vbi vero vterque Iudex pronuntiauit ſi reus appellat Curiam, non ſolet ea recipere appellationem, niſi quæ eſt à ſententia Iudicis laici: aliam autem remittit ad ſuperiorem immediatum Iudicem Eccleſiaſticum: huicque adeo deferens, vt ſuas

Digitized by Google

partes ſuperſedeat quovſque ille pronuntiauerit. Quod factum memoratur in cauſa capitali Archidiaconi Cenomanenſis, qui nouiſſimis annis delatus ad Iudicem regium, quod nepte ſua abvteretur, & eius coniugem interficiendum curaſſet, ab eoque Iudice velut incompetente prouocans (erant tamen horrenda ſcelera quæ eum priuilegio excludebant) redditus eſt Archiepiſcopo Turonenſi, qui cum Præfecto regio litem inſtauraret: ac ab vtriſque pronuntiantibus cum ille rurſus prouocaſſet ad Curiam, ei placuit vt appellatio à ſententia Archiepiſcopi, priùs expediretur. Quoniam verò is tanquam delegatus Iudex cognouerat, ac proinde non æquum erat ad eumdem, vt immediatum ſuperiorem rejicere appellantem, Senatus duos è ſuo Collegio ordinis Eccleſiaſtici præfecit huic dirimendæ.

Reſtat ſimplex crimen, ex quo ſi Iudex laicus præuenerit per manus iniectionem, requirenti Epiſcopo reddi debet reus, aut allegantem fori præſcriptionem remittere oportet, perſolutis tamen priùs expenſis, quæ in eam captionem, & poſt illam factæ ſunt, vt ſcribit Argentræus. Sed in citatum, & contumacem nihil pronuntiare poteſt Iudex ſecularis propter defectum iuriſdictionis. Vnde Senatus Grationopolitanus mulctam eo caſu contumaciæ dictam remiſit: & Curia Pariſienſis, etiamſi Clericus priuilegiatus paſſus ſit ſe iudicari à Magiſtratu laico non allegans ſuum priuilegium, ſolet eum deinde appellantem à condemnatione tanquam à Iudice incompetente, audire: & annullatis quæcumque contra ipſum facta ſunt, ad ſuum Iudicem remittere: ſed ne dolus ei proſit, forte non allegans quia vult experiri, an in foro laico poſſit obtinere ſecurus de nullitate ſententiæ ſi non obtinuerit, debet expenſas etiam iure canonico: ſicque Tholozanum Parlamentum ſolet obſeruare. XXXI.

[Margin: Ad artic. 4. cõſuetud. Britan. — Guido Pape decif. 450. — Imbert. lib. 3. cap 9. nu. 24. Couarru pract. quæſt. cap. 34. n. 1. cap. ſignificaſti, cap. diligens de foro compet. — Mainard. lib. 1. deciſ. Tholoz. cap. 24.]

Simplicia vero crimina ſunt quæ ſola caſtigatione Eccleſiaſtica indigent: vt ſi quis maledixerit ſuo Epiſcopo, ſi colaphum alicui impegerit, contumeliam fecerit, ſi in ebrietatem ceciderit, aut fornicationem, & huiuſmodi alia, quorum notio eſt ſolius Eccleſiaſtici Iudicis, cui ſoli, etiam vt in eo crimine mulctam honorariam dicere valeat competere dicitur, non item ſeculari Iudici: vt neque illi at iſti, pecuniariæ indicendæ poteſtas eſt, vnde nonnunquam præſentia ſecularis Iudicis eſt XXXII.

neceſſaria, vt paulò ante diximus: vidimus autem mulctæ honorariæ condemnationem à ſeculari Iudice pronuntiatam approbaſſe Curiam ſupremam: ſed ob atrocitatem iniuriarum. XXXIII. Certùm vero eſt ſupremæ curiæ authoritati eam condemnationem incumbere: prout iam notauimus illam mulctaſſe Epiſcopum, & alios Eccleſiaſticos quod iura laicæ iuriſdictionis vſurparent: ſic mulctati ſunt ab ead. Curia Epiſcopus Conſtantienſis, & Rothomagenſis: ac notabile eſt Guilielmi Roſæ Epiſcopi Siluanectenſis exemplum ſupra citatum: ac notabilius quod anno 1594. renouata Senatuſconſulti ante 14. annos in Ioannem Tiraquellum memoria Florens, Iacob Theologico ſtudio initiatus, & Thomas Blanzius Theologius damnati ſunt adeſſe in Schola Sorbonica, & Iacob de geniculis, capite nudo, præſente Blaſio dicere, ac declarare temerè, ac inconſultè ſe publicè propoſuiſſe, Summum Pōtificem omnem poteſtatem ſpiritualem, & temporalem habere in omnes: & domum Eccleſiaſticam duos gladios habentem, temporalis vſum Regibus & magiſtratibus conceſſiſſe: ac illarum propoſitionum pœnitere, veniamque à Deo rege & iuſtitia petere. Nec ſecus Curia Rhedonenſis Epiſcopo Vannenſi diem dixit, quod minimè ſuo arreſto paruiſſet. Habet enim Curia ſuprema, vt quæ ſupremam Regis authoritatem repræſentat, poteſtatem in omnes Eccleſiaſticos, adeo vt ſoleat ſportulas illorum aliaque iura, quæ ex miniſterio ſuo percipere poſſunt, præſcribere, vt aliquando pro ſolemni matrimonij conſecratione aſſem, & vnciam conſtituit: pro ipſius conſecrationis teſſera aſſem, & ſeſqui: pro thalami inauguratione viui loco dextantem: ac vt noui coniuges nocte prima impunè coire poſſent, quod fortaſsè prohibebant parochi, niſi ab illis redempta eſſet facultas: & cætera quæ refert Lucius Senatuſconſulto anni 1401. ac Ioannes Chenu Bituricenſis, & Choppinus plures præſcriptiones collegerunt ab iiſdem Senatoribus inter Eccleſiaſticos de iuribus illorum etiam quoad ſacra factas: habent enim hoc ius à rege, qui Epiſcopus eſt ad exteriora, vt de ſe Conſtantinus dicebat, id eſt, ad politiam, ne exactionibus ſui ſubditi grauentur: vt iam Eccleſiaſtici non ignorent vanum & friuolum eſſe, quod à nonnullis, neſcio qua mente (nec ſanè Euangelica) fictū eſt, videlicet, nec Regi, nec legibus regni obnoxios eos eſſe.

XXXIV. (margin, beside "præſentat")

XXXV. Sic apud Hungaros Rex Carolus ad coërcēdam Præſbyterorum auaritiam graue edictum tulit, idque Mathias reſtituit addito, vt Archidia-

Lucius lib 2. placuit. tit 2. arr 6. an. 1373. & arreſto 7. anno 14,8.

Ex Thuano. lib. 114.

Natal. du Fail. anno 1568.

lib. 1. tit. 5.

Archidiaconorum nemo præter vſitata funeralia quidquam exi-
geret: ſi exegiſſet, beneficiis abdicaretur, vt ſcripſit Bonfinius.
Ergo Regis poteſtas in illos. Non tamen eadem eſt apud omnes
gentes. Nam in Germania Clerici dicuntur non ſubeſſe Imperia- Mynſinger ce-
li iuriſdictioni ob crimen, niſi ratione regalium quæ eis auferre tur. 5 obſeruat.
poteſt, non verò procedere vltra in eorum perſonas, vt irroget 58 centur. 2. obſeruat. 67.
pœnam ſanguinis, etiam ſi violatæ publicæ pacis arguantur: eoq; XXXVI.
caſu non exempti ſint à iuriſdictione Imperialis cameræ ſecula-
res quicumque etiam Principes: licet aliâs & in aliis caſibus ab
ea iuriſdictione habeant exemptionem: Hoc tamen excepto
quoad Clericos niſi deprehenſi fuerint in habitu laico. de quo
mox dicturi ſumus.

In Hiſpania notauimus ſupra ſeculares Iudices habere ius in Bouad cap 18.
temporalia Eccleſiaſticorum delinquentium, non vero in perſo- plurib. locis.
nas eorum (quaſi exemptæ ſint à legibus regni) vnde fortaſſè Fer- XXXVII
dinando & Iſabellæ Regibus religio in Alphonſum Carillum
factioſum Toletanum Primatem vltra procedere quam prehen- Anton. Neu-
ſione temporalium illius: ac redeuntem ad obſequium, & iure- briſſ. lib. 3. c. 7.
iurando ſancientem ſe in fide permanſurum non ante admiſerũt decad. 1 & lib. 6 cap fin.
quam munitiſſima ditionis ſuæ caſtella quaſi vades tradidiſſet. Mariana lib. 23. cap. 6.
Itaque pluribus legibus in Eccleſiaſticos eadem temporalium
priuatio, ac perpetuum exilium promulgatur aliquot caſibus:
puta ſi ter vocati à Rege, eiuſque Conſilio non venerint: ſi quid
procurauerint contra ius Patronatus, aut quodcumque aliud Re-
gi competens in beneficia, eorumque diſpoſitionem, collatio-
nem, & prouiſionem: ſi ea quæ ſunt iuriſdictionis temporalis &
regiæ vſurpauerint: ſi clericos de corona, vt aiunt, dum diſce-
ptatur inter vtrumque Iudicem, cuius ſint fori, non detineant
in carcere: ſed eis dent pro carcere, aut ciuitatem, aut Eccle-
ſiam, aut aliquam domum priuatam. Quæ omnia volunt eſſe
non quidem iuriſdictionis contentioſæ, ſed Imperioſæ, vt pater-
familias immorigerum filium, vel ſeruum poteſt expellere ſua Bouad. ibid.
familia, & paſtor ouem morbidam è grege. caſu 8.

Præter ea vero quæ diximus de caſibus criminum atrocium,
ex quibus ſolus Iudex laicus Clericum iudicat, ceſſat quoque
priuilegium, ſed ob quaſdam circunſtantias in quibus quomodo
ſe gerant & noſtri Iudices, & aliquarum aliarum nationum nota-
re non ingratum erit.

Puta ſi Clericus ſit incorrigibilis: eum autem huiuſmodi dici- XXXVIII.

Digitized by Google

mus qui binam accuſationem ſuſtinuerit, biſque ſuo Iudici redditus fuerit.[a] Nam ſi tertia vice deprehendatur in delicto, non amplius remittitur.

Item[b] arma portantes, & in armis deprehenſos non audimus declinantes: atque Regem Franciæ, & Officiarios eſſe in

XXXIX. poſſeſſione eos iudicandi à tempore cuius initij memoria non extat in contrarium; ait[c] Chaſſaneus, cenſens tamen non eſſe illos ab hoc Iudice puniendos corporaliter, ſed in pecunia. quanquam ſe vidiſſe teſtetur Mediolani quemdam Clericum ſimplicis tonſuræ captum noctu cum armis, adductumque ad Capitaneum iuſtitiæ Mediolanenſis, iuſſiſſe illum, vt reus ſiſteretur ad Brohetum, nempe locum vbi huiuſmodi rei ictibus fuſtium caſtigantur. ergo, vt pœna eſſet corporalis. at euaſit, fuitque punitus ciuiliter. Neque vero nos trinam admonitionem attendimus, quam ius Canonicum, & Hiſpanum,[d] & Neapolitanum requirit. Sed Couarruuias Hiſpanus concedit poſſe Iudicem laicum auferre Clerico arma quæ habet: additque Bouadilla, & mulctam illi pecuniariam imponere, pro qualitate armorum: ac teneri Clericum, vbi cognitione cauſæ opus eſt, comparere coram eo Iudice: quin & venantem & piſcantem in loco & tempore prohibitis, fas eſſe eidem Iudici priuare inſtrumentis, & armis quæ tum habet: ſicque Senator vrbis Romæ Clericis arma portantibus, ea auferre poteſt, ſed puniendos debet ad Iudicem Eccleſiaſticum remittere: vt eſt inter capitula declaratoria iuriſdictionum vrbis Romæ in codice ſtatutorum eiuſdem vrbis. Sed miror, aut impudentiam Clericorum, aut ſtoliditatem Iudicum, ex qua in dubium venerit, an arma Clericis auferri poſſent, vt lege vel deciſione opus fuerit. Quid enim minus fieri potuit? At olim ſolebat in armatos Clericos ignominioſè animaduerti. Nam remittebantur, ſed tubis præcedentibus, & ſonantibus, atque ex Clerici collo armis, quibuſcum deprehenſus fuerat, pendentibus: quod Concilio Rauennate prohibitum eſt. Sanè canones diſtrictè præceperunt Clericis ne arma ferrent, neve eſſent venatores.

XL. Altera circonſtantia eſt non remittendi Clerici ſi in maleficio etiam ſimplici deprehenſus ſit abſque ſuo habitu: ſed in veſtitu ſeculari: ſiquidem eſt ſuus Clerico habitus, quo à cæteris diſtingui debet: Inde abdicatus olim à ſuo etiam patre

a Papon arreſto 5 tit. 6. li. 1.

b Idem ibid. art. 6. 7. 8. Lucius lib. 2. tit. 2.

c Chaſſan. ad Rubr. *Si aucun commet larcin* §. 5. verbo 16. fallit.

Bouad. d. ca. 8. caſ. 34. Iul. clar. q. 36. n. 31. Riccius parte 5. deciſ. collect. 1610.

Couarr. pract. quæſt. tomo 2. cap. 33. n. 7. ex conſtit. Caroli 5. ann. 1526. quam recenſet Auguſtinus Mola emporij parte 1. tit. 1. q. 13. n. 16. & ſeq. idem Bou. caſ. 11. & 38. & pro armorum prohibitione facit expreſsè l. 5. tit. 4. lib. 1. [illegible]opilacion.

Digitized by Google

Epiſcopo Cæſareæ Cappadociæ Euſtathius, quod ſe habitu dignitati Sacerdotij non congruente veſtierat: eaque tanti momenti fuit abdicatio, vt ſe purgare volentem non audierit Synodus. Nec ſine cauſa noſtris in Sacerdotibus requiſita eſt habitus diſtinctio, quandoquidem in Iudaicis tantoperè ſit iuſſa: illis nempè quos aliquod vitium corporis ab altari non remouebat. Nam qui cæcitate, aut ſimili defectu laborabat, laicum habitum gerebat, licet ſua Leuitica portione frueretur. Alij vero lineis veſtibus induebantur, vt & Flamines apud Romanos. Itaque in Concilio Metenſi ſedente Stephano 6. vetiti ſunt Clerici indumenta laicalia gerere, id eſt cottos, vel mantellos, vt ibi dicitur, ſine cappis quas laicis non licebat habere. Et Concilio Eboracenſi & Oxonienſi apud Anglos anno 1196. & 1222. iuſſi ſunt Clerici incedere habitu Clericali, & cappis clauſis, vel non manicatis. Synodo Senonenſi anno 1524. iubentur Clerici abſtinere à partitis, virgatis, & fronciatis veſtimentis: lunatis, ſeu feneſtratis calceis: Coloribuſque rubeo & viridi. Hincque apparitores iubebantur olim veſtibus virgatis, & diuerſo colore indui, vt ſic non gauderent delinquentes priuilegio Clericali, etiam qui Clerici eſſent. Item Synodo Carnotenſi anno 1526. Clericorum veſtes debent eſſe talares non expectoratæ, non fronciatæ, non partitæ, & cætera quæ collegit Bochellus ex variis Synodis. Iam vero quis ſit Clericorum habitus notum eſt.

Socrat. lib. 2. cap. 33.

Ioſeph. lib. 5. belli Iudaici cap. 15.

Lib. 6. decret. Eccleſ. Gallic. tit. 17. cap. 3. 6. & aliis.

Quamobrem qui mutatione habitus ſe in laicum transfigurat, meretur pro laïco tractari: & ſine habitu Clericali dicitur qui veſtem, & tonſuram Clericalem non habet: nec ſufficit ſi alterutram habeat. An autem habeat, & de qualitate habitus Iudicis eſt laïci cognoſcere: qua de re ampliſſimè Guido Pape. Atque tamdiù à Iudice ſeculari retineri poteſt, quamdiù Iudici Eccleſiaſtico innotuerit an veſtis, cum qua captus eſt, ſit Clericalis an non, vt vult Damhouderus in praxi Flandriæ criminali: imò vetus praxis eſt apud nos ex anno 1385. non gaudere Clericum priuilegio, niſi litteram tonſuræ ſuæ exhibeat. Obſoleuit vero apud nos Leonis 10. diploma, quo non concedit in Clericos ſine illo habitu deprehenſos animaduerſio Iudicis laici, niſi tempore commiſſi criminis, & quatuor ante menſes proximos illum neglexerint. At Hiſpani & Neapolitani hoc obſeruant, licet querentes huic ab Eccleſiaſticis

q. 138. & ibi Ferrerius. & Iul. clar. q. 36.

Cap. 15. n. 25.

Papon. lib. 1. tit. 5. arreſt. 38.

Couarr. tomo 2. cap. 31. de iuriſdict. in Cler. Bouadilla d. c. 18. ampliſſ.

Digitized by Google

Alphonſ. Villadiego cap. 5. de la inſtruc. n. 69. & ſequentib.

fraudem fieri: ſiquidem ſæpè admonentibus Clericos, ſub pœna excommunicationis tonſuram, & veſtem Clericalem geſtare, vt ſine illis deprehenſos vendicare queant excommunicationis prætextu. Apud Germanos vero habitus ſecularis ponitur à Mynſingero inter caſus ex quibus Iudex laicus animaduertit in Clericos. Sed ex Synodo Colonienſi videtur vſus eſſe, vt non liceat in non coniugatos, niſi poſt trinam admonitionem. Porrò quis non ridebit, aut potiùs, non deteſtabitur malavicini mali ſanè imò peſſimi vicini Pontificis in Belgia Oratoris diſpenſationem, qui animans in cædem Henrici 4. Dominicanum quemdam nomine Carolum Ridicouium, authoritate Pontificia dedit ei, vt liberè & citra conſcientiæ morſum, quo magis lateret, habitu militari vbique comparere, equitare, ſaltare, choreas ducere, & gladiatoriam facere poſſet: vt ſcripſit Thuanus ad annum 1599. Equidem non ea mēte Paulus circumcidens Timotheum, ſeque tondens & purificans eorum quaſi habitui exteriori ſe accommodabat ad quos ituri erant; neque item plurimi religioſi qui aſſumpto veſtitu laïco ad Indias, magnamque Synarum, ſeu Chinarum regionem penetrauerunt: at vt ſe omnia omnibus facientes, eos Chriſto lucri facerent.

Cent. 2. obſeruat. 67.

An 1536. parte 3. cap 8.

XLI.

Can. 16. Carthag. Synodi apud Zonorā. Papon. lib 1. tit. 6. arreſto 3. Guido Pape q. 138. Conſtit. Philippi 3 de qua Chopp. lib 3. tit 5. n. 15. polit. Eccleſ. Conſtit. Lucæ Patriarchæ Cōſtātinop. lib. 2. iuris Orientalis vbi de functione inhoneſta. Cap. 15. de vita, & honeſt. Cleric. cap. 16. Eod. Clement. 1. eod. tit. Bouad. d cap. 18. caſ. 29.

Habitui quoque & tonſuræ functio honeſta adiungi debet. Nam qui vilem artem exercet, ſuo priuilegio derogat. Vnde noſtra Curia macellarium ab exceptione fori rejecit: idem de tabernario, caupone, mimo, iaculatore, hiſtrione & cæteris huiuſmodi quos conſtat apud omnes ferè nationes, aut infames fuiſſe, aut aliqua turpi nota laboraſſe. Sed hos admoneri volunt decreta vt ab hoc negotio ceſſent, quod Hiſpani obſeruant. Atque id curæ fuiſſe primis Chriſtianis vt à ſordida functione vacarent, non eſt dubium. Vnde Iulianus Apoſtata vt ſuos Sacerdotes cōformaret Chriſtianis ſacerdotibus, vetuit illos ad ſpectacula accedere, [a] in taberna bibere, artem aliquam, aut turpe officium exercere.

Cæteram autem functionem non interdictam fuiſſe, liquet ex [b] Elibertino Cōcilio quod negotiationem mercenariam permiſit Epiſcopo, Præſbytero, Diacono, modo intra Prouinciam fieret: [c] & Concilio Carthag. 3. ampliùs dictum vt Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus artificio, vel agricultura victum

a Iulian. epiſt. ad Arſac. b Elibert. Can. 19. Carth. can. 51. 52. 53. Vide Can. 10. Turonenſ. 2. tomo 2. Concil. c Lib. 2. cap. 5. Conſtitut. Apoſtolic.

Digitized by Google

ſibi, & veſtitum quæreret, abſque tamen officij ſui detrimento: ob idque qui ad operandum validi eſſent, artificiola & litteras diſcerent. Cuius rei exemplum præſtitit D. Paulus, qui licet eruditiſſimus ſcenofactoriam calluit: vnde dicebat, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, miniſtrauerunt manus iſtæ, omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos. Fortaſsè quia, vt antiqui Rabini ſcripſerunt cautum, erat apud Iudæos vt qui litteris & ſcientiis inſtruebantur, officium etiam aliquod edocerentur, dicentes eos eſſe ad vitia procliuiores qui artem aliquam mechanicam neſcirent. Sic Rabbi Ioacohannam ſutoriam, & Rabbi Iudas piſtoriam artem exercuerunt. Inter Chriſtianos autem Sozomenus refert ſe grandeuum Zenonem Majumæ Epiſcopum vidiſſe, qui licet reliquis Sacerdotibus eius gentis ſuperior eſſet, ac populo & pecuniis maximæ Eccleſiæ præeſſet, non ceſſabat tamen ex lino texere veſtes, quibus tam ſibi quam egenis neceſſaria ſuppeditabat. Denique D. Hieron. vel author libri de vitis Patrum in Serapione ſcribit, ſolitos Ægypti Monachos tẽpore meſſis operas ſuas locare. Quod & D. Baſilius adeo approbauit, vt licitum dixerit eis ex ſuis operibus manualibus negotiari. Idque ad poſteriora ſecula propagatum eſt. Nam Beda meminit cuiuſdam Monaſterij in Anglia dicti Bancor, in quo tantus erat Monachorum numerus, vt cum in ſeptem claſſes diuiſi eſſent, earum quælibet non minus conſtabat quam trecentis, eoſque omnes de labore manuum ſuarum viuere ſolitos. At ſcriptum eſt, ne quis ex Clero ſecularibus negotiis ſe immiſceat.

Baron. ad an. 51 artic. 17.

Lib. 8. cap. 27.

Interrogat. 37. 38. 39. 40. regular. fuſius diſputat.

Lib. 1. Eccleſ. hiſt. gentis Anglor. cap. 2.

Sed hoc reſpicit illos quos carpit D. Hieron. qui non victum, & veſtitum, quod Apoſtolus præcipit, ſed majora quam ſeculi homines æmolumenta ſectantes plenis ſacculis moriuntur diuites, qui quaſi pauperes vixerunt. Ac profectò longè meliùs & decentius eſſet cum tot vbique ſint Sacerdotes ſine titulo, aut eo ſaltem per quam tenui qui neceſſariis non ſufficiat, & ſacrificio celebrato langueſcunt tota die per inertiam (quæ proculdubiò fautrix vitiorum plurimis illorum nimium familiaris eſt) illos aliquo artificio tempus inter priuatos parietes fallere, vnde ſe aliquatenus excultiùs habere, & pauperibus ſubuenire poſſent: quam per nimiam ægeſtatem contemptibiles, aut otio nimio ad vitia prolabentes videre, nec ſibi, nec aliis proficientes.

Epiſtol. ſelectar. lib. 2. ep. 13.

Quapropter D. Auguſt. lib. ſcripſit de operibus Monacho-

Digitized by Google

Quodlib. 7. artic. 18. rum: cuius libri authoritatem referens D. Thomas refellit intelligentes Apoſtoli dictum de ſpiritualibus operibus: aſſeritque hæreticos eſſe qui mendicare malunt quam artificio aliquo ſtipem ſibi comparare: quia fortaſſe putant peccatum eſſe Sacerdoti alicui vacare arti mechanicæ.

Itaque honeſtum artificium non eſt reprobandum, idque ad noſtrum vſq; ferè ſeculum ſanxit Colonienſis Synodus an. 1536. modo non eſſent Sacerdotes lucri cauſa mercatores. Et qui artem honeſtam profitetur non debet fruſtrari ſuo priuilegio, etiamſi manibus ſuis operetur: modo inde non ſit mercator. Cap. 30. & 31. parte 2.

Quid vero quod Carthaginienſes Patres cenſuerunt non incõgruere Eccleſiaſtico agricolam vel artificem eſſe, ſed vetuerunt eum procurationem, vel cõductionem ſuſcipere, & turpi aliquo, ac vili negotio victum quærere? Nemo enim aiebant, militans Deo ſe implicat ſecularibus negotiis. Nempe nulli addictum eſſe voluerunt Sacerdotem, aut Clericum propter ſecularem administrationem, fortaſſe ne inde prætextus eſſet auocandi eos in eo caſu à ſuo foro: vt tandem contigit: & iam ſua ætate notauit Petrus Bleſenſis: Quidam, inquit, per vſurpatas ſeculi adminiſtrationes ſe vinculo curiali obnoxiant: & quaſi renuntiauerint ſuæ priuilegio dignitatis, calculum durioris euentus expectant. Nam pro cauſa huiuſmodi hodie in Sicilia mancipati ſunt Epiſcopi quidam carceralibus vinculis, nec aliquod expectant ab Eccleſia Romana ſolatium, quibus improperatur à ſummo Pontifice, vt bibant de calice quem ſibi temerè miſcuerunt: hæc ille. Atque ead. ratione in Concilio Oxonienſi apud Anglos ſub Stephano Archiepiſcopo Cantuarienſi, prohibentur Clerici beneficiati, aut in ſacris conſtituti villarum procurationes ſuſcipere: videlicet vt non ſint Seneſchalli, aut Bailliui talium adminiſtrationum occaſione quarum ſint laïcis obnoxij rationibus reddendis: neque exerceant iuriſdictiones ſeculares, præſertim quæ ſanguinis pœnam imponunt, nec litteram ſcribant pro infligẽda ſanguinis pœna: alioqui contra hæc peccantes forent indigni protectionis Eccleſiaſticæ. Vnde verum eſt fruſtra eos in maleficiis deprehẽſos à Iudice laïco circa has functiones allegare ſuum priuilegium. Itaque noſtri quondam volebant Rothomagẽſem Archiepiſcopum, & regni Cancellarium pecuniæ ab eo adminiſtratæ rationem reddere apud Magiſtratum ſecularem: necnon Angli proceres, tam Eccleſiaſtici quam laïci à Guilielmo

XLII. In tract. de inſtit. Epiſcopi.

Gaguin. in Ioã.

Roger. houed.

Digitized by Google

Elienſi Epiſcopo, ac Romanæ ſedis legato, ſed regni Cancellario, eamdem rationem eodem iure exegerunt: atque ab ea dignitate depoſuerunt ſpretis Pontificis ſummi cenſuris. Atque ita Edoardus 2. Ceſtrenſem Epiſcopum magnum regni Quæſtorem capiendum, & examinandum de adminiſtrat. ſua curauit. Sed apud Hungaros Sigiſmundus Quinqueccleſienſis Antiſtes in peculatus Iudicium vocatus (quod eod. quæſturæ officio functus eſſet) habuit Iudices partim Eccleſiaſticos, partim Laïcos. Ergo etiam laïcos, nec prorſus valuit priuilegium. Ac mehercle non ſine cauſa, vt aut auertantur Eccleſiaſtici ab huiuſmodi adminiſtrationibus, quas illis tantoperè Concilia interdixerunt: aut ſciant ſe quoad iſtas Laïcorum inſtar habendos: ne quod noſter Gaguinus, iſque Eccleſiaſticus, aiebat aduerſus Cardinalem Ambianenſem, faſtum & pompam ex dignitate metientes, eo diuitias congerant audaciùs quominus vltionem timent quaſi Eccleſiaſtica libertate protecti. Sed mirùm quod plurimi huiuſmodi temporales adminiſtrationes ambierint quaſi ſua his inferior eſſet: adeo vt legatur Flandria interdicto ſubdita quod Comes nollet Leonardum Præpoſitum D. Donatiani Brugenſis admittere ad Cancellariatum Flandriæ; tamen Angli non timuerunt Epiſcopos de officiis Cancellarij, & Theſaurarij, necnon Clericos de priuatis ſigillis amouere, eiſque ſeculares ſubrogare. Atque Hiſpanica lege cautum eſt, ne Clerici & Eccleſiaſtici iſtis officiis præficiantur, quia per ea ſuum priuilegium non amittunt apud eos: niſi cum in Magiſtratu laïco eſſent, fuerint ad Clerum promoti: deinde ex eo magiſtratu reatum incurrerint. Ferturque Pius 4. cogitaſſe de conſtitutione facienda in Concilio Tridentino, ne Epiſcopi Romæ, & in ſtatu Eccleſiaſtico functionis ſecularis procurationem ſuſciperent: ſed ab legato Simoneta, & aliis monitus eſt, id magno Eccleſiaſticorum præiudicio ceſſurum in Gallia, Polonia, & aliis regionibus in quibus ſunt Regibus à conſiliis, & alia regni ampliſſima munera ſuſtinēt, quæ facilè foret eis abrogare exemplum ſanctitatis ſuæ imitantibus. Sed hoc exemplum nihil Gallo Regi impoſuiſſet, cui liberum eſt illos ad hæc munera vocare, aut ab eis rejicere.

[Margin: Thom. Vvalſingh. ad an. 1308. Bonfin. — In Carolo 6. — Meier. lib. 1. ad an. 1195. — Vvalſingh. in Neuſtria ad an. 1371. — Couarr. pract. q. cap. 13 n. 6. Bouad. d. ca. 18. n. 9. ſub f. — Hiſt. Concil. Trid lib 8 p. 585.]

XLIII. Sed licet aliquando creditum fuerit priuilegium clericale non prodeſſe eis qui ſecularibus adminiſtrationibus vacantes, circa eas delinquerent, videtur tamen alia opinio ſe inſinuaſſe apud nos: ex eoque probatur, quod noſtri Reges à ſummo Pontifice

Digitized by Google

Vide edict. Franciſc. 1. anno 1540. art. 38. & Henrici 2. 1549. art. 10.

impetrauerint, vt monetarum ſuarum operarij, ſi quid falſi circa illas commiſiſſent, aut deliquiſſent, non audirentur ſeculare forum declinantes. Ergo ſi non hoc indulſiſſet ſummus Pontifex declinare potuiſſent: atque olim declinantes audiebantur, vt patet arreſto apud Lucium. Quin etiam Franciſcus 1. noluit ſuorum nemorum eſſe vllos Clericos apparitores: aut ſi qui eſſent, veſtibus varij coloris vterentur: vnde ſi delinquerent non poſſent vti priuilegio clericali, qui non haberent clericalem veſtitum. Tamen Chaſſaneus de impetrato à ſummo Pontifice diplomate loquens ex quo Officiarij Regis circa officia ſua malè verſantes repellerentur eo caſu à ſuis priuilegiis: Videtur, ait, quod non erat neceſſarium cum retroactis multis temporibus multi conſiliarij fuerint puniti per Curiam non habendo reſpectum ad ſimplicem tonſuram clericalem: iudicatumque eſſe non oportere attendere an trina monitio præceſſerit: ſed ita, vt huiuſmodi rei mulctarentur duntaxat pœna pecuniaria, & officio ſuo priuarentur.

Rubr. 1 *ſi aucun commet larcin* §. 5. n. 91.

Ibid. n 71.

XLIV. Quid de artem mechanicam exercentibus, quos mox diximus non excidere à ſuo priuilegio modo ars ſit honeſta? An ita, vt in cæteris conſeruent ſuam prærogatiuam: In exceſſibus vero circa illam artem commiſſis non conſeruent? Et quidem Hiſpanorum legibus Clerici artifices tenentur legibus artificij: vnde ſi quid circa illas peccent corrigi poſſunt, & mulctari à Iudice laico pœna pecuniaria: nec ſecus apud nos, vt vidimus de monetarijs. Attamen mea opinio eſſet, ſi non ex profeſſo & in officina publica, ac lucri cauſa artificio inhæreret Clericus, ſed animi oblectandi gratia, atque etiam vt ſibi, pauperibuſque duntaxat ſubueniret: immunem eum eſſe oportere ab iſtis legibus artificij, cenſuraque laica; quandoquidem ſuum beneficium, vel officium nemini damnoſum eſſe debeat: excepto quod ſi arti ſe huiuſmodi exerceat in qua commiſſus exceſſus ſaluti hominis, vel reipublicæ noceat: qualem dixerimus Medicinam, Chirurgiam, Pharmatiam, & cæteras iſtius generis quæ proinde non facilè conceduntur Clericis ſaltem Sacerdotibus.

Tit. 4. ſub f. lib. 1. recopilacion. & leg. 1. eod. lib. Bouad. d. cap 18 caſo 20. 41 42 48. Alphonſ Villadiego cap. f. de la inſtruction. n. 88 89.

XLV. Quod vero huc vſque remiſſionem fori negari cenſuimus incorrigibili, armato, incongruè veſtito, & inhoneſtam aut incongruam functionem exercenti Clerico: non intelligendum eſt, vt à ſolo Iudice laïco iudicari debeat, vbi grauiore pœna opus eſt, ſed ab vtroque iunctim, vt conſuetudo Britannica ſtatuit. Quod ſi pecunia

Artic. 7.

Digitized by Google

ſi pecunia ad delictum coërcendum ſufficeret, tunc à ſolo Iudice laïco videretur imponenda.

Porrò notabile eſt quod dicitur obſeruari apud Hiſpanos, vt omnimodam iuriſdictionem exerceant Regij Iudices aduerſus eos omnes Clericos qui ſe dicunt exemptos à iuriſdictione Epiſcopi ordinaria, & ſoli ſummi Pontificis coërctioni obnoxios. Vnde tantum abeſt vt ad Pontificem remittantur quin nec ad ſuum Ordinarium, ſed ad regium Præfectum: idque inoleuit quod Papa tam longinquè abſente videbantur eſſe ſine Iudice. Cum autem Clemens Rom. Pontifex ideo Regem exemptos ſui iuris facere quia patrium Iudicem non habebant, intelligeret: dediſſetque Iacobo Cardinali Valentiæ Epiſcopo commiſſionem: Ioannes Rex miſit ad Cardinalem hominem qui ab eo hanc commiſſionem exigeret: ac iſto moras faciente, forſan recuſante Cardinale commiſſionem reddere, iuſſit ſuum Algazirium, ſic vocant, properare cum mandato vt vel eam, vel Epiſcopum mortuum referret. Quo perculſus Cardinalis confeſtim tradidit: acceptamque Ioannes mox conſcidit: indeque remāſit forum regium in exemptos conſuetudine, & tacito conſenſu ſummi Pontificis non ſolum in Arragonia, ſed aliis Hiſpaniæ regnis.

Bouad. & Alphonſus Villadiego citatis locis.

XLVI.

Belluga in ſpeculo §. videndum de propoſitis grauaminib. Rubr. 2. Bouadilla d. ca. 18. cal. 46.

Supereſt vt qui clericali priuilegio gaudere debeāt, videamus. Et quidem olim ius ſancti verticis tantum erat vt qui tonſuram duntaxat habuiſſet, præſcriptione fori vteretur, etiamſi coniugatus eſſet. Sed cum inde magna peccandi licentia ſuboriretur, ac iuriſdictioni laïcæ, cuius ſpecialis eſt criminum vindicta, plurimum derogaretur: non auſi primum fuerunt Reges ſuam authoritatem interponere, ſed interceſſerunt apud Alexandrum 6. & Leonem 10. vt exemptiones denegarentur clericis primæ tonſuræ, etiam innuptis, niſi tempore criminis, & quatuor ante menſes proximos tonſura, & veſtibus clericalibus vſi eſſent, qua de re notio erat Iudicis laïci, vt ſupra notauimus. Verùm Concilio Tridentino cautum eſt, vt nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus fori priuilegio cōfidat niſi aut beneficium Eccleſiaſticum habeat, quod non vult Synodus concedi niſi majori 14. annis: aut clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi deſeruiat: vel in ſeminario clericorum aut in aliqua ſchola vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi quaſi in via ſit ad majores Ordines

XLVII.

Seſſ. 23 cap. 6. idque conſtitutum eſt apud Hiſpanos conſtitut. regia. Auguſtin. Mola emporij 1. part. tit. 4. n. 138.

Digitized by Google

ſuſcipiendos. Clerici autem coniugati priuilegio fruantur ſi alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſeruiant, & clericali habitu, tonſuraque vtantur. Quod iam Clemens 7. in gratiam Neapolit. [a] Regis ſanxerat. At Hiſpanorum Reges poſt Concilium Tridentinum nonnulla ſtatuerunt obſeruanda quoad clericos primæ tonſuræ, vel minorum Ordinum qui capti in crimine à Iudice laïco reclamant forum Eccleſiaſticum.

Nunc vero apud nos [b] excluditur fori priuilegio niſi qui ſaltem ſit Subdiaconus, aut actu fungens aliquo miniſterio clericali in Eccleſia, cui propter officium, vel beneficium aliquod obnoxius eſt: idque quondam ſtatuiſſe apud Anglos Henricum [c] 2. referunt & approbant Angli Epiſcopi epiſtola ad Alexandrum 3. maximè verò Clericos conjugatos priuilegiis excluſit noſter Senatus. [d] Sed apud Hiſpanos [e] iſtis conſeruantur priuilegia in criminalibus non in ciuilibus, ſi cum virgine matrimonium contraxerint, ſi clericales veſtes deferant, & ab Epiſcopo ſunt miniſterio alicuius Eccleſiæ deputati. Porrò iudicatum eſt Florentiæ Prothonotarium apoſtolicum de numero participātium, etiamſi non ſit vtriuſque ſignaturæ referendarius, cenſeri inter perſonas Eccleſiaſticas, & frui debere priuilegio clericali. Vt ſcripſit Ant. Monach. deciſ. Florentina 67.

a Tapeiaſad l. 1. Rubr. 3. de Epiſc. & Cler. tit. 2. iuris regni Neapolit. & ad l. Ioan 2. & ad pragmat. Ferdinandi.

b Artic 40. Ordinat. Molinenſ.

c Roger. Houedan. in Henrico 2.

d Chopp de feud. Andeg. parte 2. cap 2. tit. 4 artic. 4.

e Auguſt. Mola emporij 1. parte tit. 2. n. 139.

XLVIII. Quid de Clerico qui poſt admiſſum crimen ſe in fraudem aggregat Clero? Equidem ſua fraus nemini patrocinari debet: & deceptis non decipientibus iura ſubueniunt. Sed diſtinguendum puto ſi is cuius interfuit, non ſe oppoſuit cum ſciret quominus aggregaretur: tum ſi ſe reus multò poſt interuallo dedit Clero. Nam ex vicinitate, vel diuturnitate temporis dolus præſumitur eſſe, aut abeſſe. [a] Deinde, vt dixit Iuſtinianus Imperator: etſi vitium in priore geſtum eſt, vita (humana enim natura quodammodo labitur ad delicta) attamen ſufficit ad mediocrem purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum triennalis temporis teſtimonium. Vita enim hominis, ſeu ad vitium, ſeu ad virtutem facilè mutationem ſuſcipit: indeque à Græcis dicta ἔθος καὶ τρόπος, vt notauit Plutarchus. [b] Quo verò in genere conuerſationis ad meliorem frugem reuocari potiùs debet quam Sacerdotij? Atque vtinam noſtri Sacerdotes in tam ſancto puroque miniſterio imitarentur illum C. Flaccum, qui ob adoleſcentiam luxurioſam inuiſus omnibus, ſimul atque flaminica di-

a Auth. collat. 2. Nouel. 5. c. 1.

b Opuſcula Quare inſtit. diuina differt vindictam ſcelerum.

Digitized by Google

gnitate donatus eſt, adeo exuit antiquos mores, vt nemo tota iuuentute haberetur prior, nec probatior primoribus Patrum: vnde tantū abeſt, vt prioris vitæ meminiſſent, quin è contra honores inſuetos ei concederent. vt eſt apud Liuium. Sanè mihi videtur inepta quæſtio, & ſtolida dubitatio quam proponit Chaſſaneus loco ſuprà citato n. 67. an laicus reus qui poſtquam à Iudice ſeculari fuit captus aſſumpſit in carcere Clericatum, aut dicit ſe antequam in reatu eſſet votum feciſſe intrandi religionem, aut ſuſcipiendi Clericatum, iudicari queat ab eod. Iudice ſeculari.

Sed vt iam finiamus hunc de priuilegio Clericali tractatum ſciant Eccleſiaſtici, vel primores illorum, iſtud non adeo valere quin præualeat Regum, ſub quibus degunt, poteſtas qui prout lubet hanc ſinunt prærogatiuam ſuas partes habere, nec facile ſummi Pontifices eas obtinuerunt ſub timendis, & præſtantibus opinione bellica, amoréque apud ſuos principibus: niſi fortè quodam religionis zelo obſeſſis, qui tenderet ad ſuperſtitionem. Itaque noſter Philippus Pulcher Apamenſem Epiſcopum, quod ſoleret fando malè ſentire de Rege in cuſtodiam dedit: nec Bonifacio 8. eum dimitti iubenti paruit. Ludouicus 11. Cardinalem Balluam plures per annos cauea ferrea detinuit, vt diximus: In Anglia Archiepiſcopus Eboracenſis capite luit, quod ſe perduellium ſuffragatorem præſtitiſſet. Rarum equidem exemplum vltimi ſupplicij indicti à Principibus laicis in Epiſcopos. Apud Hungaros Mathias Rex, cuius memoria non vna voce laudatur, Strigonienſem Epiſcopum, quod cum Cazimiro Polonorum Rege aduerſus illum ſenſerat; & Petrum Colocienſem, quod indictionibus ab eo impoſitis oblatraret, diù in carcere detinuit. Sic Ladiſlaï iuſſu vincula iniecta fuerunt Ioanni Veteſio Epiſcopo Varadienſi: Sed poſtea intercedente legato Pontificio redditus eſt Strigonienſi Metropolitæ iudicandus ab eo: atque prior Auraneæ ſacris initiatus, perditus ſceleratuſque homo Regis iuſſu comprehenſus, & in Danubium demerſus eſt. Hiſque omnibus impunita hæc fuerunt à ſummo Pontifice. Quidni enim in ſceleratos, regiſque & poteſtatum legibus obnoxios, vt iam notauimus? Atque etiam ipſi Pontifici ius iſtud æquum viſum eſt in republ. Veneta quæ ea Maieſtate ſuprema, qua ſe præſtare contendit, vtitur eo iure non ſolum in Clericorum temporalia, at in eorum perſonas, & capita: præſertim vbi delicta ſunt grauia: Quodquidem Sixtus 4. ei noluerat eſſe conceſſum, niſi in duo-

XLIX.

Paul. Æmil.

L.

Hæc queſequuntur ex Ioachimo Scaynio in reſpōſo pro decret. reip. Venet. c. 3

Digitized by Google

bus criminibus læſæ Maieſtatis, & monetæ adulteratæ. At Innocentius 8. extendit conceſſionem ad cætera enormia ſcelera. Deinde Paulus 3. approbata conſuetudine, qua Iudices Venetorum ſeculares nituntur in caſtigandis Clericis enormiter delinquentibus, quam conſuedinem non niſi Principium canonicum habuiſſe dicit, reſcripſit Vicario Patriarchæ, & aliis Iudicibus Eccleſiaſticis, eiſque ſub pœna excommunicationis interdixit ne Iudices ſeculares contra conſuetudinem huiuſmodi immemorialem audeant impedire: Sed omninò interſint examini, & proceſſui huiuſmodi reorum quotieſcumque ab iſtis Iudicibus fuerint requiſiti: duaſque rationes ſui reſcripti adfert: primam, ne ſi tollatur Iudicibus ſecularibus facultas animaduertendi in facinoroſos Clericos foueatur audacia delinquentium, ita vt nihil non audeant freti delictorum impunitate. ſecundam, ad euitanda nempe ſcandala, & perturbationem Reipublicæ quæ ex ead. impunitate conſequuntur. Sic Pontifex: diciturque iſtis Pontificum ſummorum breuiculis inter grauia crimina furtum comprehenſum eſſe: neminemque Clericum, ac ne quidem ex Mendicantium ordine ab illis excipi. Paucis tamen ab hinc annis Paulus 5. grauiter offenſus eſt in eamdem rempubl. tum ob leges de temporalibus Eccleſiæ factas ab illa: tum quod duos impiiſſimos viros vnum Abbatem, alterum Canonicum in vincula conieciſſet, nec foro Eccleſiaſtico reddidiſſet. Abbati Parricidium, inceſtus, magia, adulteria, homicidiaque veneno patrata obijciebantur: Canonico fracta ab eo eſſe publica ſigilla rectoris Vicentini: & compellatam de inceſtu conſanguineam, quodque reluctaretur pudicè famoſis libellis propalàm affixis conuitiatam. At quis reſpectus eſſe debuit priuilegij Eccleſiaſtici in tantis ſceleribus? Inde tamen graues diræ Pontificis in Venetos, quas cum iſti ſpernerent, parum abfuit quin armis eos proſequeretur: eoſque ad arma quoque prouocaret: & ſanè proſequutus fuiſſet Hiſpanorum, vt fertur, motibus impulſus, niſi à prudentiſſimo Rege noſtro Henrico 4. & pacificis conſiliis Cardinalis Perronij inconſultus ille calor refrixiſſet, adductis etiam per ea conſilia Venetis, vt reos mitterent Romam.

Paulo aliter de criminibus Aug. Thuan. lib. 137 hiſtor. vbi ampliſſ. totam hanc controuerſiã peragit.

XI. Sic variæ fuerunt in huiuſmodi cauſis ſummorum Pontificum opiniones: niſi ſatiùs ſit dicere varias fuiſſe circunſtantiarum, & temporum conditiones. Nam Honorius 1. vt vidimus, Epiſcopos Maieſtatis reos volebat Romam ad ſe mitti, vt illos iudicaret.

Digitized by Google

Pelagius autem 1. reſcribebat ad Narſetem exercitus Imperatorij Ducem, vt quoſdam Epiſcopos qui ſe ab Eccleſiæ authoritate remouerant, comprimeret principali vel iudiciali authoritate: hoc regulas Patrum ſpecialiter conſtituiſſe dicens: vt huiuſmodi homines ſi poſtquam excommunicati eſſent ab Eccleſia non reſipiſcerent, per poteſtates publicas opprimerentur. Itaque mitterentur ad Imperatorem: Sic ille. Sed eo caſu vt brachium Eccleſiaſticum ſeculari fulciretur: quod etiam interuenire poſſe pro Eccleſiaſticis aduerſus iuſtitiam Eccleſiaſticam, ne ab ea opprimantur, ac fas eſſe Principi laïco iubere Epiſcopo, illiuſque Iudici vt ad ſe informationes aduerſus Sacerdotem criminis reum factas mittat, interimque iubere ne vlterius procedat, eſt non vnius doctoris opinio: ſicque vſitatum, & iudicatum in principatu Sabaudiæ refert Oſaſcus deciſ. 30. exemplo à primis ſeculis repetito: ex quo Clerici à ſummo Pontifice malè affecti Imperatores interpellauerunt: nec Pontifex recuſauit ſe legatorum Imperalium Iudicio emẽdare, ſi quid contra legis tramitem egiſſet. Quod exemplum etiam inter canones decreti relatum eſt. LII.

Can. nos ſi incompetentis cauſa 2. q. 7.

Quod ſi generosè aliqui Reges ſuam authoritatem quam à Deo habent, tutati ſunt aduerſus facinoroſos Eccleſiaſticos: nec minus Curia noſtra ſupremis duobus grauibus recẽtioris memoriæ Senatuſconſultis. Nam cum anno 1596. Flauianus canonicus Senonenſis à Mieto eiuſdem Eccleſiæ Archidiacono tractus ad Iudicem criminalem ob graues atroceſque iniurias huic ab illo dictas, auſus eſſet dicere, Mietam à communione Eccleſiæ ſeparatum eſſe, quod ordini ſacro addictum apud alium quam Iudicem Eccleſiaſticum conueniſſet: Curia & quidquid pronuntiatum fuerat in ea cauſa à Iudice laïco, approbauit: & inſuper dixit, vt Flauianus in ſacrario Collegij vocatis Prætore, & Aſſeſſore criminali, & quatuor Cõſiliariis, cognitoris item Regij generalis Vicario, & Aduocato Regio coram vniuerſo Collegio ſtans nudo capite Mieta ſedente declararet ſe temerè, erroneè, & contra iuſtitiæ dignitatem dixiſſe, ac ſcripſiſſe Mietam iure ab Eccleſiæ communione ſecluſum eſſe, quod ipſum, alioſque Eccleſiaſticos apud Iudicem regium conueniſſet: eam aſſertionem tanquam falſam, & erroneam, contra ſacras conſtitutiones, & edicta Regia factam ſe damnare, profiteretur: eoque facto ſcriptum coram eo laceraretur. Nec ſecus cum non compararent citati ad Curiam Archangelus Putaneus ex Capucinorum ordi- LIII.

Digitized by Google

ne, quod in Senatuſconſultum datum contra præſtigias Marthæ Broſſæ, quæ ſe pro demoniaca oſtentauerat, declamaſſet: & Alphonſus ex eod. ordine contumaciter reſpondiſſet: Brulartuſque Curator prouincialis, & Benedictus Angelus diffinitor ſcripto reſpondiſſent, eos interdicto Bullæ cœnæ Domini prohiberi ſiſtere ſe coram Magiſtratu ſeculari: Senatus tam Alphonſo, & Archangelo, quam Brularto, & Benedicto diem dixit: præſenteſque admonitos culpæ grauiter increpuit: ac decreto ſuo Archangelum concionandi libertate intra proximum ſemeſtre dempta mulctauit: memorque ante aliquot annos Bullæ in cœna Domini promulgationem graui pœna addita prohibitam, declarationem coram Brularto, & Benedicto qui ei ſubſcripſerant, lacerari iuſſit: & vt decretum in cœnobio Capucinorum vocatis vniuerſis fratribus recitaretur, Guilielmo Benardo, & Ioanni Viuario Senatoribus, ac Cognitorio Regi negotium dedit. Idque actum, & executioni mandatum eſt. Hæc Thuanus qui vnus ex ſupræmis Præſidibus teſtis oculatus fuit.

Lib. 116. & 113. hiſtor.

CAPVT IV.

DE CIVILIBVS CAVSIS IN QVIBVS Eccleſiaſtici non ſunt fori Eccleſiaſtici, ſed laïci.

LECTIO.

1. *An ciuilis Iudex Chriſtianus potuerit præeſſe Eccleſiaſticis tempore D. Pauli.*
2. *Concilia prohibentia Eccleſiaſticis adire iudicem ſecularem.*
3. *An intelligenda ſi lis cum laïcis eis fuiſſet, & de cauſis etiam non Eccleſiaſticis.*
4. *Imperatoria conſtitutiones.*
5. *De Concilij Agathenſis ſanctione ne Eccleſiaſticus ſiue pulſans, ſiue pulſatus adiret forum ſeculare.*
6. *Iuſtiniani diſtinctio de ciuilibus & Eccleſiaſticis cauſis.*
7. *Poſthabita illa diſtinctione cœperunt Eccleſiaſtici habere ſuos Iudices Eccleſiaſticos in omnibus cauſis.*
8. *Sed vbi rei erant.*
9. *Et in perſonalibus tantum cauſis non realibus.*
10. *Reales cum præſcripſiſſent Eccleſiaſtici Iudices reuocata ſunt ab illis, & mixta, vt hypothecariæ, & incidentia realibus.*

Et praxis apud Gallos, Hiſpanos, & alios.

11. *Secus in foro Eccleſiaſtico Romano.*

12. *Innocentij, Oldradi, & D. Auguſtini hac de re ſententia.*

13. *Poſſeſſoria cauſa quæ ſunt facti etiam inter Eccleſiaſticos ad Iudicem ciuilem pertinent apud Gallos vt poſſit, poſſeſſoria cauſa apud ſe pendente, inhibere Iudici Eccleſiaſtico notionem petitorij.*

14. *Nonobſtante cap. 13 Bullæ cœnæ Domini.*

15. *Approbata poſſeſſorij notio apud Iudicem laïcum à ſummis pontificibus.*

16. *Spoliatus vel læſus in poſſeſſorio beneficiorum & rerum Eccleſiaſticarum non poteſt reſtitui ab alio quàm Principe & Iudice ſeculari.*

17. *Diſtinctio in hoc Doctorum.*

18. *Sed non valet apud Gallos.*

19. *Quid Hiſpanis.*

20. *Teſtamentariæ cauſæ etiam de piis legatis & rebus Eccleſiaſticis, & inter Eccleſiaſticos ſunt Iudicis laïci apud Gallos.*

HVc vſque de cauſis criminalibus & accuſationibus Epiſcoporum, Sacerdotum, & Clericorum. Nunc verò de ciuilibus. Equidem omnes ferè conſtitutiones Priores ſiue Pontificum Romanorum, ſiue Synodorum de Prioribus ſanxerunt, illiſque Iudices Eccleſiaſticos dederunt, vt vidimus. At quid de ciuilibus? Profectò cum Paulus, (ne pigeat eamdem ſæpiùs authoritatem allegare) cenſuit dari fidelibus vnum ex illis ſapientem qui eos iudicaret ne ad tribunalia ethnicorum irent, non exemit ab iſtius ſic conſtituti Iudicis dictione Sacerdotes & Clericos. Vnde non eſt credendum, quod Sacerdos illius ſedem declinaſſet. Quis autem vſus fuerit non mihi per exempla liquet: ſed prohibitiones quæ ſubſequutæ ſunt Synodorum dant locum, vt conijciamus ſolitos eſſe Clericos, & conuenire, & conueniri apud laïcos Iudices ſaltem in ciuilibus. ſunt enim leges in facta, & ex moribus ſiue bonis, ſiue prauis naſcuntur. I.

Itaque Sylueſter 1. in Synoda Rom. 2. voluit, vt iam notauimus, ne Clericus Curiam intraret propter cauſam ſuam quamlibet: ergo nec propter ciuilem: ſed ratio additur, quia ibi immolabatur ſimulachris. Vnde ceſſante cauſa tolli videbatur effectus. Verum ex decreto Sardicenſi colligitur Epiſcopum, ſi quam litem habuiſſet cōtra Epiſcopum, debuiſſe illam proſequi apud prouinciales Epiſcopos. Cum vero de qua re litem non dicat, quidni dicemus ſanctionem intelligendam eſſe licet de ciuili fuiſſet? II. Can. 3.

Digitized by Google

Deinde ſub Siricio an. 397. habita eſt Synodus Carthagin. 3. quæ diſtrictè prohibuit Clerico, ne in cauſa ſua ſeculare poſceret auxilium: voluitque eum priuari lucro quod à Iudice laico reportaſſet: cum, inquit, priuatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus ad Eccleſiam deferri, atque ibi terminari præcipiat.

Denique in Concilio generali Calchédonenſi vetitus eſt Clericus, aut etiam Epiſcopus habens cum Clerico, aut Epiſcopo
Can. 9. litem, illam proſequi apud ſeculare m Iudicem.

III. Atque hæc de cauſis Clericorum & Epiſcoporum inter ſe. Quid ſi Clericus, aut Epiſcopus negotium habuiſſet, vel actor, vel defenſor cum laïco? Si defenſor petere potuiſſet cauſam remitti apud ſuum Iudicem nempè Eccleſiaſticum, & an remiſſionem petens audiri neceſſariò debuiſſet à Iudice? An etiamſi actor, traducere fas ei fuiſſet laïcum à ſuo Iudice? Hæc Concilia non deciderunt, & quando decidiſſent, quæ præualuiſſet ſanctio Pontificum, aut Imperatorum? Proculdubiò iſtorum quorum nempe legibus temporalia reguntur. Cum enim ait Auguſtinus, conſtemus ex anima & corpore quandiù in hac vita temporali ſumus, & ideo rebus temporalibus ad ſubſidium huius vitæ vtamur, oportet nos ex ea parte quæ ad hanc vitam pertinet ſubditos eſſe Poteſtatibus, id eſt hominibus res humanas cum aliquo honore adminiſtrantibus.

IV. Videamus ergo quæ fuerint ea in parte conſtitutiones Imperatorum. Sanè Conſtantinus magno ardente zelo in religionem
Can. quicũque ca. 11. q. 1. tit. de Iudicus. c. 13. quam recens induerat, vt omnia fere principia feruent, Epiſcoporum dignitati nihil non contulit. Itaque eos voluit eſſe omnium cauſarum competentes adeo, vt permitteret cuicumque partium ſiue actori ſiue defenſori etiam poſt litem conteſtatam coram Iudice ſeculari, declinare illum, & ſuum aduerſarium retrahere ad forum Eccleſiaſticum. Quod Clerico & Sacerdoti grandem licentiam dabat ſiue actori, ſiue defenſori à Iudice ſeculari declinare in quacumque cauſa. Sed hoc iniquum videbatur reum à ſuo foro auocari, litem deduci poſt conteſtationem, & nouis ſumptibus prægrauari eum qui proximum ſpectabat iudicium. Quocirca ſeu iniquitate legis, ſeu illius abuſu adeo inuiſa fuit, vt ea velut abrogata iuſtè reponeretur non niſi ex conſenſu Epiſcopum inter laïcos extare poſſe Iudicem de rebus ſecularibus.

Verùm

Verum vt ad rem extat alia conſtitutio in Codice Theodoſiano quæ habet: Quoties de religione agitatur Epiſcopos conueniendos eſſe: cæteras vero cauſas quæ ad ordinarios cognitores, vel ad vſum publici iuris pertinent, legibus oportere audiri. Quid legibus: an vt audiantur apud illos Iudices quibus eas attribuerunt leges? Hæ autem vt ſub paganis Imperatoribus factæ non dabant authoritatem iuriſdictioni Eccleſiaſticæ. Sed apertiùs Valentinianus Imperator in poteſtate laïci aduerſus Clericum agentis reliquit, eum in quo foro vellet conuenire: & ſi in publico mallet, cogeretur ille per auctoritatem legitimam reſpondere: ſi vero reus eſſet, Clericus pulſati forum ſequeretur: quæ etiam circa Epiſcoporum perſonam obſeruari oportere cenſuit.

l.1. de relig. C.

l. Vn. tit. 12. Nouel. Valent.

Sic contrariæ leges poli vt dicitur, & fori. At hæc præualebat quod liquet exemplo à D. Ambroſio petito, vbi de re prædiaria inter Marcellum Epiſcopum ac ſororem eius loquitur: cuius ipſe tandem fuerit arbiter. Tantus, inquit, erat ardor Chriſtianis viris ne Præfectus de Epiſcopi negotio iudicaret: aiebant prætērea neſcio quæ geſta indecora & pro ſuo quiſque ſtudio iactabat quæ potius Epiſcopo Iudice quàm Præfecto examinari oporteret. Ergo præualebat ſanctio Imperatoris vt Clericus & Epiſcopus apud Præfectum litigaret.

Ep. 14.

Martianus item Imperator licet Concilio Calchedonenſi maximè adhærens cõtrariam ei legem promulgauit, nimirum licere actoribus qui nollent apud Epiſcopos experiri diem dicere Clericis tam de ſuis quam eccleſiaſticis negotiis coram Præfecto [a] prætorio, nec vllo alio Iudice.

a l. 25. C. de Epiſc. & Cler.

Sequitur Iuſtinianus Imperator qui profeſſus eſt ſe impedimento non fore quominus inter volentes cognoſceret Epiſcopus, ſed ſi partibus magis placeret, etiam clericis (nam de illis præſertim loquitur [b]) adire ſecularem Iudicem non coacturum eos ad Eccleſiaſticum forum redire.

b l. 29. §. 4. de Epiſcop. aud.

At hoc erat nihil dicere. Itaque de clerico pulſato loquens, id eſt reo ſeu defenſore ex pecuniaria cauſa, voluit vt priùs apud Epiſcopum conueniretur: Quod ſi natura cauſæ vel alia ratio faceret vt negotium apud eum decidi nequiret, adiretur [c], ciuilis Iudex obſeruatis Clericorum priuilegiis.

c Nou. 83 vnde auth. Clericus. C. de Epiſcop. & Cler.

V.

Iuſtiniani vero tempore acta eſt Agathenſis Synodus, quæ Clerico interdixit quemquam apud ſecularem Iudicem Epiſ-

Digitized by Google

Item Aurel 3. ſub Viglio can. 31. ergo permittente licet ex can. 20. ſub f. Aurel. 4.

copo non permittente pulſare: & ſi pulſatus eſſet non reſponderet, vel proponeret: id eſt fori exceptionem. Vnde prohibebatur Clericus, ſiue actor, ſiue reus foro ſeculari ſe ſubjicere. Sed hoc durum præcipuè in actore, neque illius canonis expedita fuiſſet executio. An verò id ſancitum à ſanctis Patribus, vt à litigiis ſuos auocarent, ſaltem ne illorum authores eſſent, & vt ait D. Paulus potiùs iniuriam acciperent & fraudem paterentur? Nam quod vetabant eos quemquam apud forum ſeculare pulſare propemodum erat, ac ſi vetaſſent nullo modo pulſare, ſiquidem ſi apud Eccleſiaſticum pulſaſſent, fortaſsè fruſtra fuiſſet ob fori exceptionem, quam reus ſtatim propoſuiſſet.

d Carth. 4. can. 19 58.

Itaque viderentur alluſiſſe ad decreta Carthaginienſia, d ne Epiſcopus pro rebus tranſitoriis litiget, neve Clerici qui frequenter litigat teſtimonium facilè admittatur: vt his decretis admoniti Clerici continerent à litibus quoad poſſent.

VI. Sed erat eos iniuriæ ſubjicere, & improbis anſam nequitiæ præbere. Diſtinxit deinde Iuſtinianus ciuiles cauſas ab Eccleſiaſticis, vt in prioribus non conueniretur Clericus, aut Monachus, niſi coram Epiſcopo cuius ſententiam executioni traderet Iudex laicus [e], ita tamen ſi placeret. Nam ſi non placeret licebat ei illam reformare contrario Iudicio à quo appellari poſſet ad Imperatorem. Et ſi Epiſcopus ius differret dicere partibus, tunc actor ciuilem Iudicem adire poſſet: in poſterioribus, id eſt Eccleſiaſticis, vt pro creditis ſibi Eccleſiæ gubernationibus ſolus Epiſcopus competens eſſet. [f] Neque enim in iſtis idem adtribuitur præfecto, ac in ciuilibus, id eſt prophanis. Videtur etiam Epiſcopi priuilegium ab aliis Clericis ſeparaſſe, eumque velut fauore majoris dignitatis prorſus tribunali prætoriano exemiſſe, quando voluit eum [g] conueniri pro Eccleſiaſtico iure, & propter quamlibet cauſam apud ſuum Metropolitam.

e Nou. 123. c. 21. cum §. f.

f Cap. 23.

g Cap. 22.

VII. Sic ergo promota fuerunt Clericorum priuilegia, ac deinde habitus eis honos, auctuſque adeo, vt apud Epiſcopum duntaxat conuenirentur: & tandem præualuerunt decreta Conciliorum adiuta forſan Imperatorum legibus, [h] vt Clerici ſuos haberent Iudices Eccleſiaſticos, in ciuilibus & criminalibus

h Capit. 28. lib. 1. 155. lib. 6. 107. & 112. li. 7. can. 31. Aurel. Concil. can. 61. Vvormat. ſub Pipino Rege in Palatio Vernis ann. 756. Concil. Aquiſgran. cap 86. Vide Bochell. lib. 8. decret. Eccl. Gallic. tit. 9. de iuriſdict. & foro compet. Can. 14. Conc, Matiſcon. Auth. Freder. Imperat. quæ incipit, Statuimus C, de Epiſcop. & Cler.

Digitized by Google

negotiis adeo, vt noſtrorum Regum, & Imperatorum conſignarentur edictis ea de re canones Eccleſiæ, quos leges ſeculi non dedignantur ſequi, vt Iuſtinianus dixit: atque vt prorſus deterriti eſſent Clerici à foro ſeculari reuocata eſt ſub Pipino Rege Carthag. 3. prohibitio.

VIII.

En ergo, vt exemptus fuerit à iuriſdictione laica Clericus; an vero ſiue actor, ſiue reus? Vtrumque voluerunt Patres quando ne pulſaret, neve pulſaretur prohibuerunt: quoad vero ciuiles conſtitutiones pulſatum tãtummodo ſubſtraxerunt: de pulſante nihil dixerunt; niſi quod Alexius Comnenus ſi lis eſſet inter Clericum & laicum, voluit actorem foro rei ſubjacere: Itaq; notat Balſamo, Etiamſi placeret Clerico reo potiùs conueniri in foro ſeculari quam in Eccleſiaſtico, non tamen id permiſſum antequam impetraretur ab Imperatore: & cum Lucas Patriarcha quereretur, quod iſtud concederetur, reſpondebant ciuiles Iudices poſſe Imperatoris poteſtatem omnia facere: & quemadmodum potuit Imperator primo loco dare Iudicem pro iudicando Epiſcopo, vel alio ſacrato: ita iudicium Eccleſiaſticum ex legitima obſeruatione traducere poteſt: quod tamen, ait [i] Balſamo, non eſt ſecundum canones. Nam poteſt quidem Clericus, pro re priuata trahi ad Iudicem laicum, non pro re Eccleſiaſtica. Hæc ille.

Concilio Triburienſi ſub Formoſo an. 895. Si quis præſbyter contra laicum, vel laicus contra præſbyterum aliquam habet querimoniæ controuerſiam Epiſcopo regente finiatur cap 21.

i Ad can. 15. Carthag. Synodi.

Sed cum generalis ſit Iuris ciuilis regula [k] actorem ſequi debere forum rei non eſt inficiatus Lucius 3. ea teneri Clericos agentes.[l] Ac fortaſſe cum negligeretur à Clericis noſtri Philippi 3. prodierunt hæc verba: [m] Non videri rationem habere, ſi Clericus agat contra laicum, quod relinqui non debeat laicus foro ſuo. At videbimus infra Epiſcopos ſe omnium Iudices conſtituiſſe ad ſeque omnes laicos attraxiſſe in omnibus prophanis cauſis. Quod tandem correctum eſt.

k l. 2. de iuriſdict. omn. Iud.

l. Cap. 8. de foro compet.

m Chopp. lib. 3. de ſacra polit. tit. 5. n. 15.

Clerici ſequẽtes Curiam Romanã conueniantur coram Auditore cameræ, ita quod in omnibus actor forum rei ſequatur: vt refertur inter capitula declaratoria iuriſdictionum Curiarum vrb. Rom. per Sixt. 4. in codice ſtatui. eiuſd. vrb. Rom.

IX.

Huiuſmodi autem exemptiones à foro laico perſonales duntaxat fuerunt, id eſt in perſonalibus actionibus, vbi de ſola Clerici, qui conueniebatur perſona agebatur, vel accuſati, vel debitoris. Nam in realibus ſecus, ſiquidem Clericus fundi Eccleſiaſtici venditor apud Iudicem ſecularem defendere tenebatur, apud quem etiam vindicatio illius fundi proponebatur: & no-

Digitized by Google

tauimus ſupra quod ſcripſit D. Ambroſius de negotio rei prædiariæ inter Marcellum Epiſcopum, & ſororem eius. Et cum per multos annos præſcripſiſſent Eccleſiaſtici Iudices vt de realibus

X. cognoſcerent, id demum amiſerunt nonobſtante poſſeſſione

Chopp. ibid.

quam tamen idem Philippus 3. obſeruandam cenſebat, vt, niſi ſe aliter haberet præſcripta conſuetudo, dominus temporalis non amitteret ſuam iuriſdictionem ſi Clericus ob poſſeſſiones ab eo in ea iuriſdictione adquiſitas traheretur in ius.

At non amplius apud nos hæc præſcripta conſuetudo valuit, ſimul atque audita eſt Petri Cunierij querela circa annum 1329. Extunc enim audita ſunt Curiæ ſupremæ arreſta, vt dicimus, inhibentia Iudici Eccleſiaſtico de realibus notionem: quod inſolentia iudicij plurimis fuit mirum; nec, ait Ioannes Galli, eſſe debuit: namque ſi penes hunc Iudicem illa notio remãſiſſet, oportuiſſet aliquando Regem & cæteros Galliæ proceres ire litigatũ Romæ pro feudis & temporalibus ſuis per viam appellationis, aut euocationis. Ac vt deinceps eſſent Eccleſiaſtici deterriti ab iſta notione, mulctam dixit ead. Curia capitulo S. Maxentij, quia de actione reali cognouerat.

Modo hæc arreragia in obligationem non tranſierint hæc enim purè perſonalis eſt. Maſuer. tit de Iud.

Quin & incidentia realibus vt ædium Eccleſiaſticarum reparationes ad ſuum tribunal retraxit, nec non ſtipulationes quibus realitas aliqua cauſam dedit, vt de fructibus ſeu arreragiis cenſus, vel redditus realis: n ac rurſus Abbas S. Vincentij mulctatus eſt ob iudicium de iſtis ſumptum. Quorum omnium plura monumenta reliquit Gallus.

n q 45. 52. 225. 291. 293. & 383.

o Ioan Faber. ad §. item Seruiana inſt. de actionib n. 32. & ad §. ſi vero reus præſto de ſatiſdat. ibid.

Sequentes deinde noſtri veteres pragmatici & doctores teſtati ſunt vſu iam recepto Prælatis Franciæ o adeo interdictam eſſe realium notionem, vt ne quidem eis liceat hypothecaria quæ mixta eſt, partim realis, partim perſonalis: licet perſona vt dignior videatur attrahere debere realitatem: Idque obſeruant noſtri illi Iudices quos libellorum, ſeu ſupplicationum, aut vernaculo nomine Requeſtarum Conſiliarios vocamus præpoſitos priuilegiatorum Laïcorum, aut etiam Eccleſiaſticorum cauſis, quatenus litigare tenentur apud Iudices ſeculares. Imo & reali cauſæ incidens criminalis puta falſi quæſtio inſtruenda erit apud eumdem Iudicem laïcum, nec ſuper ea remittendus clericus antequam de ciuili ex meritis etiam criminalis inſtructionis iudicatum fuerit: non tamen vt laïcus Iudex ſontem ob crimen plectere queat: remittendus enim erit ad ſuum Iudicem vt Curia

n 8 Lucius lib. 2 placit. tit. 2. art. 17.

Maſuer. tit. de Iudicib & iuriſd.

Vide not. ad cap. 24. lib. 1. Inſtit. Forenſ.

Digitized by Google

iudicauit 18. Iunij an. 1618. Sic Veneta Reſpubl. quæ ſe in temporalibus ſupremam dicit ſolique Deo inferiorem: Ius ſibi eſſe vult iudicandi de iſtis temporalibus non ſolum inter Eccleſiaſticum & laïcum, ſed inter ipſos etiam Eccleſiaſticos: ac dicuntur in Archiuis publicis extare plurima exempla huiuſmodi cauſarum in foro ſeculari iudicatarum, vt ſcripſit Paulus Venetus in conſiderationibus cenſurarum Pauli 5. tamen eas in Venetos promulgauit, tum ob captos clericos reos de quibus ſuprà: tum quod leges aliquas Eccleſiæ & temporalibus eius conſtituerat: nimirum de fundis ad Eccleſiam non transferendis; neque templo ædificando inconſulto Principe: neve fundorum Eccleſiaſticorum à laïcis poſſeſſorum proprietas vllo vnquam titulo, ſeu Prælationis, ſeu conſolidationis directi dominij cum vtili: aut extinctionis lineæ ad Eccleſiam rediret.

Couarruuias author p eſt apud Anglos, Clericos quoſcumque cogi litigare apud Iudicem laïcum ſuper actionibus realibus, & mixtis, atque etiam perſonalibus. quanquam priſcæ legis verba ſint vt quicumque q de Eccleſia aliquid teneret, vel in fundo Eccleſiæ manſionem haberet extra Curiam Eccleſiaſticam non placitaret. Quod reſtrixiſſe videtur Henricus 2. edicto in Clarcdon. conuentu, vt pro feudo, vel, quod dicunt, tenemento eleemozinato cognitio eſſet Eccleſiaſtica inter clericum & laïcum: ſed pro feudo laïco ageretur in iuriſdictione laïca.

p tomo 2. ca. 31. de iuriſdict. in Clericos 1. tonſuræ n. 5.

q Roger. Houedan. annal parte poſter in Hērico 2. de legib & ſtat. Angliæ; Math. Par. ad an. 1164.

Quid de Germanis? Molineus qui pluribus annis apud eos verſatus forenſem illorum vſum addiſcere potuit: Seculares, inquit, r Iudices Germaniæ non minorem habent poteſtatem quam Iudices ſeculares Galliæ, qui de realibus inter clericos iudicant. Et quidem in iure Camerali nouiſſimo ſ habetur lex his verbis: Ordinibus antiquæ religionis redditus, cenſus, decimæq; manento: magiſtratui tamen ciuili ſub quo ea bona ſita ſunt, ſua in his iuriſdictio commodaque & iura quæ ante ortum de religione diſſidium competierant, ſalua ſunto.

r Conſil. 12.

ſ tit. 116. §. 13.

Et quidem Mynſingerus, ait, iudicatum in camera clericum in cauſa reali & poſſeſſoria forum laïcum declinare non poſſe: atque poſſeſſionis cauſam, vel in ſpiritualibus eſſe Iudicis laïci idem ſcripſit. Sed in Senatu Mantuano ſecus: quandoquidem ibi agitatum ſit an clericus laici rei hæres proſequi teneatur in foro ſeculari cauſam ibi cum defuncto inchoatam: & iudicatum eſt teneri, ſed quia inchoata erat: vt notauit Surdus: Ergo ſi non

Centuria 1. obſeruat. 22. centuria 2. obſeruat. 67.

Decis. 11.

Digitized by Google

tauimus ſupra quod ſcripſit D. Ambroſius de negotio rei prædiariæ inter Marcellum Epiſcopum, & ſororem eius. Et cum per multos annos præſcripſiſſent Eccleſiaſtici Iudices vt de realibus

X. cognoſcerent, id demum amiſerunt nonobſtante poſſeſſione

Chopp. ibid. quam tamen idem Philippus 3. obſeruandam cenſebat, vt, niſi ſe aliter haberet præſcripta conſuetudo, dominus temporalis non amitteret ſuam iuriſdictionem ſi Clericus ob poſſeſſiones ab eo in ea iuriſdictione adquiſitas traheretur in ius.

At non amplius apud nos hæc præſcripta conſuetudo valuit, ſimul atque audita eſt Petri Cunierij querela circa annum 1329. Extunc enim audita ſunt Curiæ ſupremæ arreſta, vt dicimus, inhibentia Iudici Eccleſiaſtico de realibus notionem: quod inſolentia iudicij plurimis fuit mirum; nec, ait Ioannes Galli, eſſe debuit: namque ſi penes hunc Iudicem illa notio remâſiſſet, oportuiſſet aliquando Regem & cæteros Galliæ proceres ire litigatũ Romæ pro feudis & temporalibus ſuis per viam appellationis, aut euocationis. Ac vt deinceps eſſent Eccleſiaſtici deterriti ab iſta notione, mulctam dixit ead. Curia capitulo S. Maxentij, quia de actione reali cognouerat.

Quin & incidentia realibus vt ædium Eccleſiaſticarum reparationes ad ſuum tribunal retraxit, nec non ſtipulationes quibus realitas aliqua cauſam dedit, vt de fructibus ſeu arreragiis cenſus, vel redditus realis: ⁿ ac rurſus Abbas S. Vincentij mulctatus eſt ob iudicium de iſtis ſumptum. Quorum omnium plura monumenta reliquit Gallus.

Sequentes deinde noſtri veteres pragmatici & doctores teſtati ſunt vſu iam recepto Prælatis Franciæ ᵒ adeo interdictam eſſe realium notionem, vt ne quidem eis liceat hypothecaria quæ mixta eſt, partim realis, partim perſonalis: licet perſona vt dignior videatur attrahere debere realitatem: Idque obſeruant noſtri illi Iudices quos libellorum, ſeu ſupplicationum, aut vernaculo nomine Requeſtarum Conſiliarios vocamus præpoſitos priuilegiatorum Laïcorum, aut etiam Eccleſiaſticorum cauſis, quatenus litigare tenentur apud Iudices ſeculares. Imo & reali cauſæ incidens criminalis puta falſi quæſtio inſtruenda erit apud eumdem Iudicem laïcum, nec ſuper ea remittendus clericus antequam de ciuili ex meritis etiam criminalis inſtructionis iudicatum fuerit: non tamen vt laïcus Iudex ſontem ob crimen plectere queat: remittendus enim erit ad ſuum Iudicem vt Curia

Modo hæc arreragia in obligationem non tranſierint hæc enim purè perſonalis eſt. Maſuer. tit. de Iud.

n q 45. 52. 225. 291. 293. & 383.

o Ioan Faber. ad §. item Seruiana inſt. de actionib n. 32. & ad §. ſi vero reus præſto de ſatiſdat. ibid.

n 8 Lucius lib. 2 placit. tit. 2. art. 17.

Maſuer. tit. de Iudicib & iuriſd.

Vide not. ad cap. 24. lib. 1. Inſtit. Forenſ.

iudicauit 18. Iunij an. 1618. Sic Veneta Reſpubl. quæ ſe in temporalibus ſupremam dicit ſolique Deo inferiorem: Ius ſibi eſſe vult iudicandi de iſtis temporalibus non ſolum inter Eccleſiaſticum & laïcum, ſed inter ipſos etiam Eccleſiaſticos: ac dicuntur in Archiuis publicis extare plurima exempla huiuſmodi cauſarum in foro ſeculari iudicatarum, vt ſcripſit Paulus Venetus in conſiderationibus cenſurarum Pauli 5. tamen eas in Venetos promulgauit, tum ob captos clericos reos de quibus ſuprà: tum quod leges aliquas Eccleſiæ & temporalibus eius conſtituerat: nimirum de fundis ad Eccleſiam non transferendis; neque templo ædificando inconſulto Principe: neve fundorum Eccleſiaſticorum à laïcis poſſeſſorum proprietas vllo vnquam titulo, ſeu Prælationis, ſeu conſolidationis directi dominij cum vtili: aut extinctionis lineæ ad Eccleſiam rediret.

Couarruuias author p eſt apud Anglos, Clericos quoſcumque cogi litigare apud Iudicem laïcum ſuper actionibus realibus, & mixtis, atque etiam perſonalibus. quanquam priſcæ legis verba ſint vt quicumque q de Eccleſia aliquid teneret, vel in fundo Eccleſiæ manſionem haberet extra Curiam Eccleſiaſticam non placitaret. Quod reſtrixiſſe videtur Henricus 2. edicto in Claredon. conuentu, vt pro feudo, vel, quod dicunt, tenemento eleemozinato cognitio eſſet Eccleſiaſtica inter clericum & laïcum: ſed pro feudo laïco ageretur in iuriſdictione laïca.

p tomo 2. ca. 31 de iuriſdict. in Clericos 1. tonſuræ n. 5.

q Roger. Houedan. annal parte poſter in Hērico 2. de legib & ſtat. Angliæ: Math. Par. ad an. 1164.

Quid de Germanis? Molineus qui pluribus annis apud eos verſatus forenſem illorum vſum addiſcere potuit: Seculares, inquit, r Iudices Germaniæ non minorem habent poteſtatem quam Iudices ſeculares Galliæ, qui de realibus inter clericos iudicant. Et quidem in iure Camerali nouiſſimo ſ habetur lex his verbis: Ordinibus antiquæ religionis redditus, cenſus, decimæq; manento: magiſtratui tamen ciuili ſub quo ea bona ſita ſunt, ſua in his iuriſdictio commodaque & iura quæ ante ortum de religione diſſidium competierant, ſalua ſunto.

r Conſil. 12.

ſ tit. 216. §. 13.

Et quidem Mynſingerus, ait, iudicatum in camera clericum in cauſa reali & poſſeſſoria forum laïcum declinare non poſſe: atque poſſeſſionis cauſam, vel in ſpiritualibus eſſe Iudicis laïci idem ſcripſit. Sed in Senatu Mantuano ſecus: quandoquidem ibi agitatum ſit an clericus laici rei hæres proſequi teneatur in foro ſeculari cauſam ibi cum defuncto inchoatam: & iudicatum eſt teneri, ſed quia inchoata erat: vt notauit Surdus: Ergo ſi non

Centuria 1. obſeruat. 12. centuria 2. obſeruat. 67.

Deciſ. 11.

Digitized by Google

eſſet inchoata non teneretur: videlicet vbi perſonalis tantum eſſet actio. Nam in realibus clericum ligari foro ſeculari, idem reſpondit. Cum tamen cauſæ Clericorum in eodem Senatu paſſim cognoſcerentur, Epiſcopus de hac cognitione velut contra priuilegium clericale conqueſtus eſt: eiuſque querela deciſioni celeberrimæ quæſtionis moram fecit licet de realibus eſſet: quippe an Clericus teneretur edicto peremptorio quod Iudex laïcus proponere ſolet in ſubhaſtationibus publicis fundorum aduerſus eos qui ſuas hypothecas, ſuaſve prærogatiuas apud ſe non veniunt allegaturi: dixit enim Senatus audita Epiſcopi querela ſe articulum de ſubhaſtationibus ex integro viſurum. Quid verò ſi nollet Clericus ſe additioni publicæ opponere ſui iuris conſeruandi cauſa apud laicum Iudicem ne iuriſdictioni, vt volunt, clericali derogaret, ac ne quidem compareret exceptionem declinatoriam obiecturus, numquamne poſſent ſubhaſtationes finiri ſecurè? Non profecto: ſiquidem in dubio ſemper foret, an alicuius Clerici intereſſet qui poſt illas etiam interuallo temporis finitas, emptoris poſſeſſionem turbaret, ac de ſuo iure ſuum, id eſt Eccleſiaſticum Iudicem interpellaret qui propemodum denuo, vel de ipſis ſubhaſtationibus, vel de ordine creditorum cognoſceret: Quæ nos vt abſurda & prorſus iniqua irridemus, aſſerentes puta patrimonialia Clericorum ſtatutis Laicorum Principum regi, ac etiam oneribus publicis addici: Itaque ſecundum illa ſtatuta in foro laico iudicari debere: quanquam aliquorum doctorum contraria ſit opinio.

Idem deciſ. 26.

Surdus deciſ. 20.

Florentiæ dicuntur Clerici conueniri debere in foro Eccleſiaſtico, ſiue reali, ſiue perſonali actione agatur: Ideoque ſententia lata in foro ſeculari aduerſus duos Eccleſiaſticos qui cum duobus laicis pro cenſu annuo fideiuſſerant, confirmata eſt pro rata ſecularium, & infirmata quoad Eccleſiaſticos non alia ratione, quam quia conueniendi erant in foro Eccleſiaſtico ex reali & perſonali actione. vt ſcriptum reliquit Anton. Monachus. Idq; mirum: ſiquidem continentia cauſæ non debet diuidi: quo argumento concluſum eſt in rota Florentina Clericos procedere debuiſſe cum aliis ſecularibus in foro ſeculari ſuper cauſa quæ erat contra Petrum Mariam Grazinum pro reddendis rationibus ſex millium ſcutorum quæ mandatu Cardinalis de Torres exegerat Panormi, licet allegaretur conſtitutio Synodalis anni 1517. quæ vult vt omnes cauſæ Clericorum, & religioſarum perſonarum,

Deciſ. Florēt. 33

l. nulli. C. de iudiciis.

Idem deciſ. 67.

Digitized by Google

ſiue agendo, ſiue excipiendo pertineāt ad forum Eccleſiaſticum. In Flandria Clerici reſpondere tenentur apud forum ſeculare in materiis poſſeſſoriis quæ non Clericorum perſonas, ſed res tantum concernunt: & in materia feudali, locationis, & cōductionis ædium iuxta ſtylum Franciæ, ait Damhouderus in praxi ciuili. Cap. 124.

In regno Neapolitano [u] habetur Imperatoris Frederici conſtitutio, qua Clericus foro laico obnoxius eſt pro petitorio, vel poſſeſſorio adipiſcendæ, aut recuperandæ, & retinendæ poſſeſſionis ex conuentione inter Papam & Regem, vt lege Caroli 2. refertur, [x] adeo vt etiam Romana Eccleſia quæ Imperij mater dicitur, tamen quoad feuda quæ ab illo habet, huic ſubdita ſit & vaſſalla: quanquam ſcribat Thomas [a] Grammaticus ſummum Pontificem Regi quem inueſtiebat dixiſſe legem vt Rex nullam vllo caſu haberet iuriſdictionem in Clericos niſi ratione feudi, quod ſine dubio illos ei ſubmittit, provt ſcripſit Guido [b] Pape: at ſummi Pontifices de ſolo feudo laico id conceſſerunt. [c] Sed aliter & ſemper Senatus Neapolitanus obſeruat vt ratione feudi Eccleſia & Clerici domino laico ſubjiciantur ab eoque iudicentur. [d] Quod volunt quidam procedere ſi ciuiliter agatur, ſecus ſi extraordinariè & criminaliter, videlicet ob proditionem & aliam feloniam à vaſſallo Clerico in Dominum commiſſam ex qua ſit feudo priuandus, tunc enim ab Eccleſiaſtico Iudice priuandum illum [e] eſſe.

Quoad vero Hiſpanos [f] Couarruuias ait, nunquam ſe vidiſſe admitti, vt deberent Clerici conueniri pro realibus in foro ſeculari. At Bouadilla [g] contrarium notat, idque ſpecialiter in Regnis Nauarræ & Valentiæ, adeo vt exactio laudimiorum, vel quinti, aut ſubquinti, aut alterius iuris ex fundo, vel feudo vendito debiti fiat apud Iudicē laïcum etiā contra Clericum. [h] Quin etiam dicuntur doctores Hiſpani conſtituiſſe poſſe Dominos temporales apprehendere bona Clericorum delinquentium immobilia & feudalia, vt [i] ait Rebuffus, apprehendere autem nonne virtute iuriſdictionis laicæ, in qua per conſequens exerceri deberent de iſtis temporalibus reales actiones.

Sed idem Bouadilla [l] videtur alibi diſtinguere de feudo Eccleſiaſtico & laico: vt de illo notio ſit Iudicis Eccleſiaſtici: idque de iure canonico: de altero vero diſcernere Iudicem ſecularem aduerſus Eccleſiaſticos, ſiue de proprietate agatur, ſiue de poſſeſſione, quia per inueſtituram contraxit cum Domino directo

u Tapeias li. 1. iuris regni Neapolit. tit. de ſacroſ. Eccl. & de Epiſcop. & Cler.

x Capicius ibid.

a Deciſ. Neapol 29. Bouadilla lib. 2. de la Politica cap. 18. caſo 9.

b q 139.

c Cap. 6. & 7. de foro cōpet.

d Iulius Clarus q. 90. lib. 4. ſentent. § feudum n. 8.

e Bouadilla eod. cap. 18. caſo 68. addit. ad q. 60. Iulij Clari d. lib. 4.

f Tom. 1. cap. 31. de iuriſdict. in Clericos 1. tonſuræ n. 5.

g Bonad. d. cap. 18. caſ. 74.

h Idē caſ. 101. & Alphunſ. Villadiego cap. 5. de la iuriſdiccion iudicial. n. 90. & ſequent.

i Rebuf. in pract. Cancell. Apoſtol. tit. ſūma doctr collecta. §. quid ſi Præſbyter.

l Capit. 17. caſ. 97.

illius: ac de quibuſcumque aliis patrimonialibus, ob eaque realibus actionibus adeundum eſſe Iudicem laicum, quia hæc bona ſunt fori ſecularis. Sed [m] hoc periculoſum ait loqui, nempe contra Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas, ac res illarum. Illud porrò certiſſimum nullum dubium eſſe, quin Iudex ſecularis ſit competens in iſtis realib. ſi eius iuriſdictioni [n] Clericus ſe ſubmiſerit, etiamſi aliâs difficultas foret, quaſi re ad primæuum ius redeunte: quod non item eſt de perſonalibus, quarum ratione non poteſt iuriſdictionem prorogare.

m d. cap. 18. caſ. 68. 71. 74. 75. 101. ait tamen in caſu 93. ſi ſe ſubmittat.
n d. caſ. 93.

Sed eorumdem Hiſpanorum vſu [o], propter bona quæ vocant de Realẽco, Clerici ſunt proculdubio Iudici laico obnoxij. Hæc autem bona ſunt fundi qui ex iure & liberalitate Regum proceſſerunt, adeo vt Clerici qui in controuerſiis ob ea natis defugerint ſeculare forum iis priuari debeant. Ac paucis quæcumque patronatui Regio & regalibus cohærent, & de illis naſcuntur lites etiam inter Eccleſiaſticos eas Iudex laicus diſceptat, vt & in Francia, Anglia, Apulia, & Hungaria teſte Bouadilla [p] authoribuſque ab eo citatis, adeo vt ſi Eccleſia eorum quæ habet à Rege, ſeu priuilegiorum, ſeu temporalium querelam mouerit, apud alium quam Iudicem Regium, iis priuandam eam Rex cenſeat.

o Belluga. Rubr. 14. §. Veniamus. Recopilacion. ley 4. lib. 1. tit. 3.
p d. cap 18. caſ. 69. & 106. ley 6. lib. 4 tit. 1. recopilacion.

Sic apud nos ſolus Magiſtratus non quilibet ſecularis, ſed Regius competens eſt iſtarum actionum: Idque veteris eſſe iuris probat [q] formula 24. Marculphi.

q Lib. 1. formul.

Denique nullius non quæſtionis ex fundo & realibus ſubortæ competens eſt nobis Iudex ſecularis: nec Hiſpanis, vt tradit Alphonſus [r] Villadiego: Eccleſiaſticus vero incompetens. Itaque ſi Clericus vendiderit fundum, aut ſi immobilia eius erunt præhendenda non poterit forum ſeculare declinare, prout arreſtis iudicatum habemus [ſ]: & ſi de locatione fundi Eccleſiaſtici ſit quæſtio, ne vltra tres annos neve per anticipationem pluſquam ſex menſium fiat, ne alienetur abſque celebratione, & ſolennitate requiſita, quam refert ampliſſimè idem [t] Papon: ſi quæſtio ſit de præſcriptione illius fundi quæ 40. annorum eſſe debet à morte Abbatis alienantis computandorum ex iudicato curiæ 17. Septembris ann. 1594. Iudex ſecularis adeundus eſt, [u] atque idem apud Hiſpanos. Si de reparatione prædiorum Eccleſiaſticorum, aut etiam Eccleſiarum diſceptandum ſit Iudicem ſecularem recuſare nequit Eccleſiaſticus, ſiue reus, ſiue actor

r d. cap. 5. nu. 98. & ſeq.
ſ Papon. arr. 17. 18. li. 1 tit 5. Alphonſ. Villadiego d. ca. 5. n. 54 Bouad. d. ca. 18. caſo 77.
t Idem Papon tit. 13. arr. 5. cum addit. Brodei ad D. Loüet in litt. B. arr 5 Idem Papon. de ſolemnit. lib. 1. arreſt. 3. cum addit.
u Loüet in litt. P arr. 1. Bouadilla d. cap. 18. lib. 2. caſ. 54 55. ex can. Sacerdotes 16. q. 3.

actor & cuiuſcumque qualitatis. [x] Quod etiam nouiſſima lege ſtatutum eſt ordinum Bleſenſium articulo 52. vt is Iudex curam haberet, ne Eccleſiaſtica ædificia ruinam darent, atque cogeret poſſeſſores beneficij contribuere illorum reparationi eam ſummã quam Prælati arbitrabuntur, & negligentes præhẽnſione tẽporalium coërceret: ſed quoad præhenſionem [y] Curia ſuprema id ſibi ſoli iuris reſeruauit infirmata aliquando quæ ab inferiore decreta fuerat anno videlicet 1571. ſed ante Bleſenſem ordinationem quæ edita anno 1579. publicata fuit anno 1580. Sic quondam apud Hebræos Rex Ioas ſollicitum ſe reddidit de inſtauratione templi cum ea negligeretur à Pont. Max. & Sacerdotibus, & prohibuit ne vſibus ſuis applicarent pecuniam ad id opus collatam cum eis & hodie noſtris pudori & religioni eſſe debuiſſet & deberet redditibus ſacris abvti, & tot ſacra ædificia pietatis majorum noſtrorum monumenta in deformem caducitatem prolabi ſinere.

x Ioann. Galli. arr. 187. 293. D. Maynard. cap. 6. quæſt. lib. 1.

y Papon. cod. lib. 1. tit. 5. poſt. arr. 50.

Concilio Meldenſi anno 841. c. 61. qui nonas & decimas ex rebus Eccleſiaſticis percipiunt, ſarta tecta Eccleſiæ non curantes, & Clericos fame ac penuria laborare ſinentes excommunicati fuerunt: & ſi meliores non euadunt, vt à Regia poteſtate compellerentur dictum eſt.

Ac tantoperè iura realia abſunt à poteſtate Eccleſiaſtica, vt licet ſigillum Eccleſiaſticum, [z] id eſt contractus exceptus à Notario Apoſtolico faciat fidem, nullam tamen generat hypothecam quod vulgare eſt apud nos, neque etiam inter Eccleſiaſticos priuatæ ſcripturæ recognitio apud Iudicem Eccleſiæ. Et ſeuerius apud Hiſpanos non facit fidem ſcriptura Notarij Eccleſiaſtici de rebus prophanis inter laicos. Noſtri vero Caroli 8. conſtitutione, quæ eſt in ſtylo Curiæ prohibitum eſt omnibus ſubjectis ne habeant paſſari, (ſic textus) vel recipi facere contractus eorum per Notarios Apoſtolicos Imperiales, vel Epiſcopales in materiis temporalibus & prophanis ſub pœna nullitatis. Quod eſt contra deciſ. 103. Rotæ parte 2. deciſionum, quæ vult Notarios Apoſtolicos & Imperiales vbique locorum inſtrumenta conficere poſſe de quibuſcumque rebus.

z D. Louet in litt. h. arr. 15.

Alphonſ. Villadiego cap. 5. de la inſtruct. n. 50.

Supradicta vero non ignoramus condemnari, apud ſummi Pontificis tribunal, maximè reſpectu Clericorum, quorum ſi aliquis condemnatus ſit in cauſa reali à Iudice ſeculari dantur litteræ per cancellariam Apoſtolicam ſuper nullitate. Eſt tamen Innocentij notabile dictum, nempe licet perſonæ Clericorum ſint de foro Eccleſiæ, res tamen eorum ſunt de foro laici. Itaque vt ſcripſit Oldradus conueniendi ſunt Eccleſiaſtici ob actionem realem in foro laico, ab eoque poſſunt ſuis patrimonialibus priuari. Quod illos offendere non debet, aut ſanè offendantur con- XI.

Rebuf. D. loco.

XII.

Digitized by Google

tra D. Auguſtinum dicentem: Noli dicere quid mihi & regi? Sed quid tibi & poſſeſſioni? nam per iura Regum poſſeſſiones habentur. Si vero dixeris quid mihi & Regi? noli iam dicere poſſeſſiones tuas, quia ad ipſa iura quibus poſſeſſiones poſſidentur, renuntiaſti. Nam ſecundum ius Imperatorum poſſides terrena: tolle Imperatorum iura, quis audet dicere mea eſt villa, aut meus eſt iſte ſeruus, aut mea eſt iſta domus? Hæc ille vnde meritò infertur quandoquidem iure Principum poſſidentur, & adquiruntur prædia, eodem Regi debere: Iſtud autem vbinam tractabitur niſi in foro ſeculari? Ergo ſi delinquant, meritò his priuari debent à Iudice iſtius fori, licet Eccleſiaſtica ſint, ita tamen vt poſt mortẽ Clerici ad Eccleſiam redeant. Quod olim conſtituiſſe Fredericũ 1. refert Otho Friſingenſis, atque his verſibus Guntherus,

------------ talia regalia iura
Amiſere nota: perſona ſcilicet ipſa,
Non tamen Eccleſia: neque enim quod paſtor inique
Geſſerit, Eccleſiæ fas eſt in damna refundi.

XIII. Petitorias, ſiue reales cauſas ſequuntur poſſeſſoriæ, in quibus nonnulli putauerunt magis competentem eſſe Iudicem Eccleſiaſticum, quam in petitoriis & realibus ſiquidem perſonalitatis plurimum habent. Sed tenenda eſt contraria opinio, ait Clarus, quod ſcilicet vtroque caſu cognitio ſpectat ad Dominum directum, ac proinde regulariter ille Iudex debet eſſe in cauſa poſſeſſionis, qui eſt competens in cauſa proprietatis.

Lib. 4. ſentent. recept. in §. feudum q. 90. n. 9.

Noſtri vero Iudices de quibuſcumque rebus etiam Eccleſiaſticis, ſiue mobilibus, ſiue immobilibus notionem habent, quando illarum poſſeſſio controuertitur puta beneficiorum, quæ ſi interdicto poſſeſſorio quærantur, apud eumdem Iudicem quæri debebunt, adeo vt ſi pendente poſſeſſorio petitorium quis velit proſequi in foro Eccleſiaſtico ius ſit ſeculari Iudici inhibere, ne vltra procedatur ante poſſeſſorium finitum, ac de illo ſententia laica, prorſus & vſquequaque tam in principali quam in acceſſoriis, vt ſumptibus & reſtitutione fructuum ſit executioni mandata iuxta edictum Francifci 1. an. 1539. artic. 49. Et quidquid in poſſeſſorio pronuntiatum eſt à Magiſtratu Eccleſiaſtico noſtri Iudices condemnare ſolent. Itaque cum in Eccleſia Matiſconenſi quidam præbendam vacantem obtinuiſſet Romæ in forma dignum, & Epiſcopum, vt moris eſt, intergellaſſet de viſa, eique ſe oppoſuiſſet capitulum Matiſconenſe

Digitized by Google

dicens prouiſionem inualidam eſſe, quod ea præbenda præceptorialis eſſet: denique Epiſcopus pronuntiaſſet rectè illud ſe oppoſuiſſe, & prouiſum rejeciſſet: Curia ſuprema Pariſienſis appellantem ab abuſu audiuit & Epiſcopi ſententiam annullauit, iuſſitque illum dare *Viſa*. Ratio iudicati, quod ſi Epiſcopi ferrentur de titulo directe cognoſcere, ſicque impedire ne prouiſi in poſſeſſionem irent, aperiretur via excludendi Regios Iudices à notione poſſeſſorij ſuper beneficiis. Non licet autem prouiſionem adipiſci ex prouiſione in forma dignum, niſi obtento *Viſa*: aliâs enim eſſet intruſio. Sed ſanè nimium illud eſt: Nam poſſeſſoriæ cauſæ non oriuntur, niſi quando quis poſſeſſione iam capta turbatur in illa: quia hæc turbatio facti eſt, & Prætori competit prouidere, ne per huiuſmodi vias facti, prouincia, & pax turbetur.

XIV.

Ergo non obſeruatur in Gallia cap. 13. Bullæ cœnæ Domini quo feriuntur anathemate qui ad Cancellarias & Curias ſeculares recurrunt, pro obtinendis prohibitionibus & mandatis contra Prælatos & Iudices Eccleſiaſticos; quia, ait Riccius, [a] laici ſunt incapaces iuriſdictionis in eos, ideoque nihil poſſunt eis præcipere, aut inhibere: tamen de facto ſpoliatus, ait ille, poteſt ad tribunalia ſecularia recurrere contra Clericos ad defendendam poſſeſſionem, non tamen ad effectum obtinendi inhibitionem & mandata contra Prælatos.

Contra iſtam bullam notauimus ſupra decretum Pariſienſis Senatus.

Quin etiam abrogata eſt cõſtitutio Synodi Gallicanæ apud Congnac, quæ excommunicat Iudices ſeculares ſuſcipientes cauſas poſſeſſionis, & ſpoliationis, vbi Clericus de euictione citatur à laico, vel de ſpoliatione agit contra laicum. Ex Bochello lib. 8. decret. Eccleſ. Gallic. lib. 8. cap. 17.

a Part. 5. deciſ. collect. 1945.

XV.

Sed nos iſtam hypocriſim contemnimus, & vt Franci, id eſt liberi, liberè loquimur. Habemus tamen ipſos ſummos Pontifices approbatores, qui agnouerunt interdicta & poſſeſſoria Iudicia adeo eſſe Principum, ac perinde Iudicum ſecularium, vt Alexander [b] 3. ea cenſuerit eſſe relinquenda Anglorum Regi, Martinus Carolo Francorum: ac Leo 10. approbarit ea in re Gallicum ſtylum: Nec Honorius 3. improbauit quod Florentia poteſtas de eligendi rectorem poſſeſſione cognouiſſet inter Abbatem, & Conuentum [c] S. Mariæ: & communitatem caſtri de Signa. Sed proprietatis cauſam Iudicibus delegatis commiſit. Quod ſi vetera repetere licet Concilij Carthaginienſis patres decreuerunt adeundum eſſe ſecundum ſtatuta

b Cap. 7. qui filij ſunt legitimi, Guido Papæ q. 1. & 552. Benedictus ad cap. Raynut. n. 330.

c Cap. f. de Iudiciis.

Digitized by Google

Principum Rectorem prouinciæ aduerſus illum, qui plebem quam inuaſerat relinquere contemneret. d

d Can. petimus 11. q. 1.

XVI. Conſequenter ſi quis ſe ſpoliatum dicat, aut aliqua fraude deceptum, vt poſſeſſione & iure quod habet in beneficio, aut Eccleſia cederet, proindeque ſit reſtituendus, non ab alio quam à Principe reſtitui poterit, nec impetratæ reſtitutionis litteræ ab alio examinari & confirmari quam à Iudice ſeculari. quod apud nos indubitatum eſt. Sed aliquando in Conſilio magno Neapolitano controuerſum e eſt, an id cognoſcere poſſet de querela Clerici exponentis ſe ab alio Clerico ſpoliatum eſſe aliquo beneficio, ac iudicauit Senatus poſſe, atque reſtitutionem iubere, non quidem per modum iudiciariæ authoritatis, ſed extraiudicialis per modum defenſionis, quam Rex omnibus iniuſtè ſpoliatis præſtare debet: ſicque iuſſus Cardinalis Vrſinus Archiepiſcopo Tarentino reſtituere poſſeſſionem Archiepiſcopatus Tarentini. Idemque obſeruari in Hiſpania refert Bouadilla: Cæterùm Garſias ait iudicatum in eod. regno cauſam beneficij poſſeſſoriam eſſe iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, niſi agatur contra laicum, quia tunc non eſt cauſa beneficialis, ſed temporalis, cum laicus non ſit capax beneficij.

Arreſto 27. Februarij anno 1624. prohibiti ſunt Officiales commiſſionem decernere, vt inquiratur teſtibus de vi qua Monachus ſe Monaſterio addictũ fuiſſe dicit: & cum ſuper informatione ab Officiali Pariſienſi facta Romamque miſſa Bouuotus apud S. Victorem profeſſus, reſcriptũ ſummi Pontificis obtinuiſſet ad partes, vt de validitate, aut nullitate voti Ilius cognoſceretur, id reſcriptum abuſiuum dictum eſt, videlicet quia Iudicis eſſe ſecularis putamus cauſas de vi & violentia.

e Math. Afflict. deciſ. 24. Idemque obſeruare Hiſpanos ait Bouadilla d. cap. 18. caſ. 94. Garſias tract. de beneficijs parte 1. cap. 2. n. 49. & ſeq. vide rurſus ſupra lib. 2. cap. 12. n. 16.

XVII. Alij negant poſſeſſoriam cauſam eſſe abſolutè iuriſdictionis laicę; ſed tunc quando proprietatis cauſam admixtã non habet, puta poſſeſſionis decimarum, iuris patronatus, iuris præſentãdi, & iuris eligẽdi in quibus aiunt, ad poſſeſſorium ius neceſſariam non eſſe proprietatis examinationem: quando vero neceſſaria eſt proprietatis ratio ad poſſeſſorij deciſionem, vt beneficij Eccleſiaſtici, cum ad poſſeſſionem eius requiritur ſummaria probatio alicuius tituli apparentis, tunc Eccleſiaſticæ iuriſdictioni hæc incumbere. Cui opinioni adhæret Couarruuias f iuxta, vt ait, gloſſam celebrem in Clement vn. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, in qua nihil huiuſmodi legas. Idque etiam adſtruit g Gutierres, & obſeruari in Hiſpania h ait Bouadilla: Ac proinde ea eſt cancellariæ Apoſtolicæ praxis, vt ab ea non ſoleant dari litteræ ſuper ſpolio beneficij, vel etiam alicuius rei

f Tomo 2. practic. quæſt. cap. 35. n. 1.

g Lib 1. canonic. quæſt. cap. 34. n. 26.

h Bouadilla d. cap. 18. caſ. 59.

Digitized by Google

prophanæ, niſi ſpoliatus dicat aliquid de proprietate i hoc eſt quod tale beneficium canonicè ſibi collatum aſſequutus aliquandiù tenuit, vel ſi eſſet res prophana, eam ad ſe pertinere.

Sed hæc diſtinctio nullius eſt apud nos momenti. Namq; non ſolum de beneficiorum poſſeſſoriis cognoſcit noſtra Curia, quibus proprietatis, ſeu realitatis ius ineſſe poteſt, ſed etiam de quarumcumque rerum, etiam ſacrarum, vt decimarum, reliquiarum, ac etiam de gradu & ſede inter Eccleſiaſticos, de vſu Breuiarij, & ritu pſalmodiæ; vt pluribus arreſtis comprobatur: inter quæ illud celebre quo litigantibus D. Genitricis Lutetianæ Canonicis cõtra Monachos D. Dionyſij pro corpore huius ſancti hoc iſti integrum ſe habere dicentes, illi vero caput ſacrum penes ſe eſſe: Curia decidit hoc caput quod Canonici poſſidebant, eſſe non D. Dionyſij Athenienſis, ſed Corinthij; quod decidere potuit viſis vtrimque tabulis, nec ſine magna ratione Curiam decidiſſe credendum eſt: & oportuit hanc litem, quæ magni momenti erat, quacumque ratione decidere: nec quod erat apud vtroſque ab antiquo ſacrum par erat condemnare.

Ac ne lõgiores ſimus, hoc generaliter verum eſt, quotieſcumque in cauſa ſpirituali turbatur alicuius poſſeſſio, ac is ſe proximo anno ſic poſſediſſe, ſic vſum eſſe dicit, tunc Curiæ laicæ ſe ac ſuũ aduerſarium reddit obnoxios. Quapropter noſtri Senatus iudicium producitur ſuper controuerſia, an ius eſſet Præſbyteris l S. Medardi crucem ſublimem ferre, atque alta voce canere in ſupplicationibus: ac nouiſſimè audita eſt apud Senatores Præfectos libellis Palatij ſeu Parlamenti cauſa Canonicorum Bellouacenſium contendentium non eſſe ius Epiſcopo ſuo conuocare ſe inconſultis Parrochiales Præſbyteros ad publicam proceſſionem: adeo exemptiones Canonicos in ſuos Epiſcopos extulerunt: ſed ſua prætenſione ſubmoti fuerunt.

Denique nolim omittere poſſeſſionis & ſpoliationis cauſam eò vſque laïcam eſſe vt officialium Eccleſiaſticæ iuriſdictionis deſtitutio m, ſi de hac illi querantur, ſubjaceat examini Iudicis ſecularis non Eccleſiaſtici.

En ergo vt omnis poſſeſſoria cauſa ad Iudicem laïcum pertinet ſed regium. Nam alius Iudex non regius nequiret de hac

i Rebuff. in d. pract. Cancell. Apoſtol. cap. ad Papam appellari, §. & nota etiam p. 420.

XVIII.

Pro decimis Papon arreſto 25. lib. 1 tit 5. & paſſim tit. 12. eod. lib Loüet in litt. D. arr. 29 Lucius lib. 2. placit. tit. 1. arr. 3. de reliquiis. Idem Papon. lib. 1. tit 1. arreſto 5. & 6. pro gradu lib 1. tit. 3. arreſto 2. & 3. de vſu Breuiarij & Pſalmodia. D. Seruinus vol. 4. ſuarum Actionum Forenſium. vol. 1. orat. 1.

Similis controuerſia legitur de eod. corpore ſancto inter eoſd. Monachos: & Eccleſiam Ratiſponenſem in Bauaria anno 1053. tum ſedente Leone 9. qui pro Eccleſia Ratiſponẽſi iudicauit: ſed Monachi non adquieuerunt. Abbas Vrſpergenſ. habetur diploma inter epiſtolas Leonis 9. tomo 3. Concil. parte 2.

l Idem Papon. lib. 3. tit. 1. artic. 8. iuris Pariſienſ.

m D. Loüet in litt. O. arr. 2. Papon. lib. 4. tit. 12. arr. 13. Chopp. eod. tit. 5. art. 24.

Digitized by Google

cognoſcere: quia ſoli Iudices Regij ſunt competentes in cauſis poſſeſſoriis.

XIX. Apud Hiſpanos vero [n] Bouadilla ſcribit in Cancellaria Granatenſi, & audientia Galizienſi, praxim eſſe, vt cauſæ ſpirituales poſſeſſoriæ ibi admittantur ſecus in Cancellaria de Valladolid. Rationem differentiæ, ait, Quod primarum regionum Eccleſiæ ſint patronatus & fundationis regiæ. At in Portugallia abſolutè huiuſmodi cauſę ſunt fori laïci, modo illarum diſceptatio annum vltra non progrediatur, vt refert Aluarus Valaſcus in ſuis conſultationibus. Reges vero Caſtellæ innituntur veteri iure vt cognoſcant & prouideant de iniuriis, & violentiis inter Clericos & [o] Prælatos, ſuper Eccleſiis & beneficiis. In Sabaudia iudicatũ eſt ius eſſe Iudici laïco de ſpolio beneficij cognoſcere, vt ſpoliatus reſtituatur: reſeruato partibus iure petitorij coram Iudice competente: vt ſcripſit Oſaſcus deciſ.118. Item in Flandria cõqueſtus & manutentiæ, & ſaiſinarum materiæ, vt dicitur, etiamſi concernant beneficium, ſunt fori laïci ex Damhoudero in praxi ciuili deciſ.124.

[n] D. cap. 12. caſ. 59.

Ordinat. regiar. lib. 4. tit. 1.

[o] ley 2. lib. 1. tit. 6 recopilacion.

XX. Teſtamentarias & hæreditarias cauſas adeo etiam adtribuimus Iudici laïco, longè mutato temporum vſu quo has & alias cœperant in laïcos, quemadmodum ſuo titulo dicemus, vt Eccleſiaſtici ſucceſſionem prætendentes etiam vt Eccleſiaſtici, iuriſdictionem laïcam ſubire teneantur, vel licet ſit ſucceſſio defuncti Eccleſiaſtici, & adquiſita rebus Eccleſiaſticis. Proinde hæreditas Epiſcopi [p] quondam religioſi controuerſa eſt in Curia ſuprema inter capitulum Cathalaunenſe, cuius ille ſacer Præfectus fuerat, Dominicanos quorum ordini profeſſionem ante Epiſcopatum dederat, & parentes illius, iſtiſque adiudicata: nam moribus noſtris, ſecularibus Eccleſiaſticis ſuccedunt parentes indiſtinctè non Eccleſia: quod etiam Hiſpani obſeruant [q].

Sic controuerſiæ, quæ oriuntur ex teſtamentis quibuſcumque etiam Eccleſiaſticorum, & inter Eccleſiaſticos, pendent à tribunali ſeculari. Inde plura iudicia non ſolum inferiorum magiſtratuum, ſed & ſupremarum Curiarum de legatis relictis, tam ab Eccleſiaſticis quam à laicis in quamcumque piam cauſam:

[p] Loüet in litt E. arr. 4. & arr. 42. in litt. R. cum addit

[q] ley 5. tit. 8. lib. 5. recopilacion.

Atq; etiam ibi & in Mediolanenſi Prouincia iidem parentes percipiunt redditus beneficij duorum annorum ſequentium à die obitus mortis beneficiati, ob ſumptus funeris. Garcias 11 parte de beneficiis cap. 5. num. 136. & ſequentib. apud nos vei o pro rata temporis parentes percipiunt fructus anni in quo ille defunctus eſt.

[r] Chopp. de vtili Andeg. Domin. cap. 2. tit. 4. art. 5. Loüet in litt L. arr. 8. Idem de Dominicanis in litt. D. arreſt. 27.

Digitized by Google

nec priuato duntaxat alicui, ſed etiam Eccleſiæ, atque licet hæredes, aut executores eſſent Eccleſiaſtici: quorum Iudiciorum inſignia [r] ſunt teneri hæredes defuncti immunem præſtare fundum, aut redditum piæ cauſæ aſſignatum: ſupplere quæ ex illo redditu vitio temporis deciderint, niſi vbi ille redditus taxatiuè ſuper aliquo fundo non demonſtratiuè tantum adſignatus eſt; non compelli parochum cuius conſcientiæ relicta ſit diſtributio legati, dicere quam in cauſam à defuncto ſit iuſſus id implere licet taciti fideicommiſſi fraus allegetur:] capaces eſſe Dominicanos, & Benedictinos vſusfructus legati: Donationes in piam cauſam inſinuandas eſſe, aliàs fieri caducas & plura quæ non eſt huius loci congerere, & ampliùs diſquiremus cum de Eccleſiaſtica iuriſdictione in laicos agemus.

CAPVT V.

DE CIVILIBVS CAVSIS ECCLESIASTIcorum quæ ſunt fori Eccleſiaſtici.

Lectio.

1. *Qui caſus perſonales Eccleſiaſticorum, & qui reales ſunt relicti Iudici Eccleſiaſtico.*
2. *Congrua portio notionis eius eſt modo non ſuper decimis infeodatis petatur.*
3. *Quæ decimæ ſunt iuriſdictionis laicæ, & de decimis infeodatis.*
4. *Beneficiorum cauſæ, ſi non agatur de poſſeſſorio, ſunt iuriſdictionis Eccleſiaſticæ.*
5. *Quæ reſciſiones in beneficialibus, & Eccleſiaſticis, ſint einſdem iuriſdictionis.*
6. *De confidentia cognoſcunt Iudices laici & quatenus.*
7. *Item de penſionibus, fructibus, & redditibus eccleſiaſticis, illorũq; diuiſione inter eccleſiaſticos.*
8. *Perſonaliter conueniri debet eccleſiaſticus coram Iudice Eccleſiaſtico pro re mobili, vel pro obligatione vt perſonaliter ſoluat, modo non incipiatur à realitate.*
9. *Exceptio niſi ſe in fraudem aggregarit Clero.*
10. *Vel niſi obligatio procedat ex commercio laico, & adminiſtratione ſeculari, vt tutela.*
11. *Mobilia Clerici capi non poſſunt.*
12. *Nec perſona, niſi laicum ſe mentitus ſit.*
13. *An deficientibus mobilibus excommunicari poſſint Clerici niſi ſoluant.*
14. *Qui apud Gallos exemptione Clericali gaudent.*

Digitized by Google

EX ſupradictis vidimus quibus caſibus Eccleſiaſtici neceſſariò ſubdantur Iudici ſeculari, ſupereſt vt percurramus in quibus ab eo eximantur, & ſolum Iudicem Eccleſiaſticum agnoſcant, videlicet purè ciuilib. nam de criminalibus ſatis ſupra.

I. Itaqueregula generalis eſt perſonales eos caſus eſſe debere, id. eſt ſolam Eccleſiaſtici perſonam reſpicientes eamque attingentes, & nihil vltra reale habentes: aut ſi quid vltra, oportet eſſe ita Eccleſiaſticum, vt nihil prophanum, & nihil extraordinarium habeat vt poſſeſſorium.

II. Iſtarum eſt congrua portio [a], cuius controuerſia ad forum Eccleſiaſticum deferenda eſt modo non ſuper decimis infeodatis petatur: de hac tamen iudicat Curia ſuprema deuoluta penes eam appellatione à ſententia Officialis tanquam ab abuſu.

Sic decimæ ſunt iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſi duntaxat de iure & petitorio illarum, non de facto & poſſeſſione quæ facti eſt quæratur. [b] Nam ſi de quota illarum, ſi exactionis circa illas accuſetur parochus ſacerdos, ſi infeodatæ dicuntur Iudicis eſt laici cognoſcere, etiamſi quid Eccleſiaſticum, vt portio congrua ſuper illis à ſacerdote parocho petatur, imò licet ad Eccleſiam redierint, quia cum onere ſuo, id eſt fidei & hominij redeunt, afficiunt Eccleſiam iuriſdictioni laicæ quanquam aliquando hoc poſtremo caſu miſerit Curia in conſilium, an Iudicis eſſet laici notio decimarum ad primæuum ius reſeruatarum: & interim permiſerit eam Eccleſiaſtico Iudici, ſic in dubio ſua æquitate adhærens ei potius quam laico. [c] Extat etiam vetus arreſtum, quo iudicatum eſt quæſtionem retractus decimarum infeodeotarum gentilitio iure petiti, emptarum videlicet ab Eccleſiaſticis laicis vendentibus agitandam eſſe in foro Eccleſiæ, non in Curia Domini Regis: hæc ſunt verba. [d] Et quidem ſi cum onere ſuo redierint, quia prophanum quid habent, ſecularis fori cenſendæ videntur, ſecus ſi ab hoc onere prorſus abſolutæ ſunt conſentiente domino ſuperiore.

III.

Si de poſſeſſorio decimarum agatur inter Eccleſiaſticos, Iudicem laicum ſubire oportet: verbi cauſa: Ciſtercienſes volunt ſe non ſolum, ſed etiam ſuos colonos exemptos eſſe à decimis ob agros quos colendos fruendoſque certa penſione eis addicunt: contra parochus contendit eam exemptionem duntaxat habere locum

a Loüet in litt. C. art. 48. cum addit. Brodæi. Chopp. lib. 3. polit. Eccl. tit. 4. n. 8. Papon. lib. 1. tit. 12. art. 10.

b Idem Louet art. 29 cũ not.; Brod. in litt D. & arreſto 7. in litt. G. Papon. lib. 1. tit. 12. art. 5. de exact. Brod. ad art. 48 in litt. C. & art. 60. in litt. D

Apud Hiſpanos cognoſcit laicus Iudex de decimis, vbi quæſtio eſt facti non iuris: vel quando à laicis ad Eccleſiaſticos redierunt. Auguſt Mola emporij, parte 1. tit. 2. n. 136.

c Addit. ad art. 9 lib. 1. tit. 12. Papon.

d Pithæus ad artic. 148. Trecenſ. cõſuetud.

Digitized by Google

locum ſi ipſi ſuis manibus & impenſis eos colant, proindeque colonos teneri illas præſtare : vtrique poſſeſſione confidunt : quapropter defertur ad Iudicem laicum controuerſia qui in ea dirimenda plurimam parochi rationem habet, vt qui iure communi decimas percipere debeat etiam à Monachis, quippe quos conſtet olim non ſecus, ac laicos eius paroeciæ adſcriptos fuiſſe.

Nec diuerſo iure decimarum notionem habent Hiſpani [e] apud quos de illis iudicat ſecularis Præſes, vbi in facto ſunt, vel vbi infeodatæ, vel priuilegio Apoſtolico Regi conceſſæ : Sed apud nos controuerſiæ ex decimis Regi noſtro conceſſis ortæ habent Iudices delegatos Eccleſiaſticos, vel vbi inſolitæ petuntur, vel demum ſi exemptionis poſſeſſio etiam inter Eccleſiaſticos controuertatur.

Ergo decimarum petitorias duntaxat quæſtiones quia nihil niſi Eccleſiaſticum habent, itemque beneficiorum, & quæ ex beneficiis perſonales naſcuntur actiones Eccleſiaſtico foro relinquimus. [f] Quapropter controuerſiam quam concordatum ſuper beneficio inter Eccleſiaſticos produxerat, ad Iudicem Epiſcopalem Curia remiſit. Vnde mirum quod fertur iudicatum [g] olim placito Senatus tranſactionis apud ſcribam Eccleſiaſticum pro rebus Eccleſiaſticis, & inter perſonas Eccleſiaſticas initæ effectum peti potuiſſe apud Iudicem laicum; mirum, inquam, ſiquidem ea tranſactio pro re mobili aliqua fuerit, aut pro iure beneficiorum. IV.

Reſciſiones item permutationũ [h] beneficialium in foro Eccleſiaſtico petuntur, videlicet vbi pacta non implentur ab altervtra parte modo reſciſio, vel in integrum reſtitutio non poſtuletur ob vim, vel metum, vel dolum, aut minorem ætatem : nam iis caſibus Iudex laicus competens eſt, vt pluribus arreſtis comprobatur, quibus pleræque beneficiorum reſignationes irritæ fuerunt : atque etiam vbi inter diſceptantes agitur de Sacerdotio ſub penſitatione eiurato, quam qui promiſit differt implere, prophani Iudices cognoſcunt, vt aut cedat, aut præſtet quod ſæpenumerò iudicauit Curia. V.

Item ſi quis fidei alicuius commiſerit beneficium (id confidentiam dicimus,) vt aut reſignanti quando voluerit retrocedat, aut cui ipſe voluerit : ac fidei commiſſarius nolit implere fidem ſolet de hac confidentia Iudex laicus adiri : atque Curia eum damnare conſueuit, pro æquitate ſua, vt ſymoniacam, licet à ſummo

Mmm

[e] Vide Couarr. cap. 35. to. 2 practic. quæſt. Bouad d. cap. 18 caſ. 61 62. 6. 64
Vel vbi inſolitę dicuntur : ex edicto Caroli 5 quod refert Chopp. lib 3. polit. Eccleſ. tit. 5. n. 3.

[f] Louet in litt. C art. 43.

[g] In addit. ad art. 10 lib 1. tit. 4 Papon.

[h] Idẽ Papon. art. 10.
Idem lib. 3. tit. 11. toto.
Lucius lib. 2. tit. 2. art. 10.

Pontifice ratihabitam. Sed ita decidimus, vt ſi deuolutarius inter reſignantem & fideicommiſſarium occurrat, ei beneficium adiudicetur; foëdifragus autem condemnetur reſignanti omnia damna, & impenſas, & quidquid eius intereſt reſarcire. Quodſi nullus adſit deuolutarius, tunc ne fraus lucratiua ſit, condemnatur fideicommiſſarius retrocedere. Cuius deciſionis arreſta citantur & Senatus, & magni ac priuati Conſilij. Mortuo vero reſignante, aut eo cui tacitum fideicommiſſum præſtabatur, conſeruatur fideicommiſſarius, vt deinde ſuo titulo poſſideat, quemadmodum priuatum Conſilium iudicaſſe dicitur, ſed nullo interueniente deuolutario, aut legitimè prouiſo, at duntaxat qui œconomatum à Rege impetrauerat.

Charond. lib. 1. Pandect. ca. 10. lib. 7 reſponſ. cap. 190.

Idem Charōd. lib. 10. reſp. 5.

Verum hęc longè aliena à puritate primorum Eccleſiæ ſeculorum: nec fortaſsè vllo modo toleranda. Quin potiùs adiudicandum beneficium alicui viro pio, & docto. At quid non hodie committitur in ſacris beneficiis conniuente, aut decepto ſummo Pontifice, dum alij abutuntur ea poteſtate qua dicitur ſymoniæ labem purgare poſſe, & indulgentibus Iudicibus, quia plerumq; illorum intereſt?

De iſtis autem cognoſcit laicus Iudex, quia vt plurimum poſſeſſionis agitur cauſa, vel facti cum poſſeſſor denegat ſe fiduciarium. Nam ſi inter partes de fideicommiſſo conueniret, nec ampliùs ſupereſſet iudicandum, quam de ſponſionis effectu videretur iudicium Eccleſiaſtico Magiſtratui relinquendum: at-

VII. que etiam videri poſſet quæcumque pro fructibus, aut penſionibus beneficialibus ſuboriuntur controuerſiæ, Eccleſiaſticæ iuriſdictionis eas eſſe debere: perſonales enim ſunt, vt quæ perſonis vel à perſonis debentur, tractantur tamen in Curia laica inter noſtros Eccleſiaſticos: vt ſi de partiundis fructibus, vel diſtributionibus quotidianis inter Canonicos, & Abbatem & Monachos agatur, puta quatenus non reſidentes beneficiis & actu non ſeruientes, propter aliquam abſentiæ neceſſitatem, aut priuilegium, his frui debeant: & perpetuò iudicatur integras portiones (exceptis quæ manuales diſtributiones vocantur, atque ære in choro ſub finem officij ſoluuntur, aut ſolui debent) illis deberi qui aliquo priuilegio, vel neceſſitate excuſantur à reſidentia, vel ſeruitio, vt qui ſtudiis & litteris dant operam iuuenes Canonici in aliqua Vniuerſitate ad tempus verbi gratia 10. annorum: ita tamen, vt ſingulis ſex menſibus atteſtationem ſtudij ſui à præ-

Digitized by Google

ceptoribus, vel doctoribus conſcriptam ad capitulum tranſmittant, neque finito ſtudio renuntient Clero. Nam in caſum renuntiationis iubet Tholozana Curia eos quidquid prætextu ſtudiorum perceperint reſtituere. Quod ſanè æquiſſimum eſt, vt ſaltem aliquo modo coërceatur corruptio ſeculi in qua dicere poſſumus, quod ſua iam ætate querebatur D. Bernardus: Scholares pueri & impuberes adoleſcentuli ob ſanguinis dignitatem promouentur ad Eccleſiaſticas dignitates, & de ſub ferula transferuntur ad principandum præſbyteris: lætiores interim quod virgas euaſerint, quam quod meruerint principatum. Maynard. lib. 1. quæſt. cap. 8. Ep. 42.

Ergo de fructibus iudicat Curia, & de diuiſione redditus inter Abbates & Monachos facienda: quin etiam de alimentis Monacho præſtandis, quem ſine cauſa Abbas expulerit Monaſterio: vel etiam Monachis contra ſuum Abbatem litigantibus.

Item de penſionibus ſuper beneficiis, ne videlicet trientem excedant, & ne valeant ſuper Epiſcopatibus, aut huiuſmodi Curam habentibus, quam inter reſignantem & reſignatarium: ne denique in beneficiis patronatis conſtituantur abſque patroni, ſiue Regis, ſiue alterius inferioris conſenſu: quod notiſſimum eſt. Papon. lib. 18. tit. 1.

Quam etiam diſputatum fuit aliquando in Senatu, an penſio aſſignata cuidam parocho ſuper hoſpitali leproſorum in ære præſtanda eſſet, an in corporibus: & iudicatum in corporibus, ſed additum inde conſequentiam elici non poſſe.

Hæc de Eccleſiaſticis cauſis quas mea opinio eſt foro Eccleſiaſtico deberi, niſi quod iam diximus ex Argentræo maiore vſurpatione Eccleſiaſticam vſurpationem ſeculares vindicaſſent. Louet. in litt. P. art. 3.

De ciuilibus vero & prophanis, ſic habet vetus Parlamenti ſtylus: Primum, vt ſi vir Eccleſiaſticus etiam Epiſcopus, vel Archiepiſcopus obligatus eſſet per litteram ſignatam manu ſua, vel ſigillatam ſigillo ſuo, & adiornaretur ad Curiam laicam teneretur cognoſcere, vel negare & ad vlteriora in cauſa procedere, quamvis eſſet actio merè perſonalis: & ſi condemnaretur expletio fieret ſuper eius temporalitate; nihilominus tamen ſi eſſet perſonaliter obligatus ſub ſigillo Regio, reſpondere non teneretur in Curia temporali: niſi foret hypotheca; quod ſi Clericus ſe immiſceret alicui adminiſtrationi præſertim rei prophanæ, & vocatus fuiſſet ad Curiam temporalem ad reddendum computa, teneretur procedere, & ibi computa reddere & reſpondere. Parte 1. cap. 5. VIII.

Digitized by Google

Horum articulorum primum correctum eſſe, ait Molin.[a] quoad proceſſum ad vlteriora: & quidem edicto anni 1539. inhibitum erat Iudici poſt confeſſionem vel abnegationem rei quidquam decernere, aſt cum ad ſuum Iudicem remittere. Sed edicto anni 1563. ſecus ſtatutum, vt quiſque Iudex prouiſionem debiti iubere poſſet, vel etiam aduerſus Eccleſiaſticum poſt recognitionem factam: vnde vetus ille ſtylus renouatus eſt: ſicque Philippus Archiepiſcopus iudicio [b] Curiæ Tholozanæ condemnatus fertur anno 1548.

Sed reuocanda ſunt in memoriam quæ proximo capite notauimus, ſi perſonali actioni quid reale inſit, & à realitate creditor incipiat, iam non eſſe Eccleſiaſticum Iudicem competentem. Vnde iure municipali [c] Britanniæ, ſi manus injiciãtur in aliquam rem etiam ad clericũ pertinentem, controuerſiæ exinde ſubortæ notio eſt Iudicis laici: quia res potiùs quam perſona conuenitur, quod & cenſuit quondam [d] Speculator: & ſi hypothecaria, id eſt reali & perſonali actione obligatus ſit Clericus, debitorque realem perſequatur, id eſt, vt aut ſoluat, aut fundus eius authoritate Iudicis poſſideatur, iam non erit Eccleſiaſticus Iudex competens, ſed laicus [e]: indeque cum quidam Sacerdotij præſcriptionem in hoc genere cauſæ objiceret, eaque ſubmotus Curiam appellaſſet, mulctatus eſt 25. aureis, vt temerariùs appellans.

Quod ſi à perſonalitate inciperet actor, remittendus eſſet debitor Clericus ad ſuum Iudicem, idque adeo verum, vt nec iuriſdictionem laicam prorogare poſſet in quo fallit lex ciuilis [f]: atque [g] Hiſpanis eſt mos, vt neque teneatur comparere fori exceptionem objecturus. Nempe non valere quidquid contra eum etiam contumacem in foro laico geſtum ſit.

IX. Sed ſi ſe in fraudem [h] poſt contractum æs alienum aggregarit Clero, ea præſcriptione non gaudebit. Intelligetur autem fraus ſi non multo interuallo ſacris initiatus ſit: Secus ſi plures poſt annos cum nulla ei actio mota eſſet: Sicque iudicauit Curia: Et valet etiam in criminibus [i], atque apud Hiſpanos: & congruit l. f. de bonis damnatorum. ff. Sed recentiore [l] Senatuſconſulto anni videlicet 1610. contra iudicatum fertur, quia debuit creditor ſe opponere, ne ſuus debitor promoueretur ad ſacros ordines: at num id ignorare potuit?

Fallit etiam præſcriptio fori, ſi obligatio perſonalis procedat ex

[a] Ad d. cap.

Ordonnance de Cremieu.

Ordonnance de Rouſſillon.

[b] D. Maynard. ad cap. 5. lib. 3.

[c] Artic. 3.

[d] Tit. de ſatiſdat. §. dicto verſic. ad has. Argentr. ad d. art.

[e] Vide not. ad cap. 24. lib 1. Inſtit. forenſ. Imbertiin litt. e. Lucium lib. 2. placit. tit. 2. arreſto 17.

[f] l. 1. C de Epiſcop. & Cler.

[g] Bouadilla d. c. 18 caſ. 72. 92. 93. 105. Thomas Grãmat. deciſ. Neapolit. 29. Villadiego c. 2. n. 97.

[h] Chopp. lib. 1. tit. 1. n. 8. Pariſ. conſ. Charõd. lib. 7 reſponſ. c. 3. Monthol arreſt. in purpuris n. 119.

[i] Iul. Clarus q. 36. n. 18 & 41. Villadiego ca. 5. n. 72.

[l] Brodæus ad litt. C. Domini Louet. art. 31.

X.

prophano [m] quodam commercio, vel laica functione cui ſe obſtrixerat Clericus. Nam cenſetur derogare ſuo priuilegio, qui ſecularibus vacat, quæ tantoperè ſunt interdicta Eccleſiaſticis viris, vt ne ſint actores rerum fiſcalium, neque etiam cauſidici, vel Aduocati, niſi pro miſerabilibus perſonis. Quatenus verò permiſſa fuerit Aduocatia Clericis Græcis ab Epiſcopo Conſtantinopolit. vide Balſamonem in Photij titul. 8. de precibus, & ad can. 16. Carthag. Synodi; atque lib. 2. iuris Orientalis duobus titulis.

Imò etſi hoſpitalis [n] adminiſtrationem habuerit, tenetur rationes adminiſtrationis ſuæ reddere coram Iudice ſeculari: quod ſecus erat iure ciuili. [o] Sed hac de re fuſius infra tit. de iuriſdict. Eccleſiaſtica in laicos.

Quanto magis ſi tutelam pupilli exercuerit? quam à Sacerdote remoueri voluit [p] D. Cyprianus, adeo vt Synodo habita ſtatuerit ne pro Geminio Victore defuncto oblatio fieret, quoniam liberis ſuis tutorem dederat Sacerdotem, vetitumque ne id poſtea fieret. Tamen conſtitutione [q] Iuſtiniani Præſbyteris licet tutelam gerere, non autem Epiſcopis, vel Monachis. Sanctione vero Leonis [r] neutri conceditur, niſi teſtamentariæ præſcriptionis executio. At Concilio Calchedonenſi [ſ] ab omni ſecularium domorum & ſubſtantiarum adminiſtratione prohibentur Epiſcopus, Clericus, & Monachus, niſi fortè qui legibus ad minorum ætatis tutelas, ſiue curationes inexcuſabiles trahuntur, aut cui ipſius ciuitatis Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum commiſerit gubernacula, & orphanorum ac viduarum quæ indefenſæ cum ſint, indigent potiſſimum Eccleſiaſtico adminiculo.

Durum verò eſſet eum qui hoſpitalis, aut pupillorum curam gerit non lucrum quærens, ſed charitatis exercens opera ac fortè à ſuo Epiſcopo coactus ob neceſſitatem ſuo priuilegio decidere, cum vulgare ſit nemini ſuum officium damnoſum eſſe debere: [t] nec voluntariæ tutelæ munera quidquam priuilegiis derogare, quanto magis neceſſariæ? Verum axioma iuris eſt ibi reddendas eſſe tutelæ rationes vbi conſtituta ſit: nec ferè quiſquam hodie Sacerdos tutor niſi voluntarius: huiuſmodi autem licet non in cæteris, in hoc tamen renuntiat priuilegio ſuo.

Denique vbicumq, Clerici ſe ſe prophanis rebus ſubiecerint, ſciant vix ſe Iudicium ſeculare declinaturos. Idque etiam in criminalibus oſtendimus, vt qui deliquerit Sacerdos in officio ſecu-

m Chopp. lib. 1. de ſacra polit. tit 1. n. 18. Imbertus lib. 1. Inſtit. Forenſ. cap. 24. Papon. plurib. arreſt. tit. 5. & 6. lib. 1.

n Papon. eod. tit. 5. art. 52. & addit. ad art. 3. tit. 6.

o Nou. 123. cap. 23.

p Ep. 68.

q D. nouel. 123. cap. 5.

r Conſtit. 68.

ſ Can 5.

t L. 11 C. de excuſat.

Digitized by Google

lari quod ſuſceperit, [u] puniatur à Iudice ſeculari: atque idem ius eſſe Hiſpanorum Bouadilla ſcripſit, Vnde Canone 20. Apoſtolico Clerici vetantur pro aliis fidejubere: ne ſe negotiorum moleſtiis & vexationibus Iudiciorum interponant. Licet tamen pro rebus Eccleſiæ & charitate: ſic Zonaras ad eumdem Canonem.

[u] d. cap. 18. caſ. 42. 43. 45. 49 57. 93. & 153.

Concil. apud Ruffec an. 1258 prohibentur Eccleſiaſtici reſpondere, vel ſe applegiare in foro ſeculari de his quæ ad Eccleſiaſticum forum pertinent. Ex Bochel. lib. 8. decret. Eccleſ. Gallic. cap. 21.

XI. Conſeruamus ergo clericis ſua priuilegia, ſed vt clericis, id eſt, dignitatem ordinis ſui ſeruantibus: cui etiam dignitati concedimus [x] ex vetere conſtitut. Philippi 4. Ne pro ære alieno ipſi in carcerem duci, & eorum mobilia capi queant: ſed immobilia duntaxat & fructus pendentes non etiam redditus penſio cuius dies venit: nec diſtributiones quotidianæ. Quod in tantum verum eſt vt nullam Curia declarauerit prehenſionem equorum clerici quos paratos & inſtructos habebat, vt ſe decreto criminali ſubtraheret. Tamen edicto Aurelianenſi artic. 28. à præhenſionis iure ſola excepta fuerant mobilia neceſſaria rei ſacræ, vel clerici veſtitui: quemadmodum ſtatuto [y] Veneto eximuntur, duntaxat mobilia Eccleſiaſtica vt calices, cruces, libri rituales, & ſimilia, vt refert Choppinus. At Bleſenſi lege excepta ſunt quæcumque illi neceſſaria videbuntur ad vſum domeſticum. Quidni ergo ad victum qui veſtitui atque etiam rei ſacræ præfertur? ſiquidem hæc vendi poteſt vt pauperibus ſubueniatur: immobilia vero capi oporteret ab apparitore laïco. in hæc enim nullæ ſunt Eccleſiaſtici Iudicis partes: quin & mobilia pro quibus non habet Clericus idem priuilegium ac pro ſua perſona: ſiquidem cum executio ſit facti, & realis, & in res purè temporales, iuris eſt laïci: neque mobilia ſequuntur perſonam, niſi quoad ſituationem, non quoad qualitatem perſonæ.

[x] Chopp ad conſuetud. Pariſ. lib. 1. tit. 1. artic. 8. Ægid magiſter tit. de ſubhaſtat. feudor. ca. 45. num. 5. Maynard lib. 1. quæſt. cap 15. Idem Chopp. de iuriſdict. Andeg. cap. 76 artic. 9.

[y] Idẽ Chopp. d. artic. 8.

XII. Quod ſi mobilia ſaltem neceſſaria poſſideri nequeant, quantominus perſona includi cui hæc nullo modo comparanda ſunt? Quid ſi mutuum accipiens ſua non ſolum bona, ſed etiam corpus ſuum (vt Notariorum habet ſtylus) obligaſſet quod idem eſt ac ſi voluiſſet ſe in carcerem duci niſi ſua die ſoluiſſet? Fertur iudicatum arreſtis validam eſſe obligationem, eaque potuiſſe non ſoluentem detineri carcere laïco, neque remitti debuiſſe ad epiſcopalem. Sed poſt huiuſmodi arreſta quæ anno 1541. & 1544. re-

Imbert. in Enchyridio cap. de clerico ex Rebuffo.

feruntur, Bleſenſis conſtitutio publicata eſt quæ generaliter prohibuit Clericum ad Ordines ſacros promotum in carcerem tradi pro ære alieno. In quo majus priuilegium adtribuimus Sacerdotibus quam noſtris ſupremis Senatoribus. Sed quæ dignitas temporalis ſacram Sacerdotis æquare poteſt? & quæ comparatio miniſtrorum Regis mortalis, ad miniſtros Regis Regum, & domini dominantium? An vero huic priuilegio renuntiare poteſt Sacerdos? Vulgare eſt axioma iis quæ non ſunt perſonæ, ſed ordini conceſſa, renuntiari non poſſe. Si tamen quis cum ſe pro laïco gereret & laïcũ diceret, puta mercatorem, aut alterius laïcæ qualitatis, cõtraxerit, iudicatum eſt a 9. Auguſti 1607. carceris pœna cogi eum poſſe vt ſatisfaciat. Deceptis enim non decipientibus ſubuenire lex ſolet, & nemini ſua fraus patrocinari debet.

Artic. 57. Die 20. menſis Martis anno 1624. ſupremus Præſes Curiæ Pariſiẽſis expreſſis verbis, ne quidem Pares Franciæ à carcere pro ære alieno immunes eſſe dixit.

Sunt alij caſus in quibus Clericus tenetur reſpondere coram Iudice Laïco, vt ſi de euictione conueniatur, ſi de reconuentione, & ſi ex ſequeſtro quod à Iudice laico ſumpſit Mynſingerus obſeruat. 67. cent. 2. vbi etiam notat doctores qui cenſuerunt Clericum poſſe conſentire in ſententiam Iudicis Laici, vt valeat tanquam per pactum.

a Brod. ad d. litt. C d. n 31.

Cum vero regulariter libera ſint Clerici nobilia, eiuſque perſona, ſi nulla ſint illi immobilia, vltimum remedium creditori ſupererat cenſuras implorare, ſed non ante quam immobilia perquiſiſſet, aut debitorem interpellaſſet ea indicere ſi obſcura eſſent: idque etiam vſu quotidiano aſſueſcunt officiales quanquam non placeat Curiæ pro re pecuniaria conſortio fidelium amoueri Clericos, nec etiam Laïcos: & proinde nullam dixit Officialis ſententiam qui cenſuras in Sacerdotem non ſoluentem dixerat. XIII.

Papon. plurib. arr. lib 18. tit. 7.

Idem Brod. ibid.

Sed nos à pluribus gentibus in hoc diſcrepamus, quod non omni Clerico prærogatiuam indulgemus, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus, ſed ei tantum qui ſaltem ſubdiaconus ſit, vt ſupra notauimus ampliùs. XIV.

Atque hi ſunt caſus Eccleſiaſticæ iuriſdictionis in Eccleſiaſticos: ſed quantuli? vt iam appareat quanta menſura vicem reddant ſeculares Iudices Eccleſiaſticis. Ex iſtis vero caſibus conſtabit, quæ ſit iuriſdictio ſummi Pontificis in ſacros homines huius Regni, de qua iam dicere oportet.

Verum præſciamus oportet noſtro Gallorum vſu & iure refutatam eſſe nonnullorum, & maximè Italicorum doctrinam, qui duos velut populos conſtituunt in eadem republica, ſeu principatu, nempè clericorum & laicorum, vt indè aſſerant clericos

Vide Petrum Surdum in deciſionib. Mantuan deciſ. 26. & ſeq.

Digitized by Google

nullatenus eſſe obnoxios Principum ſecularium ſtatutis, quaſi non ſint illorum ſubditi: Namque eos Regis noſtri ſubditos eſſe, qui ſubſunt eius imperio, pro certo habemus, nec ipſi inficiantur: proindeque ſunt illius affecti legibus, tam quæ perſonas reſpiciunt, aut illorum mobilia, quam quæ immobilia: Quippe Apoſtolus omnem animam dicens nulla exceptione vſus eſt: & qui peccant in Regis noſtri edicta, aut magiſtratuum eius ſecularium præcepta, ſententias, & Senatuſconſulta, cenſuram eorum nullo priuilegij prætextu poſſunt effugere.

Ergo donationes Clericis, & Eccleſiis factæ edicto Regio de inſinuationibus adſtringuntur. Sic in foro Eccleſiaſtico obſeruari debet aliud edictum, quod excluſit probationes teſtimoniales in rem excedentem centum libras, adeo vt officialis non debeat eas probationes admittere, etiam in fœdere nuptiali: Nec ſecus iiſdem edictis, imò & ſtatutis municipalibus de teſtamentis, donationibus, & quibuſcumque aliis iidem Clerici tenentur, & vbi circa his & ſimiles caſus verſatur quæſtio forum laicum declinare nequeunt, niſi prout iam vidimus: & in contumaces validæ forent ſententiæ. Eſſet enim abſurdum (quod in Senatu Mantuano diſputatum eſt) ſubhaſtationibus bonorum, quæ in foro laico fiunt, nocere ſi ſe Clericus, cuius intereſſit, non ſe opponat: quia vt volunt aliqui in hoc foro nullatenus comparere debeat: quaſi ob intereſſe Clerici ſubhaſtationes, & quidquid eas concernit ad Iudicem Eccleſiaſticum remittendæ eſſent.

Sed vt Surdus in ea quæſtione concludit ſæpiſſimè cauſæ Clericorum in Senatu cognitæ fuerunt & cognoſcuntur paſſim: tamen conquerente Epiſcopo fuit dictum, quod articulus ex integrò videatur.

At tandem ſuæ ſint aliis Principibus, populis, & regionibus leges, & conſuetudinis: nobis noſtræ.

CAPVT

CAPVT VI.

DE ECCLESIASTICA IVRISDICTIONE ſummi Pontificis in Eccleſiaſticorum criminalibus & ciuilibus cauſis, & primis inſtantiis.

LECTIO.

1. *Poteſtas ſummi Pontificis in Eccleſiaſticos.*
2. *Decreta primorum Epiſcoporum Romanorum de Eccleſiaſticorum cauſis apud ſe tractandis.*
3. *Praxis ætate D. Cypriani, eiuſque querela.*
4. *Cæciliani Africani cauſa ad Melchiadem Pontificem remiſſa: in eaque relegatione error Conſtantini.*
5. *Decretum Nicænæ Synodi de Clericorum cauſis.*
6. *Aliud decretum eiuſdem Synodi allegatum à Iulio* I. *& alijs & quid ipſe ſenſerit de ſua authoritate in D. Athanaſij & aliorum cauſa: quidque cum eo plures Epiſcopi Orientis Orthodoxi.*
7. *Plures Epiſcopi damnati in Synodis inconſulto Romano Pontifice:*
   Sed legibus non exemplis iudicandum.
8. *Pontifices Romani poſſunt cauſas Eccleſiaſticas, tam Epiſcoporum quam aliorum Clericorum euocare.*
9. *Iudicantes cum ſuis Synodis, ſed earum reſpectus in ſummum Pontificem.*
10. *Innocentius* 2. *non patitur Imperat. habere Synodum contra Abbatem ſe inſcio.*
11. *Ciuiles etiam cauſas Eccleſiaſticorum ad ſe deduxerunt Epiſcopi Romani.*
12. *Vel ad Vicarios ſuos remiſerunt quos habebant vbique.*
13. *Etiam Conſtantinop. Patriarcha huic iuriſdictioni obnoxius. Methodij narratio de ſeipſo.*

VT potiſſima eſt Eccleſiæ iuriſdictio in Eccleſiaſticos, ita & Pontificis maximi: Namque in omnes fideles poteſtas eſt Eccleſiæ quoad cenſuras: at illud amplius in clericos, vt non ſolum excommunicari, ſed gradu amoueri poſſint ab ea, & proinde à Pontifice ſupremo. Quam diſtinctionem Apoſtoli primum ſuis canonibus notauerunt: Si, inquiunt, Clericus ſit L.

Digitized by Google

deponitor: ſi laicus à communione remouetor: ac D. Bernardus ad Eugenium Papam: Nonne ſi cauſa extiterit, tu Epiſcopo cœlum claudere, tu ipſum ab Epiſcopatu deponere, & tradere Sathanæ potes?

II. Itaque pſimi Pontifices Romani in Epiſtolis ſuis edixerunt, vt clericorum quidem accuſationes ab Epiſcopis diffinirentur: Epiſcoporum autem non liceret abſque ſanctæ ſedis authoritate, ſicut ab Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus multorum iam conſenſu Epiſcoporum ſtatutum eſt, vt ait Eleutherus, & ante illum Euariſtus, qui poſt Anacletum ſedit: atque Alexander 1. ſcribens ad omnes Orthodoxos aſſeruit per ea verba, Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam; ſummarum diſpoſitiones cauſarum, (cuiuſmodi ſunt Epiſcopales) & omnium negotia Eccleſiarum Apoſtolicæ ſedi à Domino commiſſa.

Euariſt. ep. 2. Alexand. ep. 1. Fœlix 1. ep. 1. & 2. Melchiad. ep. vn.

Et qui peregrina iudicia non ſequenda dixerunt, exceptionem addiderunt, ſalua in omnibus Apoſtolicæ ſedis authoritate & prærogatiua, innuentes peregrinitatis nomine non intelligendam eſſe Eccleſiam Romanam, vt quæ ſit omnium mater, ſed Iudices, ſeu Epiſcopos, non Prouinciales, & non proprium Metropolitanum.

Higin. ep. 11. ad omnes fideles. Fabianus epiſt. ad Hilarium epiſcop. Cornel ad Ruſticum Orientalē Epiſcopū. Innoc 1. ep. 2. cap 3. Pius ep 1. Anicetus epiſt. ad Galliæ epiſco. Eleuth. ad Galliæ prouincias. Higinus ad omnes Chriſti fideles. Alexander 1. epiſt. ad omnes Orthodoxos.

Sunt tamen qui huiuſmodi cauſas Prouincialibus & Metropolitano permiſerunt, nec vetuerunt terminari ſine conſilio Apoſtolicæ ſedis, niſi quod addiderunt ſalua in omnibus Apoſtolica authoritate: Sed idem propè erat, vt ſi placeret ſummo Pontifici ſuam authoritatem iſtis cauſis interponere, Iudices Prouinciales ei deferre tenerentur.

Sic ergo iſti primi Pontifices ſuam non timuerunt inculcare maieſtatem, nec prouinciis tantum Romanæ diœceſi ei ſpeciali commiſſis, ſed omnibus fidelibus vſque ad Orientem, vt ſciretur eam maieſtatem non ſpecialem eſſe, ſed vniuerſalem, vt Principis & Primatis omnium Primatum.

Verùm canone Apoſtolico Synodus Prouincialium Epiſcoporum Iudex conſtituitur Epiſcopo accuſato: at is canon ex ordine ſuo, nempe 73. ſuſpectus eſt, vt ſuprà diximus: Deinde nihil detrahit Romanæ ſedi cum de ea non loquatur. Atque

III. ætate D. Cypriani non obſcuram fuiſſe eam authoritatem conſtat, vt Epiſcopi in Synodis depoſiti inſcio Pontifice Romano, aut non approbante ad eumdem perfugerent: Quod Cypria-

Digitized by Google

no diſplicuit iuſtum eſſe dicenti, Vt vniuſcuiuſq; cauſa illic audiatur vbi eſt crimen admiſſum, & vbi rei accuſatores habere & teſtes ſui criminis poſſunt: niſi, inquit, paucis deſperatis, & perditis minor eſſe videtur authoritas Epiſcoporum in Africa conſtitutorum, qui iam de illis iudicauerunt. Sic ille, ac eius teſtimonio liquet iſtis perfugientibus ad Romanum tribunal, maius illud viſum, vt reuera eſt, quam inferiorum Epiſcoporum. Nec iſti appellaſſe dicuntur: at forſitan obſeruaſſe præceptum Xiſti 1. vt qui appellare non auderent, & vocarentur ab ſancta ſede, venirent confeſtim. Verum infra de appellationibus, & de iſta D. Cypriani querela. Ep. 1.

IV. Huic Cæciliani cauſa ſucceſſit, quam Conſtantinus magnus ad ſe ex Africa delatam non timuit euocare, non quidem vt ſuſciperet, ſed vt committeret Melchiadi: & quare illi niſi quia omnium Primati? Quod ſi quis dixerit Melchiadi eam cauſam commiſſam fuiſſe non vt Iudici ordinario, ſed delegato, adeo vt ei adiungerentur alij Iudices Epiſcopi; reſpondebitur, potuiſſe quidem ſic delegari à Conſtantino, ſed accipi à Melchiade non vt delegato, ſed vt ordinariorum omnium ordinario Iudice. Nec enim conteſtari debuit de nomine aduerſus Imperatorem recens Chriſtianum, cum revera Iudex conſtitueretur in cauſa ad ſe pertinente. Vnde D. Auguſt. de ead. cauſa: An fortè debuit Romanæ Eccleſiæ Melchiades Epiſcopus, cum collegis tranſmarinis illud ſibi vſurpare iudicium? Quid quod nec vſurpauit? rogatus quippe Imperator Iudices miſit Epiſcopos qui cum eo ſederent. Sic Auguſtinus, & quidem ironicè, quaſi innuens contra obiectionem aduerſariorum potuiſſe illum ſuſcipere hoc iudicium ſuo iure, ſed noluiſſe ita quin miſſos Epiſcopos ab Imperatore ſecum aſſumeret.

Hancque mentem eſſe D. Auguſtini, vt tranſmarina iudicia, ac proinde multominus Apoſtolicæ ſedis non eſſent detrectanda, Ipſemet probat dicens contra Donatiſtas, qui Africanorum Epiſcoporum ſententias declinabant: millia collegarum tranſmarina reſtabant, vbi apparebat eos iudicari poſſe, qui Afros vel Numidas ſuſpectos habebant. Per tranſmarina autem iudicia, planum eſt Romanum, id eſt Romani Epiſcopi intelligi ad quem accuſati, aut damnati conuolabant: Neque enim tolerati fuiſſent Africani prouincialem, ſeu regionalem Primatem fugientes ad alios Epiſcopos ſe conferre, ſiquidem iudicia- Ep. 162.

Digitized by Google

riæ poteſtatis authoritate deſtitutos in non ſuos ſubditos. Nam extra ſuam prouinciam, aut diœceſim Epiſcopus, Metropolitanus, & Primas gerere quidquam vetatur canonibus: at Romanus Epiſcopus ſiue ſpeciali iure vt Occidentis Primas, ſiue generaliter, vt omnium vbique Eccleſiarum, poterat de iſtis cauſis cognoſcere. Quod vero dixit plurali numero millia collegarum tranſmarina, referre oportet ad mille collegas qui non quidem per ſe, at cum ſuo capite, id eſt Pontifice Romano, ab eoque vocati ad Synodum cauſam rurſus examinare poterant.

V. Sed vt ordine procedamus, habita eſt poſt hæc magna Nicæna Synodus tantæ venerationis apud veteres Patres, ipſoſque

Can. 5. ſummos Pontifices: iſta vero de iudiciis Eccleſiaſticis nihil aliud decernit, niſi vt qui ex clero, vel ex laïcis ſe iniuſtè queratur ab Epiſcopo ſuo depoſitum, aut excommunicatum audiatur in Cõcilio Prouinciæ: quod nec etiam officit Romano Pontifici. At

VI. Iulius 1. ſanctæ memoriæ Pontifex cauſam Athanaſij ab Arrianis damnati ſuſcipiens, confidenter affirmauit in eadem Nicœna Synodo ſtatutum fuiſſe, Vt nullus Epiſcopus niſi in Synodo Apoſtolica authoritate conuocata ſuper quibuſdam criminationibus pulſatus audiretur, id eſt iudicaretur, aut damnaretur. Aimon idem eſt ac ſi diceretur, Epiſcopum ſine conſilio Romani Pontificis non eſſe iudicandum? Equidem non extat ille canon, vt neque alij qui ex iſta Synodo à ſanctis patribus citantur vt alibi diximus, ſed Epiſcopi ad quos hæc ſcribuntur, non illum abnegauerunt: atque id atteſtantur quicumque illi fuerint ſub nomine Ægyptiorum Epiſcoporum ad Fœlicem 2. ſeu alium ſcribentes. Vnde licet ſuppoſita ſit illa epiſtola, ex ea tamen conſtat ab longo iam æuo, hoc ſtatutum Nicæni Concilij.

Ep. 1. tomo 1. Concil. Sozom. lib 3. cap. 9. Socrat: lib. 2 cap. 13. Fœlix 2. in reſcripto ad Synod. Alexandrinam cap. 19.

Verùm quid opus fuit decreto Concilij in confirmanda hac authoritate, quæ voce Domini ſuper omnem Eccleſiam ædificata eſt? Itaque Baſilius magnus ad eumd. Athanaſium epiſtola cenſet ſcribendum eſſe Epiſcopo Romano, vt quæ in Oriente perperam gerebantur conſideraret, mitteretque viros qui manſuetudine & facilitate ingenij corrigendos corrigerent, nec cauſa diſſimili reſcripſiſſe ad Innocẽtium 1. D. Chryſoſtomum cum ab inimicis iniuſtè vexaretur teſtatur eius epiſtola.

Ergo ſciebant vniuerſalem eius eſſe poteſtatem in omnem Eccleſiam: Nam ſi vniuerſalis non fuiſſet, perperam miſiſſet, ſiquidem jus non habuiſſet. Idque etiam apertiſſimè confeſſi

ſunt Stephanus Archiepiſcopus & Epiſcopi de tribus Africæ Conciliis ad Damaſum Papam ſcribentes, Epiſcopum nempe inconſulto Romano Pontifice non eſſe de gradu dejiciendum. Quid decreta Sardicenſia de appellationibus ad Romanam ſedem admittendis, quantam fidem huic veritati adhibuerunt? At de iſtis infrà ſuo Tit. proximo.

Tomo 1. Concil.

Extra vero dubium ſunt Epheſini Concilij acta, ex quibus Cyrillus profitetur ſe ſuoſque Epiſcopos (id eſt ipſum Concilium, licet generale) non auſos eſſe Neſtorij communionem deſerere ante acceptam Cæleſtini 1. ſedentis ann. 423. ſententiam, eademque Synodus reſeruauit eidem Cœleſtino in Ioannem Antiochenum iudicium: Interim ſe illum excommunicaſſe dicentes omninoque ſacerdotali poteſtate exuiſſe. Quid verò ampliùs ſupererat vnde vltima expectaretur ſententia? Sanè nihil niſi vt confirmaret quod fecerant aliâs non valiturum, quia eo inconſulto factum.

VII.

Fateamur tamen neceſſe eſt plenas eſſe hiſtorias Epiſcoporum à ſynodis damnatorum, quibus nullatenus interfuit Epiſcopus Romanus. Quin etiam D. Chryſoſtomus refertur tredecim Epiſcopos exauthoraſſe, nec dicitur id feciſſe iuxta Synodi ſententiam. Atque apud nos eadem praxis fuit. Vnde D. Remigius voluit Epiſcopum, qui teſtamentum ſuum violaſſet, deponi ab omnibus diœceſis Rhemenſis, Epiſcopis, Præſbyteris, Diaconibus, & quamplurimis religioſis. de Pontifice autem Romano nihil dixit. Quis vero neſcit Prætextatum Rothomagenſem, Egidium Rhemenſem, Vrſicinum Cadurcenſem, & alios complures à ſynodis damnatos, Gregorioque Turonenſi diem apud Epiſcopos dictam fuiſſe? Atque hæc contingere potuerunt ab anno 580. nullus vero illorum de hac Romani Antiſtitis authoritate præſcripſit.

Socrat. lib. 2. c 24. & 32. plura refert exempla.
Sozom. lib. 8. cap. 6.
Flodoard. lib. 1.
Greg. Turon. lib. 5. cap. 18. li 10 c. 19 li. 8. cap. 20. & 11 ac de ſeipſo eod. lib. cap. f.

Sed legibus non exemplis iudicandum, & aliud eſt quod fit, aliud quod fieri debuit. Deinde non perpetuò fuit conſtans Pontificibus Romanis, vt vidimus, nullas eſſe ſententias in Epiſcopos datas ſe inconſultis, at duntaxat ſaluam eſſe ſuam authoritatem voluerunt, vt ſi accuſati & apud Epiſcopos conuenti Epiſcopi, dum inclamare vellent, illos exaudire poſſent. Itaque ſuperiore ſeculo anno videlicet 419. ad Bonifacium delatus eſt Maximus Valentinæ ciuitatis Epiſcopus quem ille ad Synodum Gallicanam remiſit, vt quidquid iudicatum eſſet, ratum haberetur

Digitized by Google

authoritate Apoſtolica. Ergo Apoſtolica authoritate, nec remiſit, niſi quia citatus Romam non adfuerat, & abſentem damnare nolebat. Denique Eugenius 3. qui ſedebat anno 1146. Gilbertum Pictauienſem Epiſcopum in fide Trinitatis errantem ad Concilium remiſit.

VIII. Non eſt tamen dubitandum quin potuerint Pontifices Romani cauſas euocare ad ſe, & reos Epiſcopos caſtigare. Ei namq; eſt Sacerdotij principatus ſuper omnes Eccleſias vt de fide, & de omnibus Sacerdotibus iudicet, quemadmodum dixit Valentin. Imperator epiſt ad Theodoſium Imperat. quæ eſt inter acta Concilij Calchedon. ibi autem agitur de Dioſcoro Epiſcopo Alexandrino coërcendo. Quin etiam Orientales Epiſcopi & Clerici epiſtola ad Stephanum 6. dicentes ſe ab Apoſtolica ſede corrigi & corripi debere, precantur vt miſericorditer agat cum ordinatis à Photio. Atque iidem ad Agapetum qui diù antè ſedit: Cum ſedem, inquiunt, Apoſtolorum vobis Pater beatiſſimè Deus commiſerit & firmauerit ſuper firmam petram, pedes veſtros rogamus te finem perfectum imponere diuinæ ac veſtræ ſententiæ contra Anthimum. Is autem erat Patriarcha Conſtantinopolit.

Sic ergo Principatus romanus ſupra cæteros quoſcumque Epiſcopos, atque etiam Conſtantinopolitanum, qui tantoperè conatus eſt ſe illi adæquare, præualuit: adeo vt in Concilio Cõſtantinopolitano ſub Menna inter cauſas propter quas damnantur Anthimus & ſequaces hæretici hæc refertur, quod contempſerint Eccleſiam Romanam; quæ ſententiam contra ipſos protulit.

Act. 1.

Quapropter Gregorius magnus cum nonnulli muſſitarent cauſam inter Epiſcopum Rauennatem, & Claudium Abbatem non eſſe Romæ examinandam, reſpondebat: Si cauſa de illa ciuitate vbi Princeps eſt ad noſtram cognitionem deducta eſt, quanto magis negotium quod contra vos eſt, hic eſt terminandum? & ſapienter feciſſe Epiſcopum qui perſonas pro ſe ad iudicium tranſmiſerit.

Ep. 24. lib. 5 vide alia exempla ep. 12. lib. 2. Indict. 11. ep. 36. ibid. ep. 3. lib. 5. indict. 14. epiſt 61. lib 12. indict. 6. lib. 1. ep. 9 indict. 9.

Sic Honorius 1. ſedens anno 622. cum ab Adalualdo Italiæ Rege quidam Epiſcopi deficerent, reſcripſit ad Iſaacium Exarchum, vt Adalualdum protegeret, eoque in regnum reducto Epiſcopos Romam mitteret; ne, inquit, huiuſmodi ſcelus impunitum relinquamus.

Sigon. lib 2. de regno Italiæ.

Digitized by Google

Nicolaus 1. Theugaldum & Guntharium Treuerenſem, & Colonienſem Epiſcopos depoſuit, vt docent eius epiſtolæ: at illi ſuperbiæ & violentiæ Nicolaum accuſantes, tanquam qui ſibi ſoli ius omnium vſurparet, ſe parvipendere eius ſententiam, atq; cum eſſent ab eius communione ſeparati, ſibi totius orbis communionem ſufficere dixerunt. Sed (tanta vis ſententiæ tanti Pontificis) deciderunt ſuis dignitatibus, adeo vt Theugaldus ab Adriano in gratiam tandem receptus pro ſummo bono habuerit quod ei permiſerit manere in Monaſterio quodam S. Gregorij titulo, ex quo etiam iſte Sanctus ei ter apparens in ſomnis, abire illum coegerit, ſi Diacono id ſcribente in vita Gregorij fides.

Vide epiſt. Nicolai Annal. Fuldenſ. ad an. 863. 870.

Lib. 4. cap. 94.

Vix enim creditu eſt quod Sanctus pœnitenti locum pœnitentiæ conuenientem inuideret, niſi videnti lumen in lumine appareret ſubdolam eſſe illam pœnitentiam.

Denique Ioannis 8. & Gregorij 7. reſcripta præbent plurima iſtius authoritatis aduerſus Epiſcopos exempla.

Apud Anglos cum Guilielmus Conquæſtor vellet Epiſcopos indigenas amouere, & in eorum locum Normannos ſubrogare, curauit vt Alexander mitteret ſuos legatos à quibus habita Synodo plures dejecti fuerunt. Sic Edoüardus 1. legitur accuſaſſe Robertum Cantuarienſem Archiepiſcopum apud ſummum Pontificem, qui diem ei dixit, ſuſpenditque à diuinis quovſque ſe purgaſſet. Nec ſecus Rex Suetiæ Erricus, neſcio quid in Archiepiſcopo Vpſolenſi deprehendens, miſſo ad vrbem Romam ſpeciali nuntio, ipſum accuſauit, conuictumque Papa deſtituit Archiepiſcopatu.

Roger. Houed. in eius vita.

Thom. Vvalſing. ad an 1307.

Cranſ. lib 5. Sueciæ cap 36. ad an. 1394.

Neque ſolum in Epiſcopos, ſed etiam in Clericos hæc ſe ſe iuriſdictio exercuit, quanquam Concilia iſtos Epiſcoporum iudicio reliquerint, atque S. Eleutherus cenſuit Clericorum accuſationes diffiniendas eſſe ab Epiſcopis, ſed redita ratione, quia difficile eſt ad Apoſtolicam ſedem omnes accuſationes deferri, ſupplè vt iudicentur. Ergo poteſt eas ſuſcipere quas vult & valet decidere. Qui vero citantur Canones Conciliorum generalium (nam particulares non eſt opus examinare ſiquidem vltra ſuas Prouincias non extenduntur) non interdixerunt Clericis ad ſedem Apoſtolicam ſe conferre. Itaque Hormiſda qui ſedit anno 514. aliquot annos poſt Concilium Calchedonenſe, Monachorũ Scytharum de fide accuſatorum notionem ſuſcepit, illoſq; pervicaces damnauit: Qui plura volet exempla percurrat epiſtolas Gregorij magni.

Nicæn. Can. 5. Sardic. Can. 16. Calched. Can. 9.

Epi. 26. 27. 32. lib. 2. indict. 11.

Digitized by Google

IX. Quamvis autem euocarent non, tamen ſoli iudicabant Pontifices ſummi: ſed ex Synodi ſuæ ſententia, quod multis monumentis notiſſimum eſt: atque tantum deferebant ſuis Synodis, vt Ioannes 8. profiteretur non poſſe ſe abſoluere Archiepiſcopum Mediolanenſem, quem Synodi ſententia excommunicauerat, niſi in ead. Synodo. Et Leo 4. aduerſus Anaſtaſium præsbyterum Cardinalem, quod ſua relicta Eccleſia alteram inuaſerat procedens diceret: In eum ſi vobis placet ſententiam proferimus. & Gelaſius: Quid placet fraternitati veſtræ? Sed hoc etiam notandum Epiſcopos velut prærogatiuam Antiſtitis Romani agnoſcentes, illi reſpondiſſe, Quod vobis Deus dedit in poteſtate præſtate, dictum duodecies: vt indulgeas rogamus, dictum nouies.

Ep. 204.

Quod ſi princeps abſolutus non fuiſſet, ſed ſolummodo primus, haud dubiè ſic loquuti fuiſſent: Qui enim primus eſt, velut Præſes, nihil poteſt pluſquam alij: deinde cuius eſt indulgere & veniam dare, niſi Principis ſupremi? Cumque Nicolaus 1. in ſynodo Ioannem Rauennatem coërcuiſſet, exclamauerunt alij Epiſcopi, rectum Iudicium ſummi Præſulis, iuſta diffinitio paſtoris vniuerſalis Eccleſiæ.

X. En ergo vt Epiſcopi Romani ſe ſuo optimoque iure Epiſcoporum & clericorum accuſatorum Iudices conſtituerunt. Itaque cum Lotharius 3. Imperator iudicaturus Rainaldum Abbatem Caſſini montis Maieſtatis & Schyſmatis reum aſſediſſet, adhibitis Epiſcopis Innocentius 2. id iniuſſu ſuo eſſe conſtitutum vſque adeo moleſtè tulit vt Epiſcopos & Abbates qui interfuerant abdicare ſtatueret, niſi Lotharius nihil ad eius contumeliam factum excuſaſſet, ac omnia illi integra eſſe affirmans legatos, qui rem cognoſcerent, poſtulaſſet: â quibus miſſis ille damnatus, atque Abbatis officio ſpoliatus eſt.

Sigon. de regno Ital. ad an. 1137.

XI. Quod ſi de criminibus competentes fuerunt, quanto magis de ciuilibus? Sed voluerunt primi illi Pontifices Romani grauiores duntaxat cauſas & maiora negotia ad ſe deferri: eorumque Iudicia in omnibus Eccleſiaſticis cauſis iuſſerunt Imperatores Valentin. & Theodoſius eſſe vbique pro lege etiam ſiue imperiali decreto. Quid enim, aiunt, tanti Pontificis authoritati in Eccleſias non licet? Itaque de primatus & diœceſis controuerſia diſputatum eſt inter Arelatenſem, Viennenſem & Narbonenſem Epiſcopos, primùm ſub Zozimo, deinde ſub Leone à à quo

l. vn. C. Theod. de ordinat. epiſcop.

Vide Zozimi epiſtolas &

Digitized by Google

à quo aucta eſt Viennenſis dignitas, propter Arelatenſis tranſgreſſionem, vt dixit Hilarius Leonis ſucceſſor, licet intercedentibus pro Arelatenſi Epiſcopis Galliæ. Ac plura poſt ſecula ead. contentio agitata eſt Romæ de Primatu Hiſpanarum, inter Toletanum & Compoſtellanum Archiepiſcopos coram Innocentio 3. inter Cantuarienſem & Eboracenſem Antiſtites de Primatu Angliæ: & inter Turonenſem, & Dolenſem de iure Metropolis. Nec obmiſiſſe Pontifices Romanos alias cauſas, quæ inter Eccleſiaſticos, aut de rebus Eccleſiæ eſſent dubitari non debet, ſiue eas euocantes Romam, ſiue delegantes qui illas iudicarent.

epiſtolam epiſcoporum Galliæ additam Leonis epiſtolis, ex manuſcripto Arelatenſi.
Hilarius ep. 11.
Vide not. ad decret Gundemari in vol. Concil. Hiſp.
Vvilicl. Malmesbur. lib. 3. de geſt Pont. f. Angl. & lib. 3. de geſt. reg. Angl in Vvil. 1. Rog Houed. in Ioan. Rege.

XII.

Nam, quod aliud eſt prærogatiuæ illorum documentum, ſoliti fuerunt Vicarios apud varias gentes conſtituere, qui controuerſias prouinciales dirimerent grauiores tamen ad ſedem Apoſtolicam deferrent: ſic Hilarius 1. Arelatenſem Galliis dedit. Sic Leo magnus Theſſalonicenſes Epiſcopos Vicarios Apoſtolicæ ſedis in iis partibus, id eſt, in Oriente, ſemper fuiſſe ait, ita tamen, vt in partem ſolicitudinis eſſet vocati, non plenitudinem poteſtatis; quapropter maiora negotia, & difficiliores cauſarum exitus liberum illis eſſet ſub noſtra, inquit, expectatione ſuſpendere. Porrò de iſtis Theſſalonicenſibus legatis Epiſcopi Romani meminit Balſamo, additque non ſolum illos, ſed Athenarum etiam & Corinthi, & Cretæ, & Patrarum aliarumque ſedium antiſtites functos fuiſſe ea legatione, dictoſque legatos à facie, & particularem habuiſſe iuriſdictionem. Sic Martinus 1. ſedens an. 647. conſtituit Ioannem Epiſcopum Philadelphæ ſuum Vicarium in Oriente, vt vicem ſedis Apoſtolicæ, implens quæ deſunt corrigeret, & conſtitueret Epiſcopos per ciuitates diœceſis Hieroſolymitanæ, & Anthiochenæ. Gregorius magnus Ioannem defenſorem tranſmiſit in Hiſpaniam, vt de cauſis Epiſcoporum, & alij cognoſceret: Sed Gallias Arelatenſis Epiſcopi arbitrio moderandas reliquit reſcripto ad Auguſtinum Monachum, videlicet quia legatione perpetua munitus erat.

Ep. 1. 10.
Ep. 84.
Poſt allocutionem 6. ſynodi in Trullo.
Ep. 5.
Ep. 50. & 54. lib. 11. indict. 6.

Denique Vigilius, idem Gregorius, & Ioannes 8. eodem penè ſtylo delegauerunt Vicarios ſuos, vt adhibito competenti Sacerdotum numero cauſas canonica, & Apoſtolica æquitate diſcuterent, ac finirent: ſi qua vero certamina, aut de religione fidei, aut de quolibet negotio, quod terminari non poſſit emer-

Vigil. ep 7. 10. Greg. ep. 51. lib. 4 indict. 13. Ioan ep. 93. 94. 95. pro Arel. epiſc. & longè ante Marcel. 1.

Digitized by Google

ad epiſ. Antiochenæ prouinciæ reſcripſit, iudicia ſi quæ retractanda eſſent, retractari debere per Vic. Ro. ſedis ep 1. Ep. 64 52. lib. 2. ep. 27. lib. 6.

gerent, ad Apoſtolicam ſedem terminanda reſeruarent. Cum vero volebant, euocabant: Hinc Grego. magnus cauſam Epiſcopi Rauennatis, cum Claudio Abbate voluit apud ſe iudicari, quidquid nonnulli muſſitarent, vt vidimus. & alter Greg. nempe 7. Abbatem Monaſterij D. Dionyſii iuxta Pariſios, Clericos Aurelianenſes, & Monachos Monaſterij Polenſis ad ſe euocauit.

XIII. Nec etiam ipſa Conſtantinopolit. ſedes hac euocatione, aut notione in prima inſtantia immunis fuit, vt ex eod. D. Greg. retulimus, & facit quod refert in conuentu Græcorum Methodius Patriarcha Conſtantinopolitanus apud Curopalatem, ſe olim Romam miſſum eſſe ad Papam propter excitatas Nicephoro tunc Patriarchæ lites, ibique cum eſſet, obtinuiſſe mortificationem Genitalium apparente in ſomnis ei D. Petro, eaque tangente.

CAPVT VII.

DE MODO IVRISDICTIONI Pontificiæ Romanæ in Eccleſiaſticos dato quoad primas inſtantias: & qua pœna illos coërcere poſſit Pontifex.

Lectio.

1. *Sobriè primi Pontifices Romani deducebant ad ſe primas inſtantias ciuiles.*
2. *Querela deinde quod frequentiùs euocarentur.*
3. *Aliquarum gentium decreta aduerſus iſtas euocationes.*
4. *Iſtarum euocationum præcipuæ cauſæ exemptiones: & à quo tempore cœperint illarumque progreſſus.*
5. *Quantopere olim Monachi ab Epiſcopo pendebant.*
6. *Illorum exemptio & quorundam Monaſteriorum vnio ad ſedem Apoſtolicam cum impoſitione cenſus.*
7. *Querelæ aduerſus exemptiones, & quid de illis decretum in Concilijs poſterioribus.*
8. *Hiſpani Reges ſe dicunt Iudices exemptorum.*
9. *Apud Gallos quid operetur exemptio.*
10. *In criminibus priuilegiatis non eſt locus exemptioni.*
11. *Odioſæ ſunt euocationes in prima inſtantia.*

Digitized by Google

12. *Iudex Eccleſiaſticus gladij temporalis non habet poteſtatem.*
13. *An indicere verbera poſſit.*
14. *Solæ pœnæ Eccleſiaſticæ ſunt licitæ apud nos Iudici Eccleſiaſtico.*
15. *An exilio damnare ei ſit ius.*
16. *Quibus pœnis vſi primi Pontifices Romani.*
17. *Pœna ſanguinis eis non licita, & ſuſpecti eam adhibuiſſe, negauerunt.*
18. *In Formoſi cadauer Stephani 6. & Sergij 3. crudelitas.*
19. *Bonifacius 8. dictus primus author ſæuiendi in Eccleſiaſticos. Ac deinde ſucceſſores eius capitalem pœnam adhibuerunt exempla.*
20. *Nolunt id licitum poteſtatibus laicis.*
21. *Mitius puniti Epiſcopi apud Principes ſeculares.*

EQVIDEM licet tanta ſit poteſtas Romani Pontificis, dubitari non debet quin parcè & ſobriè illa vterentur primi Antiſtites cauſas ciuiles non euocantes, & primas inſtantias non ſuſcipientes niſi in majoribus & grauioribus negotiis: Ergo cæteras I. Prouincialibus relinquebant: ne, vt D. Gregorius, ait, pro paruulis tanti maris ſpatia tranſmeandi neceſſitas eſſet, ac non frequenter patiebantur tranſgredi iuriſdictionum gradus, tam ab ipſis primis Pontificibus Romanis, quam à Conciliis poſitos, nempe Epiſcopalis, Archiepiſcopalis, ſeu Metropolitanæ, & Primatialis, demumque Romanæ ſupremæ. Ep. 4. lib. 2. indict. 10. ad Maximian.

II. Sed cum aulici & practici Romani allecti lucro quod exigere cœperunt ex huiuſmodi cauſis, conniuerent vafris litigatoribus quos nihil adeo delectat quam ſuos aduerſarios longinquis traductionibus, indeque ſumptibus immenſis fatigare, vt ſic lite cedant, ac procurarent citari partes Romam non rarò: tæduit tandem plurimos iſtius grauaminis: Inde quod Iuo Carnotenſis queritur, ſe poſtpoſito ordine iudiciario ab Abbate Majoris Monaſterij ad Apoſtolicam ſedem eſſe delatum, ac ſuam querelam Synodo Prouinciali exponens, proteſtatur quod ſi ea de re illi dilata, vel denegata fuerit iuſtitia, vt res ad ordinem non redigatur, ſe longè, lateque clamaturum dictis & ſcriptis: atque etiam Paſchalem ſummum Pontificem obſecrat, vt intra Prouinciam ſub Iudicibus ab illo ordinatis hanc cauſam in loco vicino in quo poſſit adeſſe tractari, & terminari iubeat. Ep. 168 & de ordine ep 35.

Moleſtum quoque fuit Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Prima- Crantſ lib. 6. cap 17.

Digitized by Google

tibus ſuam obmiſſo medio eneruari iuriſdictionem. Quod non ignorans Octauianus dictus Victor Antipapa cõtra Alexandrum 3. an. 1159. vt ſolent factioſi de huiuſmodi querelis ſuum lucrum facere, quò eos alliceret ad ſe ſanxit in ſolemni conuentu, quem habuit Fredericus 1. cauſæ illius aſſertor non ante ad Romanam Curiam eſſe prouocandum, quam ſit cauſa Epiſcopali audientia ad plenum diſcuſſa. Quod licet Antipapæ, æquum tamen fuit, ac D. Bernardi Iudicio qui ad Innocentium 2. Queri omnes, ait, iuſtitiam in Eccleſia perire, annullari Eccleſiæ claues, omnem vileſcere epiſcopalem authoritatem, dum nemo Epiſcoporum in promptu habeat vlciſci iniurias, ne in propria quidem Parochia: cauſam eſſe, quod quicumque flagitioſi & contentioſi de populo, ſiue de clero, aut etiam ex Monaſteriis pulſati currunt ad ſedem Romanam: ac in libris de cõſideratione ad Eugenium non veretur ipſum arguere quod nimium cauſis forenſibus occupetur Romanus Antiſtes; Et Abbas Vſpergenſis ad tempora Philippi & Othonis qui de imperio contenderunt: Magna, inquit, abuſio facta eſt: vix enim remanſit aliquis Epiſcopatus, ſiue dignitas Eccleſiaſtica, vel etiam Parrochialis Eccleſia quæ non fieret litigioſa, & Romam deduceretur cauſa, ſed non manu vacua: Gaude nunc noſtra Roma, ait ille, quoniam aperiuntur cataractæ theſaurorum in terra, vnde ad te confluant riui in magna copia nummorum.

Ep. 178.

III. Sed hæ voces erant clamantis in deſerto: namque non ceſſauit Romana Curia quoſcumque litem apud ſe quocumque modo promouentes fouere: Verum tamdem his occurrerunt pleræq; gentes, nequidem paſſæ appellationes ad Romanam ſedem directas vltra partes: id eſt vltra Prouinciam decidi, ſi quatuor diœtis à Curia Romana diſtarent vt infra dicetur tit. de appellationibus, quod nos iam ſtrictè obſeruamus: neque ſoli ſumus. Namque refert Bonfinius Mathiam Hungariæ Regem Romanum forum regnicolis omnibus, optimatibus, Pontificibus, Præpoſitiſque interdixiſſe: ſub eo tamen Ioannes Alemannus, & Ioannes Arragonius Romæ pro Archiepiſcopatu Strigonienſi litigauerunt. Sic Hiſpana lege cautum eſt, ne legati Apoſtolicæ ſedis cauſarum Eccleſiaſticarum in prima inſtantia cognitionem ſuſcipiant, vel eas ad ſe euocent, quia eneruaretur Ordinariorum iuriſdictio: atque ante Carolus 5. ſub Clemente 7. quædam edicta Pragmatica authoritati Apoſtolicæ derogantia promulgaſſe

Ley 81. lib. 2. tit. 5. recopilacion. l. 59. à la nueua recopilacion quæ Philippo 2. tribuũtur.

dicitur, hiſque ſuos ſubditos cohibuiſſe, ne in Curia Romana cauſas beneficiales quæ ſuis in regnis ſuborirentur agerent, ac eo prouectus audaciæ Notarius Hiſpanus, vt Hiſpanis & ſubditis Imperatoris eo tempore quo in Rota habebantur iudicia prohibuerit palam omnibus ne amplius ibi litigarent. Vnde non mirum quod olim Petrus Arragoniæ Rex vetuerit, ne quidam ab Epiſcopo Sugurbicenſi citatus in materia decimali ad ſedem Apoſtolicam reſponderet eò loci quia decimæ ſunt fructus poſſeſſionum.

Sed Garcias ſcribit beneficiorũ à ſummo Pōtifice reſeruatorum controuerſias etiã in prima inſtãtia Romæ agitari & iudicari, tract. de beneficiis cap 3. parte 5. n. 7. & ſeq.

Guichard. lib. 17.

Veneti quoque ſub grauiſſimis edictis continent ſubditos ſuos ne ſe inuicem trahant ad Romanam Curiam: Ideoque licet cauſa ſemel in Curia commiſſa non auocetur regulariter niſi cum maxima difficultate, tamen propter hanc prohibitionem remittitur ad partes quæ inter Venetos ibi pendet. Sed refert Guichardinus eos à tribus potẽtiſſimis Principibus Maximiliano Imperat. Ludouico 12. & Iulio 2. ad extremam neceſſitatem redactos amicitiam Iulij redemiſſe pluribus conditionibus, ea præſertim non facturam rempubl. quominus Veneti litigarent Romæ in cauſis beneficialibus & eccleſiaſticis.

Belluga in ſpeculo Princip tit. de decimis.

Staphila ſuper commiſſis & litt. Iuſtitiæ cap. quando conceditur nu. 17. 18.

Lib. 8. ſub. f.

Sic Belgæ non diſtrahuntur à ſuis penatibus ad Romanum tribunal ex pacto inter Romanum Pontificem, Regemque Hiſpanorum.

Chopp. lib. 2. de ſacra polit. tit. 4. n. 8.

Ergo nihil nos inſolitum habemus quando non patimur, ne quidem Epiſcopum obmiſſo medio deferri inter reos ad ſedem Apoſtolicam: ac proinde refertur accepta prouocatio tanquam ab abuſu qua quidam Epiſcopus ſic delatus Curiam ſupremam appellauerat: Iamdiúque Arnoldus Epiſcopus Aurelianenſis exemplis probauit reum Maieſtatis, ſiue Epiſcopum, ſiue Archiepiſcopum, ſiue quemlibet Clericum iudicari debere ab Eccleſia Gallicana, non à Pont. Max. licet id Ioannes 17. improbarit. Necnon vetus legitur lex Francica vt Epiſcopi, Abbates, Comites, & Potentiores quique ſi cauſam inter ſe habuerint, ac ſe pacificare noluerint ad noſtram, id eſt Regis venire iubeantur præſentiam, neque illorum contentio alibi iudicetur.

Belleforeſt In Hugone Capeto.

Lib. 3. leg. Frãcicæ cap. 67.

Sed potiſſimæ cauſarum in prima inſtantia traductionis, aut euocationis ad Romanam Curiam rationes fuerunt exemptionum iura. Namque vigente quondam Conciliorum ſtatuto ſuos Primates Epiſcopi, ſuos Epiſcopos Clerici & Monachi non niſi rarò defugiebant. At ſeu inſinuante ſe in Eccleſiam ambitione, IV.

Digitized by Google

qua Epiſcopi Archiepiſcopos, Monachi & Clerici illos dedignari cœperunt, ſeu Primatibus & Epiſcopis ſua poteſtate abvtentibus, vt vult Greg. 7. inualuit, vt membra ab immediato capite diuiderentur, id eſt Monaſteria & Capitula ab Epiſcoporum iure, Epiſcopi ab Archiepiſcoporum ac Apoſtolicæ ſedi velut principalia capiti ſuo membra vnirentur, quod maximè circa tempora Gregorij magni & paulò ante cœpit. Nam teſtatur ille deceſſorem ſuum, qui Pelagius 2. fuit, exemiſſe Thebanum Epiſcopum à Lariſſæi Antiſtitis iuriſdictione, (ſic vides rurſus quovſque proceſſerit authoritas ſummi Pontificis.) vt ſi qua cauſa eſſet, vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria aduerſus eum Epiſcopum de hac cognoſceretur, vel per eos qui à ſummo Pontifici eſſent in Regia reſponſales, ſi mediocris erat quæſtio, vel ad Apoſtolicam ſedem ſi eſſet ardua, deduceretur, quatenus ab Apoſtolicæ audientiæ ſententia decideretur.

Epiſt. 69 lib. 7.

Quod ſi, inquit Gregorius Lariſſæum alloquens, contra hoc quolibet tempore, vel qualibet occaſione, ſeu ſubreptione venire tentaueris, ſacra ſcias te communione priuatum, nec eam te excepto vltimo vitæ tuæ tempore, niſi cum Romani Pontificis conceſſa iuſſione decernimus percipere.

Epiſt. 7. lib. 2. indict. 11.

Sic ergo ſancita exemptionum poteſtas anathematis metu. Nec tamen hæc exemptio præualuit aduerſus imperialem iuriſdictionem, ſiquidem Thebanus idem Epiſcopus appellauit ad Imperatorem, qui appellationis Iudices dedit vnum clericum, alterum laicum: appellatio verò fuit ab Epiſcopi qui condemnauerat ſententia, vt ead. epiſtola liquet. Is autem Clericus erat diaconus ſedis Apoſtolicæ.

Progreſſu deinde temporis ambierunt Epiſcopi vnicam Epiſcopi Romani vt ſupremi iuriſdictionem: ac noſter etiam Hincmarus Rhemenſis impetrauit, ab Adriano 2. vt à nullo alio poſſet iudicari: idemque Actardus Nannetenſis obtinuit. Ac deinceps alij quique Epiſcopi eaſdem exemptiones appetierunt. Nec ſolum Epiſcopi, ſed & Capitula, id eſt Clerici Eccleſiarum, qui primo iure ab Epiſcoporum ſuorum nutu pendebant, vt ne quidem ſine illorum venia ſtationem ſuum relinquere auderent.

Adrian. 2. ep 5. 14 epiſtol quæ ſunt in appendice to. 3. Concil. parte 2.

D. Stephanus Hungaria Rex cum Albam voluiſſet eſſe peculiarem Regum ædem curauit vt eius Epiſcopus nemini alij præterquam Romano ſubjice-

Denique Monaſteria & Monachi identidem ſe eximi ab Epiſcopali iuriſdictione procurauerunt, licet primitus toti ab

Digitized by Google

Epiſcopis penderent adeo vt Agathenſi Concilio, quod ſub Iuſtiniani ætatem contigit decretum fuerit, ne Monaſterium nouum niſi Epiſcopo aut permittente, aut probante vllus incipere, aut fundare præſumeret. Quod imperiali conſtitutione Iuſtiniani confirmatum eſt, & generali Concilio Calchedonenſi, eoque ampliùs, vt Monachi eſſent ſubiecti Epiſcopo, nec vagari ſine eius licentia poſſent. Ac Synodo Arelatenſi & Aurelianenſi 2. vt Abbates qui Epiſcoporum præcepta deſpicerent excommunicarentur. Hinc quod author regularum monachalium inter opera D. Hieronymi: Claues, inquit, Monaſterij diſponat Epiſcopus, ne quis niſi nuptiales veſtes habens exeat, vel introeat.

retur. Bonfin. Decad.2.lib.1.
V.
Can. 27.
Nou.5.cap.1.
Can.4.
Can.12.
Aurelian.1. tẽpore Symmachi Abbates in Epiſcoporum poteſtate conſiſtãt, & ſi quid deliquerint ab eis corrigãtur.
Can.21.

Tanta in res monaſticas Epiſcopi authoritas, vt eius conſenſus interuenire deberet in Abbatis electione, aut depoſitione, in rerum monaſticarum electione, & præcipuè vt conuenirentur apud eum, non apud Iudicem laicum. Itaque Gregorius magnus ſolebat Epiſcopos excitare, vt eam iuriſdictionem exercerent in Monachos ſuæ diœceſis: & noſtri maiores formulam conceperunt, qua Epiſcopus admoneretur vt Abbatem diœceſis ſuæ qui in aliquo exceſſerat, corrigeret, quod & in capitularibus, quæ fere non ſunt niſi repetitiones ex canonibus Conciliorum ſancitum eſt. Denique quoniam teſte Paulo ad Romanos tributum ſubiectionis eſt ſymbolum, Abbates & Monaſteria cœperunt quamdam penſionem, vel quædam onera Epiſcopis penſitare, ſeu ratione eulogiæ, ſeu viſitationis. Quæ ſingula ideo conceſſa fuiſſe Epiſcopis ait, Petrus Cluniacenſis Abbas, quod olim in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſijs fuere Monachi, ſeu Canonici regulares in communi viuentes, atque vno refectorio, vnoque clauſtro contenti, è quibus aſſumpti Epiſcopi monaſtica inſtituta callebant, & ideo viſitandis ſuæ diœceſis Monaſterijs, Monachorumque exceſſibus ponderandis & corrigendis, necnon quæ ad ſanctæ obſeruationis augmentum conducunt ſanciendis, idonei eſſe poterant: Hodie vero, inquit, cum ſint omnes ferè ſeculares à regulari vita prorſus alieni, qua fronte Monaſteria viſitare, ac de rebus quas neſciunt diffinire debeant, non video. Scilicet docebunt quod non didicerunt: milites erunt priuſquam tyrones: magiſtri antequam diſcipuli. hæc ille. Sed nonquid cum primum ſancita eſt in Monachos & Abbates Epiſcoporum authoritas,

Can. ſi quis Abbas cauſa 18. q. 2. Nouel.5 c.9. can. Abbatibus cauſa 12. q. 2. Nou.79. cap. f. Nou.137 cap.5. Greg. mag. ep. 22. lib.3. indict. 11. ep.32. lib. 6. 21. lib.8 formula 27. lib.1. Marcul. capit. 136. lib. 6. capitular. capit. 25. lib. 5. Ruſus Greg. mag. ep 39. 40. lib 1 ep.12. lib. 6. indict. 15. Can penult. & f. cauſa 18. q. 2. cap. & cum gl. de cauſa poſſ. & propr.
Ep.28. lib.5.

Digitized by Google

Epiſcopi omnes ex cellulis & Monaſteriis ducebantur? non ſanè. ſiquidem & à Clero: cui & Ordinibus ſacris initiati non erant Monachi adeo vt cum non haberent vllum ex ſuis Sacerdotem contribuerentur pæroeciis, vel ex illis Præsbyterum aduocarent è quo ſacra perciperent. Atque Concilio Calchedonenſi interdicti fuerint functiones Eccleſiaſticas exercere niſi iubente Epiſcopo propter neceſſitates vrgentes.

Hinc ep. 27 ca. 117. D. Greg. lib. 5. indict. 14. ep. 91. li. 7. indict. 2. ep. 4. lib. 8. Can. 4.

VI. Ergo qui Clero ſubjiciebantur, Epiſcopis ſanè parebant: licet ex illorum grege non aſſumptis: Sed tandem cœperunt plura Monaſteria exemptionem quærere à ſummo Pontifice, cuiuſmodi exemplum legitur apud D. Greg. de Monaſt. S. Medardi Sueſſionenſis abſoluto ab Epiſcopi iure, vt nec eligendi, nec corrigendi Abbatis haberet facultatem, ſed Monachi eligerent: & accuſatus non iudicaretur niſi à ſummo Pontifice: quod priuilegium ait conceſſum etiam à Ioanne prædeceſſore, qui debuit eſſe 3. inſtantibus Clotario & Sigeberto Regibus, ac Anſerico Sueſſorum vrbis Pontifice. Deinde ſimilia priuilegia irrogarunt alij Pontifices, atque ipſorum Epiſcoporum nonnulli plurima ſe parte huiuſmodi poteſtatis abdicauerunt, vt patet ex Marculphi formulis.

Sub f. lib. 11. epiſtolar.

Ioan. 8 ep. 15. 264. lib. 6. ep 7. & 8. lib. 8 Nicol. 1. ep. 24. 61. Greg. 7. ep. 69. lib. 1. ep 8. lib 7 Marculph. formula 1. lib. 1. Flodoard. lib. 3. cap. 27.

Vnierunt etiam ſummi Pontifices aliquot Monaſteria ſedi Apoſtolicæ, ita vt ab ea prorſus in omnibus penderent, eiſque in ſignum ſubjectionis cenſum aliquem imponebant, qui hanc ſubjectionem teſtaretur, quod de ſuo Monaſterio Gaufridus Abbas Vindocinenſis refert, ac proinde plurimum libertatem illius aduerſus Iuonem Carnotenſem aſſerit. Sic prodit Albertus Argentinenſis quondam Monaſterium S. Benedicti recens conſtructum exemptum fuiſſe à Sixto Papa omnibus exactionibus & muneribus præterquam quòd annuatim denarium aureum ſanctæ Sedi perſolueret Atque de cœnobiis Hirſangienſi & Odenheimſi non abſimile ſcripſit Trithemius in Chronico Hirſangienſi. Nec obmiſerim Henricum 1. Imperat. cum fundaſſet Epiſcopatum Babembergenſem tit. S. Apoſtolorum Petri & Pauli, ac D. Georgij Martyris, illum tradidiſſe Romanæ Eccleſiæ lege dicta, vt quotannis Epiſcopus mitteret Romam Præſuli tanquam illius Eccleſiæ defenſori equum phaleris adornatum. At quid hæc oblatio conueniens Petro & Paulo? Sic exemptioni Capituli Bituricenſis recognitio adiecta eſt duorum florenorum ſingulo quoque anno præſtandorume idem ſedi: quam Curia

De hac vnione patet ex præd epiſt. Ioan & Greg. 7. De cenſu Gaufrid. ep. 9. lib 1. & plurib aliis eod. lib. ac epi. 11. lib. 2. Albert. Argentin. in Chronico. Ad an 1099. 1101. Cuſpinianus. Chenu lib. 1. Tit.

Curia ſuprema Pariſienſis abuſiuam declarauit ſolemni iudicio 27. Iunij 1542.

Licet verò quidam Epiſcopi iſtis exemptionibus ſuffragati ſint, major tamen pars & fera tota ſecularium Eccleſiaſticorum de illa ſæpè queſti fuerunt, nec ſine cauſa Adriani 2. etiam judicio obteſtantis in poteſtate Epiſcopi omne Monaſterium eſſe debere, & quia hoc erat tranſgreſſum, ideo plurima Monaſteria eſſe deſtructa. Nec ignota ſunt Iuonis, Bleſenſis, ac D. Bernardi, licet Monachi & Abbatis in eas exemptiones ſcripta: adeo vt Bleſenſis diceret, his licet ab Apoſtolica ſede conceſſis non eſſe obediendum, quoniam Deus apud quem melior eſt obedientia quam victima, quidquid emancipet, aut priuilegiet homo, deteſtatur inobedientiam. Quod ſi, inquit, vnum præcipit Deus, & aliud præcipit, aut indulget homo, obediendum eſt potiùs Deo quàm homini. Sic ille innuens obedientiam Epiſcopo à monachis debitam eſſe iure diuino, ob idque illam diſſolui non potuiſſe: [a] Et Fulbertus Carnotenſis ad Ianſlinum Abbatem, vt ſe Epiſcopo ſuo ſubjiceret: [b] Ego, inquit, neque legem, neque modum ratiocinationis inuenire poſſum, qui vos ab iugo ſubjectionis abſoluat: at ſi quis alius inueniſſe fateatur, nouum illum Rhetorem de cœlo magis cecidiſſe, quam deſcendiſſe crediderim. Denique noſter Clareuallenſis, qui ſua ſanctitate & profeſſione, vnus inſtar omnium eſſe debet, non timebat in huiuſmodi exemptionibus negare plenitudinem eſſe iuſtitiæ licet Papa prætenderet plenitudinem eſſe poteſtatis. Quod ſi, aiebat, dicit Epiſcopus nolo eſſe ſub Archiepiſcopo, aut Abbas nolo obedire Epiſcopo, hoc de cœlo non eſt: & alibi, certus ſum enim ego monachus & monachorum qualiſcumque Abbas, ſi mei quoque Pontificis à propriis ceruicibus excutere iugum tentauero, quod Satanæ tyrannidi meipſum ſubjicio. Rurſum: Quid igitur vos ò Monachi Sacerdotum grauat authoritas? metuitis infeſtationem? ſed ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati: ſecularitatem contemnitis? ſed ſecularior nemo Pilato cui Dominus adſtitit iudicandus. Et cætera quibus non vno in loco hanc libertatem ſeruitute, vt ait, ſeruiliorem deteſtatur: hoc VII.

Iuo ep. 65. Bleſ. 68 ad Alexand. 3. & ep. 90. Vincentius in ſpeculo lib. 29. ca. 84.

Anno d. 1122. Epiſcopi grauiter queſti ſunt de Monachis, quod non ſupereſſet aliud niſi vt ſublatis virgis & annulis ipſi, iſti deſeruirent. Hos enim Eccleſias, villas, caſtra, decimationes, viuorum & mortuorum oblationes detinere. Sed eos defendente Liguriæ Epiſcopo Calixtus 2. pronuntiauit Caſſinenſe cœnobium (nam in Synodo de conſecratione Abbatis Caſſinenſis agebatur,) ab omni mortaliũ iugo liberum, & ſub ſolius R. Eccl. defuſione manere: cætera vero Monaſteria in quo ordine ſunt antiquis vs conſtituta manere. Ex chron. Caſſinenſi lib. 4. cap. 80.

a Ep. 73. b Differentia ponitur inter legem diœceſanam, & legem iuriſdictionis: ab illa exempti dicuntur Monachi ipſo iure: ab iſta non niſi priuilegio. Quid autem ſit & in quo conſiſtat vtraque gl. mag. ad cap. 18. de off. iud. ordin.

Digitized by Google

Sic iuxta legem iſtam fundationis iudicauit Curia Pariſienſis capitulum Ligniſe ſubiectum eſſe viſitationi Epiſcopali 6. Maij 1611. apud D. Seru. 4. vol.

excipere dicens eſſe decipere, & hoc diſpenſare eſſe diſſipare: vnam approbans exemptionem, quæ in lege fundationis dicta fuerit: Sed ſi fundatori licuit eximere, aut exemptionem procurare, cur non liceat ſummo Pontifici? niſi quia fundationes non admittuntur niſi conſulto Epiſcopo, cui fas ſit iuri ſuo renunciare. at idem periculum ineſt. Et ſi hac renuntiatione eximere poteſt, cur non ſummus Pontifex ſua authoritate?

Auent. lib. 7. ad an. 1266.

In Neuſtria ad an. 1179.

Deteſtati etiam illi ſunt, quod huic exemptioni ſuperaddita eſſent ornamenta Epiſcopalia, vt mitra, baculus, ſandalia, de quibus poſtea cum litigarent Epiſcopi & Abbates Clemens 4. ſic litem diremit, vt Epiſcopi auro atque gemmis, Abbates holoſerico atque argento vterentur. Sic Abbatem Monaſterij S. Auguſtini apud Anglos his ornamentis emancipatum fuiſſe ab Epiſcopali iuriſdictione refert Thomas Vvalſingh.

Lib. 7. cap. 21. Policrat.

Ratio vero improbandæ exemptionis vna ferè fuit quod Monachi & Abbates faciliùs ad vitia prolaberentur ſecuri de longinquitate iuriſdictionis: & Anglus Saleſberienſis, Quo, inquit, ſibi plura impunè liceant à iuriſdictione omnium Eccleſiarum ſeipſos eximunt, & efficiuntur Romanæ Eccleſiæ filij ſpeciales, ita tamen vt pro foro rei vbique conueniant, conueniri autem non poſſint, niſi Romæ, vel Hieroſolymis.

Notæ ad D. Concil. ex Thomas Vvalſinghamo.

Quamobrem cum tot hominum ſanctorum & doctorum aculeis perfoderentur exemptiones, atque vt D. Bernardus dixit, murmur eſſet vndique & clamor Eccleſiarum truncari ſe clamitantium, ac demembrari dum ſubtrahuntur Abbates Epiſcopis, Epiſcopi Archiepiſcopis, Archiepiſcopi Primatibus: diuulgatum eſt, per vniuerſum orbem ante Concilium Viennenſe (quod tempore Clementis 5. an. 1311. celebratum eſt) fore per illud, vt omnes religioſi exempti ad ius tranſirent commune. Vnde ordo Ciſtercienſis Papam ante Concilij celebrationem adiiſſe dicitur, vt in exemptione priſtina conſeruaretur, idque donis obtinuiſſe. Sed quod prodiit ex illo Concilio quoad exemptiones,

Cap. 1. de ſtatu Monach. cap. 1. de ſent. excom. in Clement.

illud duntaxat fuit vt idem Pontifex conſignauit in corpore iuris canonici, nimirum, Epiſcopum viſitare Moniales poſſe, non vltra procedere: in religioſos vero exemptos vno tantum caſu ordinariis conceſſa eſt iuriſdictio ſi aduerſus interdicta Apoſtolica auderent ita ſacra facere in ſuo templo vt horum plebs interdicta particeps eſſe poſſet. Præclara ſanè irritandæ exemptionis ratio quaſi nulla alia iuſtior foret: de iſtis autem interdictis quam periculoſa ſint animarum ſaluti, infrà ſuo loco.

Digitized by Google

Pluribus deinde poſt ſeculis dicuntur Epiſcopi in Concilio Tridentino proponere voluiſſe de reuocandis exemptionibus, at obticuiſſe quod replicaretur minimè æquum eſſe vt Monaſteriorum inſpectionem depoſcant priùs quam ad eam formam ſe compoſuerint, ad quam neceſſarium eſt inſtitutos eſſe rectores vitæ regularis: quod non repugnat allegatis ſupra ex Petro Cluniacenſi. Fertur etiam Rex Hiſpanus de iſtis exemptionibus debilitandis laboraſſe in eodem Concilio Tridentino: at non zelo religionis, ſed vt contumaces decimarum collectioni Canonicos qui plerique è præcipua nobilitate erant, debellaret eos Epiſcopis ſubjiciendo, hoſque ſibi deuinciret: quod ſentientes Romani curiales grauiter tulerunt propoſitum eſſe. Hiſt. Tridentʒ Concil. lib. 5. p.614. Ibid. lib. 6. p. 408.

Sed ſatis de exemptionibus: atque ſic introductæ fuerunt ad Romanum forum euocationes in prima inſtantia, quod noſtri tandem auerſati obtinuerunt ab Vrbano 5. circa ann. 1367. procurante Carolo 5. ne extra regnum litis cauſa euocarentur. Hoc vero ſpeciale priuilegium cum vniuerſali querelæ non ſatisfaceret ſtatuerat Concilium Conſtantienſe futuro Romano Pontifici qui eligendus erat quoſdam articulos proponere decidendos antequam Concilium diſſolueretur, quorum is erat, De cauſis in Romana Curia tractandis, vel non: at effectu hæc propoſitio caruit. Quapropter in auiſamentis, vt aiunt, Moguntinis tempore Concilij Baſileenſis an. 1427. reſolutio fuit, Vt in partibus nationis Germanicæ, quæ vltra quatuor diætas à Curia diſtāt, omnes cauſæ (maioribus necnon electionum Eccleſiarum ſedi Apoſtolicæ immediatæ ſubiectarum exceptis) in partibus Germaniæ terminarentur. Stil. Parlam. pars 3. tit. 44. §. 9. & 10. Seſſ. 40.

Succeſſit demum Baſileenſis Synodus anno 1431. quæ vexationi litigantium, & ordinariorum iuriſdictioni ſubueniens, decreuit omnes cauſas in partibus vltra quatuor diætas à Romana Curia remotis terminandas & diffiniendas eſſe apud illos Iudices qui de iure, aut de conſuetudine præſcripta, vel priuilegio cognitionem habent, exceptis majoribus in iure expreſſè enumeratis Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum cauſis quas imimmediata ſubiectio ad Apoſtolicam ſedem deuoluit, & Cardinalium ac Officialium ſedis Apoſtolicæ actu in Curia ſuis officiis inſiſtentium.

Hoc decretum noſtra Pragmatica Sanctio recepit, niſi quod duas tantùm diætas ſufficere dixit ad committendam in partibus

Digitized by Google

Seſſ.10. cauſam, quando Romana Curia deſideret citra montes. Sed hac Sanctione abolita ſub Leone 10. in Concilio Lateranenſi edictũ eſt, Vt omnes cauſæ extra Romanam Curiam coram Ordinariis locorum iudicarentur, niſi quoad exemptos de quibus latum eſt, vt ſi illi qui à ſede Apoſtolica munus eos corrigendi habent negligentes ſint, quamvis ab ordinariis admoniti, tunc poſt admonitionem poſſint ordinarij contra exemptos reos procedere per inquiſitionem & inſtructionem accuſationis, ſed abſque tormentis: & inſtructa accuſatio ad ſedem Apoſtolicam mitteretur, qua examinata ſi ſatis conuictus non appareret reus de eo ampliùs inquirendum ſi opus eſſet, vel etiam per tormenta reſcriberet ſummus Pontifex ad ordinarium qui authoritate Apoſtolica ſen- Seſſ.25.cap.14. tentiam diffinitiuam proferret.

At nobiſcum ſpecialiter Concordato actum eſt vt in Regno, Delphinatu, & Comitatu Dienſi, ac Valentiniano, ſingulæ cauſæ in partibus agerentur, exceptis majoribus in iure expreſſè determinatis, & ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, quarum cauſarum & reſeruationum textus recenſet Rebuffus, aitque ſimile priuilegium conceſſum eſſe à Leone decimo Archiduci Auſtriæ, videlicet, ne in prima litis inſtantia extra patriam conueniri poſſent.

Ergo vbi non eſt ſimile priuilegium à Pontifice conceſſum videretur pro cauſis beneficialibus aliiſque Eccleſiaſticis Romæ litigandum eſſe, niſi quod Synodus Tridentina eumdem mo- Seſſ.24.cap 20. dum Eccleſiaſticæ iuriſdictioni dedit vt omnes Eccleſiaſticæ cauſæ in prima inſtantia coram ordinariis cognoſcerentur, ſed libertati ſummi Pontificis reliquit committere, aut euocare quæ iuxta Canonicas Sanctiones apud ſedem Apoſtolicam ſunt tractandæ, vel quas ex vrgenti, rationabilique cauſa iudicauerit per ſpeciale reſcriptum manu propria Sanctitatis ſuæ ſubſignatum committendas, aut auocandas eſſe. iubentur interim ſingulæ Prouinciales Synodus aliquot idonæas eligere perſonas, quibus delegationes dirigi queant à Legato, vel Nuntio, atque etiam à ſede Apoſtolica.

d. Seſſ.24.cap. 11. De exemptis autem licet fateantur Patres priuilegia & exemptiones perturbationem in Epiſcoporum iuriſdictione excitare, & illis laxioris vitæ occaſionem præbere, nihil tamen diminuerunt niſi quoad particulares quoſdam qui ſpecie alicuius tituli præſumebant exemptionem, & quoad alios Clericos, ſeu regu- Seſſ.7.cap.14. lares, ſeu ſeculares extra Monaſterium degentes, vt in ciuilibus

cauſis mercedum,& miſerabilium perſonarum conueniri poſſint apud ordinarios, etiamſi deputatum in partibus Iudicem à ſede Apoſtolica habeant. In aliis autem cauſis apud eoſdem ordinarios conueniendi quoque ipſos facultas eſſet, vbi Iudex non foret deputatus in partibus: Denique in cauſis Monachorum ſi illorum ſuperior negligeret eos corrigere ter admonitus ab Epiſcopo, tunc illos iſte corrigeret. Ac etiam renouata Innocentij 4. conſtitutio qua exemptio ceſſat quando crimen committitur in loco non exempto. quæ tamen conſtitutio impedimento non fuerat, quin Abbas S. Albani apud Anglos Archiepiſcopum Cantuarienſem excluderet à viſitatione non ſolum Monachorum qui in Monaſteriis erant, ſed etiam qui extra hæc dabant operam rei litterariæ in ſecularibus academiis.

Seſſ.25.cap 14.

Cap. 1. de priuileg. in 6.

Thomas Vvalſing. in Richardo 2. ad an. 1388. Innocent. autem 4. ſedebat an. 1243.

VIII. Verùm non vſque adeo huiuſmodi exemptiones tribuunt jus Romano foro quin Hiſpani Reges exemptorum ſe iudices conſtituerint ad hunc vſque diem, vel inuito ſummo Pontifice, vt iam notauimus.

Chopp. lib. 2. de ſacra polit. tit. 4. paſſim pluribus exemplis.

IX. Nobis autem licet exempta collegia ſolum agnoſcant Pontificem Romanum, tamen eius forum adire non tenentur, ſed ex Pontificio reſcripto ſortiuntur patrios Iudices qui eorum litem diffiniant. Imo pleraque capitula ſuos ex cœtu ſuo ſingulis annis ſeligunt Iudices à quibus rei iudicentur & coërceantur quod ex ſummorum Pontificum indultis habere dicuntur. At ſtatuto Aurelianenſi reſtrictæ fuerunt exemptiones, ac reddita Epiſcopo, vel Archipræſuli coërcendi poteſtas Abbates, Abbatiſſas, Priores, Prioriſſas, (exceptis qui ordinis capita ſunt) atque Canonicos omnes, Capitula Cathedralia,& Collegia, nonobſtantibus appellationibus, aut oppoſitionibus. Monachorum autem coërctio ſpectat ad Abbatem vel Priorem Clauſtralem, neque etiam ad Abbatem commendatarium, niſi Cardinalis ſit, vt pro Cardinali de Gondy iudicatum fertur 15. Februarij an. 1598. Sed quoad hoc ſtatutum Cardinalis Ferrarieñſis Legatus in Gallia ſub Pio 4. obtinuit ſuſpenſionem decretorum in eo Conuentu Aurelianenſi ad rem Eccleſiaſticam ſpectantium. Itaque exemptiones in ſuo iure remanſerunt, & citati exempti apud Epiſcopum, remittuntur, modo adſint ſuum priuilegium allegaturi: neq; enim de ſimplici citatione queri debent: Itaque Archidiaconus Andegauenſis appellans ab ea tanquam ab abuſu, ſubmotus eſt Senatuſconſulto 12. Maij, an. 1613. Obſeruamus etiam vt in crimini-

Art. 11.

Idem Chopp. lib. 1 Monaſt. tit. 2. n. f.

Digitized by Google

bus ciuilibus, quæ nos priuilegiata vocamus, ſed abuſiuè quaſi ex priuilegio tantum ſint iuriſdictionis laïcæ, cum è contra ſint iure ordinario, vt in iſtis inquam criminibus quorum cognitio eſt fori ſecularis, exemptio nihil operetur quin à Iudice Regio iudicetur & plectatur exemptus ſi circa ea deliquerit: etiam religioſi Mendicantes Curiæ Parlamenti obnoxij ſunt apud nos vbi quid contrarium ab illis actum eſt conſtitutionibus Regiis, Senatuſconſultis & decretis eiuſdem Curiæ, aut ſtatutis reformationis per eamdem Curiam approbatis.

XI. Atque hæc de cauſis Primariis, ſeu primis inſtantiis quibus tandem Romanum forum plurima ex parte euictum eſt annitentibus Conciliis, & conſentiente ſummo Pontifice: nec iniuria ſiquidem graue erat ſubitò aliquem citari ad tam lõginquum tribunal. Fuit tamen iſtud Romanis olim longè lateque dominantibus ſupremæ poteſtatis argumentum. Quapropter cum Callicrates Acheos quod Perſeo aduerſus Romanos adhæſiſſent in ius vocaſſet, mitti eos Romam placuit; nouumque id fuiſſe Græcis dicitur. Nec enim aut Philippus Amyntæ filius, aut Alexander Magnus aduerſarios vnquam ſuos è Græcia in Macedoniam diſceptandi cauſa poſtularunt transferri, at eos Amphyctionibus reliquerunt. Sed Iuſtinianus noluit neque in ſacris, neque in prophanis cauſis directo Conſtantinopolum iri, vel ad Imperatorem, vel ad Patriarcham: Vnde Imperatori benedicit Speculator: & Hoſtienſis curialiorem eum dicit quam Papam, quia parcit remotis ne venire cogantur ad eum.

Pauſan. in Achaicis.

l.49. C. de Epiſcop. & Cler. Nou. 17. cap. 3.

Verùm hæc ſatis vt pateat correctioni Pontificis vt ſupremi omnes Epiſcopos, & vno verbo omnes Eccleſiaſticos, ſubjacuiſſe & ſubjacere, ſiue per ſe, ſiue per delegatos iudices. at cui correctioni, cuiuſve generis, aut pœnæ?

Vide ampliſſ. gl. ad Tit. de cauſa in pragmat. ſanct.

XII. Equidem cum duplex ſit gladius ſpiritualis & temporalis (de quo vltimo quatenus competat ſummo Pontifici infra diſquiretur) illo primo frequenter vſi ſunt Antiſtites Romani in omnes Eccleſiaſticos atque etiam laïcos fideles. Nam quoad illos gradu deponebant, ieiunia & huiuſmodi pœnas imponebant quæ ſpirituali gladio conueniebant. Eas autem quas temporalis infligit neutiquam, ſiquidem gladij temporalis vſum ad magiſtratum ſecularem pertinere dixit D. Paulus.

Ius gladij exercent Reges, Petrique poteſtas
Flagitio addictos eſt prohibere ſacris.

Digitized by Google

Vt eſt publicè inſcriptum exquiſitis D. Mederici Lutetiorum periſtromatibus, ſeu aulæis, vel tapetis: adeo vt dubitatum fuerit an Iudex Eccleſiaſticus verbera correctioni adiungere poſſet, & ſupra notauimus quantopere pœnas ſanguinis abhorruerit curia Eccleſiaſtica. Hinc quod ex D. Gregorio ſcripſimus tantopere ſe vindicante ab ea calumnia qua Malchum Epiſcopum apud ſe reum in cuſtodia detinuiſſe, & capite plexiſſe fingebatur. Vnde docemur vix ac ne vix quidem eum gladio temporali fore vſum, etiamſi crimen ſe ſe obtuliſſet eo vindicandum.

Quapropter ſuccenſuit Epiſcopo Conſtantinopolitano ob Monachum eumque Sacerdotem in Eccleſia Conſtantinopolis fuſtibus cæſum. Quid autem, inquit, de Epiſcopis qui verberibus timeri volunt, canones dicant, benè fraternitas veſtra nouit: Paſtores etenim facti ſumus nõ percuſſores. & egregiùs Prædicator dicit arguè, Obſecra, increpa cũ omni patiẽtia & doctrina. Noua vero & inaudita eſt iſta prædicatio quæ verberibus exigit fidem. hæc ille. Quin etiam Andream Tarrentinum Epiſcopum ab adminiſtratione ſacrorum per duos menſes ſuſpendit quod mulierem cædi fuſtibus iuſſiſſet, ſed crudeliter. Ante illum Gregorius Nazianzenus de Euthalio condiacono queritur quod Philadelphium vinculis & plagis obtriuiſſet, quapropter iubet illum adeſſe coram ſe rationem iſtius criminis redditurum: & vidimus ſupra inter calumnias D. Athanaſio illatas, eam fuiſſe quod Calliuicum Epiſcopum flagellari à militibus feciſſet.

Ep. 52. lib. 2. indict. 11.

XIII.

Ep 83. lib. 2. indict. 11.

Ep. 182.

Sed mehercle de violenta flagellorum caſtigatione hæc intelligenda ſunt quæ vſque ad ſanguinis effuſionem proceſſerat: & de moderata quæ ſequuntur. Namque Gennadius Patriarcha Conſtantinop. delatum ei ob ſcelera Clericum Chariſium ſæpè admonitum, & non reſipiſcentem, permiſit etiam paterna & Eccleſiaſtica cenſura flagellari. Et D. Auguſt. approbans caſtigationem per virgarum verbera quæ in ſæculari foro fiebat, dicit, eam ſæpè in iudiciis ab Epiſcopis adhiberi ſolitam. Quin etiam ipſe D. Greg. ad interrogata Auguſtini Cantuariẽſis Anglorum apoſtoli reſpõdens de pœna furum rei Eccleſiaſticæ, ait, Illos verbera mereri: admonetque Paſchaſium Epiſcopum, vt Hilarium

Niceph. lib. 15. cap 13. Sophro. in prata ſpirit. cap 145.

Can. 1. ca. 23. q. 5.

Ioan. Pechamus Cantuarienſis Archiepiſcopus Officialem Vvigornienſis Epiſcopi admonuit, ſeuerèque ei præcepit, ne pro criminibus manifeſtis, palamque ei cognitis, pecuniæ reos mulctaret, ſed aut fuſtigationibus, aut longis & laborioſis peregrinationibus, aut id genus aliis pœnis afficeret. *Nicolaus Harpsfeld.* in hiſtor. Anglic. ad 13. ſecul. cap. 23.

Litb. 9. ep.60. veter edi.
Palladius in Lauſiaca hiſt. cap. 8.
Idem Greg. li. 2 dialogi ca. 4.
D. Bernard. ep 102.
Concil. Matiſcon. can. 8. c. 4. de raptorib.

Subdiaconatu priuet, atque verberibus publicè caſtigatum faciat in exilium deportari: Sic & Abbatibus in monachos moderatam illam caſtigationem in vſu eſſe, & apud veteres fuiſſe certum eſt. Atque Concilio Matiſconenſi in Clericum, qui alium Clericum ad Iudicem ſecularem traxerit pœna ſtatuitur ictuum 39. Denique Alexander 3. cenſuit flagella adhiberi poſſe ab Archiepiſcopo Panormitano, modo in vindictam ſanguinis non tranſeant. annon etiam Chriſtus flagello vſus eſt?

XIV.

Neſcio vero an apud nos fas eſſet Eccleſiaſtico Iudici quamcumque corporalem pœnam infligere excepto ieiunio, quod etiam adeo moderatum iniungi debet, vt ex illo non tabeſiat & moriatur pœnitens.

Chenu in addi. ad cap. 1. tit. 1. vide. Langl. lib. 10. Semeſtr. cap. 5. § id autem inter noſtros.

Itaque Curia Pariſienſis ſolemni arreſto abuſiuum dixit, quod Officialis quoſdam reos nauticis remis adiudicaſſet ex ſententia Iudicis Regij, qui cum eo cognouerat, ac vetitus deinceps huiuſmodi pœnas infligere; vetitus etiam regius Iudex ei infligenti authoritatem præſtare, & qui tunc præſtauerat iuſſus eſt ad Curiam adeſſe. Quia Regum eſt corporalem pœnam dare: Sacerdotum autem ſpritualem; ſiquidem illorum imperij ſunt corpora; Sacerdotum autem animæ. Quin etiam vbi exilium indicendum eſſet placuit Antiochenſi Synodo, vt Regis iudicio ad requiſitionem Eccleſiæ indiceretur: cuius rei alia forſan ratio eſſe poteſt quod Eccleſia territorium habere non cenſeatur, vt ſuprà diximus. Vnde Vrbanus 3. de quibuſdam Clericis reis loquens Prouinciam, inquit, ipſam eos abiurare compellens, abire permittas. Ergo non vt condemnaret exilio, ſed vt iuſiurandum exigeret quo ſeipſos velut damnarent. Denique Cæleſtinus 3. Si Clericus, inquit, depoſitus & excommunicatus incorrigibilis ſit cum non habeat Eccleſia vltra quid faciat per ſecularem comprimendus eſt poteſtatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna, inferatur. Itaque idem Gennadius cum videret Chariſium, de quo ſupra, flagellis non euadere meliorem non vltra ipſe progreſſus, miſit ad Oratorium S. Eleutheri, vbi ille lector erat qui Sancto denuntiaret hæc verba: Patriarcha Gennadius Sancte Chriſti martyr ſignificat tibi per me peccatorem quia miles tuus multum peccat, aut emenda illum, aut præcide illum, & craſtina die inuentus eſt mortuus.

XV.

Cap. de Cleric. excom. depoſ.
Curia Pariſiēſis abuſiuum iudicauit, quod generalis Dominicanorum monachum, ex ſuis reum relegaſſet in Monaſterium Bellouacorum Claromontanum reditu exinde ei prohibito.
Cap. 1. de crimine falſi.
Cap. 10 de iudiciis.
Locis ſup. not.
Cōc. Tolet 11. exilio, aut retruſione Iudex Eccleſiaſticus punire poteſt can. 7.

Profecto primi Epiſcopi in delinquentes Eccleſiaſticos nihil vltra ſtatuebant quam depoſitionem, cætera Principi ſeculari

relinquebant

Digitized by Google

relinquebant qui depoſitos ob crimina relegare ſolebant: neque etiam carceribus vtebantur, hinc illud vulgare veteris Patris, Terret exiliis & carceribus Eccleſia quæ exiliis & carceribus credita eſt: & Iuo Carnotenſis, Quomodo, inquit, Eccleſia iudicare debet fundendum ſanguinem alienum quæ à primo ſui ortu iuſſa eſt proprium fundere? Ep. 247. cum ep. 168.

Sed vt ad ſummum Pontificem redeamus, nihil eſt quod anxij ſimus quibus pœnis coërcere noſtrates Eccleſiaſticos criminis conuictos poſſit: cum ij à patrijs Iudicibus Eccleſiaſticis, ſed certè ab ipſo delegatis, puniri debeant: nempe qui ſunt ſuperioris ordinis. quod ſi ſententiam pœnæ eis incompetentem dicant præſto eſt Curia quæ interpellata ob abuſum, eam corrigit: vbi enim quid ſeueriùs animaduertendum eſt, Iudici ſeculari reliquum remitti debet.

XVI. At quid ipſe vbi reum penes ſe haberet, aut eo loci in quo liberiùs ſua poteſtate fungeretur? Profectò Vrbani 1. nomine legitur epiſtola contra vſurpatores bonorum Eccleſiaſticorum: Si quis hoc fecerit perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis vtatur. Sed an hoc dictum non vt ipſe conſtituat hanc pœnam; at vt doceat conſtituendam à Iudice cuius erit, nempe laïco? Deinde quomodo Pontifex id exequi tunc potuiſſet qui vix de ſua domuncula ſecurus erat?

Verum diù poſt Hormiſda ſedens anno 514. Manichæos Romæ deprehenſos plagis ſubiecit, & in exilium miſit; vt ſcribit Anaſtaſius. Sed Gregor. Magnus Paſchaſium Epiſcopum de eodem Hilario Subdiacono monet, vt eum flagellatum faciat in exilium deportari: an vero vt per ſe ſuoſque miniſtros Eccleſiaſticos, an per magiſtratum laïcum? vidimus ſupra eam fuiſſe Cæleſtini 3. mentem.

Deinde Honorius 1. mandat vt rebelles Adaluualdo Italiæ Regi Epiſcopi ad ſe mittantur, ne huiuſmodi ſcelus impunitum relinqueret. Qua vero pœna vſurus fuiſſet? meherclè perduellibus XVII. vltimum ſupplicium debetur lege ſeculari, ſed apoſtolicus canon nullam grauiorem pœnam in huiuſmodi reos pronuntiauit quam vt clericus deponeretur, laïcus ſegregaretur: non quod non durior debeatur: verùm Eccleſia neſcit ſanguinem. Itaque mors & detruncatio membrorũ reſeruari regiæ poteſtati debet, ait Alexander 3. Vnde cum Leoni 3. objiceretur coniurantes aduerſus ſe capitali ſupplicio affeciſſe, ac Ludouicus Pius iniquè d. cap. 4. de raptorib.

Digitized by Google

ferret tam ſeuerè animaduerſum à primo orbis Præſule, ipſe non ſe id iure feciſſe, aut vt fieret mandaſſe dixit, at ſe de objectis criminibus purgauit, vt refert author vitæ Ludouici Pijà Pithæo editus ad an. 815. Paſchalis item iuſſu ſecundi crediti ſunt excæcati primum, ac deinde capite truncati Theodorus Primicerius Rom. Eccleſiæ, & Leo Nomenclator: ſed huius facti inuidiam à ſe conatus eſt per ſuos legatos apud Imperatorem amoliri, licet mortuos velut majeſtatis reos condemnaret, iureque cæſos pronuntiaret: at non eſt auſus dicere id factum ſuo iuſſu.

Aimoin. lib. 8. cap. 111. Sigon. lib. 4. de regno Ital. ad an. 823. Blond. lib. 2. decad. 2. Naucler. vol. 2. Chronograp. generat. 28.

XVIII. In Formoſum autem qui poſtea ſedem Romanam gubernauit meritò damnata eſt Stephani 5. & Sergij 3. crudelitas vſque ad cadauer eius debacchata: quod ipſi ſepulchro effoſſum damnauerunt abſciſſis etiam duobus dextræ digitis: Quid non in vivum exercuiſſent ſi in poteſtate habuiſſent? Scio id fabuloſum haberi ab Onuphrio, at à contemporaneo ferè Luithprando recenſetur: & comprobat ſynodus habita Rauennæ anno 904. ſub Ioanne 9. qui totum hoc damnauit & abrogauit: Quia, inquit, ad iudicium mortuus vocari non poteſt, (ei autem velut viuo & veſtibus induto cadaueri iudicium pronuntiauerant,) cum perſona quæ ad iudicium vocatur, ideo vocetur vt aut fateatur objecta, aut conuincatur ab objectis, mortui vero cadauer nec reſpondere, nec ſatisfacere poteſt.

XIX. Sed qui primus inclementer habuiſſe Clericos dicitur, Bonifacius eſt 8. de quo Paulus Langius in chronico Citizenſi: Bonifacius, inquit, magis tyranniſans quam papizans ſtupor mundi appellatus eſt: iſte nempe eſt qui carceres pro tranſgreſſoribus Clericis inuenit, & modum eos degradandi: duos Cardinales de Columnenſium familia Iacobum & Petrum omni dignitate, & rebus priuauit, & Roma ejecit. hæc ille. Deinde Ioannes 22. Hugonem Caturcenſem Epiſcopum priuatum omnibus Pontificalibus inſignibus annulo, mitra, cappa, pileo, camiſiaque Romana, ac degradatum, curiæque ſeculari traditum coëgit vitam cum morte commutare, quod in eum coniuraſſet: quin & fertur excoriatus ac demum combuſtus.

Sic Vrbanus 6. in ſchyſmate ſedens Romæ ſeptem Cardinales eculeis ſubjecit, tantaque cum feritate Cardinalem Venetum vnum ex illis torqueri voluit, vt præ dolore eiulantem ipſe audire poſſet inferius ambulans, altaque voce ſuum officium

Platina in Ioan. Albert. Argentin. in chro. ad an. 1315. Annales Steronis ad an. 1316. Sed habetur eius ſententia qua eum Pontificali & Sacerdotali dignitate priuat: cap. vn. de pœnis in extrau. com.

Digitized by Google

legens, vnde qui præfectus erat quæſtioni intelligeret ipſum non longè abeſſe, ideoque velut præſente illo retineretur quominus Cardinali indulgeret. At Cardinalis quoties trahebatur in altum, repetebat illum verſum, Chriſtus pro nobis paſſus eſt: ſignificans ad cœlos per eius ſemitam intrandum eſſe quem oportuit pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Demum Vrbanus ex eo numero quinque ſecuri mandauit interfici, eorumque corpora in foſſa repleta calce viua ſepeliri, & comburi: quod fidem quibuſdam fecit, ipſos viuos in mari projectos fuiſſe. Seueritatis autem cauſa fuit quod Cardinali Reatino (qui proinde inter reos fuit) aures præbuiſſent, quærenti an Papæ negligenti, aut inutili ad gubernandam Eccleſiam, vel ita effræni vt abſque Cardinalium conſilio omnia vellet agere, poſſet idoneus curator dari: inepta ſanè diſputatio, ſed quæ tantam ſeueritatem non merebatur niſi apud truculentum omniſque humanitatis expertem hominem; atque hæc refert Theodorus Nyem contemporaneus, ac ei facto ſuam cenſuram adhibens: Sed ſi Papa poteſt, inquit, mandare, aut facere aliquem interfici abſque irregularitatis nota, non recolo me legiſſe. Mandauerunt tamen & ſupradicti & alij ex ſucceſſoribus. Nam Xiſtus 4. Laurentium protonotarium Romæ tumultuantem ſecuri percuti iuſſit: Is tamen eſt qui legem ſanxit, vt Clerici ſeditionis, aut maieſtatis rei perpetuis duntaxat cuſtodiis manciparentur: laici autem à competentibus iudicibus ſeueriſſimè punirentur, vt habent litteræ in codice ſtatutorum vrbis Romæ impreſſæ. Leo 10. Alphonſum Cardinalem Senenſem, quod tentaſſet in illius vitam veneno graſſari, laqueo comprimendum curauit: & quoſdam alios Cardinales dignitatibus primum abdicauit, deinde prætio reſtituit, non aliam ob cauſam, quam quod excepta de Alphonſi ore aliqua in Pontificis ſalutem verba non denuntiaſſent: quodque mirere magis licet fide data, cuius Regis Hiſpani legatus ſponſor erat, Alphonſus ad Leonem veniſſet: comprehenſus tamen eſt: ac eum repetenti, & de violata fide querenti legato reſpondit Pontifex: nulla ſponſione, nulliſque vadibus tutos eſſe qui vitæ Pontificis inſidiati eſſent. Clemens 7. monachum Foianum, quod in

Platina.
Blondus.

Lib. 1 de ſchyſmate.

Quærunt doctores an Papa poſſit abſque irregularitate imponere pœnam mortis: ac decidunt poſſe ſtatuendo non exequendo. Vide Felinum ad cap. ſi quis. de maioritate & obedient. n. 5. tamen cum Ioan. 23. iuſſiſſet quemdam capite truncari, & ille clamaſſet ob id Papam eſſe irregularẽ, quia populus de irregularitate Pontificis ſcãdalizabatur, fuit iuſſu Papæ liberatus. Atque ante cum legatus apoſtolicus de quodam reo pronuntiaſſet vt duceretur ad iuſtitiam, id eſt ad mortis ſupplicium: & ille clamaſſet multos eſſe irregulares; reſpondit legatus, maledictus qui te docuit: eumq; remiſſum ad carceres poſtea liberauit. Idem Felin. ad cap. ſi quãdo. n. 3. de reſcriptis.

a Paulus Iouius lib. 29.

tumultu Florentino aduerſus mediceos, ne quidem conuitiis in eum abſtinuiſſet dum ſacras conciones populo ſuggerit, laquei ſupplicio addixit. Denique Paulus 4. Carolum Carafam Cardinalem iure an iniuria, (nam defuncti memoriam non nulli aſſeruerunt,) alioſque Cardinales oppreſſit.

Et ſanè cum Romanus Pontifex ſit Princeps tam ſpiritualis quam temporalis, ſuas iniurias vlciſci poteſt non ſolum ſpirituali, at etiam temporali gladio per miniſtros iuriſdictionis ſuæ temporalis: nec foret æquum huiuſmodi delicta abdicatione ſola puniri, nec enim retinendis hominibus ſufficiens eſſet.

Atque ex iſtis conſtabit Epiſcopum Romanum exercere in Epiſcopos, atque etiam Cardinales omnimodam iuriſdictionem velut eorum ſummum Dominum & Monarcham habentem in eos ius vitæ neciſque, ipſis etiam approbantibus eam iuriſdictionem; quandoquidem ſe ſubiectos eſſe emendicatis exemptionibus huic vni voluerint: ac reis Inquiſitores, & Iudices adfuerint: puta Cardinalem Moronum in molem Adriani conjectum 4. Cardinales à Paulo 4. delegati ſeuera inquiſitione examinauerunt. Is eſt Paulus qui non timuit legatum Hiſpanum carceri dare (quod Rex ſecularis vix præſumeret vt pote contra ius gentium) & querenti Duci Albano velut de iniuria, reſpondit ſe Principem eſſe liberum qui actionum ſuarum nemini rationem reddere teneatur, ſed ab aliis Principibus ſe poſſe rationes exigere.

XX. Cæterum Pontifex adeo ſui iuris voluit eſſe primores Eccleſiæ, puta Epiſcopos; & deinceps, vt non tulerit reos maieſtatis à Principe aut poteſtate temporali coërceri. Ideo Xiſtus 4. (ne repetamus quæ iam recenſuimus,) adeo in Florentinos animatus quod Piſanum Archiepiſcopum è feneſtra ſuſpenſum laqueis præcipitaſſent, quanquam nullo non ſupplicio puniendum, vt alias notauimus. ea videlicet Romani præſulis & Eccleſiaſticæ iuriſdictionis authoritas, vt puniri niſi à ſe Eccleſiaſticos non ſuſtinuerit.

XXI. At Domini temporales minore inuidia vindicarunt commiſſa ab Eccleſiaſticis huiuſmodi crimina eos iudicandos à Synodis committentes & Synodorum iudicio adquieſcentes plurimum quamvis non eſſe poſſet vltra depoſitionem.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

DE PROVOCATIONIBVS AD SVMMVM PONTIFICEM.

Lectio.

1. *Prouocationis ius eſt abſoluta monarchiæ ſymbolum, ideoque id ſibi adtribuiſſe primos Pontifices Romanos.*
2. *Primum prouocationis exemplum ab Africa, & querela D. Cypriani.*
3. *Iuſtum & legitimum id eſſe, dicto tum Domini, tum ipſius Cypriani.*
4. *Appellant hæretici in cauſa Cæciliani Epiſcopi ad Imperatorem Conſtantinum qui eos reiecit ad Melchiadem Pont. Rom. ſed, vt debuit, iudicium illius non eſt reueritus.*
5. *Quia fortaſſe nondum approbauerat & ſubſcripſerat, quod deinde illi contigit, Eccleſiam Romanam à nemine iudicari.*
6. *Lapſus eſt D. Athanaſ. quando non ſtatim appellauit ad Rom. Pont.*
7. *De Antiocheno decreto contra prouocationes vltra Metropolitanum.*
8. *Eo nihil motus Iulius 1. appellantes tandem Athanaſium, & alios ſuſcepit, & ad cauſam dicendam aduerſarios Romam vocauit.*
9. *Duo inde Concilia Sardicenſia, vnum legitimum, vt ab Epiſcopis orthodoxis habitum, in eoque prouocationum iſtarum ius confirmatum: aliud reprobatum, vt ab hæreticis actum.*
10. *Ioan. Chryſoſt. ad eumdem P. appellat.*
11. *Decreti Mileuitani aduerſus prouocationes expoſitio & explicatio.*
12. *Reprehenſi qui Zozimo inſultant ob allegationem Canonis Nicæni de prouocationibus.*
13. *Errant qui inde putant Africanam Eccleſiam à Romana deſciuiſſe.*
14. *Altera approbatio iſtius prouocationis per exempla ab Orientalibus & Græcis petita.*
15. *De Canone Concil. Conſt. 8. generalis pro appellat.*
16. *Occidentalis Eccleſiæ ad eumd. Pontificem prouocationes: nempe Hiſpanæ.*
17. *Gallicanæ.*
18. *Duæ controuerſiæ ob illas inter Nicolaum 1. & Hincmarum Rhemenſ. excuſatus Hincmarus à crimine ſchiſmatis; eius obedientia in Rom. Pontif.*

Digitized by Google

19. *Iuonis Carnotenſ. de appellat. iſtis ſententia.*
20. *In Germania vſitatæ.*
21. *Item in Anglia.*
22. *In Hungaria & Polonia.*
23. *Et in toto mundo: ex D. Bernardo.*
24. *Illarum licentia damnata ab Hildeberto Epiſcopo & D. Bernardo.*
25. *Ad hæc hiſtoria notabilis.*
26. *Sunt tamen iuſta & neceſſaria.*

I. PROVOCATIONIS iura abſolutæ Monarchiæ ſymbolum eſſe nemo eſt qui neſciat: prouocationis ſcilicet ſupremæ, id eſt ad eum directæ qui vltimo iudicio negotium ſit deciſurus. Ea vero ſibi primos Romanos Pontifices conſtituiſſe, planum eſt ex notatis epiſtolis Xiſti, Zepherini, Fabiani, & Stephani.

II. Et quidem Occidentales Eccleſiæ hanc primùm poteſtatem expertæ ſunt. Nam in Africa tempore D. Cypriani quidam Synodorum iudicio damnati Romam ad Cornelium ſedentem an.
Ep. 55. & 68. 251. eiuſque ſucceſſorem Stephanum vt ſententia retractaretur, perrexerunt. Notum eſt D. Cyprianum hac de re queſtum eſſe effuſiſſimè, quippe ſtatutum eſſe dicens vt cauſa illic iudicetur vbi crimen eſt admiſſum: ſed præterquam quod vna eſt Cypriani tunc tẽporis authoritas quæ iſtis Eccleſiæ Principibus præualere non debet, ac neque ſeculorum ſequentium exemplis & decretis quibus prouocationum ius approbatum eſt, colliges piè lector ex primaria illa Africanorum prouocatione non ignoraſſe qui prouocabant authoritatem Pontificis Romani, ſiue ex illis epiſtolis,
III. ſiue potius ex illo Domini ad Petrum, Tu es Petrus, & paſce oues meas: At qui paſcendi ius & curam habet, nonne prouidere debet, & efficere ne opprimantur: & quomodo efficiet niſi authoritate ſit munitus eas recipiendi quando ad eum confugere voluerint? quis vero ſtatuit in Eccleſia vt cauſa ibi iudicaretur, vbi crimen eſſet admiſſum niſi ipſi ſummi Pontifices qui id ſtatuerunt, adiecta clauſula, Saluo apoſtolicæ ſedis priuilegio: & qui ſibi reſeruauerunt ius appellationum? at nonne idem Cyprianus eodem ipſo loco quo de iſtis prouocationibus queritur, Eccleſiam Romanam principalem appellat? Et quomodo principalis erit, ſi non principali authoritate polleat? quod ſi non eſſet Pontifex Romanus pluſquam quivis alter Epiſcopus, quare ad eum
Ep. 55. reſcripſit idem Cyprianus vt ſua authoritate efficeret, quo plebs

Digitized by Google

Arelatenſis repulſo Martiano hæretico alterũ eligeret Epiſcopũ?

Subticuit deinde vox appellantis, aut implorantis Pont. Romanum contra Prouincialium ſententiam vſque ad Conſtanti- IV.
num magnum, ſub quo Donatiſtæ cæleſtia iudicia relinquentes, vt dixit pius ille Imperator, ad ſecularia perfugerunt: equidem Optat. lib. 1.
hæreticis non tutum erat ad cathedram errorum inimicam, & D August. epi. 162. 166.
iudicem recurrere. Quid vero Conſtantinus qua fronte illos excepit? & rabida, inquit, furoris audacia ſicut in cauſis gentiliũ fieri ſolet appellationem interpoſuerunt.

Non crediderim ea exclamatione Imperatorem voluiſſe prorſus damnare Eccleſiaſticos qui appellarent: quidni enim ſi oppreſſi, ſi grauati hoc vnum afflictis remedium amplecterentur? ſed voluit fortaſſe dicere, appellãt ad principem ſeculi, ſicut gentiles cum ipſi ſuum, id eſt Eccleſiæ Principem habeant: Itaque vt ad ordinem conuenientem eos redigeret, Melchiadi Epiſcopo Romano cauſam commiſit.

Profecto in iſta cauſa Conſtantinum minus authoritatem Pontificis Romani percepiſſe fatendum eſt, quando de eius pro Cæciliano iudicio permiſit adhuc cognoſci in Synodo Arelatenſi, ſed parcendum nouo Chriſtiano ſi maieſtatem ſui Pontificis mox perſentire non potuit, quam deinde agnouit vbi ſub Sylueſtro 1. in Synodo Romana cui præſens adfuit, audiuit Eccleſiam Romanam à nemine iudicari, eique deciſioni ſubſcripſit, V.
quam ſi priùs intellexiſſet fortaſſe non paſſus eſſet iterum iudicari de iudicio quod illa dediſſet: idque tantum Auguſtinus reputauit vt dixerit potuiſſe Cæcilianum nihili facere poſt illud omnes hæreticorum conatus, quandoquidem eſſet (per eam nempe Epi. 162.
ſententiam) conſociatus Romanæ Eccleſiæ in qua ſemper Apoſtolicæ cathedræ principatus viguit. quid expreſſiùs dici potuit pro illo ſupremo iure?

Labi deinde potuit D. Athanaſius cuius tertium exemplum VI.
prouocantis ſe ſe offert, quando agitatus ſub Conſtantino ab Arrianis, vt ſupra vidimus, non implorauit Pontificem Romanum: & quando ſub Conſtantio Apologia ad eum ſcripta ſic aiebat: Si apud alios accuſatus eſſem ad tuam maieſtatem prouocarem quemadmodum Apoſtolus dixit, Cæſarem appello, & ceſſatum eſt ab inſidiis contra eum. Iam vero cum apud te mihi calumniam auſi ſint intentare, ad quem quæſo appellare potero niſi ad patrem eius qui dicit, Ego ſum veritas? Quidni ô Athanaſi in-

Digitized by Google

terra ad eum quem ſuum Vicarium cõſtituit traditione clauium, quemque ſuper Eccleſiam exaltauit vt omnibus præſto eſſet?

Sed vt neceſſitas ad vera remedia recurrere facit, non diù fuit quin Athanaſius, cumque illo plures alij ab Epiſcopis Arrianis in pſeudo-concilio Antiocheno depoſiti intellexerint, vnum eſſe debere in Eccleſia caput ad quod afflictis eumdum eſſet, idque non alibi eſſe poſſe quam Romæ vbi cernebatur & ſciebatur D. Petri ſucceſſio.

VII. Et quidem ipſi Arriani Epiſcopi, quorum in iſta Synodo plurima factio fuit, ſubodorati Athanaſium, & alios condemnandos alium iudicem imploraturos, nec iſtum eſſe poſſe alium qui auderet authoritate ſua fretus, ſententiam Synodi reſcindere, aut ſuſpendere, quam Romanum, cuius Eccleſia Apoſtolorum & pietatis Metropolis eſſet, vt dixerunt, ſanctione præueniendum putauerunt eaque ſtatuerunt, ne condemnatis vllus ſubveniret ſi ab omnibus Epiſcopis eſſet concors condemnatio: aut in diſſidio non alius adiretur quàm Metropolitanus cui fas eſſet de vicina Prouincia alios Iudices conuocare, cumque illis & Prouincialibus controuerſiam decidere.

Can. 15.

Can. 14.

VIII. Sed Athanaſius, aliique, & inter illos Conſtantinopolitanus Paulus, non timuerunt ad Iulium cõfugere, qui authoritatis ſuæ non ignarus, Synodo habita cognitionem de illis habuit, & ad ipſos Orientales Arrianos epiſtolam dedit, qua illos increpat quod ſe inconſulto eos damnaſſent. Arriani non ita contumaciter reſponderunt quin Iulium patrem, ſe filios dicerent: at ſi pater, ſi filij, cur non iſti patri obedient: annon pater de controuerſiis filiorum cognoſcere poteſt? Cum vero non vt filij ſe gererent patri deferentes, (quippe hæretici, indeque filii apoſtatæ & rebelles,) Iulius non ampliùs conniuendum ratus eos ad ſe citauit, interimque condemnatos ſedibus reſtituit.

Vide Sozom. lib. 3. cap 7. 9. 10. 11. Socrat lib. 2. cap 16.

Tunc furere Arriani, nihil non moliri apud Conſtantium hęreticum: cum è contra Conſtans Orthodoxus Iulio, Athanaſio, & aliis adhæreret: vnde cum ingens diſcordia naſcitura eſſet: inter iſtos fratres Imperatores cõuenit, ſed inſtante apud Conſtantem Iulio, vt Synodus generalis huic Epiſcoporum ſchyſmati ſopiendo haberetur: ergo ex omnibus tam Orientis quam Occidentis regionibus conuenerunt Sardicæ Epiſcopi Orthodoxi & Arriani, necnon per ſuos legatos Iulius vt præſideret. Vnde non immeritò appellatur vniuerſale, & plenarium ex toto orbe

conuocatum

Digitized by Google

conuocatum Concilium. Sed cum huic adeſſent Athanaſius, Paulus, aliique quorum de cauſa agebatur negauerunt Arriani ſe cum Occidentalibus conuenturos niſi procul habitis à ſe depoſitis: Occidentales autem (percipe dignitatem & principatum P. R.) reſponderunt ſe communionem eorum deſerere non poſſe, quos conſtaret à Iulio cauſa planè cognita non eſſe damnatos: ſicque vtriſque diſſentientibus duplex Synodus habita eſt; vna ab Arrianis Philoppoli, altera Sardicæ, quæ vrbes attinent Thuſcum montem, ita vt Philoppolis à parte Orientali ſit, Sardica à parte Occidentali; ſicque Occidentem & Orientem diuidunt. Erant porrò Arriani 76. Orthodoxi vero 300. non obmiſerunt tamen illi ſuum conciliabulum appellare Sardicenſe, vnde nonnullis error vt neſcientes hanc diſtinctionem abſolutè Concilium Sardicenſe rejecerint.

D. Athanaſ. apolog 2. D August. ep. 162. Sulpitius lib 2. ſacræ hiſtoriæ. Cardinalis Perronius ampliſſimè aduerſus eos qui id negant fuiſſe generale 1. lib. cap. 53. reſponſ. ad reg. Angliæ.

IX.

Itaque in iſto poſtremo approbato Athanaſius, Paulus & cæteri abſoluti fuerunt: & quod plurimum in controuerſia erat, ius videlicet prouocationis ad Roman. Pontif. confirmatum eſt, vt ſi Epiſcopus damnatus renouari ſuam cauſam cuperet S. Petri Apoſtoli memoria honoraretur, ac proinde ſcriberetur ad Iulium Rom. Epiſcopum, qui ſi iudicaret renouandum eſſe negotium, Iudices daret: interim vero appellantis Sedi nemo ſubrogaretur.

Can. 3. 4. & 7.

Quod iam Victor Papa ſanxerat ſedens anno 194. atque ex ea ſanctione Balſamo licet ſchyſmaticus: voluit, inquit, Synodus omnium cauſarum appellationes ad vnum Pontificem Romanum deuolui, non vero ad vllum alium, neque etiam ad Conſtantinopolitanum, quia ſi voluiſſet huic etiam id competere dixiſſet. Neque tamen quis putet inde iſtius appellationis prærogatiuam promanare: habet enim ſuam authoritatem à principatu Petri tot ſupra teſtimoniis probato, qui principatus non eſſet, niſi omnia quæ principatui competunt haberet. Vnde etiam Patres id ſanxerunt in Petri memoriam; & quare in Petri memoriam, niſi quia Principis Eccleſiæ? Ergo declaratio fuit iuris, non conſtitutio noua, ne de illo ampliùs dubitaretur à ſchyſmaticis.

Epiſt. ad Theoph. Alexandr. epiſcop.

Ad d. can. 3. Sardic.

X.

Quod deinde illuſtri authoritate ſua confirmauit Ioannes Chryſoſtomus quando reſcribens ad Innocentium 1. de ſententia quam pſeudoſynodus aduerſus illum pronuntiauerat: Quapropter, inquit, ne confuſio hæc omnem quæ ſub cœlo eſt na-

Epiſt. tomo 5. & de huius hiſtoriæ ſeriè Palla. in dialog.

Digitized by Google

tionem inuadat, obſecro vt ſcribas quod hæc tam iniquè facta & abſentibus nobis & declinantibus iudicium, non habeant robur. Ergò ſciebat ille Sanctus, Pontifici Romano poteſtatem ineſſe irritandi cæterorum Epiſcoporum, atque etiam Synodorum iniquas ſententias: at via iuris id non fiebat, niſi per appellationem: pergit Chryſoſtomus: porrò qui talia geſſere eos Eccleſiaſticæ cenſuræ ſubjicite, nos autem inſontes Eccleſijs noſtris iubete reſtitui. Quid expreſſiùs eſſe poteſt pro pontificia romana authoritate? En Patriarcha Conſtantinopolit. contra Theophilum Patriarcham Alexandrinum ipſam inuocat: vnde concludas neceſſe eſt iſtis Patriarchis ſuperiorem Romanum eſſe, ac proinde cæteris omnibus Eccleſiaſticis. His vero permotus Innocentius ſententiam nullam dixit, & Ioannem in ſuam communionem admiſit, diemque Theophilo dixit apud ſe in Synodo proxima.

XI.

Repetitur iſte canon in Côci. Africano ſub Cæleſtino & Bonifacio can. 92. huic autem interfuerunt Legati Romani qui ſe oppoſuiſſent, nec deinde Romanus Pontifex in confirmatione iſtius Synodi hoc decretũ approbaſſet, ſi ſuam in hoc lædi authoritatem putaſſet.

Itaque iam ſuam vaniloquentiam comprimant qui toties inculcant decretum Concilij Mileuitani ſub eod. Innocentio I. quod præsbyteris, diaconis & cæteris inferioribus Clericis ab Epiſcorum ſuorum iudicio vetuit prouocare ad tranſmarina Concilia, ſed tantum ad primates Prouinciarum: aut ad Africana Concilia.

Sed primò quantum iſtius Concilij Patres Romano Epiſcopo detulerint, liquet ex eorum ad Innocentium epiſtola ſynodali qua fatentur ſe teneri illi in apoſtolica ſede collocato ſuggerere quæ pro Eccleſia ſunt ſuggerenda: rogantque vt infirmorum membrorum Chriſti periculis paſtoralem diligentiam adhibeat. An erat hoc detrahere iſtius Epiſcopi authoritati?

Deinde de Clericis tantum minoribus eſt ſanctio, non ergo de Epiſcopis: nec ideo prorſus inhibet appellationes: & quidem ipſi etiam Epiſcopi Romani illorum Clericorum cauſas iudicari voluerunt in Prouinciis, non tamen ſibi de illis cognoſcendi vbi magna ratio eſſet, poteſtatem abſciderunt. Nec Sardicenſis canon qui huiuſmodi iudicia Prouincialibus attribuit, quidquam derogauit Primatui Romani Pontificis.

Can. 17

Tertiò cum penderent Africani à ſpeciali illius primatia, nihil contra eum decernere poterant; inferioris enim in ſuperiorem non eſt ius: quanto minus contra generalem omnium Eccleſiarum Primatem? Quartò cum duo Mileuitana Concilia fuerint, primum generale ex omnibus Prouincijs Africæ: aliud Prouin-

ciale: ex iſto generali conſtat non eſſe hoc decretum, quod dicitur factum occaſione Pelagij & Cæleſtij eius diſcipuli, qui ambo duntaxat præsbyteri erant, & hæreſim ſuam publicare cœperunt integro decennio poſt illud vniuerſale. Itaque hoc decretum inſeritur Mileuitano 2. Sed quandoquidem hoc Prouinciale fuit Epiſcoporum videlicet Prouinciæ Numidiæ, vt ipſi teſtantur in prima Synodali epiſtola ad eumdem Innocentium, non potuerunt omnibus Africanis modum imponere. At tantum abeſt, vt de imponendo cogitauerint, vel de coarctanda appellationum facultate, etiam quoad Clericos ne Romæ audirentur accuſati vel iudicati, quin è contra altera Synodali epiſtola. Rogant iſtum Pontificem, vt Pelagium Romam accerſeret & interrogaret: Is vero Synodi Dieſpolitanæ in Palæſtina iudicio cum hæreſim ſuam texiſſet, & profeſſionem Orthodoxam feciſſet abſolutus fuerat. Qua vero frõte Mileuitani Patres petiiſſent vt Innocentius de Pelagio, id eſt, de hoc iudicio cognoſceret, ſi de eo quod reddidiſſent illum cognoſcere, noluiſſent? Deinde conſtat adeo non detrectaſſe Africanos, vt de Cæleſtio ab illis condemnato rurſus cognoſceret Pontifex, quin è contra miſerint Romam Paulinum diaconum accuſatorem eius, vt cauſam proſequeretur: is vero ſe veniſſe & cum Cæleſtius qui appellauerat non adeſſet, vt merita ſuæ appellationis (en appellatio non rejecta) adſtrueret, nihil egiſſe refert.

Ex libello Paulini apud Baro. ad an 418. n. 11. & ſeq. & congruit. D. Auguſt. litteras ab Africanis Romam miſſas contra Cæleſtium dicens. lib. 2. c. 3. cõtra 2. epiſt. Pelag. & lib. 2. de peccato origin. cap 7.

Atque iſtis ſic obſeruatis iam concludere licet, nequaquam Africanos Patres prouocationes Clericorum ad transmarina, id eſt, Romam ſubmouere voluiſſe; ſed duntaxat, ne obmiſſo medio, id eſt Primatibus quod Epiſcopis licebat: ſicque differentia eſſet inter illos & Epiſcopos, vel niſi neceſſitas eſſet, vt habetur in codice Adriani Pontificis.

Imò Pontificis iudicio Cæleſtii condemnationem remiſerunt. id ep. 106.

Quin etiam in ea controuerſia quæ ſub Zozimo & Bonifacio agitata eſt ob Apiarij Clerici Africani admiſſam prouocationem, iidem Epiſcopi non abſolutè de appellationibus decertauerunt, ſed tantum de appellationibus Clericorum inferioris gradus: Ergo ſtolidi qui ex illa diſputatione prouocationibus indifferenter oblatrant cum illa ſit tantum de modo proſequendæ appellationis ad Sedem apoſtolicam, vt habet inſcriptio ipſius Concilij Carthag. 6. in qua agitata eſt: indeque quam ſuppoſita ſit quæ dicitur epiſtola Concilij Africani ad

Sub f. Concil. Carthag. 6. ante ſymbol. Nicæn.

Digitized by Google

Papam Cæleſtinum patet cum ibi etiam Epiſcoporum appellatio controuertatur quam & ſcriptis, & actu comprobarunt eiuſdem regionis Epiſcopi, teſte D. Auguſtino qui refert Antonij Fuſſalenſis Epiſcopi Epiſcoporum Africæ iudicio damnati prouocationem ad ipſum Cæleſtinum, eumq; rogat per Chriſti ſanguinem, per B. Petri memoriam ne in priſtinam ſedem reſtituat illum, neve iudicium Africanum reſcindat. ſunt ne iſta abnegantis prouocationes verba?

Ep. 261.

Can 89. Conci. Africani ſub Cæleſtino & Bonifacio.

Sed vno verbo dicamus quidquid ſenſerint Africani per iſta decreta, atque etiam per illud alterum, quo prouocationem à Iudicibus electis damnauerunt non potuiſſe illos ſuperiori ſuo legem facere.

XII.

Neque tempore abutamur reſpondentes illudentibus memoriæ Zozimi, quod in illa cauſa Apiarij Nicænum canonem allegauerit pro Sardicenſi, quaſi imponere voluerit: allegauit enim non vt imponeret, ſed quia Sardicenſis Synodus appendix credita eſt Nicænæ, Nicænam dixit: nec eius intererat potiùs Nicænam dicere quam Sardicenſem: imò apud Africanos vera & Orthodoxa Sardicenſis, ſi non hæreticorum fraude ſuppreſſa fuiſſet, profuiſſet ei magis quam Nicæna, ſiquidem ei complures Africani Epiſcopi adfuerant qui proindè decretum de prouocationibus ſanxerant, cum Nicænæ vnus tantum adfuerit. At quia hæretici pro Orthodoxa Sardicenſi hæreticam ſuppoſuerant, indeque ignorantibus eo tempore Africanis fraudem, Sardicenſis odioſa erat, vt conſtat ex D. Auguſtino, fortaſsè cauſa fuit quod Nicænam pro Sardicenſi dixerit, vt faciliùs reciperetur, nec mentitus eſt cum inſtar Nicænæ eſſet.

Vſque ad numerũ 16. quos nominat Athanaſ. apolog 2.

At ſi duriùs agendum, quæ improbitas vt potius impoſturæ quam erroris ſanctum Pontificem arguamus? An non falli memoria eius potuit? Et quis reuelauit imponere & æquiuocare, vt dicunt, illum voluiſſe potiùs quam erraſſe?

XIII.

Sed tandem procul hæ nugæ: ac deciſum maneat, & ante & poſt Zozimum, illaque Africana decreta, prouocationibus ad Romanam ſedem vbique locum fuiſſe. nec minus irridendi ſunt qui putant Africanas Eccleſias ob illam de Apiario controuerſiam à ſede Romana deſciuiſſe. Namque Smyrnenſis Metropolita Metrophanes aſſeruit adeo in obſequio manſiſſe Africanos, vt Apiarium à Pontifice Romano abſolutum receperint, hoc ſolum obſeruato vt propter offenſionem populi in Eccleſia

Act. 6 Concil. 8. vniuerſ. & 4. Conſt.

Facitque epiſt. Cõcil. Africani ad Bonifacium quæ eſt cap. 101

Sicenſi ſacris non operaretur, in aliis autem non arceretur: Planumque eſt ex D. Auguſtini non tantum ſcriptis, ſed Agapeti, Gregorij magni & aliorum epiſtolis Epiſcopo Romani authoritatem in Africa tamdiu conſeruatam eſſe quamdiu fides orthodoxa ibi ſtetit adeo vt ordinaret Epiſcopos, corrigeret & deponeret. Ac eodem tempore iſtius videlicet de Apiario quæſtionis Concilij Africani, quod habitum eſt ſub Innocentio, Cæleſtino, & Bonifacio, Patres cenſuerunt reſcribendum eſſe ad Innocentium de diſſenſione Romanæ, & Alexādrinæ Eccleſiæ, vt pacem teneant. Erat autem hæc diſſentio ob cauſam D. Chryſoſtomi depoſiti factione Theophili Alexandrini ab Innocentio ſuſceptam, quæ adeo comprobata eſt apud Deum, vt Chryſoſtomo iam defuncto Theophilus in extremis agens non potuerit mori donec allatam imaginem illius veneratus eſſet. vt ſcripſit Ioan. Damaſc. de imaginibus.

Auguſt. epiſt. 161. Agap. ad African Epiſcop. Greg. 1 ep 73. lib. 2. ep 65. lib. 7. indict. 2. Leo 9. epiſt. 3. Greg. 7. epi. 22. lib 1 ep 19. li. 3. Can. 48.

XIV. Sed vt vlterius progrediamur vnde majùs teſtimoniū approbatarū appellationum ad Rom. Eccceſiam quam rurſus ab Oriētali, ipſiſque Patriarchis Orientalibus orthodoxis? Itaque Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolit. in pſeudoconcil. Epheſino inſtante Dioſcoro Epiſcopo Alexandrino depoſitus Appello à te, inquit: vt refertur act. 1. Concilij Calchedonenſis; ac mox appellationem direxit ad Leonem 1. quemadmodum ſcripſit Liberatus in Breuiario, & Valentin. Imperator ad Theodoſium: necnon Placidia Auguſta ad eumdem: magnifica item eſt Theodoriti Cyri Epiſcopi ipſum Leonem ab eadem Synodo appellantis declaratio: Si Paulus, inquit, præco veritatis, tuba ſanctiſſimi ſpiritus ad magnum Petrum cucurrit, vt ijs qui Antiochiæ contendebant ab ipſo afferret ſolutionem: multò magis nos qui abiecti & pupilli ſumus ad Apoſtolatus veſtri ſedem cucurrimus: vobis enim per omnia primos eſſe conuenit: & infrà: Veſtram expecto ſententiam, & ſi iudicatis me ſtare aſſertis, ſtabo, nec vlli deinceps hominum moleſtiam exhibebo: ſed quod flecti non poteſt, Dei & Saluatoris noſtri expectabo iudicium. Quare vero? an quia nullùs erat ſuperior, & Principatum Sacerdotij tenet Pontifex Romanus vt dixit Valentinianus? Quamobrem Leo appellantes reſtituit habita Synodo Romæ qua Epheſinam damnauit, vt conſtat ex act. 1. Concil. Calchedon. ſic poteſtatem Romani Pontificis ſupra Synodos vides. Quin etiam cum Eutyches Monachorum Conſtantinopolitanorum Archymandrita

Can 12. Inter epiſtol. præambulares Concil. Calched. Inter epiſt. Leonis.

Digitized by Google

Monothelesmi reus damnatus eſſet in Concilio Calchedonenſi, & ſe appellare finxiſſet ad Romanum Pontificem; Flauianus in cuius erat præcipua iuriſdictione non putauit præſcribendum aduerſus illam prouocationem de illis Africanorum Cõciliorum decretis, ſed ſe excuſans reſcripſit ad Leonem mentiri Eutychetem in eo quod ſe diceret libellos iſtius appellationis, & ipſi Flauiano, & Concilio Calchedonenſi dediſſe. num quia ſi dediſſet, deferre appellationi oportuiſſet licet à Concilio generali?

Liberatus in Breuiario ca.18

Item Ioannes Epiſcopus Alexandrinus depoſitus, in eiuſque locum ſuffecto Petro Mogo ad Simplicium Pont. Ro. appellauit, ſumptis etiam ad eum ab Antiocheno Patriarcha interceſſionis litteris: quare non ipſum Antiochenum implorabat niſi quia illis ſuperior erat?

Ep. 6. lib. 2. indict. 11. ep. 15. lib 17. Alia exem pla ſunt ep. 19. lib. 1. indict. 9. & aliis.

Cum igitur ita ſit legitima iſtius prouocationis authoritas, grauiter tulit Gregorius magnus quod ei non detuliſſet Ioannes primæ Iuſtinianeæ Epiſcopus, quapropter eum priuauit communione 30. dierum ſpatio, & Thebanum Epiſcopum ab eo damnatum reſtituit: Idemque Præſbyterum abſoluit, licet ſententia Primatis Conſtantinopolit. iudicatum, ſed ita iniquè vt neſcirent quæ eſſet & in quo conſiſteret hæreſis Marcioniſtarũ, cuius prætextu illum Græci damnauerant. Epiſcopis etiam Corinthiæ reſcripſit de Adriani Epiſcopi accuſatione apud eos agitata & ſopita ſe velle cognoſcere, tranſmiſſo ad eos diacono ſuo.

Ep. 38. lib. 2. indict. 11.

Denique approbatam eſſe ab Orientalibus & Græcis eam poteſtatem docent acta Synodi Conſtantinopolit. 8. in quibus ex prouocatione Ignatij ad Nicolaum 1. quod factione Photij ſede ſua depoſitus eſſet, is reſtitutus eſt, aſſerto iure appellationis ad Apoſtolicam ſedem per Metrophanem, vt diximus, contra eos qui ex illa Apiarij controuerſia explodebant eam appellationem.

Can. 26.

XV.

Porrò hæc Synodus prouocationis ordinem ſtatuens, voluit vt Clericus ab Epiſcopo appellaret ad Metropolitanum, & cauſa ventilaretur in Synodo Prouinciali: Epiſcopus ad Patriarcham, qui cum Metropolitanis cauſam examinaret: nullus Metropolitanus, vel Epiſcopus à vicinis Metropolitanis, aut vicinis Prouinciæ ſuæ Epiſcopis iudicaretur, ſed à ſuo tantum Patriarcha.

Quo canone nihil de prouocatione ad ſummum Pontificem expreſſum eſt: neque vero ſublata dici poteſt: ſed diuiſa Græca Eccleſia à Romana: ceſſauerunt huiuſmodi prouocationes à Græ-

Digitized by Google

ciſ, quas Palæologus Imperator reſtituere conatus eſt, at fruſtra quippe reclamātibus ſchyſmaticis, vt in hiſtoria ſchyſmatis Conſtantinop. videbimus. Quæ verò Eccleſiæ Orientis ad vnionem Eccleſiæ Romanæ redierunt aliquo tempore, iſtæ iſtam iuriſdictionem ſummi Pontificis non ſolum in appellationibus, ſed etiam in primis inſtantiis agnouerunt, vt patet ex Tyrio. Lib. 11. hiſt. de bello ſacro c. 4. lib. 18. cap. 20.

Atque hæc de Orientali Eccleſia.

XVI.

Cum vero Romanus Epiſcopus eſſet & generaliter omnium Eccleſiarum Primas, & ſpecialiter totius Occidentis, iuxta diuiſionem Primatiarum in Nicæno Conſtantinopolit. 1. & Calchedonenſi Concilio factam, nullá difficultas eſt quin Eccleſiarum Occidentalium iure legitimo appellationes admitteret, ac proinde eas quæ ab Africa, vt vidimus, hæc enim contributa erat ſpeciali Romanæ primatiæ: & à cæteris Occidentis regionibus: quæ aliis primatibus non adjectæ, remanebant ſine dubio penes Eccleſiam Romanam.

Itaque Saluianus & Priſcillianus in Synodo Cæſarauguſtana damnati ad Damaſum, qui ſedit anno 366. profecti ſunt, vt ſe purgarent, nec profecti eſſent, niſi iam in Eccleſia vniuerſali receptum eſſet Romanum Pontificem iudiciorum Eccleſiaſticorum ſupremum arbitrum eſſe: nec dubitari debet, quin per ſequentia ſecula, idem ius confirmatum fuerit apud Hiſpanos. Namque ſatis docent epiſtolæ Innocentij 1. Gregorij magni, & aliorum, qua maieſtate fuerit apud eos Pontifex Rom. hinc ergo reſcripta de appellationibus ad Apoſtolicam ſedem directa Toletano Archiepiſcopo Hiſpaniarum Primati, à cuius ſententia prouocationes non alio deferri poterant quam Romæ: directa etiam Zamorenſi Epiſcopo, qui ab excommunicatione in eum lata per Ioannem diaconum Cardinalem ſedis Apoſtolicæ legatum appellauit: Abulenſi Epiſcopo, vt reſcinderet Zamorenſis Epiſcopi ſententiam in præsbyterum, qui ſe Romanæ ſedis protectioni ſubjecerat: & Archiepiſcopo Tarraconenſi pro canonicis appellantibus. Cap. 14. 19. 34. 35. de appellationib. ex.

XVII.

Nobis Gallis, vt ſincerè Orthodoxis, nec vilior hæc poteſtas. Nam Salonius, Sagittariuſque Epiſcopi plurium criminum, vt homicidij & adulterij rei, damnatique à Synodo Lugdunenſi ad Ioan. 3. qui ſedebat anno 561. appellauerunt, obtinueruntque à Rege Guntchramno licentiam eo properandi, ac profecti, & abſoluti redierunt cum litteris etiam ad Regem vt ſuis ſedibus Greg. Turon. lib. 5. cap. 20.

Digitized by Google

reſtitui eos iuberet. Quod ille impleuit: ſed nihilò meliores euaſerunt, imò impunitate pejores. Vnde exemplum faciliùs obrepi Romano Pontifici quam Prouincialibus Epiſcopis. Illumque rectè facere, ſi cum ei vtrumque ſit permiſſum canone Sardicenſi, eligat potius mittere Iudices in Prouincia qui cauſam appellationis examinent, quam de illa cognoſcere Romæ.

Capitular. lib. 6. cap 237. 299. lib. 7. cap. 124. 135. 235.

Sancitum deinde eſt regiis conſtitutionibus vt Epiſcoporum iudicio diffinirentur in ſua quæque Prouincia cauſæ Eccleſiaſticæ, ſed ab illo Romanum Epiſcopum liceret appellare. Quin & ſi Epiſcopos Prouinciales, vel Archiepiſcopum, vel Primatem ſuſpectos aliquis habebat, ius illi erat directè Romanum Pontificem adire, quamvis generali ſanctione peregrina iudicia prohibita eſſent: indignum quippe eſſe vt ab externis iudicaretur qui Prouinciales & à ſe electos debet habere iudices. Sed hæc ſanctio intelligenda eſt ſine præiudicio Eccleſiæ Romanæ, cui in omnibus cauſis deberi reuerentiam dixerunt alibi noſtri Reges & Epiſcopi, adeo vt ijſdem capitularibus inhibeatur, ne Epiſcopus inconſulto eodem Pontifice iudicaretur: iudicari tamen poterant à Prouincialibus, ſed admonito Papa ad quem prouocādi ius erat vt iterato iudicio de cauſa cognoſceret. Hinc ſub Carolo magno Adrianus 1. Tilpino Rhemenſi Archiepiſcopo petenti dedit, & ſucceſſoribus eius vt nullo iudicio dejicerentur, ſi ad ſedem Romanam appellarent.

d. lib. 7. cap. 230

d. cap. 287.

Addit. 4. ad capitularia capit. 14. 15. 16. Flodoard lib. 1. cap 19.

XVIII.

De his paſſim id. Flodoard. lib. 2. cap. 5. & lib. 3. cap. 1. 21. & aliis. Acta Synodi Sueſſ. Aimoin. lib 5. cap 16. Nicolai 1. epi.

Poſt hæc capitularia quæ Caroli magni & Ludouici Pij dicuntur duæ ſubortæ ſunt inſignes prouocationes à Synodo Rhemēſi, cui egregius Hincmarus Archiepiſcopus præſidebat, quarum prima eam cauſam habuit. Vulgaris eſt hiſtoria Ludouici verè Pij ac clementis imo remiſſioris quam deceret Principem à ſuis imperio abrogati & monaſterio dati. Huius rebellionis & abrogationis præcipua fax dicitur Ebbo Archiepiſcopus Rhemenſis qui pro Lothario Imperatoris filio contra Imperatorem agebat. Vt natiuus inſidet Gallorum animis amor in ſuos Reges, omnium animos incuſſit Principis tam humani & pij, tam inhumaniter & impiè tractati, conſideratio. Quapropter reſumptis viribus rebelles proſequuntur, & Ludouicum ſolio reponunt. Deinde ne hoc ſcelus impunitum remaneret ad iudicium rei citantur, quorum vt Ebbo potiſſimus erat, ſic de illo in primis ſtatuitur ac à Synodo deſtituitur dignitate, Lotharium qui regno exceſſerat ſequutus vacante interim Archiepiſcopatu quem vice œconomatus

Digitized by Google

matus gubernauerunt Fulco Præſbyter, ac poſt eum Notho vſque ad an. 845. quo Hincmarus ordinatus eſt: ſed Ludouico defuncto circa annum 840. Ebbo cum Lothario rediit ac dicitur reſtitutus fuiſſe à quibuſdam Epiſcopis, quod aliis non placuit, dicentibus reſtitui eum non potuiſſe niſi à maiore numero quam eſſet deſtitutus. Quin & ipſe abdicationi ſuæ conſenſiſſe iactabatur, profeſſus ſe non vltra repetitionem, aut interpellationem facturum, nec authoritate Apoſtolica, quam tamen conatus eſt implorare obnitente Lothario apud Sergium, vt reſtitueretur. Is verò pallium quidem renuit, ſed Synodum iuſſit haberi, ad quam citatus Ebbo non comparuit. Itaque huic prorſus interdicta eſt diœceſis Rhemenſis, donec ſecundum iuſſionem Papæ ſententiam diffinitiuam generaliter conuentus perciperet, vt ſcripſit Flodoardus. Anaſtaſius etiam Bibliothecarius, ait, Sergium iudicaſſe illum indignum qui inter Clerum communionem haberet, ſed inter communem populum. Digna ſanè ſententia, ſed mitior quam par erat in ſeditioſum.

d. lib. 3 cap 2. & 11. cum cap. 5. lib. 2.

Sed ante hæc quoquomodo reſtitutus præfuit anno integro, ac ordinationes quaſdam fecit Vvalfado, & quibuſdam aliis conſecrationem ab eo accipientibus. Deinde Lotharius à Carolo fratre expulſus (vt vindicta diuina eum perſequebatur) cauſa fuit vt Ebbo quoque cederet ſede Rhemenſi, cui tandem ſubſtituitur Hincmarus, vel potius in ea cõfirmatus (ſi quidem electus iam fuerat) à Leone 4. qui ſedere cœpit anno 847. approbatus etiam honore pallij ad eum tranſmiſſi, necnon à Nicolao magno, & Adriano 2. qui pluribus epiſtolis illum dignati ſunt vt erat in iſto ſeculo præcipuæ conſiderationis, tam à virtute quam à litteratura.

Flodoard. cap. 2. lib. 2. Nicol. ep 5. in appendice epiſtol. Adrianus in epiſt.

Promotum Hincmarum & ſuffraganeos eius inceſſit religio ne ordinationes ab Ebbone factæ poſtquam depoſitus & reſtitutus eſſet, valerent: vel potius, Hincmarus, vt erat alti animi, vix ferebat eos qui promotioni ſuæ videbantur inuidiſſe, ſic ordinationem ab Ebbone accipientes. Quapropter indicta Sueſſionenſi Synodo omnium vna fuit ſententia iuſtè, Ebbonem depoſitum eſſe, nec canonicè reſtitutum, quia depoſitus à Synodo reſtitui non deberet niſi à majore numero. Quod olim obiectum D. Chryſoſtomo, is refellebat vt commentum Arrianorum ex pſeudoconcilio Antiocheno aduerſus Athanaſium vt difficilior eſſet illius reſtitutio. Sed iam Nicæna Synodus ſtatuerat vt excõ-

Sozom lib. 3. cap 5. lib. 8. c. 21 Idem epiſt. decret. Can. 5.

Digitized by Google

municatum ab aliis non admitteret quiſquam præterquam in Epiſcoporum concilio. Ergo ſi non canonicè reſtitutus Ebbo, ſequebatur nec vllas eum ordinationes facere potuiſſe. Quæ cauſa inter alias erat, vt Nicolaus 1. Photij promotionem in ſede Conſtantinop. damnaret, quia videlicet à Gregorio quondam Eccleſiæ Syracuſanæ Epiſcopo & Synodali ſententia depoſito electus & conſecratus fuiſſet. Sic & Treuerenſi Synodo depoſiti fuerant Thetbaldus Ambianenſi Eccleſiæ, & Iuo Siluanectenſi ab Hugone damnato præfecti. Deinde quæ cauſa iuſtior eſſe poterat depoſitionis quam quæ ab Ebbone proceſſerat? Itaque ordinati ab Ebbone ſententiam depoſitionis à Synodo Sueſſionenſi tulerunt aduerſus quam Leonem 4. prouocauerunt. Miror quoſdam criminari auſos Hincmarum velut ſchyſmaticum & detrectantem Romanæ ſedis obedientiam, ex eo quod huic prouocationi non ſatis adquieſceret. Non enim ille authoritatem iſtius refutabat: ſed ajebat Apoſtolicam ſedem non eſſe fatigandam controuerſiis & iurgiis tam ſuperioris quam inferioris ordinis, quæ Nicæni & cæteri ſacrorum Conciliorum Canones & Innocentii, atque aliorum S. Romanæ ſedis decreta in Synodis Prouincialibus à Metropolitanis præcipiunt determinari. Si quæ vero Epiſcopi cauſæ in Prouinciali, vel Cõprouinciali examine nequiret diffiniri, tunc ad diuinum oraculum, id eſt, ad Apoſtolicam ſedem eſſet recurrendum. Quod ſi diffiniri poſſet, & damnatus Epiſcopus ad Romanam ſedem appellandum eſſe duceret, renouaretur iudicium iuxta Sardicenſe Concilium, modo ab electis Iudicibus non appellaret. De Metropolitano autem nullatenus eſſe ferendam ſententiam inconſulto Romano Pontifice, imò ante iudicium præſtolandam eſſe ſententiam Romanæ ſedis. Hæc fuit Hincmari opinio, atque vt ſcias quanti fecerit eam ſedem; Omnes, inquit, ſcimus noſtras Eccleſias ſubditas eſſe Romanæ, & nos Epiſcopos in primatu Petri ſubditos eſſe Romano Pontifici, & ob id ſalua fide quæ in Eccleſia ſemper viguit, & Domino cooperãte florebit, nobis eſt, veſtræ Apoſtolicę authoritati obediendum: ſcriptum eſt enim, Obedite prępoſitis veſtris, & quicumque viderit vel audierit quod Rex & Epiſcopi Apoſtolicæ ſedis ſummum Pontificem obaudiunt & honorant, promptiùs & faciliùs eis ſubiecti ſui obedient. Sic Hincmarus non ſchyſmaticè: errabat tamen & ſua conuincebatur allegatione: nam ſi appellans audiri debebat, cur indignaba-

Epiſt. 7.

Flodoard. lib. 4 cap 37 cum ca. 33. ad hæc vide Can 18. & 19. Sardic. Concil. & ibi Balſamo. Can 4. Conſtantinop. 1.

Flodoard. lib. 3. cap. 13.

tur quod P. R. de Vvlfado & aliis cognitionem ſuſcipiebat cum appellaſſent? Deinde verum quidem eſt quod de canonibus ſuprà refert: ſed vt ſuprà diximus, nihil præſcripſerunt ſpecialiter de authoritate Romani Pontificis: ac de Præſbyteris & Clericis inferioris gradus ſunt excepto Conſtantinopolit.4. Deinde ſatis notauimus aliam praxim ſemper fuiſſe, nec Pontifices Romanos toleraſſe ſuam in hoc limitari poteſtatem, ſed omnes ſibi in ſua cauſa blandiuntur. Sic poſt aliquot ſecula Gerebertus Rhemẽſi diœceſi ſubrogatus depoſito Arnulpho, cum ſummus Pontifex, rurſus de ea depoſitione cognoſcere vellet: Nos vero, ajebat, Romanam Eccleſiam propter B. Petri memoriam ſemper honorandam decreuimus, nec decretis Romanorum Pontificum obuiare contendimus, ſalua tamen authoritate Nicæni Concilij quod eadem Romana Eccleſia ſemper venerata eſt.

Quidquid vero dicere potuerit Hincmarus, Nicolaus 1. plures ob rationes Synodum Sueſſionenſem vitioſam dixit, quod inuocatione nominis diuini careret: quod ferant eius acta Vvlfaldum illiuſque ſocios ad Eccleſiæ ianuas perueniſſe; licet Vvlfadus peruenire non potuerit, quia lecto decumbebat æger, & cæteri probentur inuiti acceſſiſſe: quòd Hincmarus modo partis, modo Iudicis perſonã ſuſtinuerit, & quod Vvlfadus abſens dãnatus ſit.

Sed quis crederet pios Pontifices inuocationis diuinæ oblitos fuiſſe? an quia iſtius non fit mentio in actis Synodi, ideo neglectam illam credemus? at neque ſacro Apoſtolorum Concilio præpoſita eſt, neque Lateranenſi œcumenico 3. & 4. neque Prouincialibus quibuſdam, vt Arelatenſi 4. Turonenſi 3. & Bauaro 4. Damnatum vero Vvlfadum abſentem & ægrotum iniuſtitia foret. Nec enim leges in abſentes, niſi contumaces, dici ius voluerunt: itaque apud Romanos latum eſt, vt ſcripſit Cic. in Verrem, ne de abſente Stemo aliquod iudicium fieret, & ſi factum eſſet, id ratum non eſſet: itemque decretum eſt in Senatu, ne de abſente Philippo Rege accuſato aliquid ſtatueretur: denique D. Auguſtinus arguit ſecundum Tigiſitanum primatem, quod non cauerit ne damnarentur abſentes.

Matiſconenſibus 1. & 2. ſub Pelagio 2.

Sic Can. 30. Concil. Carthag. 4. ſub Anaſtaſio id prohibetur.

Act. 2

Liuius decad. 4 lib. 9.

At Vvlfadus dici nequibat abſens, aut inauditus, quando libello à ſociis ſuis oblato ſubſcripſerat, vt refert Synodus: libellum vero ſuum offerentes, atque etiam miſericordiam petentes (quod & Nicolaus ipſe notauit,) nonne ſe iuriſdictioni Synodi ſubmittebant? vbinam ſe inuitos proclamauerunt? & quando

proclamaſſent nonne etiam in inuitos iura exercentur ? Inauditos illos non fuiſſe docent acta Synodi, quibus liquet examinatam eſſe Ebbonis depoſiti reſtitutionem, atque an ab eo ordinationes factæ valerent, qui reſtitutionis producebant falſas litteras quarum authores ead. Synodo damnati fuerunt. Denique quod Hincmarus modo perſonam Iudicis induerit, modo reſumpſerit, nihil mirum: ſiquidem hoc in primis ſe examinandum obtulit, an legitimus eſſet Archiepiſcopus: quo in iudicio non debuit ſedere inter Iudices: at cognito legitimum eſſe tunc placuit Synodo vt perſonam Iudicis reſumeret.

Quamobrem tanti Pontificis Nicolai 1. cum venia dixerim Sueſſionenſe Concilium non improbandum videri. Quid quod & Benedictus Leonis ſucceſſor, & ipſe Nicolaus id ratum habuerunt: ſcio hac quidem cum clauſula, Saluo Romanæ ſedis in omnibus iuſſu & iudicio, & reſeruata Apoſtolicæ ſedi authoritatis ſumma. Sed ſi nullum erat, approbandum non erat: neque iniuria cenſeri debebat facta Romano Pontifici, quaſi ſe inconſulto Epiſcopus eſſet depoſitus, ſiquidem non oportebat eum cenſeri Epiſcopum qui à non Epiſcopo ordinatus erat.

Tamen improbandæ huius depoſitionis hæc vera cauſa videtur, nimirum depoſitio facta inſcio Romano Pontifice: ſiquidem Epiſcopi Trecenſis Synodi qui Nicolao ſuffragantes Vulfadum reſtituerunt, rogauerunt Pontificem ne deinceps vllus Epiſcopus præter conſultum eius & ſucceſſorum deponeretur: adeo habuerunt curæ Epiſcopi à ſe excutere iugum Metropolitanorum. Fortaſsè verò exiſtimantibus Ebbonem iuſtè reſtitutum fuiſſe ſubveniendum fuit iuxta legem Barbarius, de officio quæſtoris: aut vt notauit Balſamo ex Concilio confirmandi erant, qui ordinationem ſuſceperant à depoſitis ob aliquam cauſam Epiſcopis, non autem qui à falſo ſe dicentibus Epiſcopis, cum non eſſent: aut denique ſeueritatem legum temperare poteſt ſummus Iudex æquitate ſua quod inferiori non item licet.

Aliud ſub Nicolao 1. prouocationis exemplum, quodque illi querelam mouit aduerſus eumdem Hincmarum eſt Rothaldi Sueſſionenſis varia ob crimina in Synodo Siluanectenſi depoſiti. Eum vero appellantem iuſſit Pontifex, aut ſtatim reſtitui, aut vt vna cum illo Epiſcopi mitterentur Romam ad cauſam eius diſceptandam, addita interdictione celebrationis

Miſſarum, ni parerent intra 30. dies: quin & Hincmaro priuatione ſacerdotalis dignitatis. Quibus illi non irreuerenter & ſchyſmaticè reſpondebant: ſed cum Hincmaro aiebant: Mittimus vobis Vicarios noſtros, non vt accuſatores ad confligendum, ſed vt à Rothaldo, atque à vicinis noſtris, qui cauſam veraciter ac pleniter aut neſciunt, aut ſcire nolunt, accuſati, quod appellantem Rothaldum ſecundum Sardicenſes canones ſedem Apoſtolicam: eum nempe qui ad electorum iudicium de certis capitulis prouocauit iuxta Carthaginienſes, & Africanos canones, ac decreta B. Gregorij non iudicauimus veſtræ ſummæ authoritati humiliter intimandum. Hæc illi quibus innuebant Rothaddum ſe poſt eam prouocationem electis ſubmiſiſſe iudicibus, à quibus eum rurſus prouocantem admittere vetabat Concilium Carthaginienſe. Quod etiam ipſe Nicolaus legitur allegaſſe in cauſa Lotharij & Thietbergæ, ne Lotharius audiretur appellans ab electis iudicibus.

At hoc decretum non præualet aduerſus Pontificem Romanum: & prouocationis iterum admittendæ ratio prætexebatur, quod electi Iudices iidem fuerant qui pronunciauerant. quid ſi lubens ſe ſubmiſerat? Non eſt nouum & contra legem ab iiſdem iudicibus renouari & retractari, aut confirmari ſua iudicata. Denique ſupplicare licebat apud præfectum prætorio aduerſus illius iudicium: ac Tiberius à M. Syllano appellantes, ad eum remittebat. Adde Rothaldum adeo electorum iudicio adquieuiſſe, vt loco Epiſcopatus quo priuatus erat ne ſuis diœceſanis ſcandalo eſſet Abbatiam cœperit; vt eſt apud Flodoardum qui inſuper refert grauibus facinoribus illum conuictum fuiſſe.

Sed cum Nicolaus in hac cauſa & ſimilibus aliis ſuam authoritatem abſolutè retineret: Suſtinebo, aiebat Hincmarus, & contra veſtram reſtitutionem regularem non recalcitrabo, quia non meum eſt veſtra iudicia diſcutere, ſed mea vobis obediendo committere: & infrà: ſi qui deinceps de maioribus cauſis quædam commiſerit, ne à Deo damner ſilentio, commouere eos ſtudebo: & ſi corrigere ſe voluerint congaudebo: ſin autem ad veſtrum eos iudicium prouocabo. En quomodo non ſchyſmaticus, vt iniuria nonnulli criminantur, ſed obſequentiſſimus extitit; alibi dicens S. R. E. vt omnium Eccleſiarum matrem & magiſtram, nutricem ac doctricem eſſe conſulendum, eiuſque ſalubria monita tenenda: at ei condonandum fuit ſi iura metro- Opuſculo de Diuortio Lothar. & Tietbergæ.

Digitized by Google

polis ſuæ conſeruare voluit. Namque nec & Ignatio Patriarchæ Conſtantinop obfuit quominus diuorum numero adſcriberetur, quod Romanis Epiſcopis inuitis Bulgarorum regionem Eccleſiæ ſuæ adtribuit: Tenebatur enim, vt Baronius dixit, iura illius defendere. quapropter ipſe Hincmarus cum aliis Epiſcopis ſummopere obſtitit Anſegiſi Senonenſis à Ioanne 8. recẽs erecto primatui: cenſebat enim ſe capitula ſummi Pontificis obſeruare, ſed ea conditione vt Metropolitanis ſua antiqua iura & Eccleſijs vetera priuilegia permanerent; quandoquidem ita ipſi etiam ſummi Pontifices aliis ſuam vicem commiſerunt, vt B. Remigio Rhemenſi Epiſcopo in Galliis, S. Bonifacio in Germania, vt adderent ſaluo iure Metropolitanis. Denique cenſebat Hincmarus à Metropolitana ſede ad Apoſtolicam & ad aliam nullam appellari oportere.

En ergo vt prouocationes in vſu fuerunt, eiſque tandem adquieuerunt Epiſcopi: nec poſterioribus ſeculis ignotiores, & viliores, vt apparuit in cauſa celebri Arnulphi Archiepiſcopi Rhemenſis Synodo Hugonis Capeti iuſſu coacta depoſiti, ſed Pontifex eum appellantem excepit & reſtituit; ea potiſſimum de cauſa, quod ſe inconſulto depoſitus eſſet: licet Gerbertus ei ſubrogatus, & qui eum depoſuerant ad nutum Regis dicerent miſſos eſſe Romam ea de cauſa legatos, ſed non auditos, quoniam munera non offerrent Creſcentio, qui Romanam Eccleſiam, ipſiuſque Pontificem Ioan. 15. opprimebat: itaque aduocaſſe Signinum Senonenſem Archiepiſcopum, qui tunc vices Romani Pontificis gerebat in Gallia. Sed vt Aimoinus refert, is non conſenſit depoſitioni, magis timens Deum quam Regem: & quidquid ſcribere potuerit deinde Gerbertus, vt ſuam electionem confirmaret, Hugo tamen ſe ſubmiſit Apoſtolicæ ſedi, ac tandem renouata Synodo Arnulphus refixus eſt, & Gerbertus auulſus.

Epiſt. 8. 35. 172. 159. 258.

XIX. Denique Iuo Carnotenſis appellans ab Archiepiſcopi Senonenſis ſententia: Ad Romanum Pontificem, inquit, pertinet principaliter & generaliſſimè conſtitutiones veſtras, & iudicia retractare: ſua vero inconcuſſa retinere. Ac idem deferens appellationi à ſua ſententia interpoſitæ, licet in cauſa ciuili, nec quidem Epiſcopi, ſed Abbatis, ſe pro reuerentia Domini Papæ adquieſcere, & alibi finitiua Epiſcoporum iudicia ad Apoſtolicam ſedem eſſe referenda dixit.

Digitized by Google

Apud Germanos vera chronicon Laureſhamenſe prodit cum XX.
de nobiliſſimo Monaſterio Folcnaudus & Boldemarus diſceptarent cauſam per appellationem fuiſſe delatam ad Romanum Pontificium tribunal: & Folcnaudum obtinuiſſe cum ſe quinta manu, id eſt, quinque hominum teſtimonio purgaſſet nihil dediſſe: aliique authores alia documenta iſtarum appellationum tradiderunt. Atque apologiſta Henrici 4. licet ſchyſmaticus, defendens authoritatem Anti-Papæ Clementis aduerſus Gregorium 7. Sed velint, inquit, nolint partes aduerſariorum ecce ſacri canones conſtituerunt totiùs Eccleſiæ appellationes deferri ad examen ſedis Apoſtolicæ: ab ipſa vero nuſquam appellari debere. Et Fredericus 2. licet tot contentiones habuerit cum Pontificibus Romanis, edixit, Vt appellationes ad ſedem Apoſtolicam liberè fierent, earumque proſecutionem, ſiue proceſſum nullus impediret, aurea bulla, quam refert Melchior Goldaſtus in collect. conſtit. imperial.

Godefrid. monach. ad an. 181. Annales Henrici Steron. Altah.

Atque idem promiſiſſe Othonem Innocentio 3. ipſe Innocentius refert lib 3. de negotio Imp. Rom ep 190.

Denique cum in Germania pœnæ de Templariis peterentur ſub Clemente 5. qui ſedit anno 1305. ac ſententiæ Pontificiæ exequendæ munus commiſſum eſſet Archiepiſcopo Moguntino: dicitur Hugo vir inter illos clariſſimus, Pontificem Max. qui in Clementis locum ſufficeretur, appellaſſe: ac huiuſmodi appellatione obtinuiſſe, ne tum grauius in Templarios Germanos ſtatueretur. Et nouiſſimo ſeculo Clerus Colonienſis ab Archiepiſcopo quædam innouante appellauit ad Pontificem Rom. atque ad Imperatorem Eccleſiæ protectorem.

Paul. Æmil. in Philippo Pulchro.

In Anglia Beda author eſt Vulfradum Eboracenſem Archiepiſcopum bis depoſitum Archiepiſcopatu, bis appellaſſe ad Agathonem & Ioannem, quorum ille ſedebat anno 679. hic XXI.
anno 685. ac cauſa cognita reſcripſiſſe regibus Pontifices iſtos vt reſtitueretur, eſtque reſtitutus. Deinde Malmeſburienſis refert cum Edoüardus ſanctus qui regnare cœpit anno 1042. in Robertum Archiepiſcopum Cantuarienſem eiuſque complices quod ſtatum regni turbarent animaduerteret, eos Romam fugiſſe eius tribunal appellantes: vnde errat Henricus Huntindonienſis, dum refert Henrico regnante circa annum 1116. Tetbaldum Archiepiſcopum Cantuarienſem, & Apoſtolicæ ſedis legatum generale Concilium habuiſſe, idque nouis appellationibus infrenduiſſe, & ter appellatum ad Romanam Põtificis audientiam: nec appellationes ea in regione vſitatas fuiſſe, donec eas Henri-

Lib 5. Eccleſ. hiſt Gentis Angl.

Lib. 2. cap. 13.

Lib. 8.

Digitized by Google

cus Vvintonienſis, dum legatus eſſet, malo ſuo crudeliter intruſit. Hæc ille.

Math. Paris in Henrico 2. Roger. Houedan. parte poſter. annal.

Sed Henricus 2. qui poſt Stephanum regnauit recenſitis Henrici 1. & præcedentium Regum veteribus ſtatutis anno 1164. conuentum Prælatorum & procerum habuit, in eoque de appellationibus hoc ſancitum eſt: Si emerſerint appellationes ab Archidiacono debebit procedi ad Epiſcopum: ſi ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum: & ſi Archiepiſcopus defuerit in iuſtitia exhibenda ad Dominum Regem perueniendum eſt poſtremo, vt præcepto ipſius in Curia Archiepiſcopi controuerſia terminetur, ita quod non debeat vltra procedi abſque aſſenſu Domini Regis. Hoc ſtatutum, vt & cætera, diſplicuerunt Thomæ Cantorbienſi, licet in ea primum iuraſſet, ac in omnes qui iſta obſeruarent ſententiam excommunicationis protulit: à qua Prælati quod excepti non eſſent, & timerent, ne ea ſpecialiter obligarentur, appellauerunt ad P. R. aſſignato Romæ ad diem Aſcenſionis Thoma qui reſcripſit hac appellatione, vt quæ eſſet à futuro grauamine authoritatem quam in illos haberet ſuſpendi non poſſe. Tamen Alexander 3. qui ſedit anno 1159. & deinceps vſq; ad ann. 1181. ſtatuit à futuro grauamine appellare licere; quod poſtea etiam ſanxerunt Innocent. 3. & Clemens 5. An vero & quando valere debeat diſputant Doctores Canonici.

Cap. 18. de appellat. cap Bonæ eod cap. 3. eod. tit. in Clement.

Sic igitur repreſſa apud Anglos appellationum licentia Rege non quidem prorſus eam refutante, ſed volente ne ſe inconſulto appellaretur: in quo ſi Papa ſe grauari quereretur paratum ſe dicebat Rex ei ſatisfacere in proximo totius regni ſui concilio. tamen cum necis D. Thomæ Rex inſimularetur, ac cogeretur veniam deprecari, vt abſolutionem impetraret iurauit ſe non impediturum, quominus in regno Eccleſiaſticarum cauſarum appellationes Romam deferrentur, ſed ita vt quos ſuſpectos haberet ſacramento authentico cauerent, ſe quandiu appellationis proſequendæ cauſa regno abeſſent, nihil facturos in eius detrimentum: atque ea conditione poſita liberum fuit ad Rom. tribunal prouocare. Vnde mox orta contentione inter Cantuarienſem & Eboracenſem Archiepiſcopos de gradus prærogatiua vi etiam illata Eboracenſi, vtrimque Romanum Epiſcopum appellauerunt: ac deinceps non legitur oppugnata hæc libertas,

Sub Edoardo 3 ſancitum eſt aduerſus eos qui ad Romanam ſedem cauſam aliquam deferrent, quæ ad Regis tribunal ſpectaret. Nicol. Harpsfeldius ad 14. ſecul. cap. 5.

vſque

Digitized by Google

vſque ad Henricum 8. qui in hæreſim lapſus ſe contra ius, faſque
caput Eccleſiæ in regno ſuo declarans cauſarum modum poſuit,
vt reus primò prouocare deberet ad Epiſcopum, deinde ad Ar-
chiepiſcopum, poſtremo ad ipſum Regem, quò ſic in admini-
ſtratione rerum quæ ad Eccleſiam pertinent, Romani Pontificis
authoritate minimè opus foret.

Anno 1602. Angli Sacerdotes Catholici à Ieſuitis, vt dicitur, oppreſſi, quod in eos dominatum ſeu Præſulatum, non quidem nomine, ſed facto quærerent, ſedem Apoſtolicam appellauerunt: cui appellationi cum Georgius Blachvvellus quem curauerant dari Eccleſiæ Catholicæ Archypræſbyterum, cum pleniſſima poteſtate, non deferret: Pontifex re cognita iuſſit eum adquieſcere appellationibus ad ſanctam ſedem pro vt de iure adquieſcendum eſt. Thuan. lib. 134. hiſtor.

Apud Hungaros, & conſuetudo & decretum majùs Vladiſlai
habet, quod ex foro ſpirituali in Curiam Romanam prouocatur:
quod ſi appelletur de ſede vicariorum Eccleſiarum ad Curiam XXII.
Regis, vt habet jus conſuetudinarium iſtius regni, non recipitur
appellatio niſi vt examinetur vtrum concernat forum ſpirituale.

Refert Chopp. lib. 2. ſacræ polit. tit. 4 art 8.

Apud Polonos, teſte Cromero, cauſarum Eccleſiaſticarum in
prima inſtantia cognitio eſt iuriſdictionis Epiſcopalis, à cuius ſen-
tentia prouocatur ad Archiepiſcopum: ab eo verò prouocatio
ſumma fit ad ſummum Pontificem: Nec tamen is ordo ſemper
obſeruatus eſt. Nam cum Liuonienſes Cruciferi Rigam vrbem
atque territorium Rigenſi Archiepiſcopo per ſummam iniuriam
eripuiſſent, ea de re lis Romæ producta eſt in prima inſtantia quæ
plus 80. annis partes exercuit: demumque Bonifacius 9. vrbem
Ordini addixit acceptis 15. millibus aureorum. Sic pro ſede Plo-
cenſi Opporonius, & Cazimirus complures annos ibidem liti-
gauerunt: ſic denique Cruciferi Pruſſiæ ob denegatas & vſurpa-
tas decimas excõmunicati ab Epiſcopis ad Pont. Max. prouoca-
uerunt, coram quo non ſolum de decimis, ſed & de Pomerania
quam eripuerant Regi Polonorum lis acta eſt: Pontifex vero Iu-
dices delegauit in partibus: ſed horum iudicium refutauerunt
Cruciferi, rurſus ab eo appellantes: at nonobſtante appellatione,
cum Rex cauſam ſuam euidenter probaſſet, condemnati ſunt
Pomeraniam Regi reddere, & certam ſummam dare pro fructi-
bus & expenſis litis. Sic Rex litigans apud ſedem Apoſtolicam
neque hoc vnicum exemplum eſt, plura enim referemus cum de
Eccleſiaſtica iuriſdictione in laïcos agemus.

Lib. 1. de republ. & magiſtr. Polon.

Idem lib. 11. rer. Polon.

Quid plura? appellatur de toto mundo ad te, ait, D. Bernardus XXIII.
Eugenio, in teſtimonium ſingularis Primatus tui. Nam vix vlla
fuit, dicique poteſt orbis Chriſtiani regio quæ non admiſerit, &

Digitized by Google

admittat huiuſmodi appellationes. Sed cum in abuſum verte-
XXIV. rentur, meruerunt cenſuram duorum grauiſſimorum virorum vnius Epiſcopi, Hildeberti Cenomanenſis; alterius, Abbatis Clareualenſis: non quod eas damnarent, ſed quod quaſdam admittendas, quaſdam non eſſe dicerent:quod ſi fortè, aiebat Epiſcopus, huiuſmodi emerſerit nouitas, vt placeat omnem admittere appellationem, Pontificalis cenſura peribit, & omninò conteretur Eccleſiaſticæ robur diſciplinæ. Quis enim raptor ad ſolam anathematis comminationem non ſtatim appellabit? & cætera quibus oſtendit impunitum fore crimen quando virgam Epiſcopi quævis appellatio quaſſabit: & infra. Accepi enim, & Vniuerſitas Eccleſiæ prædicat, quod grauatis iudicio ſubuentus appellationis debeatur: accepi quod ſuſpectos habens iudices, aut infeſtos, aut formidat vim temerariæ multitudinis, eodem remedio vti poſſit & debet releuari: ſed ſunt quædam moratoriæ appellationes quæ omninò à veſtra relegandæ ſunt audientia.

Epiſt. 82.

D. autem Bernardus licet approbans appellationes vt grande & generale bonum, queritur appellari Epiſcopos, ne illicita audeant matrimonia ſoluere, vel prohibere: & infames à ſacris
XXV. officiis & beneficiis repellere, ſeu amouere queant: atque de his refert aliquot exempla. & Chronica Moguntina Conradi Epiſcopi illuſtrem hiſtoriam narrat: nimirum Frederico 1. imperante, Henricum Archiepiſcopum Moguntinum falſis criminibus delatum apud ſummum Pontificem, depoſitum fuiſſe ſententia legatorum ob id miſſorum. eumque ſic dixiſſe: Si ad ſedem Apoſtolicam appellarem nihil fortaſſe mihi accreſceret niſi labor corporis, amiſſio rerum, afflictio ſpiritus, euiſceratio mentis, & euacuatio gratiæ: Appello ergo ad Dominum Ieſum Chriſtum iudicem iuſtiſſimum ad eiuſque tribunal vos cito. Ad quæ illos reſpondiſſe, cum tu præceſſeris nos ſequemur: eoq; non diù poſt defuncto adiunxiſſe, Ecce præceſſit, nos ſuo tempore ſequemur: Idque contigiſſe mortuis illis breui tempore ambobus vna die, altero cum exoneraret ventrem inteſtina ſua rejiciente: altero ſeipſum deuorante.

Sic hiſtoria cuius penes relatorem ſit fides: nec tamen dubium eſt, quin à Iudicibus iniquis, vt ab omnibus ſceleratis vindictam repetat Deus in hoc vel futuro ſeculo, in eoq; poſtremo majore cum menſura quo longior patientia fuerit: Mihi, inquit, vindi-

Digitized by Google

dictam & ego retribuam: & vt ad rem nulla vnquam fuit, eritque poteſtas in qua abuſus non fuerint, eruntque nec ideo ſua ſunt poteſtati iura tollenda, quæ ſi alicui nociua fuerunt, profuerunt plurimis: cui enim ludibrio expoſiti & quibus calumniis non proſtrati fuiſſent ſummi illi ſanctiq; Antiſtites Athanaſius, Paulus, Chryſoſtomus, Ignatius, aliique complures, ſi innocentiæ ſuæ hoc perfugium non habuiſſent? Itaque præclarè Portius Cato apud Liuium: Nulla lex ſatis cõmoda omnibus eſt: id modo quæritur ſi majori parti; & in ſummum prodeſt: ſi quod cuiquam primatim officiet ius, id deſtruet & demolietur, quid attinebit vniuerſos rogare leges quas mox abrogare, in quos latæ ſunt, poſſunt? viſum tamen iſtis prouocationibus dare modum de quo ſequenti capite paucis.

CAPVT IX.

DE MODO HIS PROVOCATIONIBVS DATO.

LECTIO.

1. *Summi Pontifices voluerunt ad ſe appellari poſſe obmiſſo medio, nonobſtante canone Synodi generalis 8. & Metropolitanorum prætenſione.*
2. *Querela ob id Germanorum.*
3. *Hoc correctum apud Gallos ex Concordato.*
4. *Sanctio Concilij Tridentini.*
5. *Soliti Pontifices Romani appellationum cauſas ad ſe delatas in Synodis Prouincialibus per ſuos vicarios diffinire.*
6. *An per Sardicenſe Concilium ius habeat iſtas cauſas diffinire Romæ.*
7. *Delegationes in Prouincias tutiores, æquiores, & commodiores litigantibus eſſe.*
8. *Gallorum ſic eſt vſus.*
9. *Vnde reprobatur clauſula noſtra, ſeu Apoſtolica authoritate, & quare.*
10. *Idem apud Hiſpanos & Belgas.*
11. *Apud Gallos Iudices delegati in cauſis Eccleſiaſticis debent eſſe verè Eccleſiaſtici.*
12. *De Officialibus & Cancellaria ſummi Pontificis.*
13. *Recapitulatio ad ſuperiora: iſtã Pontificis Romani authoritatem ab orthodoxis approbatam fuiſſe: ab hæreticis oppugnatam.*

Digitized by Google

I. SVperiori capite pleniſſimè vidimus prouocationis poteſtatem ferè ab initio naſcentis Eccleſiæ ad Epiſcop. Rom. vt verè Monarcham Eccleſiæ delatam fuiſſe, atque etiam obmiſſo medio, quod equidem & primi illi Pontifices toties citati ſuis epiſtolis, & Sardicenſes Patres voluerunt. At vt vidimus Conſtantinopol. Synodus 8. generalis gradus poſuit vt ab Epiſcopo ad Archiepiſc. iretur, ab ipſo ad Primatem: vt ſic ius Metropolitanorum cõſeruaretur, de quo tantoperè contendebat Hincmarus. Primatum autem potiſſimam in hoc poteſtatem fuiſſe docent hi verſus Guilielmi Britonis Armorici.

Philippidos lib. 2.

Lugdunenſis quo Gallia tota ſolebat
Vt fama eſt, Primate Regi, cauſaſque referre
Difficiles vt ibi lis vltima litibus eſſet:
Nec mittebatur Romam lis vlla, niſi quam
Lugdunenſe forum per ſe finire nequiſſet.

Cap. 7. de appellat.

Sed Alexander 3. ſtatuit ſi duo à ſententia ſui Iudicis appellarent, alter quidem ad ſuum Iudicem (id eſt ab Archidiacono ad Epiſcopum, vel ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum,) alter vero ad Apoſtolicam ſedem: hanc potiorem eſſe appellationem, atque teneri alteram partem adeſſe Romæ ſub pœna excommunicationis nonobſtante appellatione ad proximum Iudicem directa. Denique ea fuit reſolutio non quidem licere obmiſſo medio ad Archiepiſcopum, vel Primatem appellare, ſed licere ad ſummum Pontificem propter plenitudinem poteſtatis: ac profectò ſi non conceditur appellare obmiſſo mediò, vix vllæ prouocationes ibunt ad Romanam Curiam, ſiquidem illicitum eſt etiam iure canonico, cui ciuile conforme eſt, tertiò in vna eademque cauſa prouocare: neque noſtri Iudices admittunt diplomata impetrata à prouocantibus poſt trinam ſententiam.

Gl. mag. ad cap. 66. eod.

Cap. 65. cũ gl. eod. tit. & apud Iuſtinianum C. tit. ne liceat in vna eadẽque cauſa tertio prouocare.

Chopp. lib. 2. de ſacra polit. tit 4. n. 27.

Tamen Germani in auiſamentis Moguntinis ſtatuerunt ne obmiſſo medio ad Romanum Pontificem prouocaretur: quod

II. eod. tempore Baſileenſis Synodus confirmauit, addiditque nullam appellationem ab interlocutoria admittendam, niſi tale ſit grauamen quod in diffinitiua reparari nequiret.

Sed in Lateranenſi ſub Leone 10. ſeſſione 10. nihil aliud cautum eſt, niſi vt in cauſa non excedente 25. ducatos auri non

Digitized by Google

liceret ante ſententiam diffinitiuam ad Romanam ſedem appellare.

III. Quoad nos vero ſpecialiter Concordato actum eſt vt in Regno, Delphinatu Dienſi, & Valentiniano non appelletur obmiſſo medio, nec etiam ad Romanam ſedem, nec à grauamine, nec ab interlocutoriis ſecundò, nec à diffinitiuis tertiò.

Sed apud Hiſpanos approbari dicitur ad ſummum Pontificem appellatio obmiſſo medio.

Alphõſ. Villadiego capitul. 3 de la inſtrucciõ y practica iudicial n. 26.

IV. Concilio vero Tridentino ſic admittitur ab Epiſcopo inferiore ad Romanum Epiſcopum prouocatio, vt tamen ſi in partibus eam remitti contingat, remittatur ad Metropolitanum non ad inferiorem Epiſcopum: vt ſic aliquatenus ei ſatisfiat.

Seſſ. 13. cap. 2.

V. Solebant etiam vt vidimus Romani Pont. litem appellantibus conſtituere Romæ, nec ad ſuos remittere: quanquam Marcellus ſedens anno 304. ad Epiſcopos Antiochenæ Prouinciæ reſcripſerit, Si quæ iudicia retractanda eſſent, per Vicarios Romanæ ſedis retractari debere: hos autem vbiq; habebant, aut mittebant: atq; id expreſsè ſtatuit Sardicenſis canon: non enim dixit vt Romam lis euocaretur, ſed vt Pontifex daret Iudices, & Præſbyterum è latere ſuo mitteret, cum quo de appellatione decerneretur. Itaque Agapetus 1. ſedens anno 534. recipiens appellationem Contumelioſi Galliæ Epiſcopi Synodali iudicio depoſiti, ait ſe delegaturum qui examinent eius cauſam. Et quidem licet Iulius 1. aduerſarios D. Athanaſij citauerit ad ſe, tamen delegauit ad partes qui de cauſa eius cognoſcerent, vnde habita eſt Sardicenſis Synodus: & quotquot recenſuimus prouocationum exempla, ea in Synodis Prouincialibus diſcuſſa ferè omnia fuerunt. Sic Greg. magnus pleraſque delegabat, quanquam & alias retineret, ac ſequentes Pontifices prout libuit aut delegauerunt, aut euocauerunt. Nec enim Sardicenſis canon euocare prohibuit: & quando alio canone dixit, Vt non ordinetur alius pendente appellatione depoſiti, niſi cauſa fuerit in iudicio Romani Epiſcopi determinata; videtur innuiſſe poſſe etiam eum Romæ iudicare ſi velit.

Can. 3. & 7.

Ep. 7.

Epiſt. 8 9 lib. 2. indict. 11. ep 36. 82 lib 1. ep 40. lib. 2 indict. 11. & aliis.

Nicol 1. ep. 55. 60 61. Greg. 7. ep 10. 19 25 lib. 2. 24 lib. 6. 25 33. eod. 21 lib. 4.

VI. Profectò non expreſſe conceſſit, at neque prohibuit. quod ſi contrarium voluiſſet nulla erat difficultas quin diſpoſuiſſet, atque vt vult, quædam gloſſa vbi conſtitutio affirmatiuè promulgata eſt, intelligitur conceſſum quod non eſt prohibitum: vbi vero negatiuè, ſemper eſt prohibitum. Vnde ſi licet dare Iudi-

Can. 4 Sardic.

l. vn. § ibi autẽ legatarij. C. de caducis tollẽd.

c. 12 de decimis

Gl. in verbo non inuenitur ad cap. 1. §. ſed neque de tranſl. Epiſcopi.

ces, ergo & euocare: ſi non licet dare, ergo nec euocare: quanquam expreſſe prohibuiſſet illa Synodus, quæſtio fuiſſet, an potuiſſet, nolentibus Synodos de Romanis Pontificibus quidquam decernere poſſe, vt pote quas dicunt illi inferioris etiam generales.

VII. Sed mehercle delegationes tutiores ſunt quandoquidem longè pleniùs & tutiùs diſquiri poſſunt omnia litis acta, omneſque probationes in Prouinciis, & ſi ſuper inſtructis aliqua difficultas oriatur, illius ſolutio haberi facilius poteſt ibi quam Romæ: vnde illic abſoluti perditiſſimi qui apud ſuos iure meritoque damnati fuerant, vt Salonius, Sagittariuſque & Rothaldus, vt omittamus veteres illos ab Africanis Patribus damnatos, quos D. Cyprianus pſeudo-Epiſcopos vocabat, & Euſtathium ſub Liberio, iſtumque Apiarium quem tantorum criminum reum faciebant: ac iſtos Clericorum homicidas & percuſſores, qui Romam miſſi cum maiore delinquendi audacia reuertebantur, vt ait Bleſenſis. Ep. 73.

Adde impenſas & ſumptus litis qui longè grauiores ſunt eunti Romam, ibique litiganti, quam ſi ſua in Prouincia iudicaretur. Quin etiam qui fouent appellationes ob idque appellantibus fauent, horum rationem ſæpenumerò non habent, quod iam ſuæ ætate obſeruari notabat & arguebat D. Bernardus ad Eugenium: Quem, inquit, das mihi in tam crebris appellationibus quæ hodie fiunt, qui pro expenſis itineris, vel nummum reſtituerit illi quem fortè appellarit? Ergo per delegationes in Prouinciis plurimum conſulitur æquitati, & litigantibus. Sic Iuſtinianus noluit Clericos extra ſuam Prouinciam ad Iudices ordinarios in ius vocari ne à miniſteriis diuinis quæ ſuæ Eccleſiæ debent auocarentur. Et Fredericus Imp. pacem conſtituens cum Italiæ populis hoc ſanxit: In cauſis appellationis ſi quantitas ſummam 25. librarum imperialium exceſſerit, appellatio ad nos fiat ſaluo iure, & moribus Brixianæ Eccleſiæ: ita tamen vt non cogantur partes ire in Alemaniam: ſed nos habebimus proprium Nuntium in vrbibus, aut Epiſcopatu qui de ipſa appellatione cognoſcat.

L. 33. C. de Epiſcop. & Cler.

Lib. de pace Conſtantiæ.

Rebuf. ad Tit. de friuol. appellat. in concord.

VIII. Itaque vſus demum obtinuit apud nos, vt quæcumque appellationis cauſa decidi debeat in partibus, & ſi contrarium fiat, appelletur ad Senatum, tanquam ab abvſu, atque condemnatur pars in expenſis damnis, & id quod intereſt: idque adeo ſtrictè interpretationem ſubit, vt delegatio ſummi Pontificis qua appel-

Idem ad tit. de cauſ. in cõcord. & add. tit. de friuol. appellat. §. ſi quis vero.

Digitized by Google

lantis cauſa committitur, extẽdi non debeat extra partes diœceſimque litigantium. Proinde curia iudicauit abuſiuam eam delegationem qua Pontifex Turonenſium canonicorum appellationem duobus ædis Cœnomanæ canonicis deferebat arreſto 7. idus Martias an. 1574. ac generaliter fixit Curia variis Senatuſconſultis extra diœceſim litigantium appellationes tractandas non eſſe, etiamſi Iudex appellationis competens ſit: Ideoque ſolet præcipere, puta Archiepiſcopo Burdegalenſi, vt Vicarium conſtituat in Eccleſia Pictauienſi ad quem ab Officiali Pictauiẽſi appellari poſſit velut ad Archiepiſcopum: ac ſi aliter à ſummo Pontifice delegatum ſit reformatur delegatio appellatione ab abuſu, quod & Curia Rhedonenſis iubere ac iudicare ſolet.

Papon. arr. 6. cum append. arr. 10. lib. 19. tit. 2. Chopp lib. 2. de ſacra polit. tit 4 n. 5. & tit. 5 n 16. d. tit. 4 cum notis ad marginem.

Neque poteſt Papa delegare Iudices extra Parlamentum cui ſubeſt vterque litigans, aliâs abvſus erit, etiamſi viciniores ſint finibus alterius Parlamenti, arreſto 17. Maij anno 1614. Tanta eſt cura auertendi fori Romani, vt inde nata ſit ratio reprobandæ quaſi ab abvſu clauſulæ huiuſmodi, Noſtra ſeu Apoſtolica authoritate. quoniam illa manente oporteret à Pontifice delegato IX.
prouocantem commeare Romam: quapropter qui Bullam impetrauerunt cui hæc clauſula inſit, vt ſolita eſt, ne impediantur in executione appellatione ab illa ob eam clauſulam, tanquam ab abuſu, ſolent & debent proteſtari ſe ius ſuum velle proſequi non Apoſtolica authoritate, ſed ordinaria. Denique rejicitur apud nos quidquid aliquo prætextu cogeret noſtrates ire litigatum Romam.

Mornac. ad l. 1. ſi quis cautionibus iudicio ſiſtendi.

Hiſpanorum autem Toletano omnium ordinum conuentu X.
decretum fuit, Eccleſiaſticas lites omnes vltimo iudicio poſthac dirimendas eſſe in locis: proinde rogari oportere ſummum Pontificem vt ſingulis Prouinciis Iudices daret qui extremarum prouocationum vſquequaque diffinirent cauſas: Idque obſeruatur in Belgia. Sed Garcias author eſt, à mala Ordinarij electione appellari ex Hiſpania Romam: & appellationem tractari in Rota.

Chopp. ex Guichard. lib. 2 ſacr. polit. tit. 4. n. 7. Garcias 5 parte cap. 3. n. 249 & ſequentib. de beneficiis.

Iudices vero delegatos in cauſis Eccleſiaſticis & inter Eccleſiaſticos non patimur eſſe alios quam vero Clericos, vnde nec XI.
laicis delegari poſſe prætextu tonſuræ Clericalis arreſto iudicatum eſt, & delegatio abuſiua pronuntiata 18. Aprilis 1622. vt ſic laici à laicis, eccleſiaſtici ab eccleſiaſticis in ſuis cauſis iudicẽtur.

Canoniſtæ tenẽt quod Papa poteſt delegare cauſam Eccleſiaſticam, & inter Eccleſiaſticos Iudici laico: Felin. in cap. Eccleſia. S. Mariæ. de conſtitut. verſic. an autem & qualiter.

Digitized by Google

XII. Sed ſatis ſuperque de Eccleſiaſtica iuriſdictione ſummi Pontificis in Eccleſiaſticos, dicturi de eadem in laicos: qui autem maximè Romanum tribunal illuſtrauit, & variis Officiis, Iudicibus, & Magiſtratibus adauxit dicitur Ioannes ille 22. annatarum impoſitione (de qua tamen infra) tot regularum Cancellariæ ſanctione, & regni Germaniæ à regno Franciæ, ac Italiæ ab Imperio diuiſione inſignis, vt Gomeſius ait. Hæc vero Officia ſequentes Pontifices prorogauerunt inducti negotiorum, & litium copia, quin & pretio addixerunt. Rotæ autem Iudices vocantur Auditores, quorum caput eſt Vicecācellarius, qui adminiſtrationem iuſtitiæ, regularum, ac conſtitutionum Apoſtolicarum tutelam & cuſtodiam tenet; ſecundus à Papa in quo dignitas Cancellarij conſiſtit. Vnde quando cauſa remittitur ad Cancellariam dicitur remitti ad conſiſtorium Papæ quod habetur pro Cancellaria, nec alium voluit ſummus Pontifex ea dignitate inſigniri, quia illam à Deo proximam putauit ſe proinde Cancellarium Dei ac mandatorum & legum eius reputans, vt idem Gomeſius refert de Auditoribus, & Cancellario differens.

In Proœmio ad regul. Cancell. q. 1.

Onuphr. in vita Innocent. & Pauli 4.

d. q. 1.

XIII. Quanti vero fuerit hæc iuriſdictio apud veteres etiam cum nondum Eccleſia tanta poteſtate temporali, tantaque apud Imperatores authoritate pollebat ex ſupradictis videtur, nempe apud Orthodoxos & pios Epiſcopos, ac Principes ſummi fuiſſe: apud hæreticos flocci: ſic Conſtans Occidentis Imperator Iulio in cauſa Athanaſij cnm eſſet Orthodoxus adhæſit: contra vero Conſtantius Arrianus aduerſatus eſt. Sic Valentinianus reſcribebat vt quod Pont. Rom. decreuiſſet legis vice haberetur, cogeretúrque quiuis Epiſcopus ab eo citatus coram illo comparere: & alibi vt illi ius eſſet iudicandi de Epiſcopis & de fide, quia principatum obtinet Sacerdotij: ſic demum Iuſtinianus antequam deliraret: Ideoque omnes Sacerdotes vniuerſi Orientalis tractus & ſubjicere, & vnire ſedi veſtræ Sanctitatis properauimus: & infra. Nec enim patimur quidquam quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, quamvis manifeſtum, & indubitatum ſit quod mouetur, vt non etiam veſtræ innoteſcat Sanctitati, quæ caput eſt omnium Eccleſiarum. En de Imperatoribus: at de Epiſcopis omnes de fide rectè ſentientes Iulio pro eodem Athanaſio morem geſſerunt: hæretici contradixerunt. Et cum Euſtathius Sebaſtiæ in Armenia Epiſcopus Synodali ſententia depoſitus ob hæreſim ad Epiſcopum Romanum perfugiſſet, cumque decipiens, vt credendum

l. vn. C. Theod. de ordinat. Epiſcop.

Epiſt. præambulari ad Concil Calched.

Epiſt. quæ refertur l. 4. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

Digitized by Google

dendum eſt, diſſimulata hæreſi, & facta vera profeſſione meruiſſet reſtitutionis litteras, nonne cum eas obtuliſſet Synodo Tyanenſi ſtatim reſtitutus eſt? Denique ex ſupra notatis ſatis conſtat eos depoſitos vel reſtitutos fuiſſe penes Orthodoxos quos deponendos vel reſtituendos cenſuerit Epiſcopus Romanus, vt etiam in Concilio Calchedonenſi Theodoritus ſede ſua dignus iudicaretur qua depoſitus fuerat vt Neſtorianus in Concilio Epheſino cum ipſe appellans ad Leonem ei fidem ſuam probaſſet, obtinuiſſetque vt reſtitueretur. Denique ipſi etiam Orthodoxi qui aliquandiù de iſta iuriſdictione decertauerunt cum eod. Pontifice, non ſchyſmaticè, at quod ſic obſeruandum crederent, ei tandem adquieuerunt, illorumque contentio profuit vt hæc iuriſdictio magis agnoſceretur & confirmaretur.

Hac de re Baſil. epiſt. 74. ad Occidét. Epiſc.

Iam vero quiſque perpendebit quorum ſit potiùs approbandum iudicium orthodoxorum an hæreticorum.

Digitized by Google

PONTIFICIÆ IVRISDICTIONIS.

LIBER V.

DE EADEM SVPREMA SVMMI PONTIFICIS POTESTATE in res Eccleſiaſticas.

CAPVT I.

DE ANTIQVA ET POSTERIORE Diſpenſatione rerum Eccleſiaſticarum.

ELECTIO.

1. *Condemnati qui Eccleſiam & Eccleſiaſticos nihil proprium poſſidere debere dixerunt.*
2. *Perfectos Chriſti diſcipulos nihil poſſediſſe.*
3. *Duo genera diſcipulorum Chriſti, quorum, alij paupertatem profeſſi ſunt nihil poſſidentes, ijque dicti perfecti: alij quibus licet poſſidere etiam Eclcſiaſticis.*
4. *Apoſtolorum tempore, & Canone licuit Eccleſiaſticis poſſidere.*
5. *Damnandi Eccleſiaſtici non qui poſſident, ſed qui poſſeſſis abutuntur.*
6. *Pretia prædiorum non ipſa prædia capiebant Apoſtoli.*
7. *De Siclo Iudaico.*
8. *Placuit tandem prædia retineri.*
9. *De communione Pythagorica, Platonica, & Apoſtolica. Et an communio ſit approbanda.*
10. *Quinam ætate Apoſtolorum communionem receperunt.*
11. *D. Petrus diſpenſator rerum Eccleſiaſticarum.*
12. *Apoſtolica conſtitutio de diſpenſatione rerum Eccleſiaſticarum.*
13. *De adquiſitis quondam ab Epiſcopo. Quatenus diuidebantur inter Eccleſiam, & eius parentes: quod hodie non obſeruatur.*

Digitized by Google

14. *An liceat Sacerdoti qui patrimonium ſufficiens habet, vti rebus Eccleſiaſticis ad victum, & veſtitum.*
15. *Cẽſura abutentium iſtis rebus.*
16. *D. Petrus & Apoſtoli edicta de rerum Eccleſiaſticarum diſpenſatione fecerunt.*
Conſtitutio Clementis 1. vt eſſent in abſoluta poteſtate Epiſcopi.
17. *Canon Calchedonenſis Synodi de œconomo his præficiendo.*
18. *Sanctio Silueſtri 1. de diuidendo reddit̃u Eccleſiaſtico in quatuor partes: quatenus, & quouſque obſeruata eſt.*
19. *De origine beneficiorum, & præbendarum, tum apud gentiles, tum apud Eccleſiaſticos.*
20. *De Titulis Eccleſiaſticis: Illorum origine:*
Vt pendebant ab Epiſcopi diſpoſitione: vnde nec licebat Sacerdoti à ſuo titulo diſcedere, aut quidquam in illo gerere ſine licentia Epiſcopi.
21. *Pœna ex Canone Apoſtolico in Eccleſiaſticum vt homicidam qui pauperem negligit.*
22. *Interuerſa, & ſuppreſſa illa diuiſio antiqua, ad duas tantum partes redacta, vnam pro Epiſcopo, alteram pro Capitulo, vnde neglecta Eccleſiarum reparatio, & cura pauperum.*
Sic Nicol. 4. redditus Eccleſiæ Rom. diuiſit.
23. *Carolus 6. Rex Galliæ priorem diuiſionem reſtituere voluit.*
24. *Poſt illam antiquam diuiſionem quæ partes fuerunt Epiſcopi Romani in res Eccleſiaſticas omnium diœceſium.*
25. *Præcipuè illius cura fuit ne diſſiparentur, & alienarentur.*
Inde Vrbani 1. conſtitutio. & de alienatione legitima.
26. *In alienatione requiſitus ſummi Pontificis conſenſus: ſed olim Epiſcopi, & Capituli.*
27. *Quatenus is conſenſus requiritur apud nos.*
28. *De patrimonio Eccleſiæ Romanæ vt liberam eius diſpoſitionem habeat ſummus Pontifex.*
29. *Qui Pontifices eo ſobriè vſi ſunt, etiam erga ſuos parentes.*

HVc vſque de ſummo ſummi Pontificis iure in Eccleſiaſticas perſonas: quod ſi in eas quanto magis in res, cum illæ ſint digniores, iſtæ duntaxat acceſſoriæ, hominum nempe gratia creatæ? Sed vt de cæteris tanti Pontificis quibus nunc perfruitur prærogatiuis principalibus, & ad Monarchiam pertinentibus vidimus, videlicet non à principio illis omnibus vſum eum eſſe, ſic neque poſt plura ſecula à fundato Eccleſiæ Principatu tantoperè ſibi adrogauit in res Eccleſiaſticas: quantum deinde neç

Digitized by Google

abſque contradictione non ferentibus, qui nunquam ſatis habent vt genio indulgeant, quidquam inde diminui: & cauſam contradictionis dantibus ipſis Pontificibus, qui quod erogabant in prophanos plerumque vſus conuertebant.

Verùm antequam vlterius progrediamur neceſſarium, credo aut ſaltem non iniucundum de primæua ipſarum origine & diſpoſitione narrare.

I. Nec eſt vt diſputemus an iure meritóque licuerit & expedierit Eccleſiæ eam immobilibus, vel pretioſa ſuppellectile, & ingenti theſauro ditem eſſe. Siquidem iamdiù diris votum fuerit dogma aſſerentium nulli poſſeſſioni incumbere Eccleſiam debere: & neminem Chriſti Vicarium legitimum extitiſſe, niſi qui paupertatem Chriſti imitatus eſſet. Diris, inquam, votum à Ioanne primum 22. deinde à ſacro Concilio Conſtantienſi, inter errores Ioannis Huſſ, & Ioannis Vviclef, qui Pauperum Lugdunenſium longè ante damnatorum hæreſim renouauerunt.

II. Equidem certum eſt perfectos imitatores Chriſti amplexos fuiſſe paupertatem: atque vt Sixtus 3. Papa (ſi eius eſt qui circumfertur libellus de diuitiis) & ante illum D. Hieron. omnes diſcipuli Chriſti ſuas abiecerunt diuitias, non perſecutionis, ſed religionis cauſa, vt eſſent diſcipuli Chriſti. Nec eſt quod falſo exemplo ſuas tutentur diuitias, qui Zachæum publicanum, & Iozephum Arimathienſem diſcipulos Domini abundaſſe facultatibus dicunt: Negantur enim à Domino aſſumpti ſuas diuitias retinuiſſe, aut ſi retinuerunt fuiſſe perfecti diſcipuli: dicente Chriſto non eſſe diſcipulum ſupra magiſtrum, nec ſeruum ſupra dominum ſuum: & ſufficere diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo vt ſit ſicut dominus eius: denique D. Hieron. de Zachæo: Diuiſit, inquit, pauperibus medietatem ſubſtantiæ ſuæ: quia tamen paruulus erat, & proceritati Apoſtolicæ ſe non poterat extendere non fuit in 12. numero Apoſtolorum.

To.5. Biblioth. patr. D Hieron. in cap. 20. Math. Clem. 1. ep. 4. vnde can. dilectiſſimis can. 12. q. 1.

Epiſt. ad Pammach. ſuper obitu Paulinæ vxoris.

III. Sed vt non omnibus Chriſtianis impoſita fuit neceſſariò in omnibus rebus abſoluta imitatio Chriſti: at illis ſolis qui vſquequaque exacta illius præcepta, vt ad perfectionis periodum peruenirent, profeſſi ſunt: ita nec omnibus facultatum poſſeſſio interdicta eſt: at illis Chriſti ſequacibus qui præceptum ſuſceperunt, Ne aurum, neque argentum, neque pecuniam (quæ eſt generale diuitiarum vocabulum) in zonis poſſiderent, vt intelligamus duo Chriſtianorum inſtituta eſſe genera: vnum

D Hieron. citatus can. duo ſunt 12. q. 1.

Digitized by Google

eorum quibus vt vitam æternam conſequantur, nihil aliud ſuadetur quam vt ſeruent mandata: alterum quod eſt perfectorum, Vt vendant omnia quæ habent, & dent pauperibus, nudique nudum ſequantur Chriſtum: quorum vt zelus maior, ita non ſolum vt illi primi vitam æternam poſſidebunt: ſed hanc & inſuper centuplum quo ſciant ampliorem forè retributionem ſuam: ſunt enim diuerſæ manſiones in domo Dei: ac diuerſa luminum dona: vt ſtellæ licet in eodem cœlo aliæ aliis clariores ſunt: qua comparatione D. Paulus diuerſas Sanctorum gratias referebat. Denique Ananias & Zaphira potuerunt inter fideles numerari etiam non contributis in commune diuitiis ſuis. Ideo enim duntaxat damnati quod hypocritæ gloriam paupertatis falſo titulo ſibi quærentes, mentirentur, & fingerent ſe ſuis renunciare quorum tamen aliquam partem retinerent: adeo Deus animam duplicem deteſtatur. Math 19.

Non ergo damnandi ſunt Sacerdotes qui poſſident diuitias, ſeu patrimoniales, ſeu eccleſiaſticas: Num enim Apoſtolorum canone licuit Epiſcopo vtrumque poſſidere dum præceperunt, vt manifeſtæ eſſent res Epiſcopi propriæ, ſiquidem haberet proprias, & manifeſtæ res dominicæ? At illi damnandi propter quos gemit Eccleſia dolens, quia, vt ait Potho Præſbyter, videt fictæ religionis hominibus altaris Chriſti Sacramenta committi: & eorum vſui ſeruire ſtipendia Eccleſiarum quæ ſunt patrimonia pauperum, pretia animarum: & ordinis Eccleſiaſtici dignitates non vitæ meritis, ſed negotio illi quod perambulat in tenebris tribui: iſtis videlicet qui propter bona temporalia cupiunt eſſe Prælati vt diuitiis affluant, & luxurientur. IV. 40. V. Lib. 1. de ſtatu domus Dei tomo 9. biblioth. patr.

Non tamen inficias iri poteſt primam primorum Patrum mentem fuiſſe, vt Eccleſia nullis poſſeſſionibus, ſeu fundis incumberet, quia non ipſas poſſeſſiones volebant, ſed illarum duntaxat pretium, quod ad pedes Apoſtolorum afferebatur: idque diacono cuſtodiendum in vſus pauperum dabatur; vnde apud Prudentium celebris hiſtoria D. Laurentij. Fortaſsè ad inſtar legis Hebraicæ ex cuius edicto Sacerdotibus & templo nulla terreſtris poſſeſſio fructifera relicta fuit, ſed illis quidem decimæ, primitiæ, & oblationes: templo vero ſiclum conferebatur: quod ideo dicebatur ſiclum ſanctuarij, & ab omnibus Iudæis vbicumque morarentur tranſmittebatur Hieroſolymam ad ſummum Pontificem; etiam ex vrbe Roma, vt meminit Cic. in oratione pro L. VI. VII.

Flacco licet prohibentibus Conſulibus, & Senatu ne id fieret.
Sed tandem Veſpaſianus vrbe domita iuſſit illud Ioui Capi-
Lib.7. de bello Iudaico ca.17. tolino addici, vt ſcripſerunt Dio in eius vita, & Ioſephus:
quod viderentur, eius pecuniæ abundantia freti, proteruiores
VIII. Iudæi.

Sed experientia rerum magiſtra docente facilem eſſe mobi-
lium iacturam quæ pauperibus maximo damno eſſet, ſanctiùs
viſum eſt immobilia conſeruari: Nec enim primitiuæ Eccleſiæ
fundatoribus vnquam venerat in mentem ſuos ſucceſſores adeò
IX. degeneres futuros vt his abvterentur. Atque quò fideles ad
Chriſti exemplar perfectiùs formarentur credibile eſt, vt Apo-
ſtolos ſic ſequentes Patres in votis habuiſſe, vt in hac quam pri-
mitiua Eccleſia fundauerat domo omnia communia eſſent, nec
dicerent ſinguli hic eſt meus fundus, hæc mea villa: dicente
ſcriptura, Multitudinis credentium cor vnum erat, nec quiſ-
quam eorum quæ poſſidebant aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed illis
erant omnia communia, vnde nemo egens erat inter illos.

Itaque non omnes ſua vendebant, ſed ita poſſidebant vt vel-
Diog. Laert. in Pythagora. lent communia eſſe. Tanta communionis virtus, vt ab illis no-
Ioſeph lib. 18. ſtris expeteretur non ſolum: ſed & quondam à Pythagoricis &
antiquit. cap. 2. horum diſciplinam quaſi recolentibus Eſſæis. Quanquam fue-
rint ex noſtris qui communionem Socraticam, vel potiùs Plato-
nicam auerſati fuerint, non ſolum propter mulierum infame
Lactant. lib. 3. cap 21 lib. 5. c 5 contubernium, ſed propter cæteras etiam res quarum ſocietate
Saluian lib 7. æquabili dicebant pleraſque virtutes excludi. Ecquis enim,
de gubernat. Dei. aiunt, liberalitatem, frugalitatem, continentiam præſtare po-
terit ſi omnes ex æquo abundent? Nullum ergo tempus à pro-
prietatibus, & meo tuoque vacaſſe, nec quidem ſub aureo Satur-
ni ſeculo in quo vt fertur,

Nec ſignare quidem, nec partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant:

Sed has proprietates vſu fuiſſe communes: quod maximè appro-
Philoſtr. in eius vita lib. 4. cap. 1. bauit apud ethnicos non pauci nominis Appollonius: quando-
quidem prompti erant domini de ſuo aliorum neceſſitatibus
contribuere, ac ſua viridaria, ſuoſque agros omnibus exhibere,
quod Thebano quondam Pelopidæ in ſuis placuiſſe narratur à
Plutarcho.

Verùm tamen fateamur oportet, quod ille Potho præſbyter
dixit, In prima cōſtitutione naturam, id eſt, Deum omnes homi-

Digitized by Google

nes æquales condidiſſe: vt ſicut aërem hunc & ſolem omnes communiter habent: ſic & fines terrarum, & fructus agrorum cunctarumque ſubſidia rerum, æqua diſtributione ſortirentur. Denique niſi peccaſſet homo, nunquam æqualitas ceſſaſſet. Ergo ex peccato inæqualitas. Quantò vero ſatiùs eſſet æqualitate regnante non prodi aliquarum virtutum effectus, quam per inæqualitatem tot prauos ſuboriri affectus, totque incommoda quibus virtutes neceſſe habeant ſe ſe exercere? vel quam ex inæqualitate tot malorum prodigia naſci? itaque D. Auguſtinus: Melius eſt fratres mei, vt nullus ſit miſer quam vt tu facias miſericordiam: melius eſt vt omnes ſint ſani quam vt exerceatur ars medici: melius eſt ergo vt omnes boni regnent in illa patria, quam vt ſint quibus impendatur miſericordia. In Pſal. 118.

Quapropter credendum eſt Apoſtolorum, ac qui proximè eos ſequuti vel imitati ſunt, intentionem fuiſſe ſic domum Eccleſiæ per ſanguinem Chriſti productæ diſponere, vt conditionem hominis quæ ante peccatum erat, vel potiùs cæleſtis Eccleſiæ ſtatum referret: atque ideo ſiue mobilia, ſiue immobilia communia eſſent. Hinc Gregorius Nazianzenus inter cætera Arrianorum crimina numerat, quod dicerent meum eſt argentum, & meum aurum, Dei voces vſurpantes: & D. Gregorius Eccleſiam Anglicanam inſtituens, ſuadet, vt in ea hæc communio inducatur. Orat. 25.

X. An vero ſoli Sacerdotes, & Clerici communionem obſeruauerunt ætate Apoſtolorum, an etiam laici? Certè D. Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana, Illi, inquit, credentium qui fuerunt ex Iudæis ſeruauerunt illam communem vitam, quia erant legalibus oneribus aſſueti: alii autem qui de gentibus conuerſi fuerunt, talem viuendi modum non ſeruauerunt. Ex quibus inferendum videretur ſolos Leuitas ad Chriſtianiſmum vocatos communionem profeſſos eſſe, cui ex ritu Leuitico innutriti eſſent, quippe nullos agros poſſidentes, ſed decimas primitias, & oblationes in commune percipientes: ac cæteri Iudæi omnia priuata habebant, iuxta diuiſionem poſſeſſionum primitus factam. Sed crediderim inter Clericos omnes eam communionem primitus obſeruatam fuiſſe: ac tandem tepeſcente primo illo ardore ad Monachos relegatam eſſe, quos propterea tãtopere commendat D. Chryſoſtomus. Homil. 74. in cap. 23 Math.

XI. Cum vero Eccleſia cœpit augeri facultatibus, tam mobilibus,

Digitized by Google

quam immobilibus: an eorum regimen habuit vbicumque ſummus Pontifex Epiſcopus Romanus? Equidem prætia poſſeſſionum afferebantur ante pedes non ſoliùs Petri, ſed Apoſtolorum quæ diuidebantur ſingulis, provt cuique opus erat. Sed à quo an à ſolo Petro? Sanè cum ipſius ſolius in Saphiram & Ananiam legatur cenſura, credibile eſt potiſſimum eius fuiſſe iſtius diuiſionis arbitrium, qui potiſſimus eſſet fraudis in res Eccleſiaſticas vindex, vt proculdubio chori Apoſtolici Princeps.

XII. Quia vero ipſe Petrus & Apoſtoli præſentes vbique eſſe non poterant, & ſeu iam fundatis plurimis Epiſcopatibus, & zelo fidelium patrimonio donatis, ſeu quod præuiderent futura hæc eſſe, mox prodijt Apoſtolica conſtitutio, vt res vniuſcuiuſque diœceſis penes vnumquemque illius Epiſcopum eſſet, qui eas adminiſtraret tanquam Deo intuente: ac ſibi exinde, & Clericis, & pauperibus neceſſaria ſuppeditaret: ſibi videlicet & Clericis ſi pauperes eſſent, vt ſic adminiſtrator & diſpenſator illarum eſſet in vſus duntaxat pauperum: interdictus [a] potiſſimum ex redditibus Eccleſiaſticis augere priuatas opes, ac ſuis cognatis & parentibus relinquere quæ Dei ſunt. Quod adeò obſeruabatur, vt quidquid poſt Epiſcopatum adquiſierat Epiſcopus relinquere Eccleſiæ ſuæ debebat [b], videlicet ſi nihil ante Epiſcopatum habebat? Quod ſi habebat quia in diſputationem venire poterat, an ex ſuo, an ex redditu Eccleſiaſtico adquiſita eſſent, Synodus Toletana c 9. voluit adquiſitorum à defuncto Sacerdo-

XIII. te inter Eccleſiam, & hæredes eius æqualem partitionem fieri, ſi æqualis bonorum contributio allegari poſſet: quæ deciſio magnam rationem habere videbatur, ideoque recepta fuit apud alias gentes, vt quæ ſunt Eccleſiæ reddantur Eccleſiæ; quæ priuatorum, priuatis: &, vt eſt in Euangelio, quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari. Eſt enim iuſtum apud Deum & homines, vt nec Eccleſia damnum aliquod accipiat propter rerum Epiſcopi ignorationem, nec Epiſcopus vel eius cognati prætextu Eccleſiæ proſcribantur. [d] Itaque deſcriptio [e] rerum Epiſcopi fiebat: quod ſi inuentarium ſuorum bonorum ipſe non feciſſet, quo diſcer-

Can. 39 41. Can 24.25. Antioch. Concil. Ep 1 Vrb.1. Sic Vrban. ſedens. anno 223. prohibuit prædiorum Eccleſiaſticorũ redditus in alios vſus conuerti quam pauperũ. epiſt. decret ad vniuerſ. Epiſc.

a d Can. Apoſt. & Can. 33 48. Agath. Concil. Can. 16. Bracar 2.

b Can. 4 Tolet. 2 ſub Bonifacio 2.

Can 49. Cõcil. 3. Carthag. ſub Syricio, vel Can. 35. eiuſd. Synodi apud Balſamon.

Concil. Pariſ. ſub Greg. 4 an. 829 cap 16. Lib 1. capitular cap. 88. vide Gregor. magn. ep 1. lib. 5. ep. 53. lib 7. cap. 8. Concil. Mogunt. ſub Leone 4.

c Can 4. vnde can. Sacerdotes can. 12. q. 4. can. 15. Bracar. 2. tomo 2. Concil. Synodus Gallicanæ apud Bochel lib. 4. decretorum tit 16. Quod factum & cultum eſt in terris Eccleſiæ, ad Eccleſiam pertineat, can. 4. Tolet. 2. ſub Bonifacio 2. an. 531.

d Can. 40. Apoſtol. & quæ congeſſit Photius in Nomocan. tit. 10. cap. 5.

e Can. 12. Concil. Tarracon. tomo 2. Concil.

nerentur

nerentur ab Eccleſiaſticis propria, fauor erat Eccleſiæ[f], vt in
dubio illi relinquerentur adquiſita: Neve fraus fieret prohibe-
bantur propinqui Epiſcopi defuncti vel Clerici, res eius attrecta-
re inconſulta Eccleſia.[g] Quæ omnia iam apud pleraſque natio-
nes antiquata ſunt, atque in ipſa etiam Hiſpania vbi adeo paren-
tes ſuccedunt defuncto Sacerdoti in adquiſitis ab eo, vt etiam
percipiant fructus beneficij duorum annorum ſequentium ab
obitu beneficiati propter impenſam funeris. Quod in Medio-
lanẽſi Prouincia obſeruari quoque dicitur: Noſtris vero moribus,
fructus anni quo ille defunctus eſt, pertinent ad parentes eius pro
rata tantum temporis quo illo anno vixit.

Hæc autem antiqui illi Patres ſanxerant, vt ſcirent Eccleſiaſti-
ci ſe fructuarios duntaxat eſſe rerum Eccleſiæ: atque iſta ſtrictè,
vt nefas crederent eas attrectare ſui commodi cauſa, vel etiam
alimenti ſi proprias facultates haberent, vt pote quæ pauperum
eſſent, & propter eos Eccleſiæ data, vt dum his reficiuntur, ei qui XIV.
dedit, veniam obtineant apud Deum præcipientem ideo nobis,
vt faceremus amicos de mammona à quibus recipiamur in æter-
na tabernacula: quemadmodum apud Gregorium Turonenſem
piè recordabatur Chrodinus. Verumtamen an ſit Sacerdoti ha-
benti patrimonium ſæculare licitum de Eccleſiaſtico ali contro-
uertitur inter Canoniſtas, [h] pleriſque aſſerentibus licitum eſſe:
quanquam alia videatur Sanctorum Patrum aſſertio, non ſolum
illicitum eſſe, ſed & ſacrilegum. Atque Apoſtoli in ſuo Canone,
Ex iſtis, inquiunt, percipiat quibus indiget Epiſcopus, ſi tamen
indiget. [i] Ergo ſi non indiget, percipere non debet. Quapropter
primi Eccleſiaſtici patrimonia ſua pauperibus [l] erogabant, vt
tutò res Eccleſiaſticas diſpenſare poſſent.

Quod ſi vix ſecuri ſunt qui de ſuo diuites, vtuntur rebus Eccle-
ſiaſticis, licet ſobriè, inde victum & veſtitum ſumentes quos à
propriis potiùs ſumere deberent; quam non gehennam appre-
hendere illi deberent qui de ſuo & de altario luxuriantur, & ſu-
perbiunt, ex jiſque ſibi comparant fræna aurea, ſellas depictas;
ne quid pejùs dicatur: ac profundentes vtraque obſurdeſcunt
clamoribus pauperum dicentium: In fræno quid facit aurum?
noſtrum eſt quod effunditis, nobis crudeliter ſubtrahitur quod
inaniter expenditis. Sic Religioſus Abbas. [m] Denique ne quis
ſibi blandiatur dicto Pauli, conſideret ipſum Paulum nihil ſibi XV.
patrimonij retinuiſſe; ac etiam adeo religioſum fuiſſe, vt nec

f Balſam. ad d. Can. 40.

g Tolet. 9. Can. 7. Valent. Hiſp cap. 3 ſub Ioan 2. an. 524. Quiſcumque ex gradu Eccleſiaſtico ſine teſtamento, & ſine cognatione diſceſſerit, hæreditas eius, ad Eccleſiã vbi ſeruiuit, deuoluatur, ſimiliter de ſanctimonialibus. cap. 17 addit. 3. ad capitularia.

Lib. 6. cap. 20.

h Felin ad cap. poſtulaſti de reſcriptis n. 6.

i Balſam. ad Can. 48 Synodi in Trul. can. 25. Antioch. Concil.

Can. non habenti 12. q 2 ex Synodo Africana. Can. 16. Bracar. 2. D. Thom. 2. 2. qu. 185. art. 7. ex D. Hieron. ad Damaſ. Papam.

Proſper lib. de contẽplat. vitæ vnde. Can. Clericis, & ſeq. ca. 1. q. 2 & habetur Concil Aquiſgran. ca. 35. ſub Steph. 1. & Can. 15. Pariſ. an. 829

l Can. expedit. Can. 12. q. 1.

m D. Bern. ep. 2. & 42.

voluerit de altari viuere, quoniam ſuis manibus ſibi ad ſuas neceſſitates ſufficere poſſet.

Sed vt ad rem: prima ergo de rebus Eccleſiaſticis conſtitutio Apoſtolica fuit, id eſt Synodi Apoſtolorum, ac proinde D. Petri.

XVI. Quod ſi hos Canones quis Apoſtolorum neget (de quo tamen alibi plura) ſaltem veriſſimum eſt Apoſtolos aliquid de oblatis Eccleſiæ ſtatuiſſe, cæteriſque Epiſcopis præcepiſſe, ac præcipuè illorum Primatem D. Petrum quem Synodis Apoſtolicis præſediſſe nemo negabit: ac eam conſtitutionem rurſus ſanxiſſe dicitur Clemens Petri poſt Linum & Cletum ſucceſſor cum hoc præcepto, Ne ad rationes vocaretur Epiſcopos, quia Deũ inſpectorem haberet: quibus ſanè ampliſſima erat conſtituta Epiſcopi authoritas, qua fortaſsè quoniam abutebatur, aut rerum Eccleſiaſticarum nimia cura à miniſterio ſpirituali reuocabatur, prodiit ex Concilio Calchedonenſi ſanctio, vt iſtis præficeretur œconomus qui ex clero eſſet rationibus reddendis obnoxius, ſed eligendus ab Epiſcopo: aut, eo negligente, à Metropolit. etiam in Epiſcopali Eccleſia, necnon in Archiepiſcopali à Primate ſi Metropolitanus electionem negligebat. Deinde cœperunt Imperatores œconomum dare, vſque ad Iſaaci Comneni Imperium, qui rerum Eccleſiaſticarum procurationem Eccleſiæ reſtituit.

Cap 35. lib. 2. conſtit.

Can. 16. Vide tit. 10. Nomocan. Photij de peccatis Epiſcopi apud Balſam. Atque idẽ Balſamo ad Can. 11 Nic. 2. Concil. Nouiſſimo ſeculo, nempe anno 1579. in Concilio Mediolanenſi iubetur œconomus adhiberi iuxta Conciliũ Calchedonẽſe, qui Eccleſiæ Cathedralis prædia, reſque omnes adminiſtret, nec ſit alia affinitate conjunctus Epiſcopo. parte 3. tit. de Epiſcopo & Epiſcopali iuriſdict.

Sed videtur hæc conſtitutio ſpecialis fuiſſe pro Eccleſia Conſtantinopolitana, aut ſaltem ſpecialiter ibi obſeruata: alibi verò & longè ante, aut quia iam Epiſcopi non retinebantur canonibus; quin Clericis & pauperibus poſthabitis maiorem rerum Eccleſiaſticarum partem in ſuos vſus conſumerent: aut quià creditum eſt fore, vt id fieret, ideoque lege præcauendum (ſi legibus audacia humana ab eo quod nefas eſt reuocari poteſt,) hinc Silueſter 1. edidit vt in quatuor partes diuiderentur: cuius tamen cõſtitutio vt eſt in codice Conciliorum, obſcuritatis non parum habet. Quid eſt enim quod dicitur, vt redditus Eccleſiæ in quatuor partes fiant, & quarta pars exigatur ab Eccleſia, vna pars ſit Pontificum (ſic enim ſe textus habet) fratribus dimidia ad Eccleſias releuandas, & dimidia præsbyteris, & diaconibus cum omni Clero & populo? Quippe ſi vna pars Eccleſiæ, altera Pontificibus; quæ duæ partes dimidiam faciunt: quo modo dimidia fratribus, & alia dimidia præsbyteris & cæteris dari poteſt? niſi fortè dicatur in dimidia quæ ſupereſt dari dimidiam fratribus, & dimidiam præsbyteris & cæteris. Dein-

Digitized by Google

de qui ſunt quos vocat fratres Pontificis ? niſi intelligantur qui ſunt ex eius collegio ei perpetuò adſidentes ; ad differentiam eorum qui ad titulos paſſim vel in vrbe , vel extra conſtitutos mittebantur: cuiuſmodi hodie ſunt Cardinales. Denique vbi eſt pars pauperum ? & quota pars remaneret Præsbyteris, & Clero ſi ex ead. populus participandus eſſet ? & quorſum populus de rebus Eccleſiæ ſuſtentaretur, quæ Cleri duntaxat, & pauperum debent eſſe? Sanè neſcio quo vate , ſed bono, frater Bartholomæus Carranzam ipſum textum non ſequutus , at Silueſtri & cæterorum qui adfuerunt Concilio mentem claris verbis canonem ita retulit, vt iſtarum quatuor partium, vna cederet Pontifici ad ſui ſuſtentationem : altera præsbyteris , & diaconis , & omni Clero : tertia Templorum & Eccleſiarum reparationibus : quarta pauperibus : atque eam interpretationem Gelaſius 1. & Simplicius 1. in ſuis epiſtolis fecerunt: ex quibus Gratianus ſuos in eam rem canones digeſſit : nec Gregorius 1. ab iſta fuit alienus : & denique iiſdem verbis diſpoſuerunt aliquot Synodi particulares, quamtumvis à Silueſtri ſeculo plurimum diſtantes. Porrò iidem Pontifices Romani adeo hanc obſeruauerunt diſtributionem, quam ab Apoſtolica ſede ordinatam dixit Gregorius magnus interrogat. 1. ad Auguſtinum monachum, vt Simplicius iuſſerit Gaudentium præsbyterum reſtituere, quod plus ſua parte vſurpaſſet : atque cum quidam Epiſcopi de augmento ſuorum reddituum anxij recuſarent Clericis quartam nouiter adquiſitorum, idem Gregor. magnus Maximianum Epiſcopum Siracuſanum commonuit, vt hanc quam vocat rem prauam ſubintroductamque viuaciter emendare feſtinaret : ac ſiue de præteritis rebus, ſiue de iis quæ recens obuenerant quarta Clericis diſpenſaretur : incongruum namque eſſe vnam eamdemque ſubſtantiam Eccleſiæ duplici quodammodo iure cenſeri, id eſt vſurpationis, & canonum : aſſerentibus autem præsbyteris ex ea quarta duas ſe partes habere debere, tertiam reliquos Clericos, cenſuit in diſpoſitione eſſe Epiſcopi quartam inter præsbyteros, diaconos, aut Clerum diſtribuere ex meritis. Ipſe vero Epiſcopus quartam ſolus capiebat, non propter maiorem dignitatem : ſed vt ait idem Greg. propter hoſpitalitatem, & ſuſceptionem : atque ita eam in quatuor partes diſtributionem ab Apoſtolica ſede præcipi dicit, verum ſatiùs fore vt Apoſtolica communio in Eccleſia Anglorum, nuper ad fidem perducta, inſtituatur : an

In ſumma Canonum.

Can. conceſſo. Can. quìquam: Can. de redditibus. ca. 12. q. 2 Can. cognouimus. ibid. Cap. 10. Mogũtini Concil. an. 847. Concilio Triburienſi, an. 895. cap. 13. & Nannetenſi cuius ætas incerta eſt cap. 10. Can. 7. Concil. Vvormat. ſub Adriano 2 an. 808. & Can. 47. eod.

Ep. 11. lib. 3. indict. 12 ep 8. lib. 7. indict. 1. cũ ep 29. lib. 9. adde Can. 56. Agath. Concil.

d. cap 1. interrogat. B. Aug. Cantuar.

Digitized by Google

Opuſculo de diſp. rer. Eccle. autem iſta diuiſio diù fuit obſeruata? Equidem Agobardus illam ad vſque proxima ætatis ſuæ tempora cuſtoditam fuiſſe refert. Ergo iam ceſſauerat.

At profectò vix potuiſſe hanc diſciplinam retineri in Eccleſia Epiſcopis ſua authoritate abutentibus docent Gelaſij, Simplicij, Gregorij, & tot Conciliorum decreta, quæ facta non fuerunt niſi quia tranſgreſſio apparebat. Deinde per ea Concilia variatum eſt in diſtributione plurimis in tres tantum partes diuidentibus;
Can. 16. alijs in medias, puta Aurelianenſe 1. quod ſedente Symmacho habitum eſt anno 507. ſtatuta eſt ſecundum antiquos canones
Can. 17. (vt dicitur) Epiſcopo medietas de his quæ in altario oblatione fidelium conferuntur: & medietas Clero. Deinde alio canone præcipitur, Vt quæcumque parochiis in terris, vineis, mancipijs, atque peculijs fideles obtulerint, hæc in poteſtate Epiſcopi conſiſtant: eorum autem quæ altario acceſſerint, tertia deferatur Epiſcopo, duæ Clericis: Decimarum vero tertia ſingulis annis, aut in anno tertio totæ decimæ: aut ſecundum Romanos quarta, vel in quarto anno totæ. Sic Synodus. Quid verò primum in
Can. 18. medias partes, deinde in tres? an quia eod. recidit vtraque diuiſio: videlicet vt media ſit penes Epiſcopum, qui curam pauperum habiturus ſit, vt dicitur altero canone: Clerus vero aliam dimidiam, qua ſibi & reparationibus Eccleſiarum ſuccurrat: vel in tres partes, vt tertiam partem habeat Epiſcopus pro ſe & pauperibus, vnde illa tertia quaſi duas contineat: & alias duas Clerus pro ſe & reparationibus Eccleſiarum. Sed altera Synodus Aurelianenſis ſub Vigilio anno 540. vult eſſe in poteſtate Epiſcopi oblationes factas Baſilicis ciuitatum in quibuſlibet rebus,
Can. 5. atque corporibus, vt in eius ſit arbitrio quid ad reparationem Baſilicæ aut ſeruantium ibi ſubſtantiam deputetur. De facultatibus verò parochiarum vel baſilicarum in pagis ciuitatum conſtitutis, ſingulorum locorum conſuetudinem obſeruari. Apud Hiſ-
Can. 25. panos Concilio Bracarenſi anno 563. eadem trina diuiſio iubetur, vna pro Epiſcopo, altera pro Clericis, tertia pro reparationibus vel luminariis Eccleſiæ de qua Archipræſbyter, vel Archidiaconus rationem ſit redditurus Epiſcopo. Toletano 4. ſub Honorio
Can. 32. 1. an. 633. Epiſcopus iuxta priorum Conciliorum authoritatem, tam de oblationibus quam de decimis, tributis ac frugibus tertiã conſequatur. Emeritenſi ſub Vitaliano, pecuniæ à fidelibus obla-
Can. 14. tæ vnam partem Epiſcopus habeat: aliam præſbyteri & diacones:

Digitized by Google

tertiam ſubdiacones & Clerici: ac ſimiliter obſeruetur à parochytanis præsbyteris in ſuis Eccleſiis.

Sic alia ab aliis diſcrepauerunt Concilia, quorum tamen ſenſus fuit vt licet, nec pauperum, nec reparationum Eccleſiæ mentio in illis fieret: non tamen negligerentur ab Epiſcopo, & Clericis.

Deinde per ea aliqua parochytani præsbyteri priuatim à Cathedralibus debent habere quidquid ſuis Eccleſijs offertur, prohibitus etiam Epiſcopus aliis Conciliis id attingere, vt infrà dicetur; quanquam Toletano 9. ei adiudicetur tertia, eique liceat, aut ipſi Eccleſiæ parrochiali cuius eſt, aut alteri quam voluerit, illam conferre: denique Pariſienſi ſub Gregorio 4. an. 829. quartam ſumere poteſt decimarum, & reddituum ex oblationibus fidelium, ſi nihil rerum Eccleſiæ ſuæ habet: quod ſi habet, ſuis contentus eſſe debet: ergo vbique ex parochijs illi ſubjectis eam quartam exigere poterat, ſi non ſufficerent illi facultates Eccleſiæ ſuæ.

Can. 6. an. 655. ſub Vitaliano.

Can. 31.

Sed tandem antiquatis iſtis canonibus, & ſublata huiuſmodi diſcrepantia, Epiſcopi quam potuerunt partem vſurpantes, Clerici quoque ſuam ſibi addixerunt, eamque in matricibus & collegiatis Eccleſijs diuiſerunt pro dignitatum ratione: atque inde beneficiorum, & præbendarum inoleuit vſus; licet illorum author feratur [a] Innocentius 1. qui ſedebat anno 400. Sed non eſt credendus eo quod beneficia dixerit conferenda, intellexiſſe vt nunc hodie vocamus canoniam, ſeu præbendam cum certo & ſtato redditu qui ſucceſſionem habeat. præbendarum autem inſtitutio tribuitur [b] Calixto, nec dicitur cuius ætatis & Innocentio 2.

Verum beneficia, & præbendæ etiam apud gentiles & laicos innotuerunt, atque ab illis ad ſacros homines deriuata fuerunt. Nam beneficia dicta [c] ſunt agri militibus conceſſi, vel præpoſitura aliqua. Inde Frederico 1.[d] ſtomachus quod excidiſſet Adriano 4. dicere Imperatorem à ſe beneficium habere: Imperatore id nomen interpretante ad rationem feudorum quibus vaſſallus domini ſui beneficus, ſeu beneficiatus dicitur: Vnde Rubrica [e]: quæ fuit prima cauſa amittendi beneficij, id eſt feudi: & apud nos beneficia, ſeu feuda: initio ſumpto [f] à Clodoueo 1. qui Mildunum caſtrum iure beneficij cum totiùs ducatus regione Aureliano conceſſit, ob egregiè nauatam operam in conciliandis

a Ex epſt. eius 2. vnde canon, Si Monachus can. 16. q. 1.

b Can. nullus omnino d. cauſa 16. q. 7. can. ſ. ca. 1. q. 3.

c Vide Greg. lib. 15 Syntagmat cap. 23. Duaren. de ſacris Eccleſiæ miniſterijs lib. 2. cap 3.

d Radeuicus lib. 1. de geſt. Frederici.

e Tit. 24 lib. 2. feudor.

f Aimoin. lib. 1. cap. 14.

Digitized by Google

ei Clotildæ nuptiis. Ac eod. fermè ſenſu, præbendæ dictæ ſunt munera quæ parochi quotidiè legatis publicè miſſis exhibere tenebantur, vel largitiones ab Imperatoribus aut Principibus factæ.

Sed quoad Eccleſiaſticos putarim beneficia, ſeu præbendas eſſe eas portiones, quæ adſcriptis in Eccleſiam matricem aſſignabantur ab Epiſcopo: ac tractu temporis certæ, ſtatæque manſerunt: ideoque in eius rei memoriam à collatione Epiſcopi pendent etiam hodie vt plurimum.

Porrò aliud fuerunt à titulis qui extra matricem Eccleſiam conſtitutionem ſuam habuerunt authore, vt dicitur, Donyſio I. ſedente anno 260. qui conuentus fidelium diſtinxit in Eccleſias variis in regionibus poſitas, quas ſingulis præsbyteris dedit, & cœmiteria diuiſit, id eſt orationum loca, & vnicuique proprium quoque Sacerdotem ſtatuit, vt nullus alterius parochiæ terminos, aut ius inuaderet.

Itaque ex ea inſtitutione tranſcripti ſunt in diuerſas regiones, ſeu vicos Præſbyteri, ex eaque tranſcriptione, ſeu deſignatione ferunt tituli vocabulum promanaſſe. Nam non licuit ordinare Præſbyterum, vel Diaconũ niſi in Martyrio, vel Monaſterio, vel alicuius ciuitatis, aut pagi Eccleſia: ac ſic deſignatus, intitulatus dicebatur: nec fas erat aliquem duabus Eccleſiis intitulare. Huic autem titulo Epiſcopus aſſignabat aliquam portionem redditus Eccleſiaſtici: atque credendum eſt, vbi ſatiùs fuit prædia, quam pretia accipere, ea religione fuiſſe tunc Epiſcopos: vt ſi prædia offerrentur conuicina alicui pago in quo templum & parochiam erigere cõgruum erat, hæc ſtatim alimoniæ Præſbyteri, ac proinde huic templo potiùs quam matrici Eccleſiæ deputarent: & ſi quibus fidelium deuotio erat Eccleſiam conſtruere, non ante id concedebatur ab Epiſcopo quam huic dotem ex qua Præſbyter cum ea iungendus aleretur, dixiſſet. Sed iſtius Eccleſiæ cura adeo erat in diſpoſitione Epiſcopi, ab eoque tantopere pendebat Sacerdos, vt ei oblationes accipere, vel dare præter conſcientiam illius non liceret: & factæ ad matricem Eccleſiam pertinerent, vſquequo Maximus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſub Gennadio Patriarcha œconomus ſtatuit, vt deinceps remanerent penes proprium offerentis parochum, eiuſque Eccleſiam. Hinc ergo tituli longè alia ratione quam hodierno tempore, quoquidem promouendus ad ſacros Ordines dicitur habere debere titulum,

Can. 7. 8. Gãgr Synodi. Niceph. lib. 15. c. 22. & Concil. Tolet. 9. can. 1. prohibitus eſt Epiſcopus quidquã inde ad ſuam Eccleſiam deducere anno 655. Item can. 7. Cabilon. anno 664. nec de decimis can. 19. Cabilon. 2. an. 813.

Digitized by Google

ſed patrimonialem: de quo abuſu diſceptatum eſt in Concilio Tridentino, ſed fruſtra: Huiuſmodi autem tituli Eccleſiaſtici res ne quidem mobiles vt vinum, & frumentum alienare, & vendere prohibebatur Præſbyter niſi permittente Epiſcopo: Neque poterat ab eo recedere velut addictus glebæ, niſi eodem concedente: quod ſi recederet, interdicti erant alij Epiſcopi eum recipere, vt variis canonibus conſtat. Quæ cauſa fuit quod D. Hieronym. compulſus Sacerdos eſſe, ita Sacerdotium acceperit, vt nulli titulo adſcriberetur, vnde ſibi licentia eſſet in Monaſteriis vbicumque vellet degere, quemadmodum ipſe de ſeipſo ſcripſit. Namque nec ad Monaſterium ex titulo tranſire licebat niſi cum gratia Epiſcopi: ſic enim cenſet Lupus Abbas Ferrarienſis ad Guenilonem Epiſcopum: Et apud Gregorium Turonenſem, Theodulphus Pariſienſis Diaconus diris votus eſt à Raguimundo Pariſienſi Epiſcopo, quod ad Andegauum Antiſtitem tráſfuga redire nollet: nec ſecus in Romana Synodo Anaſtaſius Præſbyter Cardinalis depoſitus eſt, quod ſua relicta Eccleſia aliam inuaſiſſet. Denique Adrianus 1. Frederico 1. Archiepiſcopatum Rauennatem Guidoni Comitis Blanderatenſis filio conferenti obſtitit, prætextu quæſito quod Clericus eſſet Romanæ Eccleſiæ.

Hiſtor. Conci. Trident. lib. 6. p. 399. Can. 16 Nicæn. 1. can. 2. & 22. Arelat. ſub Syluestro 1. can 13 Concil. Arelat. ſub Syricio. can. 6. Taurinenſ. ſub eod. Can. 8. & 16. Calched. Can. 11. Tol. 13. Can. 3. Antioc. Can 10. Nicæni 2. Can. 17. 18. Synod 16. in Trullo Balſ ad can. 15. Concil. Sardic. Ep. 61. Greg. lib. 10. cap. 14. Sub Leone 4. an. 853. tomo 3. Concil. Radeuicus lib. 2. cap. 15. 16. 17.

XXI.

Sic ea ſe habuit illorum ſeculorum diſciplina: atque ſic diſpenſabantur res Eccleſiaſticæ habita pauperum ratione maximè Clericorum quos qui negligebat Epiſcopus, ſegregari, & ſi non reſipiſceret, deponi táquam fratris homicida debebat. Nam non alere, necare eſt ait lex ciuilis. Sed iam Epiſcopus & Capitulum totas partes poſſident. Sicque longè ante Nicolaus 4. redditus Eccleſiæ Romanæ diuiſiſſe dicitur, ita vt ad Cardinales medietas omnium fructuum, redditum, prouentuum, mulctarum, condemnationum, ac cenſuum, de quibuſcumque locis & terris huic Eccleſiæ ſubiectis prouenientium pertineret; quod Synodus Baſileenſis approbauit: quaſi deinceps relictum conſcientiæ Epiſcopi & Capituli vt reparationibus Eccleſiarum, & alimoniis iſtis pauperum prouiderent cum portiones iſtis & illis affectas in ſe confuſas haberent: ſed proh pudor, quantum vbique ſit vtrorumque vilis ratio. Qua de re aliquando queſta Pariſienſis academia ſub Carolo 5. vel Carolo 6. obtinuit edictum, quo iubetur redditus Eccleſiaſticus diuidi in tres partes; primam pro reparatione Eccleſiarum: ſecundam pro exoluendo Eccleſiæ

Can. 59. Apoſt. l. 4. de agnoſc. vel alend. lib.

XXII.

Gaguin & Iulius Vrſinus in Carolo 6. ad an. 1385.

XXIII.

ære alieno: tertiam pro parochis & vicariis perpetuis, ac miniſtris templi.

XXIV. Cum ergo in poteſtate Epiſcopi eſſent res Eccleſiaſticæ ſuæ diœceſis quæ partes in illas Romani Pontificis fuerunt? equidem vidimus legem de illis diuidendis à Romana ſede proceſſiſſe: atque ab ea cohibitos aliquos qui huic diuiſioni fraudem facerent: at in Occidente tantum: ſed non quod in Oriente non eſſet eius poteſtas, ſed in Primatum iſtarum regionum arbitrio relinquebat videre, ne Epiſcopi eis ſubiecti rebus Eccleſiaſticis abuterentur.

XXV. Quidquid ſit, cõſtat hunc Epiſcopum vt Primatem Primatum ſuam curam intendiſſe, aut intendere potuiſſe ſuper omnes Eccleſias pro recta diſpenſatione rerum Eccleſiaſticarum: vt pote Vrbanus 1. ſedens anno 223. ad vniuerſos Epiſcopos ſcripſit de redditibus prædiorum Eccleſiaſticorum non conuertendis in alios vſus quam pauperum: atque iſtos dilapidanti anathema, exilium & deportationem edixit.

Quid vero ſi neceſſaria fuit alienatio, an facienda non fuit niſi cum venia eiuſdem Pontificis? Et quidem Euſebius Hieroſolymorum Epiſcopus, & Acacius Amydæ ciuitatis, res ſacras nullo authore diſtraxerunt, alter tempore famis, alter pro redemptione Perſarum, etiam infidelium: ſed hæc alienatio maximè laudanda: ſiquidem animas, & ſalutem hominum quibuſcumque vaſis, & veſtimentis præferri æquum eſt. Sic Caſſiodorus refert Agapetum Papam vaſa ſacra ob neceſſitatem Reip. pignori dediſſe, exemplo Ezechiæ Regis qui de rebus ſacris tributum præſtitit Regi Aſſyriorum: nec ſecus pagani eam alienationem cogente neceſſitate probabant. Nihilominus tamen Fortunatus Epiſcopus Fauenſis authoritatem ſibi neceſſariam putauit Romani Epiſcopi, vt tutò ſacra vaſa diſtraheret, licet in redemptionem captiuorum. At Carthaginienſis Synodi Patres quorum decreta confirmauit Synodus generalis 6. in Trullo, Epiſcopo permiſerunt res mobiles ſuo nutu alienare: immobiles autem ex ſuorum Clericorum, & co-Epiſcoporum Prouincialium, atq; Metropolitani conſilio & communi tractatu: quibus addidit Iuſtinianus, vt coram Iudice publico alienatio celebraretur: Sic in Synodo Pariſienſi ſub Ludouico & Lothario dictum eſt, Ne Epiſ-

Hiſtor. tripart. lib. 5. cap. 37. lib. 11. cap. 16.
Var. epiſt 20. lib. 12.
Reg. 4. cap. 17. Thucyd. lib. 4. cap. 12.
Diod. Sicul. li. 12. ex Pericli-de.
Greg mag ep. 13. cap. 177. lib. 6. indict. 15. cũ ep. 15. cap. 199. eod lib. 6.
Can. 29. 36. & ibi Balſamo, vel Can. 32. Cõcil. Carthag. 3. ſub Anaſtaſio.
Can. placuit.
Can ſine exceptione.
cã. 12. quæſt. 2. Nouel. 46 cap. 1. Leo 1. epiſt. 1. addita veterib. epiſt. de explorando co-Epiſcoporum duorum, vel trium conſenſu: Synod. Agat. ſub Symmacho can. 7.

copus

Digitized by Google

copus ſine conſenſu Primatis res Eccleſiaſticas alienet. Itaque Ioannes Epiſcopus Panormitanus, licet conſenſum haberet ſui Cleri in alienatione cuiuſdam domus ad ſuam Eccleſiam pertinentis quæ Romæ ſita erat, expetiuit Gregorij magni authoritatem: Ac Mediolanenſis Archiepiſcopus non eſt auſus rem Eccleſiaſticam, quæ olim in feudum data ad Eccleſiam redierat, de nouo infeudare inconſulto Innocentio 3. Tandemque in Concilio Lugdunenſi generali, quod anno 1274. coactum eſt ſub Gregorio 10. prohibiti ſunt vniuerſi Prælati immobilia Eccleſiæ laicis addicere ſub ſpecie aduocationis & protectionis abſque Capituli ſui conſenſu, & Apoſtolicæ ſedis licentia. Vltra vero progreſſus Paulus 2. quamcumque alienationem interdixit, & nullam declarauit cuius non eſſet à Romano Pontifice petita venia.

Ep. 58. lib. 11.

Cap. 2. de feud ex.

XXVI.

Cap 1. de rebus Eccleſ. non alien. in 6.

XXVII. Quod apud nos non obſeruatur, niſi duobus tantum caſibus, vel quando Eccleſia cuius immobile vænit non alium ſuperiorem Eccleſiaſticum cognoſcit quam Papam: vel quando Prælatus, aut beneficij poſſeſſor iuramento in manibus Papæ obſtrictus eſt ſe non diſtracturum rem Eccleſię ſuæ, aliâs ſufficit tractatus Clericorum vel Capituli ad hoc congregati, ac ſuper illo ſuperioris approbatio inquiſitione præhabita de alienandi neceſſitate. Neque etiam admittimus vt Papa poſſit abſolutè alienationem permittere, ſed reſcriptum largiri vt cognoſcatur, agatur, & iudicetur de vtilitate notoria, vel neceſſitate vrgente quibus peractis confirmare, & decernere poteſt ſecundum ea quæ proponuntur: modo abſit clauſula, inuitis Clericis. Hanc enim ſolet reprobare Curia ſuprema, vt ipſi Eccleſiaſtici propoſuerunt & ſuſtinuerunt contra bullam quam Henricus 3. obtinuit à Sixto 5. anno 1586. vt ei liceret fundos Eccleſiaſticos vſque ad certam ſummam vænundare.

Papon. lib. 1. arreſt. tit. 13. arreſto 1.

Nam vbi temporum calamitas exegit, vt Eccleſiaſtici ſubvenirent Regis noſtri, ac regni neceſſitatibus, neque id præſtare poſſent, niſi per varias alienationes, imploratus eſt ſæpè ſummorum Pontificum conſenſus, & impetratus: agnoſcentibus noſtris Regibus pietate qua præſtant authoritatem eorum, vt qui ſciant eis ſummam reipubl. Chriſtianæ commiſſam eſſe: & quantumvis ſupremis Dominis quoad temporalia, non licere in res ſacras manus ferre: puta quas vniuerſalis Concilij decreto ne fas ſit alienare Principis alicuius gratia. Ac longè ante Iuſtinianus

Can. 12. Nicæni 2.

Digitized by Google

Nou. 7. cap. 2.

prohibita qu[illegible]umque rei eccleſiaſticæ diſtractione, nec etiam ab iſta prohibitione Imperatorem excepit, niſi quoad permutationem, & ea conditione vt loco fundi quem acciperet, meliorem, vtiliorem, & vberiorem recompenſaret. Sic noſtri quondam Epiſcopi in Synodo Syluanectenſi cenſuerunt licitas eſſe inter Eccleſiam & Regem permutationes.

Vvalterus Cantuarienſis Archiepiſcopus præfectum D. Bertini mulctauit, quod Chilamienſis Eccleſiæ fructus ſe inſcio locaſſet.
Nicol. Harpsf. in hiſtor. Anglic. ad 14. ſecul. cap. 12.
Thomas Arundellius Cantuarienſis Archiepiſcopus, Sacramentum obedientiæ, dans de more Pontifici maximo, inter alia iurauit ſe Eccleſiæ ſuæ poſſeſſiones non alienaturum, nec pignori daturum.
Idem ad 15. ſecul cap. 9.
Greg. ep. 2. lib. 1. ep. 5. 10. 55. lib. 5 ep. 29. lib. 7. ep 17. lib. 12. & aliis
Nicol. ep 2. & 55. tomo 3. Conc. parte 1.

XXVIII. Ergo Epiſcopis interdicta eſt rerum Eccleſiaſticarum alienatio, niſi concedēte olim Metropolitano quoad Epiſcopos, & Primate quoad Metropolitanos: iam verò indiſtinctè & abſolutè Romano Pōtifice propter exemptiones. Cum autem Romanus Pontifex à nullo mortali pēdeat, videtur ei licita & libera diſpenſatio, atque etiā alienatio patrimoniorū Eccleſiæ Romanæ, quæ iādiù ampla fuiſſe per varias regiones meminerūt Greg. 1. & Nicolaus 1. quanquam Vrbanus 1. ex Synodo Romana prohibens huiuſmodi alienationem neminem ne quidem Epiſcopum Romanum ab iſta prohibitione excepit. Sed vulgare eſt Principem eſſe ſupra leges, ideoque nec ſuis, nec prædeceſſorum ſuorum edictis obligari. Itaque Gregorio 1. nullus author fuit, vt de iſtis patrimoniis aliquid diminueret largitionibus quas Sabinianus illius ſucceſſor improperabat, quaſi popularem famam aucupans eas exercuiſſet: homo maleuolus qui pietatem & charitatem ſancti Pontificis probro habebat. Neque enim credendus eſt quidquam alienaſſe, niſi ob neceſſitates pauperum, & publicas. At ſucceſſores eius, prout libuit de iſtis patrimonijs diſpoſuerūt, alij in commoda agnatorum & gentilium ſuorum: alij adeo religioſi, vt quaſi

XXIX. viderētur ſine gente, cuiuſmodi [a] Adrianus 4. qui matrem quoque ſuam reliquit alendam eleemoſynis Eccleſiæ Cantuarienſis: Clemens item 4. pio reſcripto ſuos admonens, ne Pontificatu ſuo inflarentur, neve ampliùs de ſe ſperarent quàm cum ſimplex Clericus erat: non eſſe dignum dictitās Petri ſucceſſorem [b], qui plus cognationi quam pietati, & Chriſto tribueret. Sic Martinus 2. vulgo 4. fratrem ſuum ad ſe venientem breui in patriam redire iuſſit mediocribus donatum muneribus, quod res Eccleſiæ pauperum eſſe diceret, non ſuas: nec ſecus Benedictus 12. vrgentibus, vt ſuorum conſanguineorum rationem haberet, reſ-

Sigon lib. 1. de regno Italiæ initio. In libello de munificentia Conſtantini recenſentur plures fundi in Oriente ab ipſo Imperatore collati Rom. Eccleſiæ.

a Ioann. Sareſber. lib. 1. ep. 24. inter epiſt. D. Thomæ Cantuarienſ.

b Platina, Onuphr. Papyr. Maſſon in Clemente, Martino, Benedicto, Adriano, Marcello, & Paulo 4. & de Paulo 3, Auguſt. Thuanus parte 1. hiſtor. lib. 4.

pondebat Pontificem nullos habere : ac ſubinferebat Dauidicum illud carmen, Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero. Cuius carminis, cum non ſatis recordatus eſſet Paulus 3. quippe qui omnem Eccleſiæ ſubſtantiam in nepotes & ſororum filios effuderat, tandem in extremo ſpiritu pœnitens & gemens canebat; Si mei non fuiſſent dominati, nunc immaculatus eſſem, & emundarer à delicto maximo. Martino & ſuperioribus adnumeratur, Adrianus 6. qui pleroſque propinquos ad ſe conuolantes ſpe celſioris fortunæ, confeſtim remiſit deteſtari ſolitus profuſam ſuperiorum Pontificum erga ſuos liberalitatem vti grauem & reipubl. Chriſtianæ pernitioſam. Denique Marcellus 2. quærentibus an nepotes illius ex priuatis ædibus in Palatium introducerentur: Quid eis, inquit, cum Palatio? eorumne id patrimonium eſſe cenſetis? Secus ac Paulus 4. qui ſciſcitanti œconomo vt inpoſterum ipſe fratriſque filij victuri eſſent: Munificè, inquit, vt Principes decet, liberaliterque viuemus. Quæ vox, ait Papyrius Maſſon, Regia potiùs quam Pontificia fuit. Porrò is eſt Marcellus qui ſub Iulio 3. Cardinalis maximè contendit, ne Balduinus Pontificis frater Camerini Dux crearetur, & Camerinum ab Eccleſiaſtico iure eximeretur: adhortatus etiam Iulium vt lege caueret, ne vllus Pontifex bona Eccleſiæ Romanæ ſtabilia alienare poſſet: & in eam legem ipſe, futurique Pontifices, & Cardinales quotquot in poſterum eſſent iurarent: donatio vero propinquis facta non ante valida cenſeretur, quam duorum, aut trium ſubſequentium Pontificum authoritas acceſſiſſet: qua lege exiſtimabat retundi poſſe omnes propinquorum impetus quando ſcirent ſe fruſtra hæc petere, quorum tradendorum poteſtate exutus eſſet. Quorſum vero hanc ipſe legem non edidit Pontifex? Quia duobus tantum & 20. diebus ſedit, ac illorum plurimam partem morbus abſumpſit, vt de eo verè dicatur illud quod Virgilius de altero Marcello,

Oſtendent terris hunc tantum fata, neque vltra
Eſſe ſinent.

Verùm iſta lex non magis obligaſſet Pontificem Romanum quàm quæ ab Vrbano promulgata dicitur, vt notauimus, & plura poſt ſecula à Concilio Baſileenſi quod edixit, Vt Papa nullum conſanguineum, aut affinem terris Eccleſiaſticis conſtitueret Seſſ. 21.
Marchionem, Comitem, Feudatarium, Vicarium, Gubernatorem, aut Caſtellanum. Sed mehercle vbi neceſſariò conſtituen-

Digitized by Google

dus eſt aliquis Gubernator, Comes, Feudatarius, Vicarius, aut Caſtellanus eſſet nimis ſummi Pōtificis authoritatem coarctare, ſi non ei liceret aliquem ex propinquis ſuis benemerentem huic muneri præficere. Ac mea opinione quandoquidem ſit ſupra omnes Eccleſias, ac verè Monarcha vt vidimus, ſubditorum non eſt ei legem dare, neque in cæteris, neque in hac diſpenſatione redditus Eccleſiaſtici: rationem duntaxat Deo redditurus, cum alium ſuperiorem non habeat, ſi quod pauperum eſt, & in pias cauſas datum, prophanis vſibus addixerit.

CAPVT II.

DE DECIMIS ET HVIVSMODI indictionibus quas ſummus Pontifex exegit de rebus & perſonis Eccleſiaſticis.

LECTIO.

1. *Tributi indicendi poteſtas eſt ſummi Imperij: Ideoque ſubditis imponitur.*
2. *De ærariis apud Romanos.*
3. *Sacerdotalis poteſtas eſt ſublimis vnde ei Decimæ, Primitiæ, Oblationes datæ vt tributa.*
4. *De principatu Eccleſiæ Chriſtianæ: an ei licet tributum indicere Sacerdotibus vt ſubditis.*
5. *Prohibiti quondam Epiſcopi quidquam exigere à ſuis Sacerdotibus: Exempla Gregorij magni, Nicolai 1. & aliorum. Decreta Conciliorum.*
6. *Tributi indictio ſuper Eccleſiaſticis in neceſſitatibus Eccleſiæ licita.*
7. *Pontificis Romani eſt indicere: non tamen olim indixit.*
8. *Quædam Eccleſiæ cenſum debent Eccleſiæ Romanæ.*
9. *Charitas Abbatis Vindocinēſis in Epiſcop. Romanos.*
10. *Decimæ Eccleſiaſticæ adiudicatæ laïcis ob bella ſacra, non requiſito Pontifice Romano. Primum à Carolo Martello, ob id ab Eccleſiaſticis exagitato, & malè notato.*
11. *Decima Saladina.*
12. *Quando & cur cœperunt Pontifices Romani decimas, & alias indictiones imponere ſuper Eccleſiaſticis beneficiis. Et contra illas querelæ ac contradictiones Eccleſiaſticorū: necnon Principum temporalium, quādo in partem non venerunt. Non ceſſauerunt tamen indicere*

Digitized by Google

Pontifices Romani.
Varia vtrimque exempla
Variarum Gentium, & Pontificum.
13. *Non licet Principi temporali decimas Eccleſiaſticas capere, aut quidquam imponere ſuper bonis Eccleſiaſticis, abſque conſenſu ſummi Pontificis.*
Ideoq; plurimi illũ obtinuerunt.

PRÆFATI de diſpenſatione, & diſpoſitione rerum Eccleſiaſticarum, diſquirendum eſt de indictionibus quas eis impoſuerunt ſummi Pontifices, & à quo tempore: idque quoniam nemo neſcit ſupremum dominium maximè præualere tributi indicendi poteſtate quod ſubiectionis & ſeruitutis I.
eſt argumentum. Quapropter Dominus ad Moſem, Si quando acceſſeris ad ciuitatem expugnandam, offeres ei primum Deuteron. 20.
pacem: ſi receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in eis eſt ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo. Quod præceptum ſequentes tributa indixerunt deuictis Chananeis, Ie- Ioſue 17.
buſeis, & aliis: ac de iiſdem præcipiens Salomon, vt tributa redderent: de filiis Iſraël non conſtituit ſeruire quemquam, ait ſcriptura: id eſt tributum reddere. Denique D. Paulus, Neceſſitate Reg 3. cap. 9.
ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam: ideo enim tributa præſtatis. In quæ verba D. Ambroſius; Ideo, inquit, dicit Apoſtolus tributa præſtari, vel quæ dicuntur fiſcalia, vt ſubiectionem præſtent per quam ſciant ſe non eſſe liberos, ſed ſub poteſtate degere quæ ex Deo eſt. Quapropter poteſtas indicendi tributi inter ſumma Regum, Principum, & rerumpublicarum iura quæ regalia appellauerunt, annumeratur. Sic Romani quos expugnabant populos tributo notabant: Idque noſtræ genti à Iulio Cæſare per inteſtinas factiones vix ſubactæ impoſitum eſt ſextertiorum quadringenties authore Tacito. Cap. vn. quæ ſint regalia in feudis. Lib. 20.
At ipſe Romanus populus, vt pleniſſima libertate vtens tributum non conferebat niſi exigente neceſſitate. Namque ſolebant Tribuni ne imponeretur intercedere: vel niſi quis inter ærarios II.
ob aliquam culpam referendus erat: in quo præſertim verſabatur cenſorum iuriſdictio. Cuiuſmodi Mamercum ærarium fecerunt: ac ſeipſos & vniuerſum populum C. Claudius, & M. Liuius: Quique poſt Cannenſem pugnam de Italia deſerenda conſilium habuerant tribu moti, ærariique omnes facti fuerunt: Item qui intempeſtiuè laſciuiſſet, vel oſcitanter, vel irreuerenter Liu. Decad. 1. libro 5. Decad. 1. lib. 4. Decad 3. lib. 4.

Digitized by Google

cenſoribus loquutus fuiſſet, aut qui ob prauos mores caſtigationem merebatur, ærarius ab illis fiebat, vt notant Feneſtella, Plutarchus, Plinius, & Gellius. Ærarius autem num tributarius, id eſt qui pendere ærario debebat in quod æs publicum ex tributis & aliis indictionibus coactum aſſeruabatur?

Tributum verò, quod generale vocabulum eſt, omnem publicam præſtationem ſignificans indicitur, vel perſonis, vel rebus.

Porro inter ſublimiores poteſtates quibus præcipitur, vt omnis anima ſubdita ſit, nemo negabit ſacerdotalem annumerandam eſſe, vt quæ potiſſimum ſit à Deo. Vnde in veteri lege, Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio ex decreto iudicis, morietur homo ille. Itaque Sacerdotibus, & Leuitis decimæ, pri-

III. mitiæ, & oblationes debebantur ex præcepto tanquam Principibus, vt ſic æquipararētur Regibus honore & maieſtate, ait Philo Iudæus. Sed inter eos ea diuiſio erat, vt primitiæ, & oblationes, ac decima decimarum cederent Sacerdotibus, illorumque Principi Pontifici: at Leuitis decimæ, ex quibus decimam illam reddebant. Diuiſioni autem huiuſmodi per legem diuinam factæ derogare non licuit, neque ipſi Pontifici. Quapropter Ioſephus notauit tyrannidis & violentiæ ſummos Sacerdotes qui inferioribus debitas decimas per vim nefaſque rapuerunt, vnde illi tabeſcebant inedia.

IV. Atque hæc in veteri lege: huic autem noua ſuccedens quanto potius regalis cenſenda eſt? Sed dominus Chriſtus ſuos inſtruens diſcipulos, Principes, inquit, gentium dominātur eis, vos autem non ſic. non quod dominari nullatenus poſſent, ſed quia non ſic vt Principes gentium: ergo non vt illi tributa indicerent, ne quidem Clericis. Nec enim dominantes eſſe debent in Clero, ait D. Petrus. Quò factum eſt vt diuiſione facta redditus Eccleſia-

V. ſtici, prout vidimus, non licuit Epiſcopo quidquam detrahere de portione ſuis Clericis competente, ſiue in Cathedrali, ſiue in Parochiali Eccleſia: aut quidquam cenſus, vel oneris illis imponere. Idque Leo 1. jamdiù ſtatuerat: ac eo ſpectans Gregorius magnus cum Epiſcopus Meſſanenſis cenſeret ſummo Pontifici mittenda eſſe quotannis quædam xenia, ob idque ad eum miſiſſet palmacianas, reſcripſit ne amplius mitteret, pretiumque reſtituit, præcipiens vt ſuis Clericis quæ conſueta erant, conferret

Feneſtella lib. de Magiſtratibus cap. 17. Plinius lib. 18. cap. 3. & 6. Plutarch. in Catone majore. Gellius lib. 4. cap. 20. Aſconius in primam Cic. actionem contra Verrem. Crinitus de honeſta diſcip. lib. 4 cap 3.

Lib. de præmiis Sacerdot. & honorib.

Lib 4. antiq. cap. 4. D. Hieronym. ſuper Ezechiel. vnde cap. 1. de decimis extra.

Can. cōſtitutū eſt cā. 16. q. 1. Tolet 3. can. 10. Vide Photium in Nomocan. tit 6 cap. 1. ex conſtitut. Imperat.

Leo 1. can nulli d. qu. 1. can. 1. Tolet 9. can. 16. Emeritenſ. Can. 7. Cabilon. anno 664. & contra Archidiaconos. Can. 15. Cabillon. anno 813. contra Epiſcopos ibid. Can. 17. Greg. ep. 64. 68. lib. 1.

Digitized by Google

vno quoque anno. Conſuetudines, inquit, quæ Eccleſijs grauamen noſcuntur inducere noſtra nos decet conſideratione remittere, ne illuc aliqua cogantur inferre, vnde ſibi potiùs inferenda debeant expectare: & cum Notarij, defenſores, & alij Eccleſiæ Romanæ miniſtri Siciliam commeantes, ſolerent quædam exigere quaſi pro illa Eccleſia, mandauit idem Pontifex Epiſcopis Siciliæ, ne aliqua ſibi ab illis grauamina inferri permitterent. Sic Nicolaus 1. caſtigauit Ioannem Rauennatem Archiepiſcopum, quod à ſuis Suffraganeis quamdam conſuetudinem quæ triceſimalis dicebatur, exigeret, vt prodit Anaſtaſius. Denique Paſchalis 1. nouum genus exactionis eſſe ait, vt Clerici à Clericis decimas exigant. Et ſanè ſatis iudicauit Deus ad decimandi, ſeu iudicendi onera poteſtatem incompetentem eſſe Maieſtati Eccleſiaſticæ, quæ in benignitate conſiſtere debet, quando ſuccenſens populo qui hac Maieſtate reiecta regiam exoptabat, Agros, ait, veſtros, & ſegetes veſtras, & vinearum redditus addecimabit vt det eunuchis, & famulis ſuis. Ergo Princeps Eccleſiaſticus, id eſt Pontifex ſummus, non addecimabat. Quod ſi non laicos, quanto minus Sacerdotes, qui eiuſdem ſortis cum illo erant? Ergo meritò Theodoretus Cyri Epiſcopus reſpondens calũniatoribus ſuis, refert,[a] Ne obolum quidem ſe à ſuis Clericis, neque veſtem, nec ſuos etiam domeſticos, panem, vel oleum à quo quam accepiſſe licet publica opera extruxiſſet. Quaſi ad inſtar Samuelis in veteri lege, & D. Pauli in Euangelica, qui non abſimiliter dixerunt: quod D. Pauli dictum renouantes Nicæni 2. Patres, quibuſcum ad fuit Adrianus 1. per ſuos Vicarios, diſtrictè prohibuerunt, ne vlli Epiſcopo veniret in mentem aurum, vel argentum, vel aliam ſpeciem ab iis qui ſubſunt Epiſcopis, vel Clericis, vel Monachis exigere: quia dicit Apoſtolus, Iniuſti regnum Dei non poſſidebunt: (ergo iniuſti ſunt qui exigunt,) nec debent liberi parentibus theſaurizare, ſed parentes liberis. Et in Concilio ſub Leone 3. anno 813. reprehenſi ſunt Epiſcopi & Archidiaconi, qui cenſum præſbyteris imponebant. Denique Concilij Conſtantinop. 8. generalis Patres, Qua putas, inquiunt, iudicabitur impietate dignus, qui aliis Epiſcopis commiſſas Eccleſias grauare non formidat? Quapropter obſoleta ſunt huiuſmodij ônera, adeò vt iam pauci Epiſcopi quartam, vel tertiam partem percipiant decimarum, oblationum, & primitiarum quam olim ex diuiſione Syluestri 1. capiebant: his in ſolidum

E contra ſummus Pontifex Cantuarienſi Archiepiſcopo Vvilielmo cõceſſit vt erigere poſſet per ſuam diœceſim 4. denarios de libra omniũ bonorum Eccleſiaſticorum tam exemptorum quam non exemptorum nulla prætenſa legitima cauſa: quidam paruerunt, quidam ad Pontificem appellauerunt. Thom. Vvalſing ad an. 1295. in Neuſtria.

a Cap. 2. de decimis cum gloſ. ibi.

Vnde can prædicator ex can. 4. Nicæni 2. cã. 16 q. 1.

can. 15. & 17.

Can. 19. & rurſus ex Concilio Lateranenſi cap. 6. de cenſibus ex.

Cap.4.de præſcript. ex. cum gl.ibi. Can.1.2.3 cã.10 q.3. parochiali Sacerdoti, ſeu baptiſmali parochiæ addictis quadragenaria videlicet præſcriptione. cuius rei cauſa imputatur negligentiæ Epiſcoporum in reparandis templis.

VI. Ad d. Can.4. Nicæni 2. Quid autem ſi ſit aliqua cauſa canonica: non venia Sacerdoti dabitur, qui, ab eo cui præeſt, aurum, vel argentum exigit? Minimè, inquit Balſamo, Si enim exegerit punietur, vt Dei mandatorum tranſgreſſor, & vt qui vendiderit animæ eius, cui præeſt ſalutem. Quod durum videtur ſi ſit aliqua cauſa canonica. Num ergo ſatius erit pauperes fame perire, captiuos perpetuis vexari compedibus, aut fidem abnegare, & fidelium regiones ab infidelibus occupandas permittere, quam eis ſuccurri, atque vt ſuccurratur ab Eccleſiaſticis erogare ſubſidia? non ſanè. Et quando Dominus dixit regem addecimaturum ſegetes & vineas vt det eunuchis & famulis ſuis; non abſolutè per hæc verba videtur addecimationes illicitas iudicaſſe, ſed quæ fiebant vt in prauos vſus conuerterentur. Quapropter Synodus Lateranenſis, Suſtinemus, ait, pro multis neceſſitatibus quæ aliquoties ſuperueniunt, vt ſi manifeſta & rationabilis cauſa extiterit cum charitate, moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare. Cap.6. de Cenſib. ex.

VII. Sed quoniam erogandi ſubſidij & tributi ius eſt poteſtatis ſupremæ, ne ſi paſſim concedatur omnibus, inferiores facilè opprimantur quocumque prætextu quæſito: hinc Principis alicuius ſupremi neceſſariæ ſunt partes qui in omnes Eccleſiaſticos totius orbis Chriſtiani ius habens, eis, quæ quiſque contribuere debeat, indicat. Nam ſi id expectandum eſſet à Primate cuiuſque regionis, vel à Synodis Prouincialibus, vel denique à Concilio generali quantæ difficultates, quot moræ interuenirent antequam plurium Primatum exploraretur conſenſus, vel in vnaquaque Prouincia Synodus haberetur, aut omnes ad Concilium generale conuenirent?

Is autem ſummus Princeps proculdubiò eſſe debet Pontifex Romanus, quandoquidem eius Principatus ſit ſupra omnes. Sed quantæcumque ſit aut fuerit poteſtatis, non ferè extat vſque ad annum 1226. qui ſe onerum indictione, aut illorum conceſſione, dominum ſit profeſſus, at interdictione duntaxat. Qui vero interdicere poterat, vbi non erat neceſſitas indicendi, num & indicere vbi ratio exigebat; & ſi dominus abſolutus, cur non in hoc, vt in illo? Nullus tamen indixit. Equidem quorumdam fuit, olim in Eccleſiam Romanam deuotio vt Monaſteria extruentes

& dotem

Digitized by Google

& dotem eis aſſignantes vellent iſta cenſum aliquem illi retribuere. Quod Gofridus Abbas Vindocinenſis de ſuo Monaſterio teſtatur: eumque cenſum fuiſſe 12. ſolidorum ſingulis annis: Quapropter id Monaſterium vocat alodium Eccleſiæ Romanæ. Sic Cluniacenſes tutelæ nomine eidem pendebant 10. ſolidos: ac quædam cœnobia Germaniæ nummum aureum pro aduocatia, vt ex Trithemio refert noſter Choppinus. ſcribit etiam Rubeus ſolitos fuiſſe Rauennates Archiepiſcopos cōferre annuam penſionem Romanæ Eccleſiæ: ac Cuſpinianus Henricum 1. Imperatorem fundationi Babembergenſis Epiſcopatus legem dixiſſe vt quotannis Epiſcopus equum phaleris adornatum Romano Præſuli mitteret; quanquam Ditmarus nihil de hoc cenſu memoriæ mandauerit in ea contentione quam ceſſiſſe refert inter Imperatorem & Epiſcopum Vvirciburgenſem pro erectione iſtius Epiſcopatus, quam ille permittere nolebat niſi cōcederetur ei Pallium, & ſedes eius Archiepiſcopalis fieret cui Babembergenſis ſubjiceretur. VIII. Epiſt. 9.13.15. Sirmund. ad ep 10. Chopp.lib 1. de ſacra polit. tit.7.n.18. Ditmar.lib.6.

Sed hæc, & ſi quæ iura ſimilia leguntur, perpauci redditus erant, nec ab ipſis Romanis Epiſcopis impoſita: ac vltra iſthæc nihil imponebant accipientes ſolummodo quod in anguſtiis rerum filij fratreſque pij Patribus, & co-Epiſcopis vniuerſæ Eccleſiæ largiebantur: quemadmodum idem Gofridus recenſet ſe in ſeruitio, hæc ſunt eius verba, iſtius Eccleſiæ impendiſſe præter debitum cenſum pluſquam 12. vel 13. millia ſolidorum; tunc Vrbano Papa preſſo & oppreſſo ab Anti-papa Guiberto: ſed ſola, inquit, dilectione non mea qualibet neceſſitate: quo ſignificaret ad hoc ſe cogi non potuiſſe. Epiſt. 8. & 9.

Neque etiam quando in bella ſacra decimæ Eccleſiaſticæ concedendæ olim fuerunt, eiuſdem Pontificis venia dicitur explorata. Primum autem huiuſmodi bellorum illud eſt memorabile, quod Carolus Martellus aduerſus Sarracenos Galliam inuadentes habuit: ac propter illud decimas, quæ Clericorum erant, non diſſentientibus Epiſcopis attribuit ſuis proceribus, dum huic bello vacarent. Ergo ſatis fuit Epiſcopos conſentire vel non diſſentire: quippe neceſſaria admodum, & ſanctiſſima cauſa, niſi quod fortaſſe prætextus fuit: Num enim æquè procerum agebatur cauſa, vt huic de ſuis facultatibus contribuere tenerentur, ac cæteri Galli, non vero ſolidos belli ſumptus in decimas rejicere, illiſq; prorſus Clericos ſpoliare? quod ſi non ſufficiente laïcorum IX. Gaguin in eius vita.

Digitized by Google

æqua contributione opus fuit vt Clerici ſubuenirent. non debuit tam inuidioſè & contumelioſè id verti Martello, cuius in propulſandis noſtræ religionis adeo diris hoſtibus egregia virtus nunquam nimis commendari poterit. Num vero rectiùs fuit eas decimas tribui ad tempus viris Chriſtianis, vt inde haberent quò ſe armis, commeatuque aduerſus infideles pararent quam illis non armatis nudas Gallias, proindeque templa Dei, tam viuentia, quam inanimata, & res ſacras iſtis diripiendas relinquere? Quod ſi parta victoria impiè ſe geſſit in perſonas, & res ſacras, ſi Epiſcopos ſuis ſedibus ejecit in hoc execrandus. At Gregorius 3. illum acerrimum religionis, & ſanctæ ſedis defenſorem expertus eſt aduerſus Longobardos. Sed fortaſſè cum quibuſdam Sacerdotibus auaris non placeret de ſuis decimis, licet in iuſtam cauſam, aliquid detrahi, Martello contigit quòd quondam Minoi, cuius licet æquiſſimi Principis memoria tam prodigioſis commentis infamata fuit, quia litteratos Athenienſes aduerſarios habuit: videlicet periculoſum eſt ad homines ſcribendi peritos, quacumque ratione, ſeu recta, ſeu praua offendere. Martelli vero tempore litterarum, ſcientiarum, ac perindè ſcribendi peritia penes Eccleſiaſticos erat.

X. Alterum bellum ſacrum cuius ergo decimati fuerunt Eccleſiaſtici, contigit ſub Vrbano 3. expugnata & capta vrbe ſancta & in poteſtatem infidelium redacta, quam Chriſtiani ſub Vrbano 2. Godefrido Duce receperant. Tum enim impoſita eſt decima, at non ſolis Eccleſiaſticis, verum & laïcis, qui proinde duplicem decimam præſtabant: nec enim licet decimati in hoc bellum, immunes erant à decima Eccleſiaſtica cuius ipſi Eccleſiaſtici alteram decimam detrahebant eiuſdem belli cauſa: imo vt laici decimam ſuorum reddituum præſtabant, ita & Eccleſiaſtici. Ideoque non ſolum decimarum, ſed etiam primitiarum, oblationum, & fructuum quos ex patrimonio Eccleſiaſtico percipiebant. Non enim ab hac præſtatione aliæ res exceptæ ſunt quam arma, libri, veſtes, & vniuerſa capella Clericorum, atque lapides pretioſi tam illorum, quàm laicorum. Vt autem exigeretur etiam ab Eccleſiaſticis hæc decima, quæ Saladina appellata eſt, non dicitur implorata ſummi Pontificis authoritas.

Rigordus in Philippo Auguſto. Roger. Houedeni ad an. 1188. in Henrico 2.

Iamdiù vero Vrbanus 2. Concilio habito Claromonti Aruernorum in bellum illud ſacrum celeberrimum quod Duce Godefrido peractum eſt, tantum abeſt vt decimas Eccleſiaſticas

Malmeſbur. lib. 4. cap. 2. Math. Paris ad an. 1095.

ei contribueret, quin è contra vetuit eas laicis diſtrahi. Et cum ab illarum poſſeſſione non ceſſarent ijdem laici, Alexander 3. circiter annum 1180. in Synodo Lateranenſi prohibuit decimas à laicis iure hæreditario detineri, neve ab eis illas acciperent in feudum Eccleſiaſtici ſine conſenſu Epiſcoporum.

Ergo huc vſque toti fuerant Pontifices Romani, vt ſua authoritate res Eccleſiaſticas tuerentur: neve aliquid oneris eis imponeretur. Deinceps vero cum toties ab Imperatoribus Occidentis aggreſſi vim vi demum repellendam cenſuiſſent, ac excreſcente in maiorem maieſtatem Romana ſede, amplioribus facultatibus, & copioſiore pecunia opus fuit tum vt arma armis opponerentur, tum vt ea maieſtas ſuſtineretur, nec ſacrum patrimonium abundaret: variæ artes excogitatæ fuerunt, vt quemadmodum in cæteris, ſic in eo ſe agnoſcerēt Eccleſiaſtici illius ſedi velut Eccleſiæ Principi ſubiectos, quod de ſuis opibus ſubſidium ei deberent: ne tamen conciliaretur inuidia odioſo nomine ſi tributum diceretur quod Principes ſeculares magis decere videtur, charitatiuum id ſubſidium vocatum eſt, velut à filiis charæ matri charitatis cauſa præſtitum. Sed nominis dulcedo efficere non potuit quin amara eis eſſet hæc erogatio, ac ei contradicerent, inuocatis etiam Principibus temporalibus, è quorum re videbatur eſſe non transferri è ſua ditione aurum & argentum. Eoque prætextu aliquando ſe illi Pontificibus Romanis oppoſuerunt, videlicet vbi inter ſe non bene conueniebant. At vt plurimum in partem indictionis vocati querelis Eccleſiaſticorum obſurduerunt: iſtarum autem querelarum varia monumenta reliquit Mathæus Paris qui Romanos præſules tantopere ſtrinxit, vt non videatur inuidia, vel odio aduerſus eos caruiſſe, quanquam non defuerint alij ſcriptores, qui hos præſules velut ob immodicas exactiones accuſauerint, vt nunquam leues, & tolerabiles quæcumque ſint, videntur, adeò præualet amor nummi, vel non placet quidpiam diminui de luxuriante victu: vel quod nullum onus facile eſt: vel denique quod collectæ pecuniæ non ſeruirent piis & neceſſariis operibus. Licet autem plurimæ controuerſiæ, eaque grauiſſimæ ceſſerint inter Pontifices & Imperatores Romanos à Gregorio nempe 7. vſque ad Innocentium 3. & deinceps, fortaſsè tamen primus exactor Innocentius ille 3. videtur, ſi quod Cæſarius in dialogis refert verum eſt; ait enim Innocentium XI.

Digitized by Google

præcepiſſe Ciſtercienſi ordini, vt 40. partem mobilium ſuorum in bellum ſacrum contribuerent: & non parentem quod priuilegia ſua allegaret comminatus eſt ſe poſſeſſiones eius Principibus ſecularibus prædæ expoſiturum. Itaque Monachi in anguſtiam redacti ad D. Mariam confugiſſe dicuntur exorantes eius auxilium: ipſam vero exoratam apparuiſſe ſcribitur Reinerio monacho, & iuſſiſſe vt Innocentio renuntiaret, niſi ab oppreſſione Ordinis deſiſteret ſe ei omnem poteſtatem ademturam. Quibus Pontifex fidem adhibens ab incepto deſijt, & priuilegia ordinis confirmauit. Sic Cæſarius: ac penes illum fides: Nam aut bellum ſacrum in prætextu fuit, vt nummus corraderetur: aut ſi vera eſſet cauſa, non videtur non placuiſſe Deo, vt ad eam Eccleſiaſtici contribuerent: nec magis Ciſtercienſes ab illa contributione immunes eſſe debuerunt, quam cæteri quibus non credendum eſt peperciſſe Innocentium, ſiquidem ei placuit indictionem iubere.

Math. Paris in Henrico 3 Vveſtmonaſterienſ. ad an. 1226.

Innocentio ſuccedens Honorius 3. Othonem legatum in Angliam & Galliam miſit anno 1226. rogaturum Epiſcopos, vt vellent pij liberi matris inopiam ſubleuare, quandoquidem exhauſtum eſſet ærarium Pontificale, quod palàm imputauit Romanæ Curiæ rapacitati & iniquitati. ſubleuandi porro modum eſſe, ſi ei concederent percipere ab omnibus Eccleſijs Cathedralibus duas præbendas vnam de portione Epiſcopi, alteram de Capitulo: & ſimiliter de cœnobiis, vbi diuiſæ erant portiones Abbatis, & Conuentus, à conuentibus quantum pertineret ad vnum monachum æquali facta diſtributione bonorum Conuentus, ita vt inter Monachos Pontifex Romanos cõputaretur; & ab Abbate tantumdem. Sed quamvis hæc petitio non vt Principis iubentis, at vt matris exorantis eſſet, rejecta nihilominus eſt ab vtriſque, interueniẽte etiam Angliæ Rege licet Eccleſiæ feudatario, qui à Prælatis regni ſui interpellatus, ne feuda laica, quæ ab illo tenebant, ſineret exactionibus Romanæ Curiæ diminui, reſpondit ſummo Pontifici eius poſtulata reſpicere cunctos Religionis Chriſtianæ Principes, quorum non differret ſequi exemplum ſi conſentirent. Non rarum equidem exemplum commiſſorum Principum temporalium aduerſus Pontifices Romanos ab ipſis etiam Eccleſiaſticis, qui nec ſunt obliti iſtos aduerſus illos committere quoties vtrobique ſuorum commodorum interfuit.

Digitized by Google

Gregorius 9. poſt Honorium Pontifex anno 1227. magni vir animi ſuſcepto in Fredericum Imperatorem graui odio decimas imperauit non ſolum Eccleſiaſticis, ſed etiam laicis: iſti non paruerunt: verum Eccleſiaſticos ad obſequium compulit cenſurarum metus, præſertim Anglos cum viderent ſe à Rege ſuo non protegi: compulſique parere vaſa ſacra vendiderunt vt ſatisfacerent, ſolatium accipientes, quod ſcirent ab hac exactione alia regna non eſſe immunia: vnus tamen Ceſtrenſis Comes auſus eſt reſiſtere, & obſiſtere ne Eccleſiaſtici qui de eius ditione erant, has decimas præſtarent: nec ſuffecit hæc decimarum præſtatio: Namque idem Gregorius ab iiſdem Eccleſiaſticis quartam partem bonorum exegit: Sed cum in Gallia grandem pecuniam Nuntius illius collegiſſet, ac ea confidentem tæderet induciarum cum Frederico initarum, ſi Mathæo fides, Rex noſter qui tum D. Ludouicus erat præcepit eam pecuniam aſſeruari, vt ſic ſaltem etſi inuitus Pontifex ſeruaret pacta.

Idem Math. ad an. 1229.

Idem ad an. 1240.

Innocentius 4. Gregorij poſt Cæleſtinum ſucceſſor idem ſubſidium ab Anglis Clericis poſtulauit, nec obtinuit, licet eodem tempore idem Regi conceſſiſſent: ſed quoniam ab eo retributionem aliquam expectabant, à Pontifice nullam: vnde Rex eis Pontifici contumacibus ſuffragabatur. vigeſimam deinde imperauit & collegit: & cum tertiam partem bonorum peteret, repulſam paſſus eſt: mox tributum Clero indixit quod tallagium vocabatur; ſed Rex Anglus id vetuit præſtari: ac ne in ſola Anglia id jus exerceret miſit quatuor Cardinales Legatos per Italiam, Hiſpaniam, Noruegiam, Germaniam, & alias regiones, vt Principes contra Fredericum eumdem excitarent, & pecuniam colligerent. Denique Mathæus de eodem Pontifice loquens: Plures, inquit, theſauros congeſſit, & plus Eccleſiam vniuerſalem depauperauit quam omnes prædeceſſores à tempore Papatus primitiui, licet per tales pecuniæ effuſiones non ſuſciperet Eccleſia incrementum, imò potiùs infauſtum incurreret detrimentum. Sic ille. Et quidem dum toti fuerunt in debellando Frederico, aliiſq; Imperatoribus Pontifices magna ſtrages hominum cōtigit, ingens ſanguinis effuſio, horrēdæ clades, & vt aliter non fieri poteſt in licentia bellica, religionis contēptus, vbique vaſtitas, ac denique quod pejus eſt, de iſto ciuili bello maximum compendium Sarraceni & Turcæ adepti ſunt: vt pateat non ſine cauſa Dominum Petro interdixiſſe gladij temporalis vſum: &

Idem ad an. 1246 1247. 1254 & de grauaminibus Eccleſiæ Anglicanæ. Idem ad an. 1253.

Digitized by Google

plus quondam profeciſſe primos Pontifices quando ab impiis Imperatoribus & Principibus aggreſſi variiſque fatigati moleſtiis patientiam, preces, armaque ſpiritualia oppoſuerunt, ſicque per afflictiones euicerunt, per quas etiam Chriſtus intrauit in gloriam. Denique defuncto Innocentio apparuiſſe dicitur Cardinali cuidam viſio accuſati Innocentij coram tribunali Dei ob plura capitula quorum illud erat quod Eccleſiam liberam ancillaſſet: Sic viſionibus ſua, vt dicebant, grauamina fulti ſunt Eccleſiaſtici, vt iam non ſit mirum ſi Carolo Martello non pepercerint qui nec Innocentio: cui ſuccedens Alexander 4. intentus profligandis Frederici iam defuncti liberis maximéque Manfredo illorum tutore, atque vt regno Neapolitano eos ejiceret, eaſdem decimas imperauit, vtque facilior eſſet exactio illarum quoque jus permiſit regibus.

Idem ad an. 1255.

Clemens 4. licet ſanctæ vitæ Pontifex ac rerum Eccleſiaſticarum adeo parcus diſpenſator vt nepti ſuæ non vltra trecentum libras turonenſes vellet conferre dotis cauſa, decimas indixit in redemptionem terræ ſanctæ: & ſe opponentem Ioannem Senecam Theutonicum Iuris inſignem Doctorem, ac decreti gloſſatorem, S. Stephani Halberſtadienſis præpoſitum excommunicauit, priuauitque præpoſitura. Sed erant magni in Germania viri qui deſerendum Ioannem non putabant, ait Cranſius: at mors vtriuſque Clementis videlicet, & Ioannis controuerſiam diremit. Neque profecto vituperanda fuit indictio, ſi cauſam reſpicias. Ecquæ enim iuſtior quam vt tot animæ, totque templa infidelium manibus, & infidelitati proindeque periculo mortis æternæ eriperentur: niſi fortaſſe quòd tot infauſti ſucceſſus huiuſmodi bellorum, & tot ſine fructu corraſæ illorum prætextu pecuniæ, ac plerumque aliis non valdè probatis ſumptibus impenſæ difficultatem indictionibus fecerunt.

Lib. 8 Saxoniæ cap. 17.

Nec tamen ſequentes Pontifices ceſſauerunt. Nam Honorius 4. omnium prouentuum Cleri quartam partem indixit per quatuor annos: ac Probum Epiſcopum Tullenſem Epiſcopatu dejecit quod contradiceret: ſed tantus furor Clericos inuaſit vt nepotem Legati Pontificij occiderint ipſo vix elapſo.

Hiſtor. Auſtra. 2. ad an. 1287. Naucl. general 44. vol. 2. ad d. an. Auent lib. 7. annal. Boiorũ vbi Probi grauem orationem refert.

Clementi V. Germani Præſules in Cõcilio Salſburgenſi 1. conceſſerunt decimas duorum annorum deductis expenſis neceſſariis quas dixerunt eſſe in ſerendo, colendo, colligendo, & conſeruando, ſine quibus res ſubſiſtere non poteſt: Inde iudicantes

Tomo 3. Conc. parte 2.

Digitized by Google

non eamdem eſſe prærogatiuam huiuſmodi decimarum, ac quæ ordinario iure debentur à parochianis, quas nullæ diminuunt expenſæ, provt noſtra Curia ſolemni Arreſto pronuntiauit : exceptis etiam ab huiuſmodi onere his qui beneficia non haberent excedentia 6. marcharum argenti redditum, & hoſpitalibus, ac domibus leproſorum : Atque hæc veluti ex conſtitutione Bonifacij 8. qui adeo decimas imperare Romanum Pontificem poſſe cenſuit, vt de illis expreſſam legem condiderit, qua & qui ab eis immunes ſint, & de quibus rebus præſtari debeant ampliſſimè exprimit. Cap.vn. de decimis in extrauag. com.

Ioanni 22. petenti decimam omnium beneficiorum per Alemanniam, Bohemiam, Poloniam, & Vngariam ſe oppoſuit Carolus 4. Imperator, ac tantum conceſſit ſubſidium hyemale duorum procuratorum: cumque idem miſiſſet in Arragoniam collectorem ſuum iſque 200. millia florenorum cumulaſſet, hæc filius Regis illi abſtulit: qua de re cum Ioannes vehementer indignaretur, placatus eſt auditis Arragoniæ legatis, qui dixerunt velle Regem vti hac pecunia in bellum Sardanicum, ac ſatisfacturū eum Pontifici alia ratione : ſed in Anglia facilior fuit collectio decimarum per quadriennium, quoniam Ioannes mediam partem Regi conceſſit. Annal.Henrici Rebdorff. Ioan. Villan. in chron florent. lib.9 cap.331. Thomas Valſingh. in Neuſtria ad an. 1330.

Innocentius 6. decimam poſtulauit à Clero de omnibus prouentibus, ſed nemo illi dabat, ait Paulus Langius. Gregorio 11. eaſdem decimas iniungenti coniecto etiam fulmine aduerſus reſiſtentes oppoſuere ſe alij appellatione ad ipſummet interiecta, alij conſenſere : tandemque in compoſitionem omnes ierunt vt de quatuor marcis darentur quinque floreni Rhenenſes vice duarum procurationum : ac inpoſterum multoties Archiepiſcopi ad Rhenum interceſſere collectioni decimarum in bellum Turcicum. In chron Citizenſi ad an. 1352. Nauel.d.generat. 44 ad anno 1372. Crantſ. lib 13. cap 6 & 7. lib. 8.cap.42. Vandaliæ.

Sic ab iſtis indictionibus reclamauerunt plurimum Eccleſiaſtici, ſed fruſtra, niſi quando Reges & Principes habuerunt propitios : neque enim ſemper habuerunt vocati, vt diximus, in partem quam noſter Carolus 7. licet varijs preſſus anguſtiis abominatus eſt, eam Principibus infauſtam fuiſſe dicens. Atque decimas imperanti Pontifici poſt captam Conſtantinopolim, velut in eius recuperationem, & aduerſus recuſantes anathema pronuntianti obſtitit vt non abſoluta eſſet indictio, ſed in eam cauſam quæ iuſtiſſima videbatur permiſit ita vt ſemel tantum Belleforeſt in eius vita ſub f.

Digitized by Google

haberetur, atque iuxta rationem non taxationis Romanæ, ſed valoris cuiuſque beneficij.

Verum hæc poſteriùs. Nam ſuperiore ætate liberiores fuerunt in Francia Pontificum indictiones: ac potiſſimum agitata ſchyſmate Eccleſia: atque eò proceſſit Clemens contra Vrbanum ſedens vt miſerit Abbatem S. Nicaſij Rhemenſis qui medios omnium beneficiorum redditus exigeret, & reclamantes abdicaret ſuis beneficiis. Quapropter Vniuerſitas Pariſienſis Carolum 6. adiuit, ac illi ius eſſe docuit iſtas exactiones impedire, quia eum ſpectaret conſeruatio rerum temporalium quas à iuriſdictione ſummi Pontificis alienas dicebat, vt qui ſpiritualium duntaxat Dominus eſſet: atque, vt ſcripſit celeberrimus Gerſonius, poſſe Prælatos, ſi grauarentur in ſuis iuribus, deferre querelas ſuas nedum ad Papam, & generale Concilium, verum etiam ad Principes Orthodoxos implorando iuuamen opportunum. Quibus auditis Rex inhibuit è ſuo regno auri, argentique euectionem, ſibi redditus Eccleſiaſtici diſtributionem reſeruans. Eademque Vniuerſitas Alexandro 5. & Ioanni 23. in ſchyſmate electis obuiam iuit decimas iubentibus: ac Papæ legatis clamantibus inſtar hæreticorum eſſe qui contradicerent, quoniam decima decimæ ſummo Iudæorum Sacerdoti debebatur, contra diſſeruit Papæ ſubſidium non deberi, niſi in rebus extremis.

Tract. de ſtatib. Eccleſ. conſiderat. 9.

Monſtrelet. 1. vol. cap. 59. ad an. 1409. Idem cap. 67. an 1410. Lucius lib. 1. placitor. arreſt. 1. contra Benedictum.

Quod ſi cenſuris legati procedere vellent ab illis ad generale Concilium appellaretur, interim verò qui mandata Pontificis exequi niterētur, prehenſione temporalium, vel ſi iſtis carerent, carcere mulctandos eſſe: aliquam tamen indictionem impetrauit Ioannes vt imminentem Italiæ Lancelottum Hungariæ Regem auertere poſſet. Atque huiuſmodi noſtra Vniuerſitas ſe geſſit aduerſus eas indictiones: indeque eſſe aiunt, vt etiamnunc hodie Rector illius iuret, ſe Eccleſiæ Gallicanæ priuilegia defenſurum quoad pecunias, id eſt, ne pecuniæ exigantur de Eccleſiaſticis aduerſus ſanctiones canonicas.

D. Seruin. in orat. pro magiſtro Ioan. Hamilton.

Poloniæ quoque & Daniæ Principes circa annum 1464. ſedente Paulo 2. cum legatus & collector Pontificius grandem pecuniam in ditionibus eorum coacernaſſet, vetuerunt illam auferri: ſed collector eluſit manus eorum plurima parte tranſlata, reliquum ad Reges peruenit, vt ſic de tonſibus ouibus lanæ portio eis contingeret, ait Crantſius. Hiſpanos etiam ius decimarum detrectantes experta eſt Romana Curia: qua de re memorabile

Lib 11. Vandal. cap. 33.

Cap. 1.

rabile eſt, quod refert Oliuerius de la Marche; nimirum Alphonſum Portugalliæ Regem qui Sarracenorum vires plurimum attriuit, exigi prohibuiſſe decimam quæ à ſummo Pontifice iubebatur: & cum ob id cenſuris afflatus eſſet, veniſſe illũ Romam, ac ſola veſte tectum obtuliſſe ſe Pontifici, & quanta ipſe ac ſubditi eius paſſi eſſent, enarraſſe: deindè nudato corpore cicatrices ſuas oſtendiſſe: quibus auditis, & viſis, pœnituiſſe Pontificem & Cardinales, quod tanto, & tam ſtrenuo Regi moleſtiam itineris dediſſent. Rurſus cum Leo 10. ex Lateranenſis Concilij, quod nuper habuerat, authoritate decimam à Sacerdotibus vniuerſis exigeret prætextu defendendæ reipub. Chriſtianæ aduerſus Selymum Turcarum Principem, Sacerdotes Arragoniæ & Caſtellæ ſummoperè contradixerunt, inuocantes Franciſci Ximenij Archiepiſcopi Toletani, & Cardinalis Hiſpaniæ, ac gubernatoris Regni protectionem. Is verò ad ſuum procuratorem qui Romæ erat reſcripſit vt Pontificem Maximum adiret, ac Ximenij nomine offerret quidquid in templis eſſet ſacri auri, & Eccleſiaſticos redditus, dummodo eſſet iuſta cauſa, aliâs ſe non paſſurum vt vectigales fierent Sacerdotes ſine cauſa. Atque Luſitani cum de Regno Portugalliæ ageretur inter plures competitores poſt mortem Henrici Cardinalis, Philippum tandem Regem proclamauerunt, ſed pluribus adiectis conditionibus, quarum iſtæ fuerunt, Ne permitteret exigi tertias ex bonis Eccleſiaſticis, nec ſubſidia, nec cruciatas, neque ad vllam harum rerum obtinendam bullas à Papa impetrari. Denique legibus Regni examinationi ſupremi Cõſilij obnoxiæ ſunt bullæ ſummi Pontificis quibus indicuntur decimæ, vel aliud huiuſmodi ſubſidium.

Gomet. lib 7. de geſtis Ximenij.

Comeſtagg. lib. 4. de Portugal. & Caſtel. coniunct.

Lib. primero tit. 10. recopilacion.

En ergo vt orbis Chriſtianus decimas ab Epiſcopo Romano, vt Eccleſiæ Principe imperatas vel dedit, vel repudiauit; ac Pontifices Romani prov t libuit, eas iuſſerunt: nonnulli etiam reuocauerunt prov t Innocentius 8. motus querelis Clericorum quos Xiſtus 4. nimium oppreſſerat, abrogauit quaſcumque decimarum, ſubſidiorum, vigeſimæ, & aliorum onerum impoſitiones quæ ab illo ex quavis cauſa in ſubſidium contra Turcas, & alios Orthodoxæ fidei hoſtes emanauerant. Eas tamen rurſus imperauit Clemens 7. ob id inuiſus Clero: ac deinde Paulus 4. qui Eccleſiaſticos vtriuſque ſexus voluit eis obnoxios eſſe, etiam Mendicantes, modo redditus aliquos haberent, prohibens nihilominus pro illis res ſacras diſtrahi, aut pignori dari: quanquam

Onuph. in Xiſto. Gomeſ. parte 1. regular. cancell. in regulas Innocentii 8. reg. 5. Onuph. in Clemẽte & Paulo. tomo 1. Bullar. cõſti. 10. Pauli. Aug. Thuan. 1. parte hiſtor. lib. 15. ad ann. 1555.

Marcellus 2. prorogauit in triennium & poſt illud quã-diù placeret Romanæ ſedi ſubſidium trecentorum millium ſcutorum ac decimarum ſub fructibus beneficiorum impoſitum à cõſtitutiones.

initio Pontificatus ſuſtuliſſet cuncta quæ ſuperiores Pontifices poſt Iulium 2. indixerant, ex quibus bona redditusque Eccleſiarum minuerentur. Sed huius indictionis authores erant Carafæ, ac eorum præcipuus Cardinalis, iam offenſus alia de cauſa in Regem Hiſpanum, qui ad bellum infœlix Pontificem præcipitauerunt, cumque illo Regem noſtrum: vnde huic regno maxima incommoda. Sed cum Cardinalis vrgeret indictionem in Etruria, interceſſit Dux Coſmus ne præſtaretur.

Paulo 3. cuius plures de eo ſubſidio in Italia, & Corſia, & Sicilia exigendo leguntur Tomo 1. Bullarum atque ibi Marcell. conſtit. 1.

Eod. tomo 1. Bullar. conſtit. Pij 104.

Paulo Pius 5. ſucceſſor fuit: iſque ſex decimas ſuper fructibus & penſionibus Eccleſiaſticis totius Italiæ, præterquam dominij Venetorum, iuſſit pro bello contra Turcas: & quo citiùs præſtarentur edixit, vt qui moram non facerent, ſoluerent duntaxat iuxta taxam antiquam: qui ſecus, iuxta verum valorem.

Conſtit. 17. art. 58. eod.

XII. Demum Sixtus 5. omnes decimas reuocauit, vt ſic pateat in poteſtate Epiſcoporum Romanorum eſſe decimas indicere vel prohibere, adeo vt nec ipſi Reges quantumvis temporalium Domini ſemper auſi fuerint eas percipere, niſi impetrato illorum diplomate: quod multoties Regi Polonorum conceſſum eſt: ac Ludouico Hungariæ Regi permiſſum, vt ſi ob ærarij publici penuriam videretur ei theſauri Eccleſiaſtici pars aliqua attingenda, id facere poſſet. Sic Petrus 4. Arragonum Rex petiuit à Pontifice maximo ius decimarum prætextu belli ſacri in Mauros: at præſentiens Pontifex armari illum in Carolum Siciliæ Regem, planè recuſauit. Sed quæ iuſtiſſima conceſſionis cauſa fuit, aliquando ſummus Pontifex Hiſpaniarum, & Arragonum Regibus indulſit decimas omnium terrarum quas à Sarracenis ad Chriſtianum imperium reuocarent: eo denique iure Alexander 6. Venetis in bellum Turcicum conceſſit plus tertia parte prouentuum Sacerdotalium, exceptis Cardinalium Sacerdotijs: quòd Iulius 2. deinde prohibuit.

Cromer. lib. 12. & f. Steph. Broderith de clade in campo Mohacs.

Indices rerum ab Arrag. regib. geſtar. lib. 2. ad an. 1281.

Belluga in ſpeculo princip. Rubr. 13. §. tractemus n. 14.

Bembus lib. 5.

Nec ſecus Philippus Rex pulcher Prælatis Lutetiæ congregatis exhibuit litteras quibus Bonifacius 8. illi & ſucceſſoribus eius permittebat Eccleſiarum decimam quotieſcumque ei opus eſſe ſana conſcientia ſuaderet: ac in præſenti vt perciperet omnes redditus, prouentus, & obuentiones vnius anni omnium beneficiorum & Eccleſiaſticarum dignitatum, exceptis Epiſcopatibus,

Guilielm. de Nangis ad an. 1298.

Styl. Parlam. in tract. de iurib. Regni Franciæ.

Digitized by Google

Archiepiſcopatibus, Abbatiis, atque Monaſteriis vniuerſis: vnde, quod non rarò fit, ſarcina in tenuiores rejiceretur: vixque credibilis eſt ea conceſſio qua toto anno non relinqueretur inferiori Clero vlla ad victum veſtitumque ſubſtantia. Clemens 5. Carolo Siciliæ regi Neapolitanum Regnum repetenti decimam in Clerum impertiuit: neque audita eſt Schola Pariſienſis ab exactoribus prouocans: ac demum quotieſcumque negotiorum & bellorum moles exegit, vt huic ſubleuandæ Eccleſiaſtici contribuerent, implorata ſunt Romanorum Epiſcoporum reſcripta: ex quibus etiam nunc hodie Clerus grandem ſummam decimarum nomine confert, vnde ſatisfit creditoribus qui Prælatis ſpondentibus pecuniam mutuam ſub annuo cenſu Regi noſtro bellis aduerſus Lutheranos & Caluiniſtas exhauſto dederunt. Gaguinus.

Ac vt ſcirent Reges nullam indictionem ſuper Eccleſiaſticis bonis faciendam eſſe, niſi conſulto Romano Pontifice, prohibiti ſunt indicere, & Eccleſiaſtici conferre ſub pœna anathematis, niſi illo concedente, ex decreto Concilij generalis Lugdunenſis, ſub Gregorio 10. Denique ipſi etiam Eccleſiaſtici ab eod. Pontifice veniam impetrauerunt exigendi decimas ab inferioribus ſuis; cuiuſmodi refert exemplum Mathæus Paris de Abbate Cluniacẽſi, & de Cantuarienſi Archiepiſcopo: Atque is eſt etiam Pontifex Romanus, qui exemptiones ab illarum decimarum præſtatione concedit, de qua tamen conceſſione cum ageretur in Concilio Tridentino fertur nonnullos Hiſpanorum Epiſcopos dixiſſe eam damno magis quam æmolumento eſſe, quod ea ſemel admiſſa viderentur agnoſcere Pontifici fas eſſe Eccleſijs tributa ad voluntatem imponere. Cap. 7. de immunit. Eccleſ. ex. cap. 31. eod. in 6. Hiſtor. Conci. Trid. lib. 2. p. 107.

CAPVT III.

DE INDICTIONIBVS A ROMANO Pontifice factis ob viſitationes & procurationes: ſpolia defunctorum Sacerdotum, & fructus vacantium beneficiorum.

Lectio.

1. *De indictione ob viſitationes cui cauſam dederũt ipſi Epiſcopi.*
2. *Vnuſquiſque Epiſcopus viſitare ſuam diœceſim debet.*

Digitized by Google

3. *Parſimonia olim viſitantium ad inſtar veterum Magiſtratuũ Romanorum.*

4. *D. Pauli modeſtia in ſuis viſitationibus.*

5. *Quomodo D. Gregor. committebat viſitationem Eccleſiarum viduarum.*

6. *Correcti Epiſcopi qui in viſitationibus ſuis Clericos grauabant: ac modus impenſæ illorum datus per Concilia.*

7. *Correcti etiam qui pecuniam pro victualibus accipiebant.*

8. *Quod tamen permiſerunt Bonifacius 8. & Benedictus 12.*

9. *Rurſus vetuit Tridentina Synodus.*

10. *Non præſcribitur procuratio ſeu viſitationis obſequium.*

11. *Gallicanis item Synodis moderata eſt expenſa viſitatorum.*

12. *Damnati qui licet non viſitantes pecuniam exegerunt.*
Permiſit tamen Bonifacius 8.

13. *Domini temporales pretium exegerunt loco victualium & giſti.*

14. *Lutetianus Senatus prohibuit quidquam præſtari niſi reuera viſitatio fieret.*

15. *Tandem ſummi Pontifices id quoque ius procurationis exegerunt: exemplo ab inferioribus Epiſcopis ſumpto.*

16. *Expenſæ legatorum ſummi Pontificis præſtari debent ab illis Eccleſiaſticis ad quos mittuntur.*
Niſi ſatius ſit eas ipſos legatos redditibus Eccleſiaſticis abundantes ferre.

17. *Duo exempla, aliud parſimoniæ, aliud exactionis nimiæ duorum legatorum, ex D. Bernardo.*

18. *Procurationis & viſitationis prætextu licet non factæ indictio præſtita ſummo Pontifici.*

19. *De ſpolijs defunctorum Sacerdotum quæ olim ad Epiſcopum Diœceſanum pertinebant.*

20. *Innocentius 4. ea primus ſibi reſeruauit.*
Sed pudori fuit Cardinalibus ea de re eius conſtitutio: ideoque reuocata.

21. *Sequentes tamen Pontifices hoc ius ſibi adtribuerunt.*

22. *Conſtitutiones de ſpoliis factæ à Pontificibus Romanis.*
Vt neque etiam valeant in teſtamento de illis diſpoſitiones niſi accepta teſtandi licentia.
Itaque oportuit illam impetrare: & plurimis conceſſa eſt.

23. *Quid nomine ſpoliorum intellexerint Pontifices Romani.*

24. *Quæſtor ijs excipiendis præpoſitus: eiuſque officij ſummus valor.*

25. *Propter ſpolia camera Apoſtolica exoluere tenetur æs alienum defuncti.*

26. *Obſoletum eſt apud nos indiſtinctè, & apud Hiſpanos & alibi in patria obedientiæ, quoad inferiores Sacerdotes hoc ius ſpoliorum.*

27. *De redditibus & fructibus va-*

Digitized by Google

cantū Eccleſia qui in quibuſdam Eccleſiis reſeruati ſunt ſummo Pontifici: in aliis ſucceſſori.

28. *Angli Reges vt ſe in vacantibus Eccleſiis geſſerunt.*

Ac Britanniæ Duces.

29. *Regaliæ ius in Gallia de ijſdem redditibus & fructibus.*

30. *Cæterorum minorum beneficiorum.*

ALIVD redditus genus ſeu vectigal quod Romana ſedes collegit, procurationum dictum eſt, ob viſitationes plus à principio vſitatum ab inferioribus Epiſcopis, quam à ſummo Pontifice: adeo vt videantur iſti cauſam huic vectigali dediſſe, vnde non debuerint conqueri ſi quod exigebant, licet non viſitantes, ab ipſis etiam etſi non viſitatis exigeretur. I.

Porrò viſitationum antiquus & iuſtus vſus fuit. Namque in primitiua Eccleſia, quæ leges egregias ſanctitatis, pietatiſque pleniſſimas inſtituit, cum diſtinctis regionibus in plures parochias, quibus ſingulis præpoſitus eſt vnus Curio Sacerdos, præeſſet Epiſcopus, ac pluribus Epiſcopatibus Metropolitanus, & Metropolitanis ſeu Archiepiſcopis vnus Primas ſeu Patriarcha: ac intra vnumquemque Epiſcopatum plures eſſent religioſorum domus Epiſcopi ditioni ſubiectæ: Non dubium eſt quin paſtores ſuas oues viſitarent de quibus ſciebant ſe rationem redditturos, quo inſtruerentur an ſatis, & moribus & rebus ad religionem cultumque Dei neceſſarijs abundarent: & quæ ſerenda eſſent, ſererent; quæ eradicanda, eradicarent. Viſitantes autem credendum eſt ſumma parſimonia fuiſſe, nec minore modeſtia quàm apud veteres Romanos, quorum Conſules, vel Legati Prouincias obeuntes, & luſtrantes, nunquam ſocijs ante poſthumium Conſulem, vſque ad annum vrbis conditæ 581. in vlla re oneri, aut ſumptui fuerant, priuata hoſpitia habuerant, ea benignè, comiterque coluerant. Quam parſimoniam velut renouans Cic. de ſe prædicat, Nullum in ſe ſumptum cum Prouinciam obiret, nec publicè, nec priuatim, factum eſſe, nec in quemquam comitum ſuorum: quod ſi illi ſolo lumine naturali ad eam modeſtiam perducti ſunt, quanto magis qui diuinum & Euägelicum ſequuti ſunt? Quamobrem dici poteſt eo reſpexiſſe D. Paulum quando ad Corinthios ſcribens aiebat: Ecce tertiò paratus ſum venire ad vos, & non ero vobis grauis. Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos.

II. III. Liuius Decad. 5. lib. 2. Et 10. ad Atticum lib. 8. IV. 2. ad Corinth. 12.

Digitized by Google

Itaque in primitiua Eccleſia ignotæ fuerunt indictiônes de
V. quibus loquimur ob viſitationes. Equidem D. Gregorius Eccleſiaſticis viris Eccleſias viduas viſitandas commiſit, ſed quia viduæ erant, id eſt Epiſcopis deſtitutæ. Ob eas autem viſitationes nihil vnquam iuris ſibi attribuit: imò cauit vt nihil de prouectionibus Clericorum, redditu, ornatu, miniſteriiſque, vel quidquid illud eſſet à quoquam præſumeretur. Hoc tantum cenſuit vt viſitatores Eccleſiarum, Clericique eorum qui cum illis per non ſuæ ciuitatis parochias fatigabantur, aliquod laboris caperent ſubſidium. Iuſtum namque eſſe vt illic conſequerentur ſtipendium, vbi pro tempore ſuum commodarent obſequium. At legatis quos in varias regiones deſtinauit nunquam iuſſit procurationes ab Epiſcopis; & Eccleſiis exhiberi.

Ep 19.27.lib 2. indict. 10. ep. 11. ad Maximianū Epiſco. Siracuſan lib.5. indict. 12.

Itaque non ipſi Pontifices Romani harum procurationum,
VI. aut onerum propter viſitationes authores fuerunt: ſed inferiores Epiſcopi, quos ab antiqua viſitationum parſimonia degenerantes notare coacta eſt Synodus Tolet 7. tempore Theodori 1. qui ſedebat anno 642. præcipiens ne Epiſcopus diœceſim viſitans vlli præ multitudine oneroſus eſſet, nec vnquam quinquagenarium numerum in euectionibus excederet, aut ampliùs quam vna die per vnamquamque Baſilicam remorandi licentiam haberet: ac Synodo Rom. ſub Nicolao 1. Ioannes Archiepiſcopus Rauennas accuſatus eſt quod ſecundo quoque anno Epiſcopia ſua perluſtrans cum fermè quingentorum hominum equorumque numero non ante recederet quam conſumptis omnibus fructibus, & ſummis acceptis muneribus ſibi ſuiſque miniſtris. Nec diù poſt Synodus generalis 8. Conſtantinopoli habita ſub Adriano 2. qui ei præfuit per ſuos legatos, vetuit ne Metropolitani ſub occaſione quaſi viſitationis ad alias Eccleſias accedentes conſumerent redditus qui apud eas inuenirentur pro alimentis pauperum: conceſſo duntaxat, vt ſi neceſſariò per illas Eccleſias eis peragrãdum eſſet, tunc ex his quæ ad præſens præparata inuenirent cum reuerentia, & timore Dei acciperent, & citò propoſitum iter peragerent. Qui contra feciſſet deponeretur, ac ſequeſtraretur vt ſacrilegus, & alter idololatra factus iuxta magnum Apoſtolum. His ſuccedens, Lateranenſe generale Concilium ſtatuit, vt Archiepiſcopi viſitantes non excederent 40. vel 50. euectionum numerum: Epiſcopi 20. vel 30. Cardinales 25. Archi-

Ca. 10. q 1. can. inter. Brac. Concil 2. an 672. can 2 Epiſcopus viſitãs nihil aliud quam duos ſolidos propter honorem Cathedræ tollat. Idemque ſtatuitur can 4. Tolet. 7. Sigon. lib. 5. de Regno Ital. ad an. 861.

Cap. 6. de cenſib. ex.

diaconi quinque vel ſeptem : at Decani ſub Epiſcopis conſtituti
duobus equis contenti eſſent: nec ſumptuoſas epulas quærerent:
additum etiam ab Innocentio 4. ne propter viſitationes procu- VII.
rationis nomine aliquam pecuniam acciperent occaſione alicu-
ius officij, aut conſuetudinis, ſeu quolibet alio modo, ſed in vi-
ctualibus expenſas tantum moderatas. Cui conſtitutioni cum
aliqui non obedirent, pecuniam pro victualibus accipientes, Gre-
gorius 10. in generali Concilio Lugdunenſi eam confirmauit ad-
dita dupli pœna in eos qui pecuniam accepiſſent. Sed Bonifa- VIII.
cius 8. nulla ratione habita huius conſtitutionis permiſit accipe-
re, pecuniam pro ſumptibus moderatè faciendis. Namque cum
decimas indixiſſet, declarauit procurationes quæ in victualibus
præſtarentur, ijs immunes eſſe: ſecus de illis quæ in pecunia. Be-
nedictus demum 12. optioni viſitatoris reliquit pecuniam accipe-
re an victualia: & generali ſanctione pro omnibus omnium Chri-
ſtiani orbis regnorum Eccleſiis facta diffiniuit pro qualitate viſi-
tantis procurationis pretium: at rurſus Tridentina Synodus pro- IX.
hibuit viſitatoribus pecuniam accipere, ſed cibaria frugalia, mo-
derataque, niſi mallent viſitati ſoluere id quod præſtare con-
ſueuerant certa pecunia taxata: in iis vero locis vbi conſuetudo
eſt, vt nec victualia, nec pecuniæ, nec quidquam aliud à viſita-
toribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant, ibi obſeruetur hæc
conſuetudo. X.

Cap. 3. eod. in 6 cap. vn. de decimis in extrauag. com. §. Prælati de procurationib.

Annal. Henrici Rebdorf. ad anno 1358.

Seſſ. 24. cap. 3.

Quod vltimum eſt contra ſanctionem Innocentij 3. qui nullo
tempore præſcribi poſſe procurationis obſequium voluit, de
ſede tamen Apoſtolica loquens. nec remiſſione onerum conti-
neri procurationes Epiſcopo debitas, nec præſcribi poſſe procu-
rationem aduerſus Epiſcopos, docuit Honorius 3.

Cap. 17. de cenſib. ex.

Cap. 21. cap. 24. eod. c. 5 eod. in 6.

Cap. 8. Rauenn. Concil. 1. ſub Clemente 5.

Nec ſecus Gallicanis Synodis limitata eſt viſitationum expen- XI.
ſa, vt Nannetenſi anno 1264. vt viſitantibus duo tantum fercu-
la præpararentur, quòd noſtro ferè ſeculo repetitum eſt Synodo
Aquenſi anno 1585. præſcriptumque, ne viſitatores pluſquam
octo vel 10. equi, & 12. vel 14. homines ducant.

Ex Bochell. de decretis Eccl. Gall tit. 15. c 33. & c 41. & toto tit. 15. variè id ſtatutum deprehenditur.

Quoniam verò fas fuit in pretium victualia conuertere, hinc
fortaſſè abuſus prodiit, vt quod non deberetur niſi ratione labo- XII.
ris & miniſterij Epiſcopi traherēt in debitum adeo neceſſarium,
vt etiamſi non viſitarent, nihilominus cogerent parochos Sacer-
dotes aliquo pretio compenſare expenſas quas viſitantibus re-
fundere eos oportuiſſet.

Digitized by Google

Can. relatum 10.q.1. Quod Toletana Synodus damnauit, vt duplicem infamiam continens, negligentiæ & auaritiæ, quæ horrori illis fuit. At hoc decretum aliquatenus temperauit Innocentius 3. ex Concilio generali, vt non exigerent non viſitantes niſi ex manifeſta cauſa: quæ declaratio intelligi debuit, niſi vbi aliqua iuſta cauſa eos excuſaret à viſitatione. Sed in hoc non modica fraudibus via parabatur. Quis enim non allegare poterat aliquam excuſationem, eamque comminiſci neceſſariam? Verùm Bonifacius 8. amplius dixit: nam vt notatum eſt, quia decimas impoſuerat, quò ex illis ampliores ſummas corraderet, adeo approbauit non viſitanti procurationem ſolui, vt ei quodammodo libertatem ademerit non exigendi. Siquidem voluit eum decimam iſtius procurationis, etſi remiſſæ præſtare: ſupponens ab antiquo & ritè procurationes exigi poſſe etiam ſine viſitatione. Sic pleriſque in Galliæ locis temporales domini à colonis ſuis dominicum giſtum & procurationem exigunt, ita vt quotannis domino condictam æris ſummam hoc titulo illi adnumerent, quod olim venienti ipſi alimenta ſtato anni die procurarent: quo itidem iure vtebantur Reges, vt arreſto comprobat Ioannes Galli etiam aduerſus Epiſcopos.

Cap.23.de cenſib.ex.

d. §. Prælati.

XIII. Chopp. de feud. Andeg. parte 1. cap 2. tit.4. artic.4. Idem lib.3. domanij tit.10 n. 13.

XIV. Sed quoad viſitationes Eccleſiaſticas jampridem æquiſſimè noſtra Curia tempore Benedicti à Luna anno 1406. promulgauit ne Antiſtites & Archidiaconi rerum ſacrarum, & Eccleſiarũ inuiſendarum, ac procurandarum nomine quidquam exigerent, niſi bona fide id ſui muneris obirent: quod ſequentibus Senatuſconſultis confirmauit nonobſtante quacumque conſuetudine: & jamdiù cautum fuerat Synodo Gallicana Andegauenſi anno 1263.

Lucius lib. 1. placit. tit. 4. Chopp. lib.2. de ſacra Polit. cap.7.n.11.

XV. Cum ergo Pontifices nonnulli Romani hæc cauerint pro inferioribus Epiſcopis, quid non multò potius pro ſe ſuiſque legatis cauiſſent? eis videlicet procurationes deberi, nec præſcribi illas poſſe, nec quemquam à præſtatione procurationum excuſatum eſſe, niſi fortè per ſpeciale priuilegium ſedis Apoſtolicæ, atque eàrum cauſa collectas licitas eſſe, & cenſuris Eccleſiaſticis compelli poſſe recuſantes præſtationem: ac his vſum Othonem Innocentij 3. legatum ſcripſit Mathæus Paris: quanquam propter auri exactionem, vel alicuius alterius ſpeciei prohibuerit Synodus generalis Nicæna 2. quemquam à miniſterio arceri.

d. cap. 17.24.

In Henrico 3. ad an.1240.

Can. 4.16.

XVI. Sed profectò his legatis denegandæ non fuerunt procurationes moderatæ

moderatæ, quatenus excurſiones eorum non priuatam, aut ambitioſam aliquam cauſam habuerunt, ſed generalem Eccleſiæ, puta Cleri viſitandi, ac reformandi: vel quando de excitandis aduerſus hæreticos, & infideles Principibus, aut Concilio propter hæreticos & morum reformationem congregando quæſtio eſt. Ei enim hæc incumbũt propter vniuerſalem prærogatiuam: neque congruum eſt Romanam Eccleſiam immenſis ſumptibus ſuccumbere, & ſolam impenſas ferre in rem communem: attento etiam quod Imperatores olim Epiſcopis ad Synodos conuenientibus vehicula, cibaria, & quæcunque neceſſaria erãt, ſubminiſtrabant. At dici poſſet penes eam Eccleſiam eſſe tot Eccleſiaſticos tantis Eccleſiæ redditibus locupletes, vt iſti de his redditibus eas legationes implere deberent. Num enim ratio eſt vt quod Eccleſiæ eſt, in rem Eccleſiæ expendatur? & qui diuitiis Eccleſiaſticis affluunt ad eos ſumptus vrgeantur potiùs modò ſuperſit ad victum, & veſtitum pro qualitate perſonæ, quam opprimi pauperculos Sacerdotes, quibus beneficiolum aliquod vix ad neceſſaria ſuppetat? Sic à D. Bernardo apud Eugenium Papam XVII.
commendatur Gaufridus Carnotẽſis Epiſcopus, qui legationem Lib. 4. de conſiderat.
in partibus Aquitaniæ ſtrenuè adminiſtrauerat propriis ſumptibus: idque annos plures: adeo vt nec piſcem voluerit accipere à Præſbytero niſi refuſo pretio: nec paropſides equiſiti artificij licet ligneas. quomodo argenteas accepiſſet, qui ligneas recuſauit? Verum alij aliorum fuere, ſuntque mores: cuiuſmodi idem D. Bernardus non timuit Iordanem Cardinalem accuſare, quod de gente in gentem tranſiens horrenda veſtigia vbique reliquerit, Epiſt. 290.
omnia repleuerit non euangelio, ſed ſacrilegio: turpia commiſerit; ſpolia Eccleſiarum aſportarit; formoſulos pueros in Eccleſiaſticis honoribus vbi potuit, promouerit: vbi non potuit, voluerit: ad quos peruenire non potuit, exegerit, & extorſerit per nuntios.

An verò pro ſe, an pro Eccleſia Romana quaſi ob jus procurationum & viſitationum exegerit, & aſportarit non dicitur: ſed hoc certum Pontificio iure legatis Apoſtolicis procurationes debitas eſſe, id eſt expenſas viſitationis illorum ferre debuiſſe Clericos omnes diœceſis quam viſitarẽt, tam viſitatos quam non viſitatos, adeo vt iſti refundere tenerentur pro portione expenſas, Cap. 17. de cenſib.
quas viſitati feciſſent in recipiẽdo & alendo viſitatore. Ergo qui non erant viſitati non præſtabant aliquid ei qui viſitauerat, ſed

Digitized by Google

illis quos viſitauerat, vt ſic venirent in partem oneris. An verò ſucceſſu temporis pro apoſtolica ſede inductum fuit quod inferiores Epiſcopi vſu ceperant, licet damnatum? ſcilicet vt collecta fieret nummorum ei dandorum viſitationis & procurationis prætextu, licet facta non fuiſſet: ſanctione lata vt procuratio non præſtaretur. id eſt jus procurationis, ſeu nummus qui circa viſitantis expenſas impenderetur quando viſitatio perſonaliter non fieret, niſi iuſta & neceſſaria cauſa viſitationem perſonalem impediiſſet: vnde ſequebatur, vt ſi Pontifex non delegaſſet in aliquam diœceſim viſitationis cauſa, non excuſaretur tamen hæc Prouincia ab iſto nummo, ſi aliquo impedimento à viſitatione ceſſaſſet. Et quoniam leges optimæ ſolent in abuſum verti, huic præſtationi à viſitatis ſuccedere potuit, vt quaſi ei aſſuetis imponeretur deinceps licet non ampliùs viſitatis: vt ſe redimerent à decimarum, aut aliorum onerum exactione: provt iam vidimus aliquas diœceſes cum ab eis decima peteretur eam recuſaſſe: ſed nummum tantum obtuliſſe, quantum pro duabus procurationibus oportuiſſet: at iſtis offerentibus: ideoque non exigebatur. Quapropter de illa ob procurationes collecta pro Romana ſede quomodo eam admiſerit obſcurum eſt, ideoque dici poteſt magis ſobriè illam hoc ius admiſiſſe, quam inferiores viſitatores qui quod abuterentur cenſuram meruerunt.

Cap 23. eod. de cenſib.

XVIII.

XIX. Aliud impoſitionis genus introductum eſt in Romana Curia, ſcilicet pro ſpolijs defunctorum, cuius originem inferiores Metropolitæ, & Epiſcopi fecerunt, licet variis Conciliis prohibitam: per ea enim Epiſcopi defuncti res ſucceſſori reſeruantur, ideoque Metropolita interdictus eas attingere, & qui attigiſſet pro reo ſacrilegij habitus: idque etiam generali Concilio cautum, nempe Conſtantinopolit. 6. vt nulli Metropolitarum liceat mortuo Epiſcopo, qui eius throno ſubeſt, res defuncti, vel Eccleſiæ vacantis ſibi vendicare: ſed ſint ſub cuſtodia Cleri eius Eccleſiæ ad vſque alterius Epiſcopi promotionem, præterquam ſi in ead. Eccleſia non reperiantur Clerici, tunc Metropolitanus eas non diminutas ſeruare iubetur Epiſcopo futuro. Quaproptér D. Greg. non ignarus canonum & moris ſuorum prædeceſſorum, voluit quæcumque adquiſita ab Epiſcopo eius Eccleſiæ, cui præfuit, dominio conſeruari, nec quemquam inde aliquid vſurpare qualibet occaſione ſuſtinuit.

Cap 16. Concil. Ilerdenſ. Can. 16. Valent. Hiſpaniæ cap. 2. & 3. ſub Ioan. 2. Regienſe cap. 5. & 6. Aurelian. 5. cap. 8. Tolet. 9. cap. 9. & quæ ſupra notauimus cap. 1. hoc lib. Ep. 1. cap. 101. lib. 5. ep. 51. lib. 7. indict. 11.

Quid de ſpoliis inferiorum Clericorum & Parochorum, ſanè

Epiſcopo diœceſano attribuuntur ſanctione Synodi Lingonenſis anno 1404. ac notum eſt Epiſcopos, ita hoc ius ſibi adtribuiſſe, vt quando iura municipalia reformari placuit, ſe oppoſuerint nonnulli articulis quibus ſucceſſio Sacerdotis defuncti adiudicatur eius parentibus. Sed hoc præſumpto iure tandem deciderunt vt mox dicetur.

Vide litt. E. domini Loüet n. 4. & not ibi à Brodeo.

Adde Chopp. de iuriſdict. Andeg. cap 41. artic 1.

Quoad vero Pontificem Romanum non legitur bona defuncti
Sacerdotis in aliena diœceſi ſibi adrogaſſe vſque ad Innocentium
4. bellis ciuilibus contra Imperiales occupatum. Is enim audiens
tres Archidiaconos in Anglia inteſtatos deceſſiſſe grandi quemque
theſauro relicto, ſtatutum ſuper hoc nouum & inauditum,
ait hiſtoria, promulgauit, vt inteſtati Clerici bona deinceps in
vſus Papæ conuerterentur. Sed Rex Anglus huic ſtatutò obſtitit
ne ſortiretur effectum: deinde Cardinales eius reuocationem
curauerunt propter ſcandalum, quod creauerat: nec tamen reuocatio
obſtitit quin ſequenti æuo hoc ſtatutum inualeſceret, vt XX.
teſtantur noſtrorum Regum Caroli 6. & Ludouici 11. edicta quibus
prohibuerunt deinceps quidquam præſtari cameræ Apoſtolicæ
pro ſpoliis defunctorum Eccleſiaſticorum quæ à ſucceſſore
exigebantur, adhibito anathemate cuius metu de illis paciſci cogebatur.
Sic ergo Pontifices Romani ſpolia Sacerdotum ſui iu- XXI.
ris eſſe voluerunt, vnde Gregorius 11. licet in ſchyſmate ſedens,
coëgerit capitulum Vratiſlauienſe ſibi numerare 30. millia aureorum
pro relictis ab Epiſcopo Pretiſlao qui adeo locuples fuerat,
vt vulgò nominaretur aureus. Et Iulius 2. dicitur ditatus magnis
theſauris quorumdam Sacerdotum Romæ defunctorum
quos ſibi addixit: cumque Rotomagenſis Cardinalis teſtamento
legaſſet auri ter mille libras ſignatæ pecuniæ, idem Iulius eas ſibi
dari poſtulauit, quaſi legari non potuiſſent; ſed poſtulatione
fruſtratus eſt.

Apud Germanos ſucceſſio Sacerdotis exceptis patrimonialibus in pia opera conuertebatur ca. 11. Concil Colon. parte 13. an. 1536.

Math. Par. in Henrico 3. ad an. 1246. 1247.

Parte 7. ſtyli Parlam. & parte 3 tit 7. eiuſd.

Lucius lib. 1. placit. tit. 4. arreſto 3.

Ioachimus Cureus in Annalib. Sileſiæ ad an 1375.

Bamb. lib. 10. hiſtor. Venet.

Ne verò de iſto ſpoliorum iure dubitaretur, conſtitutionibus XXII.
Pontificiis ſancitum eſt. Nam Paul. 3. ſedens an. 1534 conſtitutionem edidit de ſpoliis defunctorum Sacerdotum qui vel nullo condito teſtamento, vel abſque ſufficienti facultate teſtandi à ſummo Pontifice impetrata, aut vltra quantitatem de qua facultatem habuiſſent, teſtati deceſſiſſent: vt ſic non eſſet ius teſtandi, niſi eis qui obtinuiſſent: & qui non obtinuiſſent pro inteſtatis haberentur: ac velut inteſtatorum bona Cameræ apoſtolicæ applicarentur: adeo vt ne quidem rata vellet eſſe

Conſtit 31. in tomis bullar. Onuphr. in Paulo 3.

Conſtit. 33.

in piam cauſam legata ab illis derelicta vltra decimam partem bonorum ſuorum, tam mobilium quam immobilium. Is verò conceſſit militibus, vt vocant, de lilio teſtandi poteſtatem de bonis adquiſitis ex beneficiis Eccleſiaſticis vſque ad ſummam mille ducatorum. De cæteris autem in ſolidum: vt ſic facultas impetranda eſſet de bonis auitis, & patrimonialibus. Nec ſecus Sixtus 4. & Alexander 6. priuilegia vniuerſo Clero Romano intra decimum lapidem ab vrbe cōceſſerunt de teſtandi poteſtate, & iure capiendi hæreditates in teſtatorum Clericorum fauore inſtaurandæ vrbis, vt ſcripſit Argentræus. Denique Paulus 4. omni facultate teſtandi voluit eſſe priuatos non reſidentes ſuis beneficiis, vt quaſi inteſtatorum bona omnia, tam mobilia quam immobilia, vbicumque locorum exiſterent, ad cameram Apoſtolicam pertinerent.

Conſtit. 50.
Sixtus 4. & Leo 10 teſtandi facultatem conceſſerunt Clericis de ædificiis ab eis in vrbe Roma cōſtructis, etiam ex redditibus ſuorum beneficiorum, vt eſt in codice ſtatutorum vrbis Romæ.
Ad artic. 510. conſuetud. Britan.
Conſtit. 115.

Leges ſanè duriſſimæ. Iis enim reputantur Clerici velut ad inſtar ſeruorum qui apud Ethnicos mortalitati comparabantur, nec teſtamenti factionem vllam habebant: ſanè inter ſcripta D. Gregorij leguntur conceſſiones teſtandi Probo & Adeodato Monachis ab eo factæ. Ergo conceſſio obtineri debuit ſiue nouo iure, ſiue antiquo: & cum Epiſcopo Picētino data eſſet à Pio 4. ex eaque teſtamentum condidiſſet, deinde Pius præmortuus eſſet, quæſitum eſt an illud reuocare, & aliud ſcribere poſſet: deciſumque potuiſſe, quoniam gratia Principis eo mortuo non expirat.

Ep 5. lib 11. ep. 21. lib. 9. indict. 4.
Pars 1. deciſ. Rotæ Rom. deciſ. 47. ex ca. ſi ſuper gratia de off. deleg. in 6.
Vide Couarr. tom 1 tract. de teſtam. cap. 7. n. 21. & ſeq.

Sed mitiùs Iulius 3. Sacerdotū morientium pecunias inexactas non quidem eorum hæredibus, at in Sacerdotio ſucceſſoribus adquiri voluit, exceptis pecuniis & ſuppellectile Cardinalium, quas cameræ & ſacello Apoſtolico tradi iuſſit, ſi Romæ diem obiiſſent, quaſi iure, quod vocant Albinatus. Sic Onuph. in eius vita. Verum extat illius conſtitutio de fructibus duntaxat beneficiorum inexactis. Cum verò circa hæc tempora Georgius Cardinalis vir bello, paceque apud Hungaros clarus, Ferdinādi iuſſu occiſus eſſet: quæſtio fuit de bonis illius inteſtati, quæ fiſco ſuo volebat inferri Pontifex: at iam conſumpta fuerant.

In Concilio Aquileienſi 1. an. 1596. recēſetur & iubetur ſeruari hæc cōſtitutio. tit. de Epiſcopis to. 4 Cōcilior. ſub f.
Conſtit. 9.
Auguſt. Thuan. 1. parte hiſtor. ad an 1552.

XXIII. Porrò ſub nomine ſpoliorum Pius 5. declarauit non intelligi quaſcumque res diuino cultui dicatas, non quod de illis teſtamentum licitum cenſeret, ſed quod eas relinqui vellet Eccleſiæ cui defunctus inſeruierat, ſi eis ad priuata tantum oratoria vteretur. Ergo cætera placuit contineri bona omnium Sacerdotum, nec non regularium extra cœnobia degentium, prout ſanxit

Conſtit. 44.

Digitized by Google

Greg. 13.& ante illum Pius 4.declarauit inter ſpolia venire quid-
quid Clericus ex illicita negotiatione adquiſiuiſſet. Atque inde
ex iſto ſpoliorum inducto iure factum eſt, vt collectores ad ea
percipienda mitterentur vbique: quod ſi fortè deeſſent in aliqua
regione, nihilominus Paulus 3. legem de ſpoliis locum ibi habe- XXIV.
re voluit. Denique pecuniis quæ ex ſpoliis prouenirent recipien-
dis Quæſtor theſaurarius præpoſitus eſt, cuius tantum munus,& XXV.
tam lucratiuum reputatum fuit, vt iam anno 1585. pro eo obti-
nendo ſoluta ſint cameræ Apoſtolicæ ſcuta quinquaginta millia
profitente etiam Sixto 5. ſe maius pretium habere potuiſſe, Ea
autem conditione hoc iure fruitur camera Apoſtolica, vt æs alie-
num defuncti Sacerdotis,cuius mobilia capit, exoluere teneatur
ſiquidem in commodum Eccleſiæ, cuius regimen habuit, non
ceſſerit. At certum eſt apud nos huiuſmodi ſpoliorum iura nul- XXVI.
lius eſſe momenti, vt iam notauimus, ſic neque apud Hiſpanos
quorum moribus ſolet Iudex laïcus mortui Epiſcopi bona ſub
manum Regis mittere: quod ſi ſubcollector cameræ Apoſtolicæ
ob id eum excommunicet, conſilij Regij authoritate cogitur
abſolutionem illi dare, aut procurare: an vero vt deferantur pa-
rentibus Epiſcopi? Sanè Riccius ait in Hiſpania Clericos infe-
riores Epiſcopo habere ſuos parentes hæredes: adeo vt etiam di-
uiſio fiat fructuum & penſionum beneficij inter hæredes benefi-
ciati & penſionarij pro rata temporis quo defunctus vixit, ſic
referente Garſia: idque apud nos obſeruatur. In ſtatu verò Me-
diolanenſi, ac etiam in ditionibus temporalibus ſummi Pontifi-
cis, per bullam Iulij 3. fructus beneficiorum collecti in annis præ-
teritis pertinent ad hæredes beneficiati, vt ſcripſit idem Riccius.
Ergo hæc quoad Clericos inferiores ſecus de Epiſcopis, quos
habere debere teſtandi facultatem, vt tranſmittere poſſint ad
ſuos agnatos, aut ad quos voluerint, ſcripſit Couarruuias: quod
ſecus noſtris legibus quibus ſuccedunt parentes Epiſcopo, etiam
religioſo: ſic antiquatis canonicis ſanctionibus quibus adquiſita
ex redditibus Eccleſiæ illi relinqui debent: quoniam experien-
tia docuit breui fore ſi hæ ſanctiones obſeruarentur, vt immo-
bilium maxima pars in Eccleſiæ dominium veniret vnde laicis
non benè conſuleretur, nec proinde reipub. cuius onera ſuſti-
nent, ſiue plebei tributis, ſiue nobiles armis, dum quieti Eccle-
ſiaſtici vacant. In regionibus autem quas vocant obedientiæ di-
citur tranſactum inter ſummum Pontificem, & Principes tem-

Conſtit. 44.
Conſtit. 23. to. 1. bullar.
d. conſtit. 31.
Conſtit 1.
Deciſ. Rotæ 856. de probationib. & 865. de teſtam. in antiq. ex Chop. lib 1. tit. 1 artic. 9. Pariſienſ. conſuetud.
Bouad. lib 2. de la politica c. 18. caſo 86.
Riccius parte 5. deciſ. collect. 1718.
Garſias tract. de benef. parte 2. cap. 1. n. 94. & ſequentib.
Parte 3 deciſ. collect. 657.
quanquam ex Concilio Mediolan. 5. acto an. 1579. parte 3 tit de Eccleſ. earumve ſupellectile & fructibus §. vt litibus, appareat hæredes defuncti Sacerdotis & ſucceſſores beneficij collitigare ſolitos de iſtis fructibus: atq; vt litibus modus imponatur iubetur ius commune obſeruari.
Tomo 1. tit. de teſt. c. 7. n. 21. & ſequentib.

Digitized by Google

porales, vt defuncti Epiſcopi bona ex æquo inter eos diuidantur: cæterorum autem Eccleſiaſticorum relinquantur illorum hæredibus, vt ſcripſit D. de Leſtang Præſes Tholozanus.

Arreſto. 5.

XXVII. Quid de redditibus & fructibus vacantis Eccleſiæ? iiſdem canonibus futuro ſucceſſori reſeruari debebant: quos ſequutus Rogerius Rex Neapolitanus lege cauerat, vt cuſtodirentur à tribus melioris notæ canonicis, qui electo paſtore ad rationes illorum vocandi eſſent: ac interim de iſtis prouiderent Eccleſiæ, & miniſtrorum eius neceſſitatibus. Sed hodiè lex illa non ſeruatur. Vnde extat conſtitutio Pij 4. & Pij 5. quà volunt vacantis beneficij fructus omnes in Neapolitano Regno addici cameræ Apoſtolicæ. Itaque Eccleſia vacante fructus colliguntur per ſedem Apoſtolicam miſſo ibi Nuntio: niſi quod excipiuntur Eccleſiæ in quibus præſentandi Præpoſiti ius Rex habet. His enim deſtinatur œconomus, cuius curæ incumbit, vt Eccleſia rectè gubernetur: & quia Epiſcopum ſeu Præpoſitum refert, ideò ſedet primo loco poſt Archidiaconum, qui exercet iuriſdictionem Epiſcopalem. Fructus verò percipit Theſaurarius Prouincialis ad vtilitatem tamen eligendi Epiſcopi. In Hiſpaniæ autem regnis omnibus, excepta Portugalia, & Pampilonenſi in Nauarra, iidem fructus applicantur cameræ Apoſtolicæ. Sed ſimul atque nouus Epiſcopus proclamatus eſt in conſiſtorio, fructus ad eum pertinent etiamſi non cœperit poſſeſſionem. At in ſtatu Mediolanenſi, ac etiam Papali, reſeruantur ſucceſſori, niſi vbi ſunt collectores à camera Apoſtolica ad eos percipiendos deputati. Scribit tamen Garcias beneficiorum reſeruatorum fructus pertinere ad Pontificem Romanum, ſede vidua, in partibus Italiæ ex conſtitutione 36. Pij 4. Vnde ſequeretur non reſeruatorum, eius non fieri.

Secundum iſtos canones Manuel Comnenus idem ſanxit tit. 7. conſtit. imperial. & apud Balſam. ad can. 35. Synodi in Trullo.

Lib. 1. iuris Regni Neapol. tit. de ſacroſan. Eccleſ. & ibi Tapeias.

Conſtit. 29. & 53.

Ante illos Clemens 5. Ioannes 22. Innocentius 6. & Gregorius 11. eoſdē fructus quandiù vacaret Eccleſia, ſeu beneficium reſeruauerunt vnde tandem annata prodijt, vt proximo capite videbimus.

a Garcias tract. de benef. parte 2. cap. 1. n. 91.
b Idem ibid parte 5. cap. 1. §. 4. n. 252. c Riccius d. part. 3. collect. 657. d Ibid. n. 90.

XXVIII. Anglorum Regum quidam olim huiuſmodi redditus ſucceſſori reſeruauerunt, quidam fiſco ſuo addixerunt: ac iſtorum præcipuus fuit Guilielmus Rufus: qui ob hanc inuaſionem creditus nutu diuino transfixus ab vno ex ſuis, dum venatur, ſagitta qua ille feram appetebat; aliquos ex ſucceſſoribus ſuis retinuit, vt ſi non prorſus à collectione horum fructuum abſtinerent, moderatiores ſaltem efficerentur: ſed ita nihilominus vt Epiſcopatuum & cœnobiorum, quæ maiores ipſorum inſtituerant, ad annum fru-

Nicol. Harpsfeldius in Anglicana hiſtor. ad 13. ſecul. c. 9.

Digitized by Google

ctus ſibi vendicarent. Porrò Henricus 1. cum mortuo Anſelmo nouí Pontificis cooptationem ad quinque annos diſtuliſſet, vt interea medios fructus lucrifaceret, callidè cauſabatur, hanc moram ideo ſe afferre, vt poſt exquiſitam deliberationem aliquem tandem inueniret qui Lanfranci, & Anſelmi virtutibus reſpondens tantæ dignitati ſufficeret. Henricus deinde 2. lege lata in Conuentu Clarendonenſi ſtatuit vacantis Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, Abbatiæ, & Prioratus redditus ad Regem ſpectare: verum poſtea reuocauit quidquid contra libertatem, & iura Eccleſiæ ſtatuerat. Sed nonobſtante reuocatione hunc abuſum perduraſſe teſtatum habemus ex querelis Cleri Anglici Anno 1306. quæ inter cætera continebant, Quod dum Epiſcopatus, & cœnobia vacarent, domos, viuaria, piſcinas, molendina, nemora, & alias Eccleſiæ poſſeſſiones Rex apprehenderet, eiſq; cuſtodes apponeret, qui luculentis detrimentis eas afficerent; & licet agros negligenter & tenuiter coluiſſent, exigebant tamen à ſucceſſoribus grandes pecunias, quaſi grandem impenſam eorū colendorum gratia feciſſent: & ſi fortè Rex nondum percepiſſet fructus vacantes, electus Epiſcopus cogebatur pro illis cum Rege decidere: cuiuſmodi refert exemplum Harpsfeldius. Itaque ad redimendam huiuſmodi vexationem quaſi tranſactione cum Regibus & Monaſteriis actum eſt, vt hæc illis certam quandam pecuniam penderent: & iſtis illi quaſi cœnobiorum conditores ſubſtituendi Abbatis facultatem darent. At non ſolum huiuſmodi fructus & redditus hi Reges præſumpſerunt de vacantibus maioribus præfecturis, ſed per conſequens minorum Sacerdotiorū quæ ad Epiſcopi collationem pertinebant: vnde controuerſia cum Cantuarienſi Archiepiſcopo qui hoc ius ſibi non Regi competere in Aſſanenſi diœceſi contendebat: nec tantum id iuris eſt huic Archiepiſcopo in illa diœceſi, at etiam in Roffenſi, provt iudicatum eſt etiam per regios iudices contra Regem. Ac ſimiliter Nordouicenſes Epiſcopi vacantium in diœceſi ſua Eccleſiarum fructus ſibi decerpere ſolebant, initio ſumpto à Pandulpho Epiſcopo cui Romana ſedes hoc beneficium indulſit, vt ſe ære alieno, quo premebatur, liberaret. Verùm ne vlterius hoc procederet obſtiterunt Cantuarienſes Archiepiſcopi. Iuriſdictio verò, & profluentia inde commoda ad Primatem, deſtituta Paſtore Prouincia, recidebant.

Atque ita Angli Reges de fructibus vacantium Eccleſiarum diſ-

Idem ad 12. ſecul. c. 3.

Math. Paris ad an. 1164. 1171.

Idem Harpsfeld. ad 13. ſecul. cap. 9.

Idem ad 14. ſecul. c. 33.

Idem ad 12. ſecul. cap. 10.

Idem ad 13. ſecul. cap. 15.

Idem ad 11. ſecul. cap. 7.

Lib 4 hiſtor. cap. 37. cum ca. 24.

poſuerunt: idemq; Britanniæ Armoricæ Duces præſumpſerunt, vt refert Argentræus.

XXIX. Apud nos verò notiſſimum eſt regaliæ ius quo per vetuſto ſolent Reges noſtri vacantis Epiſcopatus beneficia curam animarum non habentia conferre etiam in fauorem: & redditus Epiſcopales ad ſuam authoritatem reuocare, non tamen quod eos ſuis vſibus vendicent. Nam ea pietate fuerunt, & Deo fauente futuri ſunt, vt ſacris procurãdis, & religioni illos ceſſerint, videlicet datos canonicis, & capellanis S. Capellæ regis Palatij Pariſienſis, adhibita ſummi Pontificis in hoc confirmatione, quam Carolus 5. impetrauit: iique vacantis ſedis fructus percipiunt, quovſque Rex ſucceſſorem nominauerit ſummo Pontifici; nominatus bullas ab iſto impetrauerit, & poſt impetratas iuramentum fidelitatis præſtiterit Regi, idq; in archiuum Cameræ computorum retulerit, & ab ea manus Regiæ ſuper fructibus appoſitæ, remotionem obtinuerit; hæc enim concurrere debent, nec nominatio ſine bullis ſufficit: niſi quando exorto diſſidio inter Regem & Pontificem non licet ire Romam: ſiquidem eo caſu ſufficit poſt nominationem decretum magni conſilij vt mittatur nominatus in poſſeſſionem, ea tamen conditione vt quamprimum licebit, bullas impetret ab eod. Pontifice.

Chopp. lib. 1. de ſacra polit. tit. 7. n. 15. ad marg.

XXX. Cæterorum autem beneficiorum minorum fructus dum vacant adiudicantur noſtris moribus Archidiacono, quoniam eſt oculus Epiſcopi, proindeque huic incumbit Eccleſiarum viduarum cura, vt de his fructibus ſacra procuret, & iiſdem muneribus ac oneribus fungatur, quibus addictus eſt beneficio Sacerdos: quanquam Synodus Baſileenſis, huicque conformis Pragmatica ſanctio quibus annatæ damnantur, noluerint Archidiacono competere vacantis Eccleſiæ fructus, non ſecus ac olim non competebant œconomo; ſed nouo iure aliter obſeruatur. Vacare autem intelligitur beneficium, etiam ſi collatum ſit, quando prouiſo lis mota impedit ne in poſſeſſionem eat, & iura tam ſpiritualia quam temporalia exerceat: vel ſi negligat intra tempus à iure ſtatutum ad ſacra promoueri, ſine quibus vacare Eccleſiæ non poteſt. Quod ſi obtinuit recredentiam, vt dicimus, fructus percipere debet etiamſi ad ordines requiſitos non ſit promotus, quia pendente lite non tenetur promoueri: aliâs inutilis illi eſſet recredentiæ ſententia: ſicque iudicatum à Senatoribus ſupremis refert Rebuffus.[a] Ergo Archidiacono non ſunt conceſſi fructus, niſi

Chopp. lib. 1. de ſacra polit. tit. 8. n. 14 & ſequentib. cum plurib ad marginem. Louet. in litt. d. n. 61. cum not. à Brodeo. Guenois ad cap. 65. lib. 1. forenſium Imberti.

a Tit. de collat. in concordat. §. volumus ad nomen beneficium. p. 658. ſub f.

Digitized by Google

niſi vacantis Eccleſiæ atque duntaxat vt ei ſubueniat eiuſque ſolicitudinem ſuſcipiat: ſed hoc iure quod deportum dixerunt & præſumpſerunt Prælati, tandem euicti fuerunt.

CAPVT IV.

DE IISDEM FRVCTIBVS ECCLESIÆ qui in Annatas verſi ſunt.

A C

DE IPSIS ANNATIS, ET ALIIS Iuribus quæ pro bullis exiguntur.

LECTIO.

1. *Munus exactum pro inthroniſatione ſeu promotione, idque prohibitum in Concilio Calchedon.*
2. *Sportula apud Paganos id munus dictum.*
3. *Imperatores id exegerunt à nouis Epiſcopis.*
4. *Prohibitum id munus inter Eccleſiaſticos.*
5. *Iuſtiniani pro illo temperando conſtitutio.*
6. *Gregorius & alij quondam Epiſcopi hoc munus abhorruerunt.*
7. *Non item alij.*
8. *Annatarum inde introductio ſumpto nomine à Iuſtiniani conſtitutione.*
9. *Vel à fructibus primi anni quos Pontifices Romani quibuſdam Epiſcopis indulſerunt.*
10. *Conſtitutione Oxonienſi apud Gallos prohibiti Epiſcopi, hos fructus ſibi adrogare.*
11. *Illud primi anni fructuum ius videtur ab Epiſcopis capi ad inſtar dominorum feudalium.*
12. *Capitula item illud ſibi attribuerunt.*
13. *Id reprobauit Curia Lutetiana: & tolerauit in pias cauſas, & pro Monaſterijs.*
14. *Hoc ius promanaſſe videtur ab Epiſcopis Anglis.*
15. *Deliberatio Epiſcoporum in Concilio Vienneſi contra illud, & contra decimas & communia ſeruitia.*
16. *Reſeruationis fructuum primi anni ob vacantias quis anthor.*
17. *Ioannis 22. & aliorum ſequentium conſtitutiones de iſtis fructibus, ſeu annatis.*
18. *Bonifacius 9. annatas perpetuas reddidit.*
19. *In Anglia, & Germania non*

præſtantur, niſi de minorib. beneficijs.

20. *Cum annatis alia iura pro impetratione bullarum & prouiſionum.*

Vnde formula ibi relata.

21. *In ſchiſmate ea iura plurimum aucta fuerunt.*

22. *De iſtis iuribus propoſitiones in Concilio Conſtantienſi, Baſileenſi, & Pragmatica ſanctione.*

23. *Concordatum Germanicum de annatis.*

24. *Controuerſia ob annatam inter Pium 2. & Dietherum electum Epiſcopum Moguntinum.*

25. *Grauamina Germanica de annatis.*

26. *Pœna non ſoluentium annatas, & alia iura prouiſionum & bullarum.*

27. *Vnde venditi libri, calices & alia res ſacræ: & tributum Clero ab Epiſcopo impoſitum vt his ſatisfieret.*

28. *An licita ſit annatarum exactio.*

29. *Licita videtur vt ſummus Pontifex ſubueniat magnis ſumptibus, quibus ſancta ſedes afficitur.*

30. *Gregorius 1. & alij quondam Pontifices Romani de ſolo redditu patrimonij Eccleſiæ Romanæ plurimis pijs operibus, & alijs negotijs Eccleſiaſticis ſatisfecerunt.*

31. *De redditu ſtato & certo eiuſdem patrimonij quem ſibi ſuffecturum dicebat Marcellus 2.*

32. *Germani & Poloni ad fiſcum reipub. annatas retrahere voluerunt.*

33. *De quindenniis: aliud annatarum genus.*

34. *Contradictio Gallorum ſuper annatis.*

35. *Concordatum de illis inter Leonem 10. & Franciſcum 1.*

36. *Remedium Sacerdotum Gallorum contra taxam Romanam de annatis.*

37. *Sanctio Caroli 9. contra annatas eaque ſine effectu.*

38. *Opulentia ex illis iuribus, & pia opera quorumdam ſummorum Pontificum.*

IAM de indictione potiſſima quæ ordinato & promoto in aliquam dignitatem Eccleſiaſticam cœpit imponi, & tandem in vſum annatarum verſa eſt, aliqua dicenda ſunt.

1. Sanè & Calchedonenſis ſanctio, & Iuſtiniani conſtitutio docent conſuetudinem, (niſi abuſum dixeris) introductam eſſe in Eccleſia, vt Epiſcopi pro inthroniſatione certam ſummam dare tenerentur. Namque id Synodus Calchedonenſis damnauit, vetans nimirum propter pecunias ordinari Epiſco-

Digitized by Google

pos, & promoueri diſpenſatorem, vel defenſorem adiecta in ordinantes, & promouentes ordinatos & promotos, & quicumque ſe huic turpi commercio immiſcerent gradus priuatione, & anathematis pœna: vnde diſtinguitur ordinatio à promotione quaſi is ſolus cadat in pœnam, qui Epiſcopum propter pecunias ordinaret, non qui pecuniam acciperet vt iam ordinatum promoueret, ſeu inthroniſaret in ſuam ſedem. Quod tamen non imputabitur ſanctis Patribus, vt videlicet neglexerint pecuniarum dationem ob promotionem ad Epiſcopatus ſedem, rerumque illius vſum & adminiſtrationem: nam ſi in œconomi, & defenſoris promotione eam damnauerunt, multò magis certè in Epiſcopi.

Ergo pro inthroniſatione dabatur, idque ſportula dicebatur: II.
quod repetere licet ex vetere paganorum more apud quos qui
aliquid noui ordiebantur, vel nuptias, vel magiſtratum, vel Plin. ep 116. 121.
etiam ſacerdotium, aliquot munera, quæ ſportulas vocabant, Symmach. ep. 14. lib. 4. 98.
largiebantur aut populo, aut collegio: vt conſtat ex pluribus lib 9 ep f. lib. 10.
Plinij 2. epiſtolis, & aliis authoribus. Hinc ille apud Apuleium Suidas in verbo χαμηλία.
Hemus Thracius, vt in latronum collegium adſcriberetur pro
fundens duo millia aureorum: En, inquit, iſtam ſportulam: imò Apuleius lib. 7. Metamorph.
vero dotem veſtro collegio libens, méque vobis ducem fidiſſi- Suet cap. 9. in
mum, ſi tamen non recuſatis, offero. Et Claudius (qui poſtea Claudio.
Imperator) ſeſterties octogies pro introitu noui Sacerdotij coactus impendere.

A quo verò tempore introductus fuerit ille mos in Eccleſiam III.
Catholicam, non mihi liquet, in Eccleſiam dico, ſed ab Eccleſiaſticis. Nam lego Imperatores aliquos exegiſſe à nouis Epiſcopis munera, vnde controuerſia inter Flauianum Procli ſucceſſorem in Archiepiſcopatu Conſtantinopolit. & Chryſaphium tunc potentem aulicum; quod cum ille panes puros pro munere electionis miſiſſet Imperatori, hic aureum donum mitti debuiſſe diceret: & Iuſtinus Imperator Antiocheno Epiſcopo Anaſtaſio
Synaitæ ſuccenſuit, quod deſignatus Epiſcopus ei pecuniam Euagr lib. 5. cap. 6.
dare noluerit. Denique nota eſt Gregorij magni querela aduerſus Mauritium Imperatorem, quod quamdam Symoniam exerceret, dona ſibi pro electione Epiſcoporum offerri præcipiens.

Sed hæc ab Imperatoribus. Eccleſiaſticos autem munera quo- IV.
que à ſuis Epiſcopis recens electis, vel ab illis Sacerdotibus qui in eorum conſortium adlegerentur ſolitos eſſe exigere docet illa

prohibitio iſtius moris à Concilio Calchedonenſi, ac eodem
Baron. ad an. 459. tempore, nempe ſub Leone 1.& Gennadio Archiepiſcopo Conſtantinopolit. Synodus Conſtantinopolitana particularis, cui Leonis adfuerunt legati, congregata aduerſus ſymoniam, reſoluit nihil accipiendum eſſe, nec ante tempus ordinationis, nec poſt: Sic explicans verba illa; gratis accepiſtis, gratis date: à me accepiſtis dignitatem Sacerdotij, ſi mihi pro ipſo parum quid vel magnum ſoluiſtis & hoc à me venditum eſt, vos quoque ipſum aliis vendite: ſi autem gratis accepiſtis, gratis date.

V. Nihilominus tamen ceſſauit conſuetudo Eccleſiaſticorum accipiendi ab Eccleſiaſticis pro inthroniſatione, ſeu promotione: Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. & cum fortè quod à principio munuſculum erat, graue onus fieret Iuſtinianus Imperator ad certum modum id redegit pro qualitate ſacerdotij, nec voluit quidquam peti à Sacerdote cuius Eccleſia minus duarum auri librarum in redditu haberet: eique conſtitutioni Romanum etiam Epiſcopum ſubiecit: quaſi ea quoque conſuetudine vteretur quanquam exemplis contrarium

VI. liqueat. Nam Gregorius 1. maximè auerſatus eſt quidquam pro Ep. 44. cap. 88. lib 4. indict. 13. ep. 51. cap. 95. ep. 56. cap. 100. eod. ep. 7. cap. 107. lib 5. indict. 14. palliis quæ electis concedebat (ea autem ſymbolum confirmationis erant) dari vel accipi ne quidem à Notario pro traditione chartarum: idq; ne fieret expreſſa Synodo ſanxit. Ac poſt eum Leo 2. ſedens anno 682. conſtitutionem edidit quam Anaſtaſius ſcripſit archiuo Eccleſiæ incluſam eſſe, vt qui ordinatus eſſet Archiepiſcopus nihil pro vſu pallij perſolueret. Item Zacharias Ep. 5. vol 3. Concil. parte 1. vt ſymoniaca reiecit, & deteſtatus eſt aliqua præmia quæ illi tranſmiſerant tres Epiſcopi interioris Germaniæ, quos Bonifacius 8. in eam regionem prædicationis cauſa delegatus ordinauerat, ac pro illis pallia obtinuerat à ſummo Pontifice quæ illi remuneratione digna putabant: nimirum ſancti Pontifices non

VII. eſſe in quæſtum vertendam authoritatem pontificiam putabant. Lib. 2. de geſtis Anglor. lib. 1. de geſtis Pōtif. Anglor. de hoc etiam Thomas Vvalſing. in Neuſtria ad an. 1070. & de vænalit. Rom. Ditmarus ſub eod. Benedicto 7. lib. 3. chron. at non item poſteriores. Nam refert Malmeſburienſis Cnutonem Regem Romam profectum circa annum 1017. quo ſedebat Benedictus 7. queſtum eſſe apud Pontificem quod Archiepiſcopi regni ſui immenſitate pecuniarum grauarentur dum pro pallio accipiendo ſedem Apoſtolicam ex more adirent: decretumque obtinuiſſe ne deinceps fieret: ac de Stigando Vvintonienſis, & Cantuariēſis Præſulatus inuaſore loquens; idem Malmeſburienſis, ait, illum nunquam à Roma pallium meruiſſe: quamvis, inquit, ibi multum vænalitas operetur: niſi quod qui-

Digitized by Google

dam Apoſtolicæ ſedis peruaſor ei miſit gratulatus, quod eum quem alij Archiepiſcopi ducebant ludibrio ipſe Papam appellaſſet. Hæc ille. Cui conſonans Mathæus Paris ſcripſit, Vvigornienſem Epiſcopum accepto pallio in Angliam rediiſſe obligatum Curiæ Romanæ 10. millibus librarum legalium eſterlingorum, idque ſub Innocentio 3. In Ioan. ad an. 1215.

Mirum vero quod idem Mathæus recenſet, Græcam Eccleſiam à Romana defeciſſe; quod quidam Græcus Archiepiſcopus electus canonicè cum Romam veniſſet confirmandus, non potuerit confirmationem obtinere niſi infinitum aurum promitteret: ac meminit Germani Archiepiſcopi Conſtantinopolit. ad Gregorium ſuperbè ſcribentis, & auaritiam ac oppreſſiones exprobrantis. Siquidem certum eſt eo anno, videlicet 1237. Conſtantinopol. Eccleſiam à Latinis Pontificibus gubernatam fuiſſe, quemadmodum & vrbem & aliquam imperij Græci partem à Principibus quoque Latinis ab anno 1200. vſque ad ann. 1260. quo Balduinus minor amiſit imperium à ſeniore Balduino partum. Ergo inter hæc tempora non potuit illud ſchiſma cadere, neque ab illis qui tum Conſtantinopoli ſub Latinis agebant: neq; ab aliis qui ſeorſim in alia Græciæ parte Principes Græcos ſequebantur: ſi quidem & iſti ab hinc ætate longa Romanam Eccleſiam deſpiciebant. In Henrico 3. ſub f. ad an. 1237. Latini vrbem Conſtantinop. quam 55. annis tenuerunt, amiſerunt circa an. 1259.

VIII.

Quidquid ſit pro palliis capiebat Romanus Pontifex: ac demum Annatæ introductæ fuerunt: fortaſſe ex eo quod, vt diximus, muneri pro intronisatione modum ponens Iuſtinianus ſanxit, vt Clerici non quidem Epiſcopo pro ordinatione, ſed eius miniſtris ita darent, vt munus non excederet æmolumẽtum vnius anni percipiendum ex præbenda, ſeu beneficio cui ordinatus eſſet Clericus: indeque Epiſcopi iure, quod deportum dixerunt, vacantis beneficij cuius prouiſionem & collationem habebant, redditum vnius anni præſumpſerunt. Sed non videtur hæc præſumptio niſi plura poſt ſecula cœpiſſe: ſcilicet

IX.

indulto Honorij 3. ſeu Bonifacij 8. quorum alter vſque ad bienniũ, alter vſque ad quinquẽnium conceſſit Epiſcopo cuidam fructus primi anni beneficiorum quæ in eius diœceſi vacarent, vt creditoribus ſuis ſatisfaceret. Non ergo iam Prælati hoc ius vſurpauerant: alias enim, non fuiſſet opus hoc indulto: quia ſuffeciſſet inueterata conſuetudo. At ſub Honorio 3. in Concilio Oxoniẽſi apud Anglos ſtatutum eſt, Ne Prælatus præbendam conferens, Cap. 32. de verb ſignificat. ex. cap. 10. de reſcriptis in 6.

X. Anno 1222. cap. 16.

aut Eccleſiam fructus illius, licet nondum collectos, ſibi adrogaret: Idque etiam Curiæ ſupremæ Pariſienſis decretis interdictũ eſt Epiſcopo, vt ſupra notauimus: atque etiam prohibiti Cardinales à conſuetudine qua percipiebant primo anno dignitatis ſuæ, certum quid à Sacerdotibus beneficiatis.

Papon.lib.1. tit.5 arreſto 17.

XI. Sed quod Prælati percipiebant videtur ex vacante Eccleſia perceptum, non à nouo Sacerdote: niſi dicatur quia fieri poterat, vt non vacaret per annum debuiſſe nouum Sacerdotem fructus iſtius anni addictos Epiſcopo, redimere certa pecunia quæ proinde annata dicta eſt, quaſi ad inſtar dominorum ſuperiorum quibus iure releuij, vt dicitur, inferiores recens adepti feudum per ſucceſſionem, permutationem puram, aut alio quovis modo, præter venditionem, debent fructus primi anni: aut etiam quod quarumdam Galliæ regionum moribus iidem Domini ſuperiores, ſi contingat vaſſallo inferiori vtrumque parentem deficere; ſolent fructus vnius anni ex feudo ab eis pendente percipere, idque jus deportus vocare quaſi in gratiam quod dum minor tutore caret debeant eius curam habere, & videre vt tutor ei detur.

Chopp.lib. 2. de feud. Andeg parte 1. ca 1.tit. 2.artic. 2 & 3 & de iuriſdict.cap.6. art. 4 & 5.

XII. At non ſolum Prælati hoc ius deportus ſeu annatam ſibi adrogauerunt: ſed etiam Capitula voluerũt à nouo Canonico aliquid exigere, velut pro inthroniſatione: de qua exactione cum aliquando quereretur legatus Pontificius apud Iuonem Carnotenſem, quod ea vterentur Decanus, Cantor, & alij miniſtri Eccleſiæ Carnotenſis, reſpondebat Iuo ſe id quidem improbare, ſed qui exigebant defendere exactionem, quia ſimiliter exerceretur in Curia Romana. Ac fortè ea exactio in annatam verſa eſt, id eſt, in fructus primi anni poſt vacationem beneficij. Sed noſtra

Apud Anglos Cantuarienſis Archiepiſcopus eod. iure vtitur in cliẽtes ſuos pupilos. Nicol. Harpsfeldius in hiſtor. Anglic. ad 13.ſecul.cap.9. Epiſt 91.

XIII. Curia a iſtud quoque in Canonicis reprobauit, niſi quatenus ex antiqua conſuetudine inductum eſt, vt hi fructus rebus ſacris & neceſſariis Eccleſiæ applicarentur, cuiuſmodi Curia Tholozana b comprobauit quod ex vſu vetere Archiepiſcopus Tholozanus teneretur pro inſtallatione ſua capellam omni ſuppellectile ad eam neceſſaria inſtruere: quanquam Aufrerius c referat abuſiuum declaratum eſſe ſtatutum, quo S. Hilarij Pictauienſis Canonici aiebant nouum Canonicum teneri præſtare pro Eccleſiæ fabrica, vel 40. aureos, vel dimittere vnius anni redditum. Toleratum tamen eſt, quod pleriſque cœnobiis d iidem fructus primi anni tribuerentur. Tanta olim in religioſos deuotio quam

a Gl. in verbo conſuetudinis, tit. de Annatis in Pragm.Sãct. cap 31. Concil. Senon de decret. morũ celebratũ an. 1528 eum d. cap.16 ſub f. Nouel. 123.

b Mainard. lib. 1. cap. 4. quæſtionum.

c Rebuff. tit. de reſeruat. in concordat. n.3.p.589.

d Chopp.lib.3. de ſacra polit.tit.3.n 7.

Digitized by Google

exprimebat perfecta illorum vita, vt paſſim omnium vota concurrerent ad eos locupletandos, quo inuicem refunderent pro benefactoribus pias preces. Ergo niſi in iſtis operibus damnatur conſuetudo exigendi à nouo Canonico, ſeu Epiſcopo, ſeu Sacerdote prætextu introniſationis, ſeu inſtallationis: idque iuxta Synodum Baſileenſem & Pragmaticam Sanctionem: nec timuit Rebuffus [e] huiuſmodi exactionem appellare ſymoniacam.

In Germania pecuniam quã appellant ſtatutariã, debet Capitulo nouus Canonicus eaque duplex exigebatur ſi non ab anteceſſore præſtita fuiſſet, quod in Cõcilio Colonienſi vetitũ eſt, cap. 22 parte 3. an. 1536.

Sed ſummus Pontifex vt à nemine legem recipiens, quia ſummus, vbi receptum eſt electos Epiſcopos ab eo confirmandos eſſe, & demũ placuit pro confirmatione aliquod ius deberi, non ceſſauit illud exigere tam pro ſe quam pro miniſtris curiæ ſuæ, quidquid moliri contra potuerint Prælati; ſed qui ipſi exemplum fecerant, ideoque in rubricam iuris ciuilis inciderant quæ eſt, vt quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem vtatur. Vnde Thomas Vvalſinghamus ſcriptor Anglus: Domnus Papa, inquit de Clemente 5. loquens, attendens quod charitas incipit à ſeipſa, primos fructus ſibi per totam Angliam reſeruauit, inductus per auaritiam Epiſcoporum regni Angliæ poſtulantium primas vacationes per annum in ſuis diœceſibus ſibi concedi: nempe ſummus Pontifex aduertens, quod quæ petit inferior poſtulare etiam poteſt ſuperior, appropriauit ſibi ipſi per triennium omnes prouentus de primo vacantibus Eccleſiis, videlicet de primo anno primos fructus, tam de Epiſcopatibus, Abbatiis, Prioratibus, Præbendis, Perſonatibus, & Vicariis, quam de cæteris minutis beneficiis. Hæc ille ad an. 1305.

e d. loco.

XIV.

Poſt Vvalſinghamũ Nicol. Harpſfeldius in Anglicana hiſtor ad 14 ſecul. cap. 9.

Præter autem hoc ius primi anni fructuum, exigebat etiam Pontifex decimas de quibus ſupra loquuti ſumus, & nummos pro communibus ſeruitiis: quapropter in Concilio Viennenſi ſub eodem Clemente 5. quod dicebatur haberi pro reformatione Eccleſiæ, Prælati ſecum interloquuti ſunt de concedenda ſummo Pontifici vigeſima parte redditũum Eccleſiaſticorum totius orbis quo ſe ſuoſque Cardinales ſuſtentaret, modo nihil ampliùs exigeret ab Epiſcopis quos promoueret pro communibus ſeruitiis, & fructibus primi anni, exceptis ſalariis ſcribarum, & ſimilium: atque de illa vigeſima prouideret legatis, & nuntiis: abſtineret etiam ab exactione decimarum: ſed conſilio maturiùs habito, in eam venerunt ſententiam, ne concederent, & fortè benè, ait Ioan. Andreas: quia tanta viget inſatiabilis cupiditas, quod ſi hoc fieret; & illud, & iſtud perciperet. ſic Andreas.

XV.

Gl. in verbo Annatar tit. de Annat. in Pragmat. Sanct.

Digitized by Google

XVI. Ex iſtis verò colligere licet perceptiones fructuum primi anni, & aliorum iurium quæ electi perſoluere cœperunt, & quidquid

XVII. annata dicitur, non ad Ioan. 22. aut Bonifacium 9. referendas eſſe, velut authores: ac neque perpetuas annatas fuiſſe conſtat ex conſtitutione Ioannis 22. qui eas tantummodo per tres annos indixit: & deinde in quadriennium ait Thomas Vvalſinghamus, vt ſubveniret bello quod contra Ludouicum Bauarum habebat: eaque conſtitutione excepit Archiepiſcopales, & Epiſcopales Eccleſias, necnon regulares Eccleſias ac grangias, vt dicit, & alia loca Ciſtercienſis ordinis, & aliorum regularium in quibus gubernatores, ſeu cuſtodes, vel adminiſtratores ponuntur ad tempus, & remouentur ad voluntatem ſuperiorum: Innocentius deinde 6. ſedens anno 1352. ad ſuum fiſcum reuocauit collectionem medietatis omnium fructuum beneficiorum vacantium, & vacaturorum: quod cum in ciuitate & diœceſi Spirenſi exequeretur legatus Pontificius; hoc notabile, ait Nauclerus, Carolus Lucemburgius Imperator dixit: Domine Legate Papa miſit vos ad Germaniam in qua magnam exigitis pecuniam, ſed nihil reformatis in Clero. Sic Gregorius 11. Innocentij poſt Vrbanum 5. ſucceſſor circa annum 1370. mortuo Pretiſlao Epiſcopo Vratiſlauienſi prohibuit fieri electionem alterius: & per ſuum Quæſtorem coëgit collegiũ ſibi numerare pro redditibus Epiſcopatus, cui aliquot annos non dedit Epiſcopum, octies mille aureorum quot annis. Neque noſtri Eccleſiaſtici intacti fuere: nam Clemens 7. qui in ſchiſmate ſedit Auenioni contra Vrbanum 6. & Bonifacium 9. exegit à Clero decimas, & de maioribus Eccleſiis dum paſtore orbatæ erant, primi anni prouentus, idque annatam vocatum eſſe, ait Gaguinus, quam cameræ Apoſtolicæ deberi contendebant Romani: ac non ſine ducis Andegauenſis conſcientia hoc fieri rumor erat, ſiquidem partem capientis. Quapropter Scholaſtici Scholam Pariſienſem reliquerunt magna ex parte: vnde Rector ad Ducem delegauit Doctorem, quem auditum in vincul͞a conjecit Andegavus, nec ante dimiſit quam promitteret ſe Clementis dicto odebientem futurum. Sed tandem Carolus 6. edicto reuocauit quamcumque facultatem collectori Pontificio conceſſam, cuius virtute exigebat annatas procurationes, & decimas.

Extrauag 11. tit. de Præbẽd. & dignit. in extrauagant. communib. Thomas Vvalſ. in Edoüardo 2. ad an 1316. & in Neuſtria ad an. 1329.

Naucl. vol. 2. Chronograp. generat 46. an. 1359.

Ioach. Curens in annalib Sileſiæ ad an. 1375.

In Carolo 6.

Belleforeſt in Carolo 6. ad an. 1388.

XVIII. Sic ergo prodierunt annatæ, dictæ, quia annorum, vel anni fructus capiebantur: at quod vagum erat, incertum, & aliquot

annorum

annorum prevt Pontificibus placebat, Bonifacius 9. fixum, perpetuumque reddidit. Quapropter earum conditor putatus eſt licet ſub aliis in vſu fuerint, ſed duntaxat temporali: eiuſque authoritas adeo præualuit, vt ab omnibus ſuſceptas fuiſſe in omnibus beneficiis, præterquam apud Anglos qui in ſolis Epiſcopatibus eas conceſſere, ait Platina: refert tamen Nauclerus in Germania non dari annatam de beneficiis minoribus, neque de Prælaturis niſi quæ ſunt exéptæ, & immediatè Apoſtolicæ ſedi ſubiectæ. Cum annatis autem alia iura præſtabantur ab Epiſcopo, vel Prælato qui ſuas bullas non impetrabat, quam ſub hac formula: Vos Domine Patriarche, Archiepiſcope, Epiſcope, aut electe de licentia, & authoritate Apoſtolica vobis in hac parte conceſſa gratis, & ſponte offertis pro veſtro communi ſeruitio Cameræ ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Papæ, & ſacro Collegio Reuerendiſſimorum in Chriſto Patrum Dominorum Cardinalium florenos auri de Camera boni, & legitimi ponderis: & quinque ſeruitia conſueta pro familiaribus, & officialibus domini noſtri Papæ, & dominorum Cardinalium: item recognoſcitis eidem Cameræ, & Collegio, & officialibus, & familiaribus omnes pecuniarum quantitates in quibus veſtra Eccleſia in libris ipſorum Cameræ & Collegij eſt obligata per aliquorum veſtrorum prædeceſſorum perſonas.

Author vitæ Bonifacij 9. to. 3. Concil. gl. in Pragmat. Sãct. tit. de annatis, in verbo annatarum.

XIX.

Vol. 2. Chronograph general. 47.

XX.

Sic formula quibus annuens electus ſe obligabat ad hæc præſtanda, iuriſdictioni dominorum Camerariorum, & cenſuris Apoſtolicis: Et quod mirandum magis eſt, & docet poteſtatem Romanæ ſedis, ea iura plurimum præualuerunt, & aucta fuerunt etiam in illo ſchiſmate quod 30. per annos Eccleſiam afflixit, adeo vt licet ſchiſmatici Antipapæ, alter Romæ, alter Auenioni ſedens, viderentur ab Epiſcopis & Eccleſiaſticis pendere vt ſuam quiſque apud ſuos aſſeclas retineret maieſtatem: ideoque debere vtrumque moderatiùs ſe in illos gerere, tamen neuter quidquam de his iuribus remiſit: ſed fortaſſe conniuentibus primoribus Eccleſiaſticis & temporalibus qui partem capiebant. XXI.

Cum verò non exigerentur ſine querelis, eæ tandem proruperunt in Concilio Conſtantienſi congregato præſertim ad auferendum ſchiſma: ſed non auſi Epiſcopi quod quaſi Principis eſſe videbatur, de illo deliberare quia certus Papa non erat, propoſitum fuit: duntaxat vt cum Synodo futurus Romanus Pontifex deliberaret de annatis, ſeruitiis communibus, & minutis, ac XXII.

Seſſ. 40.

Digitized by Google

de fructibus medij temporis. Quod cum factum non eſſet ſucceſſit Baſileenſis Concilij decretum, quo admonitus eſt ne pro confirmatione electorum aliquid exigeret, aut reciperet: indulgens tamen Synodus huic pro oneribus quæ in regimine vniuerſalis Eccleſiæ ferre eum oportet, & pro ſuſtentatione Cardinalium, & aliorũm officialium neceſſariorum S. Sedis, medietatem fructus vnius anni poſt adeptam à beneficiato pacificam poſſeſſionem, eamque medietatem in partibus ſoluendam: & ab illis duntaxat qui ante Concilium quid certum ſoluere conſueuerãt: Idque quandiu fuiſſet alio modo prouiſum his oneribus & ſuſtentationi.

Quod decretum moderata eſt noſtra Pragmatica Sanctio ad quintam ſolum partem: nec perpetuò, ſed in gratiam Eugenij 5. Eodemq; tempore Germani in auiſamentis Moguntinis propoſuerunt, Ne Romanus Pontifex, aut quilibet alius Eccleſiaſticus, vel ſecularis pro confirmatione, electione, aut ſimilibus, quidquam ſumeret, exceptis quæ fabricis Eccleſiarum pro illarum ornamentis dari ſolebant.

Verùm hæc in caſſum fuerunt vt ſancita Principe abſente, cui lex dari non poſſe videbatur niſi eo conſentiente: præcipuè cum certent inter ſe Eccleſiaſtici, an Concilium generale ſit ſuperius, aut inferius Papa: ſuperius vt ei ius dicere queat: inferius vt non queat: & ſanè qui pro Pontifice aſſeruerunt, præualuerunt adeo vt hæc decreta vim habere non potuerint niſi quatenus Principes temporales ſuas partes interpoſuerunt: puta Nicolaus 5. & Fredericus Imperator in Concordatum venerunt anno 1447. cuius articuli ſunt, Quod de Cathedralibus Eccleſiis & Monaſteriis virorum duntaxat vacantibus, & vacaturis, ſoluerentur de fructibus primi anni à die vacationis ſummæ pecuniarum in libris cameræ Apoſtolicæ taxatæ quæ communia ſeruitia nuncupantur: & ſi quæ exceſſiuè taxatæ eſſent, his prouideretur. Pro aliis verò dignitatibus & beneficiis, quæ auctoritate dictæ Sedis conferentur, vel de quibus prouidebitur (præterquã vigore gratiarum expectatiuarum, aut cauſa permutationis) ſoluerentur annatæ, ſeu medij fructus. Sed de beneficiis quæ valorem 24. florenorum de camera non excederent nihil ſolueretur: ſi plures vacantiæ intra annum contingerent, pro vna tantum ſolueretur; ſic Concordatum, ex quo fructus primi anni conceduntur Pontifici, tam Prælaturarum, quam minorum beneficiorum,

XXIII.

Digitized by Google

licet Nauclerus, vt vidimus, ſcribat, ſuper iſtis hoc ius non valere.

Crantſ. lib. 12. Sax cap. 1.

Poſt hæc magni motus exorti ſunt in Germania ex promotione Dietheri electi Epiſcopi Moguntini, à quo, vt ait Crantſius, cum Pius 2. annatam acerbè exigeret, nec ille arbitrio Papæ præſtaret: Pontifex confirmationem datam retraxit: & Adolphum de Naſſau qui ſoluere poterat, ordinauit: ac renitentem Dietherum excommunicauit. Is vero appellans ad Concilium fautores habuit Fredericum Comitem Palatinum Bauariæ Ducem, Fredericum Marchionem, & alios Principes. Sed Decanus Vvormatienſis effecerat precibus apud Dietherum vt appellationi renunciaret, cum interim ſpes daretur annatam ei remiſſurum Pontificem, vt ferebatur remiſſa Tridentino Epiſcopo. Verum Cardinales remiſſioni interceſſere, ne exemplum eſſet. Quapropter irritatis vtrimque animis, Dietherus eò progreſſus eſt, vt ipſe excommunicatus cum complicibus, viciſſim aduerſarios ſuos excommunicaret; ac Principes ei adhærentes interdicerent omnibus Pontificia diplomata: neve litis, aut alterius rei cauſa Romam commearent. Hæc ſcriptores Germanici.

Paulus Lang in Chron. Citizēſi ad an. 1458. Paralipom rer. memorab. addita poſt Conrad. Abbat. Vrſperg.

XXIV.

At Gobellinus ſcriptor vitæ Pij: vitioſam ait fuiſſe Dietheri electionem, vt qui cum tres electores haberet, & Adolphus totidem, ipſe quartam vocem pretio emiſſet. Illum tamen à Pio confirmatum eſſe, ſed ea conditione vt intra annum S. Sedem adiret: deinde eum excommunicationem incurriſſe quod mercatoribus, qui pro eo annatam ſpoponderant, non ſatisfaceret: quapropter appellaſſe ad futurum Concilium. Pium vero in Germaniam delegaſſe, qui illum ad Officium reducerent: conuentuque habito multa eum de Romano Pontifice quæſtum eſſe, præſertimque quod annata prægrauaretur: Porrò legatum reſpondiſſe non vltra ſummam in camera taxatam petitam, eamque eſſe decem millia nummûm auri principalis taxationis, & quatuor millium pro minutis ſeruitijs, litterarum expeditione, & oratorum ſumptibus: nec plus Moguntinam Eccleſiam, licet ampliorem præſtare Treuerenſi, quæ ſub Calixto 30. millia præſtiterit: Cæterum quæ obijceret Dietherus eſſe falſa. Sic vtriſque peroratis, conuentuque diſſoluto Dietherum appellationi renuntiaſſe. Sed non multò poſt contumaciorem factum cum abſolutionem ſperneret petere, & Canonicos ſuæ Eccleſię vexaret, armiſque ſe accingeret, Pium ei Adolphum oppoſuiſſe abſolutis vaſallis à iuramento & fidelitate: iuſſiſque Adolpho pa-

Lib. 5. & 12. commentar. Pij 2.

Digitized by Google

rere: indeque plura bella nata eſſe, ac tandem ceſſiſſe Diecherum Adolpho, retentis aliquot oppidis ne ad inopiam vergeret, & petẽtem genu flexo veniam ab Apoſtolico Legato abſolutum eſſe. Hæc Gobellinus. Vnde planum quantæ ſit authoritatis Pontificia Maieſtas vt quantumvis detrectantes ad obſequium venire coacti ſint.

XXV. Neque tamen Germani ceſſauerunt de his annatis, & aliis, vt aiebant, exactionibus Curiæ Romanæ queri, maximè coram Maximiliano Imperatore an. 1510. proponentes alia grauamina quorum illud fuit, quod cum Archiepiſcopus Moguntinus vix quatuor ſediſſet annos, mox poſt eum defunctum electus Vriel, coactus fuerit perſoluere 24. millia florenorum, & ſummæ à prædeceſſore ſuo debitæ pro pallio ſatisfacere: quamvis diceretur cõcordato inter Nicolaum, & Fredericum expreſsè ſtabilitũ, non deinceps cogẽdum ſucceſſorem æs alienum defuncti ob hoc contractum exoluere: & quidem ea exactione Pontifex ſe gerit

XXVI. velut dominus feudalis qui ab vltimo poſſeſſore iura mutationũ præcedentium exigit. Necnon ſequentes Pontifices grauibus edictis hoc ius annatarum ſanxerunt: nimirum Pius 2. Innocentius 8. & Iulius 2. bullas ediderunt, quibus ſtatuerunt Clericum obligatum ad ſoluendam annatam ſi illam non præſtaret ad diem præfixum, incidere in pœnam priuationis ſui beneficij, pro quo ſe annatam ſoluturum præſtitiſſet. Is verò qui pro alio vades fuiſſet, non ſolum pœnam priuationis omnium beneficiorum quæ haberet, incurreret, ſed etiam excommunicationis: addiderant etiam nonnulli, vt fructus interim percepti reſtituerentur cameræ Apoſtolicæ, quod Iulius 3. remiſit: atque hæc edicta tanta cum ſeueritate exercebantur, vt excommunicatis Epiſcopis, vel templi miniſtris ea ſolum ratione, cultus diuinus ceſſaret: ac

Hieronym. Gigas in tract. de penſionibus q. 26. Innoc. 8. cõſtit. 1. Iul. 2. conſtit. 4. Iul. 3. cõſtit. 37. 41 & 45. vol 1. bullar.

XXVII. proinde vt ab his ſe moleſtiis redimerent cogebantur libros, calices, & capſas reliquiarum diſtrahere, vnde ſatisfacerent, vt magiſter Ioannes de Bachenſteim expoſuit in Concilio Florentino coram Pontifice, qui ad hæc nihil reſpondit, niſi alias ſe ſatisfacturum Concilio ex decreto Cardinalium, quantum ad negotium indulgentiarum, electionum, & annatarum, quia materiæ grandes erant.

In appendice ad Concil. Baſileenſe.

Sanè legitur Rodulphus Moguntinus brachium cuiuſdam crucis ex auro puriſſimo conflatæ detraxiſſe, vt inde nummi cuderentur quibus pallij conceſſionem obtineret: & ante illum

Conrad. Epiſc. in Chron Mogũt. ad an. 1189.

Digitized by Google

Marculphus item electus eiuſdem crucis pedem miſerat Romam in eumdem vſum, vt ſcripſit Trithemius. Ac Rodulpho ſuccedens Conradus tributo ſuum Clerum oppreſſit ob eamdem cauſam, exemploque fuit poſteris, vt hæc quamtumvis querente Clero conualeſceret exactio, quam charitatiuum ſubſidium appellauerunt, aſſerentibus Doctoribus licitam eam eſſe. Quid enim facerent Prælati: quem lapidem non mouerent vt bullas Pontificias impetrarent, ſine quibus Epiſcopali dignitate præfulgere nequeunt, non impetraturi niſi auro, eoque non mediocri intercedente?

In Chron. Hirſang. ad an. 1160

Boërius deciſ. 134.

XXVIII.

An vero licita ſit iſta annatarum exactio non meum eſt quærere: at Gerſonius de annatis loquens ait, Ex hac copula quandiù perſeuerauerit naſcituram leproſam peſtem ſymoniæ infecturam ſua contagione nedum caput, ſed penè ſingula Eccleſiæ membra. Et D. Thomas ſymoniam tantò maius peccatum eſſe in Papa quanto maiorem obtinet locum, vt ne quidem permutationes beneficiorum admittere debeat, niſi fiant ex cauſa vtili & neceſſaria. Quamvis enim, inquit, res Eccleſiæ ſint eius, vt principalis diſpenſatoris, non tamen ſunt eius vt domini & poſſeſſoris: & ideo ſi reciperet pro aliqua re ſpirituali pecuniam de redditibus Eccleſiæ alicuius non careret vitio ſymoniæ. Sic D. Thomas per ea confundens eos qui audent aſſerere ſymoniam in Papam non cadere, quia volunt eum eſſe omnium beneficiorum dominum, ac ideo iure illum vendere quod ſuum eſt: quam propoſitionem grauiſſimè arguerunt apud Paulum 3. nouem viri ab eo delegati, vt ſcandalis Eccleſiæ medelam quærerent. Neque hæc noua adulatio fuit. Nam refert Math. Paris in hiſtoria Henrici 3. Anglorum Regis, Papæ Legatũ dixiſſe omnes Eccleſias eſſe Domini Papæ: Magiſtrum vero Leonardum reſpondiſſe, id verum eſſe quoad tuitionem, non quoad appropriationem, ſecundum quod dicimus omnia eſſe Principis defenſione non diſperſione: Ita Leonardus D. Thomæ congruens. Conſtat autem ſymoniam contrahi vbicumque ſpirituale, vel temporale ſpirituali annexum, vel dignitas ſpiritualis, eiuſque exercendæ facultas pretio addicitur: adeo vt etiam placeat ſymoniacam eſſe iuriſdictionis ſecularis nummariam collationem, quia iuriſdictio ſpiritualis eſt: ideoque à Pio 5. prohibita hæc collatio. Denique Synodus Tridentina, ac iuxta illam Pius 5. vetuerunt quidquam exigi à beneficiatis, ſeu pro collatione, ſeu pro con-

Tract. de poteſt. Eccleſ. cõſiderat. 8. ſub f.

2. 2. qu 100. artic. 3 ad 3. & artic 1. ad 7.

Gl. Pragmat. Sanct. tit. de Annat. in verbo deferatur. Ibid. in verbo Eccleſiaſticis.

Pius 5. conſtit. 145. tomo 2. bullar.

Seſſ. 24. cap. 14. Pius 5. conſtit. 106.

Digitized by Google

firmatione, ſeu pro inthroniſatione, nec eo prætextu quidquam detrahi portionum eis competentium, vel reddituum Eccleſiaſticorum annullantes quaſcumque conſuetudines, vt ſymoniacas in hæc introductas, licet Apoſtolica authoritate confirmatas.

XXIX. Sed quandoquidem verum ſit Eccleſiæ ſtatum monarchicum eſſe: non immeritò iudicatur æquum eſſe, vt eius monarchiæ viſibilis Princeps, ac qui ei ad hoc regimen adſunt, habeant ex facultatibus Eccleſiaſticis vnde ſibi ac neceſſitatibus Eccleſiæ ſubveniant. Nemo enim militat ſuis ſtipendiis. Videlicet ſi quos habent non ſufficiant ſtati redditus. Nam ſi habent, & tum pro vſu ſpiritualis poteſtatis ſibi commiſſæ aliquid perciperent, intelligerentur vendere ipſum gratiæ ſpiritualis vſum, & modo hæc perceptio non reſpiciat temporale commodum, quaſi pretium rei ſpiritualis, vel quaſi motiuum, vt aiunt, principale dandi ſpiritualia: ſed duntaxat ſubſtentationem neceſſariam: aut pios vſus: quorum præſertim cauſa licitum dicitur, quod Epiſcopus aliquid detrahat de fructibus beneficij antequam illud conferat. Si verò, ait D. Thomas, ab eo cui confert beneficium requirat ſibi aliquid exhiberi de fructibus beneficij, idem eſt ac ſi aliquod munus ab eo exigeret, & ideo non careret vitio ſymoniæ: Denique Gerſonius, ac quæ maior eſt authoritas, Synodus Tridentina, probant, quod à nouo canonico exigitur in pios vſus & pro communibus oneribus ſupportandis.

D. Th ad d. 7. & d. art 3. in concluſ. Petr. de Alliaco tit. de Eccl. auth. in 2 parte operis cap. ex præmiſſis.

Itaque valet hæc perceptio abſque Symoniæ labe.

Gerſo in tract. de ſymon. in reſponſ. ad obiectiones. Synod. Trid. d. cap. 14.

Ergo ſummus Pontifex tantis Eccleſiæ negotiis & oneribus quæ eum ferre conuenit, ſubſidio ab aliis Eccleſiaſticis opus habens licitè hoc annatarum vectigal percipere videtur: eaque ratione Eugenij 5. legati pro annatis perorantes in Concilio Baſileenſi: Vnde, inquiebant, interim viuent (videlicet ſi hæ non præſtantur) qui hactenus inde vitæ ſuæ ſuſtentationem ducebant? Vnde ſedes Apoſtolica impenſas faciet prouidendo neceſſitatibus & vtilitatibus Eccleſiæ vniuerſalis pro his quæ pertinent ad pacem, & extirpationem hæreſium, & errorum & alia concernentia bonum publicum totius populi Chriſtiani? Sic illi.

XXX. Profectò Gregorius magnus abhorrebat, vt diximus, pro pallij collatione quidquam accipere: & tamen de cenſu, & redditu patrimoniali Eccleſiæ Romanæ ſatis habebat, quo ſe ſuoſque aleret, & opera miſericordiæ in captiuis redimendis, dotandis

Exempla ex Greg. habes ep. 1. lib. 2. indict. 10. ep. 54.

Digitized by Google

puellis, ſuccurrendo Monaſteriis, aliaque huiuſmodi exerceret: ac plurimi alij Pontifices de eod. redditu plurimas Eccleſias ædificauerunt, vetera vrbis templa refecerunt, atque in maiorem ſplendorem ornauerunt: & frumenta publicè coëmerunt, vt ſcripſit Sigonius, ac in horrea publica ad neceſſarios pauperum vſus congeſſerunt: & longè ante hæc tempora à Dionyſio Corinthiorum Epiſcopo commendatur Soterus Epiſcopus Romanus, qui egenis ita ſubueniebat vt etiam longè poſitis & in metallum damnatis ſubſidia mitteret, imitatus ſuorum prædeceſſorum munificentiam: & interrogatus Martinus Pontifex quomodo exceptus eſſet ab eo Pyrrhus Epiſcopus Conſtantinopolit. Romam profectus, vt hæreſim Monothelitarum abiuraret: reſpondebat, Quicumque homo miſerabilis ad Eccleſiam Romanam venit, omnia ei ad vſum præbentur, nec vllum ſuis donis immunem repellit S. Petrus: panis mundiſſimus, & vina diuerſa dantur illi, & comitibus illius: Si ergo in miſerabilibus perſonis hæc fiunt: qui venit honorabilis ſicut Epiſcopus quales ſumptus habet ſuſcipere? Sic Martinus 1. charitatem & liberalitatem Eccleſiæ Romanæ notãs, quæ ſanè non niſi grandibus ſumptibus exerceri poterat. An vero diminutus eſt ille redditus ex quo hæc illi præſtabant? Equidem Æneas Syluius, qui poſtea fuit Pius, ad Germanos ſcribens aiebat, Pauperem eſſe Eccleſiam Romanam, adeo vt malè cum ea actum foret, ſi de redditibus patrimonij gubernari deberet. Verùm qui aliquo ſeculo poſt cathedræ ſucceſſit Marcellus, ſperabat ex illis redditibus quæ Onuphrius dixit eſſe C L. millia aureorum, oneribus Eccleſiæ ſe ſatisfacturum; ſed profeſſus ſe neque bella geſturum, neque inſanis ſubſtructionibus vacaturum, aut propinquis ſuis principatus empturum. Is tamen Marcellus prorogauit in triennium, & quandiu placeret Romanæ ſedi decimas, & alias indictiones à Paulo 3. Eccleſiis impoſitas, vt alibi notauimus.

lib 1 ep. 55. cap 94. lib. 2. indict. 11. ep. 4. lib 3. indict. 11. ep 10 c 74. lib 4 indict. 13. ep 4 lib. 5 cap. 104. indict. 14. ep 34 cap. 134. lib 5. ep. 21. cap. 15. lib. 6. indict 15. & aliis. Sigon. lib. 1 de Reg. Ital.

Euſeb lib. 4. cap 23.

Ep. 10.

Lib. 1. de morib German.

XXXI.

Onuph. in Marcello 2.

At quis Principem ad rationes vocabit? Profectò dubitari non debet quin Pontifex longè iam maiora onera ſuſtineat, quam illi priores, ſeu in aſſerendo ſuo dominio & principatu temporali quo iſti carebant, ſeu in armandis militibus aduerſus Turcas, ſeu in ſuſtinenda illa ſeculari maieſtate, & pompa qua priſcis incognita circumdare ſe cœpit: vt illi indictiones neceſſariæ fuerint, quas introduxerunt tot capitales inimicitiæ cum Imperatoribus, vt ab illis ſe tuerentur: Itaque eſt qui dicat ſufferendas eas eſſe

Petrus de Aliaco d. loco cap. poſt præmiſſa.

Digitized by Google

indictiones, nec propter abuſus, denegandas. Ergo non grauatè his ſumptibus contribuere Eccleſiaſtici debent, quandoquidem nec ipſi licet beneficiis oppleti, ſi vnquam oppleri poſſunt, bonis vſibus, ſed plerumque prauis & ſacrilegis redditus ſuarum Eccleſiarum impendunt, adeo vt ſanctum videri poſſet non decimam tantum & fructus primi anni, ſed longè maiorem portionem illis detrahi, vt diminuto cenſu, & diminueretur peccandi licentia. Diminuendi autem facultas nulli potiore iure competit quam Principi in regimine paſtorali.

XXXII. Porrò Germani oblatrantes annatis & aliis indictionibus contenderunt in comitiis Nuremburgenſibus anno 1510. non quidem eas ſupprimendas, ſed pecunias ex illis coactas ad bellum Turcicum in ærario Imperij publico aſſeruandas eſſe: atque ſpes erat, id conceſſurum Adrianum 6. Carolo 5. alumno ſuo, ſi non tam citò rebus humanis præreptus fuiſſet. Sic Poloni conuentu habito Cracouiæ ſub Sigiſmundo anno 1543. interceſſerunt, Ne amplius ſummo Pontifici annatæ præſtarentur, ſed ad neceſſitates regni conuerterentur, mitterenturque ad eumdem Pontificem legati qui exorarent illum, vt hanc deliberationem æqui bonique haberet. Sed quæ cautio Principes non impenſuros in alios vſus eas pecunias?

Hiſt. Conc. Trid. p. 21. 22.

Chopp. in ſumma domanij Poloniæ tit. de ordinat. politicis.

XXXIII. Tantum autem abeſt vt tot querelæ contra annatas & pontificias alias indictiones eas oppreſſerint, quin è contra Pontifices Romani iura iuribus addentes, annatis quindenia adiunxerint, videlicet ob vnita beneficia: Nam quia non ſperabatur ea amplius vacatura eſſe, nec proinde annatas præſtatura, vnde camera Apoſtolica detrimentum patiebatur, conſtitutum eſt vt ob illa ſingulis quindecim annis annata præſtaretur ab hominibus, vel locis qui vnione gauderent: & ſi præſtare ceſſarent non ampliùs vnita cenſerentur beneficia, ſed impetrari poſſent: idque vocatum eſt quindennium, quod Sixtus 5. voluit exolui, etiam ob vniones ab ordinario factas beneficiorum quorum annuus valor excederet 24. ducatos, licet de iure patronatus eſſent.

Iul. 2. conſtit. 1. Paul. 4. conſt. 9. 10. 14. 41. & 43. Pius 5. conſtit. 36. Paul. 5 conſtit. 8. in tomis bullar.

XXXIV. Porrò noſtri maiores non æquiùs tulerunt iſtas annatas, vt neque alias indictiones: indeque Pragmatica Sanctio: ſed vigor illarum vt & Sanctionis pendebat à noſtris Regibus qui prout erant cum Pontificibus Romanis, eas concedebant, aut prohibebant. Sic inſtante Pio Ludouicus Sanctionem abrogans liberam viam indictionibus fecit: ac deinde animatus in Sixtum 4. pro Florentinis

Digitized by Google

tinis & Venetis edictum publicauit anno 1465. quo inhibuit annatas, procurationes, ſpolia defunctorum, & alia iura Romanæ Curiæ: cauſatus his pecuniis Pontificem malè vti in bello gerendo contra Chriſtianos. XXXV.

Tandem Leo 10. cum Franciſco 1. egit, vt euerſâ prorſus Pragmatica annatæ præſtarentur, non iuxta æſtimationem antiquam, ſed prout vnumquodque beneficium æſtimari tunc poterat. At Eccleſiaſtici prouidentes vt Collectori Apoſtolico deeſſent teſtes, quibus certus eſſet de valore præſentis temporis, neceſſe fuit Pontifici illam antiquam æſtimationem ratam habere: licet Leo in Concordato ſtatuiſſet, Nullam fore beneficiorum impetrationem in quibus verus valor non exprimeretur. Verùm quia, vt ait Rebuffus, hæc conſtitutio burſalis eſt, à noſtris non obſeruatur: & quoniam non debetur annata niſi de beneficiis ferentibus redditum 30. ducatorum, non ſolent exprimere valorem niſi 24. ducatorum, ſic conſcientiam non faciẽtes, nec peccatum XXXVI.
eſſe mortale putantes fraudare, vt dicitur, gabellam. Papa verò ne annata fruſtretur, ob ſuppreſſum valorem cõſueuit ipſe illum vſque ad quingentos florenos auri dicere, nec bullas expedire niſi præſtita annata ſecundum huiuſmodi valorem, licet impetrans minorem expreſſerit; quanquam in codice priuilegiorum Eccleſiæ Gallicanæ feratur non admitti in Gallia vt Papa poſſit æſtimare, vel augere taxas prouiſionum abſque Regis, & eiuſdem Eccleſiæ Gallicanæ conſenſu. In comitiis autem Aurelianenſibus Prælati ſupplicatione facta obtinuerant à Carolo 9. vt de annata non ampliùs præſtanda propter prouiſiones Archiepiſ XXXVII
copatuum, Epiſcopatuum, Abbatiarum, & aliorum beneficiorum conſiſtorialium ipſe verba haberet cum Nuntiis & Legatis Apoſtolicæ ſedis: interim verò prohiberet omnem extra regnum prætextu annatarum, aut vacantiæ auri argentiq; tranſlationem: Sic pro ſe duntaxat ſolliciti Prælati: quid vero, an vt minores Prælati, ac præbendati duntaxat his iuribus ſubjicerentur? Sed mox inſtãte Cardinali Ferrarienſi tum Legato Pontificio Carolus Rex interdictum abrogauit litteris patentibus Ianuarij anno 1562. adeo in poteſtate regia ſitum eſt ea iura permittere, aut prohibere.

Guichard. lib. 12 ſub f. an. 1515

Tit. de annatis in Concord. & §. ſtatuimus tit de mandat. Apoſt in Concordat. Idem ad tit. 3. pars ſignaturæ §. etiam in hac ſignatura n. 7

In Germania expreſſio veri valoris dicitur neceſſaria, niſi probetur conſuetudo quod non attẽdatur verus valor. Georgius Brãden notabili 2. ſuper Concordat. Germaniæ n. 7.

Iam verò noſtro vſu annatas neſcimus pro inferioribus beneficijs, licet alibi exigantur, atque etiam in Germania, vt conſtat

Digitized by Google

ex iis quæ notat Georgius Branden Canonicus Auguſtanus in ſuo tractatu ſuper Concordato Germanico: nempe duorum annorum terminum conceſſum eſſe per concordata, vt præſtetur annata pro conſiſtorialibus beneficiis: & vnius anni pro aliis: cumque huic termino officiales cancellariæ non adquieſcant, nolentes pauperibus beneficiatis bullas tradere, niſi præſenti pecunia, etiam oblata & data cautione: hinc fieri vt illi flocci habeant illas. Quod ſi, ait ille, maiore diſcretione vterentur annatiſtæ in admittendis obligationibus de futura ſolutione, iuxta concordata, ſaltem in cauſis pauperum, longè plures Germani pro gratia prouiſionum venirent ad Sedem.

Q. 5. arg. 3 & in reſp. ad d. arg.

Sic apud Anglos cum nondum à matre ſua filij rebelles ſe diuiſerant, annatas non præſtabant pro minoribus beneficiis: ſed pro Epiſcopatibus tantum.

Nicol. Harpsfeldius ad ſecul. 14. cap. 8. in hiſto Angl.

XXXVIII. Atque hæc ſatis ſint de indictionibus ab Epiſcopo Romano, velut cæterorum Principe ſupremo impoſitis rebus & perſonis Eccleſiaſticis per decimas, procurationes, annatas, & alia iura quæ Eccleſiæ Romanæ grande compendium attulerunt: ex iiſque Ioannem 22. anxiſſe filias fratrum & ſororum ſuarum diuitiis, ac honoribus, & inſuper reliquiſſe vigeſies quinquies centum millia nummorum aureorum ærario Eccleſiaſtico, ſcripſit Albertus Argentinenſis. Nec ſecus Blondus, ait tantum pecuniarum ſub Innocentio 6. aduectum eſſe Auenione in Italicum bellum, vt ærarium, in quod reponebantur, videretur velut pecuniarum horreus. Ac licet Ioannes cognomento Coſſa duos competitores habuerit quibus ſua cuique obedientia fuit, is tamen Florentiæ mortuus, eo vſque Coſmum Medicem locupletauit ſua pecunia, vt exinde primarius apud Florentinos ciues, & ditiſſimus Italorum, ac fortaſsè apud exteras quoque nationes ſit habitus. quid ſi ſolus Ioannes ſediſſet? Denique Sixtus 5. in pontificatu ſuo, qui annorum duntaxat quinque & aliquot menſium fuit, bis decies centena millia in arca S. Angeli ſepoſuit magna cum ſolemnitate, & prohibitione, ne inde vnquam extraherentur niſi ob caſus expreſſos in bulla, quos noluit vlla interpretatione extendi. Atque etiam hoſpitali pauperum mendicorum à ſe extructo aſſignauit redditum nouem mille ſcutorum aureorum imitatus Greg. 13. cui ſucceſſit munificentiam, qua ille 10. mille aureos reddituales ſingulis annis præ-

Platina in Martino 5.

Vide eius duas conſtit. ea de re tomo 2. bullar. de hac conſtitutione Cardinalis Perronius exhortatus eſt Paulum 5. variis rationibus

Digitized by Google

ſtandos à Camera Apoſtolica addixit oneribus Collegij Germanici Romæ à ſe inſtituti : & Collegio Anglicano, quod item extruxit tres mille ſcutos auri annuos.

Egregiæ ſanè, ac ſanctæ, Principeque Eccleſiaſtico digniſſimæ facultatum ſacrarum impenſæ : quas ſi eo modo diſpenſaſſent, Pontifices alij non audirentur querentes de his indictionibus Eccleſiaſtici.

tam ſpiritualibus quam temporalibus, ne in occaſione quæ ſe offerebat, retineretur metu iſtius bullæ, à cõtrectatione iſtius thesauri. Littera ad Hẽricũ 4. quarti Octobris an. 1605. Dicitur autem Sixtus non ex ſolis purè Eccleſiaſticis redditibus de quibus huc vſque, ſed temporalibus etiam vectigalibus, quæ vt Princeps temporalis ſumma cum ſeueritate & inuidia exercuit, ingentes theſauros collegiſſe, ex quibus familiam ſuam vilis admodum conditionis illuſtrauit. Auguſtus Thuan. lib. 100. hiſtor. ad an. 1590.

Digitized by Google

DE ECCLESIASTICA IVRISDICTIONE CONTENTIOSA IN LAICOS ET RES TEMPORALES.

LIBER VI.

CAPVT I.

QVALIS PRIMITVS FVIT.

LECTIO.

1. *Temporalium diſpoſitio ad Principes temporales, vt ſpiritualium ad ſpirituales pertinet.*
2. *Quomodo regnũ eſt in Eccleſia.*
3. *Quomodo Sacerdos Euangelicus vtramque iuriſdictionem exercuit, & ſpiritualem & tẽporalem.*
4. *Decreta in hoc Imperatorum, & maximè Iuſtiniani, atque quatenus ipſe Iuſtinianus Epiſcoporũ iuriſdictionem in laïcos extulit.*
5. *Authoritas data Epiſcopis erga præſides, & iudices laïcos.*
6. *De criminali cognitione quando fuit in Eccleſia ſub infidelibus Principibus.*
7. *Hæc cognitio iiſdem Principibus, ſed fidelibus relicta etiam ſi crimina Eccleſiaſtica dicerentur.*
8. *De Hæreſi.*
9. *De Vſuris.*
10. *De adulteris, homicidis, inceſtuoſis, & cæt.*
11. *De perjuro ac de perjurij pœna.*
12. *De ciuilibus cauſis etiam Eccleſiaſticis notio fuit ciuilis Iudicis, puta de prædiis Eccleſiaſticis.*
13. *De legatis piis.*
14. *De nuptialibus cauſis & diuortiis.*
15. *De viduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum cauſis.*

I. PRINCIPATVS, dominationes, ac poſſeſſiones rerum temporalium iuris temporalis eſſe, nemo vnquam dubitauit, vt earum iuriſdictio penes eum eſſet, qui illis præeſſet, nec item penes eum cui ſpiritualium cura incumberet. Sunt enim vt Triſmegiſtus dixit, ab omnibus diuinæ cognationis partibus aliena

Apuleius in Aſclepio.

Digitized by Google

omnia quæcumque terrena corporali cupiditate poſſidentur: quæ meritò poſſeſſionum nomine nuncupantur, quoniam non nata nobiſcum, ſed poſtea poſſideri à nobis cœperunt. Itaque ſecundum leges Principum temporalium, iſta temporalia reguntur, per quas etiam poſſidentur, vt crebro annotatur ex D. Auguſt. & D. Chryſoſtomus; alij ſunt termini Regis, alij Sacerdotis, ille quæ ſunt in terris ſortitus eſt: Sacerdotij ius à ſupernis deſcendit: Regi quæ hic ſunt commiſſa ſunt, mihi ſcilicet Epiſcopo cæleſtia; Regi corpora; Sacerdoti animæ. Et quando fortior ſummorum Pontificum authoritas cenſetur, elegans eſt Gelaſij 1. qui ſedebat anno 492. epiſtola, qua rectè diſtinguit Pontificale munus à regio & imperiali vt Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigeant: & Pontifices pro temporali rerum curſu, imperialibus diſpoſitionibus vtantur. Symmachus Papa, Imperatoria maieſtas humana diſpenſat: Sacerdotalis diuina. atque idem profeſſi ſunt Ioannes & Nicolaus 1. videlicet Epiſcopi Romani hæc aſſerebant cum Imperatores rebus ſacris ſe ingerebant, quod certè fuit illis nefas: vt magnus Oſius non timuit objicere Imperatori Conſtantio: Neque, inquit, licet nobis in terra imperium tenere, neque tu ſacrorum poteſtatem habes Imperator. ac eod. zelo Leontius Tripolis Lydiæ Epiſcopus ad eumdem Conſtantium, Mirari ſe dixit, quod aliis curandis deſtinatus, alia tractaret: Denique ipſe D. Chryſoſtom. Sacerdos de cæleſtibus negotiis habet pronuntiandi authoritatem: Rex adminiſtrationem rerum terrenarum ſortitus eſt. Ergo piè Valentinianus & Martianus ſacrorum diſpoſitiones ſacratis hominibus reliquerunt.

Homil. 4. de verb. Eſayæ & eod. ſenſu homil. 5.

Epiſt ad Anaſt. Nicol. ad Michael Imperat. Ioan. can. ſi Imperator 96. diſtinct.

Athan. in epiſt. ad ſolitar. ex epiſt. ibi. inſerta.

Suidas in Leontio.

d. homil 5.

Mart. ex act. Concil. Calch. Valent. ex Sozom. lib 6. c 7.

Non tamen negari poteſt ſacerdotale genus regale quoque eſſe: ideoque tiaram ſiue coronam de qua ſuo loco dicemus, Pontificibus à principio adtributam fuiſſe: ſed ita vt illud regnum intra Eccleſiam eſſet, id eſt, exercendum quoad res Eccleſiaſticas & ſpirituales. Quapropter S. Epiphanius quærens cur Chriſtus fugerit quando turbæ voluerunt eum vngere, ſicque impletum non fuerit carnaliter, quod propheticè Dauid cecinerat, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam: ſic reſoluit: Thronus igitur Dauid, & regia ſedes eius, eſt Sacerdotium in ſancta Eccleſia, dignitatem enim regiam ſimulque Pontificiam coniunctim largitus eſt Dominus ſanctæ Eccleſiæ tranſlato in ipſam throno Dauid non deficiente in æternum. Ad quæ II.

Hæreſ. 29 Dauid Pſal. 131.

In recognit. operum ſuorum.

verba Cardinalis Bellarminus, Per regiam, inquit, dignitatem, non intelligit regnum aliquod temporale, ſed poteſtatem Eccleſiaſticam, quæ non conſiſtit ſolùm in officio Sacerdotali ſacrificandi, & orandi: verùm in vera iuriſdictione gubernandi & regendi fideles ſecundum leges Euangelij.

Quorſum hæc dices? nempe vt inde ſequatur iuriſdictiones eſſe diuiſas, vt Principi ſacrorum competierit ea quæ ſacra reſpicit, temporalium vero ea quæ temporalia: ſic Chriſto Deo placente, qui licet regale genus & ſacerdotale ſuſceperit: officia tamen vtriuſque poteſtatis actionibus propriis dignitatibuſque diſcreuit memor fragilitatis humanæ, vt idem Gelaſius dixit. Vnde Princeps ſupremus dicitur Papa in temporalibus & auguſtiore vocabulo Deus terreſtris ab Angelo, vt notat Oſaſcus deciſ. 30. n. 6.

III. Verumtamen ex jis quæ ſupra pleniſſimè narrauimus cum de iuriſdictione eccleſiaſtica in Eccleſiaſticos agebamus, dici poteſt fuiſſe tempus in quo Sacerdos vtramque iuriſdictionem exercuerit: nam quemadmodum ſi laïcus fuiſſet fidelis conſtitutus iudiciis credendum eſt, quod etiam Clericus non fugiſſet eius iuriſdictionem ſaltem in rebus ſecularibus, vt eo loci dicebamus; ſic vbi neceſſitas coëgiſſet Sacerdotem ijſdem iudiciis præfici fortè cum ex laicis non exiſteret aliquis ſapiens vt, ait D. Paulus, credi etiam poteſt quod eum non auerſati eſſent laici in ſuis controuerſiis: Imo vt ibidem notauimus, Epiſcopi plurimum huic muneri incubuerunt. Sed quod arbitrariæ eſſent illorum ſententiæ non coactiuæ, facit vt tandem concludamus non propriam natiuamque illis eam iuriſdictionem fuiſſe.

Et quidem in primorum Pontificum Romanorum epiſtolis nihil habetur de ciuilibus controuerſiis apud Epiſcopos tractandis, ſed duntaxat de jis quæ inter Sacerdotes & Clericos pro gradu ſuo, aut ex delictis illorum naſcebantur: neque etiam de rebus temporalibus quidquam ipſi conſtituerunt, niſi quatenus eſſent Deo ſacratæ, ſicuti Vrbanus 1. aduerſus vſurpatores, aut diſſipatores prædiorum Eccleſiaſticorum ſanxit. Atque idem de omnibus ferè Conciliis veterum ſeculorum obſeruare licet: imò tantopere controuerſias ſeculares abhorruerunt antiqui Patres vt vetuerint Clericos de rebus ſecularibus litigare. Et quoad laicos D. Auguſt. Fratres mei, inquit, in cauſis & negotiis veſtris quando ad nos iudicanda veniunt, ſi homini Chriſtiano dico vt

Can. 19. Conc. Carth. 3. ſub Anaſtaſio.

Serm. 26. de verb. Apoſtoli.

Digitized by Google

pro tempore redimendo perdat aliquid ſuum: quanto maiore cura & fiducia debeo dicere vt perdat alienum? hæc ille quæ videntur innuere, non ideo illum fuiſſe Iudicem, vel potiùs arbitrum vt rem temporalem huic, aut illi adiudicaret, at vt ſuaderet Chriſtianis litigantibus ea potiùs cedendum eſſe quam auocari per controuerſias à vera charitate.

IV. Creuit tamen adeo zelus priorum Chriſtianorum in religionem vt nullos ferè quærerent Iudices quam Epiſcopos: quod Oreſti Alexandrino præfecto ſub Theodoſio iuniore ſtomachũ fecit querenti Epiſcopos, pleraque ad ſe deriuare quæ ſuæ eſſent iuriſdictionis. Hinc fortaſſè illud etiam: Imperatorum cauſas de religione agitandas apud Epiſcopos: cæteras verò ad ordinarios cognitores pertinere. Sed apertiùs Iuſtinianus magnus ſerpentem eccleſiaſticam iuriſdictionem latiùs quam par erat cohibuit, iſto notabili dicto; Clericis opprobrium eſſe ſi peritos ſe velint forenſium diſceptationum videri: quaſi iuxta ſententiam veteris Theologi apud Suidam. is autem Syneſius fuit Epiſcopus Ptolemaïdis, ciuilem functionem Epiſcopali functioni applicare, ea eſſe coniungere quæ inter ſe diſſident, & connecti nequeunt: Opus eſt tibi Præfecto, aiebat, ito ad procuratorem legum reipub. opus habes Deo aliqua in re, ito ad Sacerdotem.

Niceph. hiſt. Eccleſ. lib. 14. cap. 14.

l. 1. de religion. C. Theod.

l. 25 C. de teſtam.

Ex Paronio ad an. 410.

Licet autem Iuſtinianus ea cenſura notauerit Eccleſiaſticos, addideritque abſurdum eſſe ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia, & alij creditum alius ſubtrahat: arbitrariam tamen & voluntariam iuriſdictionem approbans proteſtatus eſt ſe impedimento non fore, quominus inter volentes cognoſceret Epiſcopus: at neque etiam coacturum ſe Clericos (nam de illis præſertim loquitur) ad Eccleſiaſticum forum redire ſi maluiſſent ſecularem adire iudicem. Ergo in voluntate partium relinquit quem vellent Iudicem interpellare ſiue eccleſiaſticum, ſiue laicum. Sed quia ibi ſermo eſt de Clericorum cauſis, quas vel inter ſe, vel cum laicis haberet, quid ſi inter laicos ipſos an coëgiſſet eos ſuum Iudicem non declinare? non dixit, neque nos dicere poſſumus. Ac magis eſt vt credamus in voluntate litigantium reliquiſſe iuriſdictionis quam vellent prorogationem: fortaſſè reputantem nullum eſſe magis competentem Iudicem quam acceptum à partibus: Vnde Cic. Neminem, inquit, maiores noſtri non modo de exiſtimatione cuiuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima Iudicem eſſe voluerunt, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet.

l. 29. § 4. de Epiſc. audient.

l. 1. & 2. ff. de iudiciis.

l. 29. C. de pactis.

In orat. pro Aulo Cluentio.

Digitized by Google

De ordinaria autem iuriſdictione ſtatuens edixit, vt ſi quis haberet contentionem aduerſus alium, ſiue de pecuniaria cauſa, ſiue de ſublatione rerum mobilium, & immobiliũ, ſe ſeque mouentium, ſiue de criminalibus priùs interpellaret Iudicem Prouinciæ, qui ſi iuſtitiã reddere negligeret, tunc de hoc quereretur apud ſuum Epiſcopum: is vero eum admoneret ſui officij, nec admonenti obſequentem deferret ad Principem. Ergo laici Iudicis fuit iuriſdictio ordinaria, non vero Epiſcopi, videlicet quoad laicos & cauſas ciuiles etiam Clericorũ: vides tamen quantum tribuat Iuſtinianus Epiſcopo; ſed alibi multo amplius quando eum voluit eſſe iudicis iudicem: vt ſi quæ cauſa ſuboriretur inter Iudicem ordinarium, & inferiorẽ aliquem, Epiſcopus de illa cognoſceret & iudicaret: ergo inter laicos iudex Epiſcopus, at in illo ſpeciali caſu, & in ſubſidium cum non eſſet ſuperior in Prouincia ad quem recurreretur. Nec enim æquum erat ipſum iudicem ſibi ius dicere: conceſſit etiam Imperator vt ſi ſuſpectus eſſet is iudex alteri litigantium, poſſet Epiſcopus adeſſe iudicio, vt ambo controuerſiam dirimerent.

Nou. 86. cap. 1. — d. Nou. cap. 4. — Nou. 86. cap. 2. & 7.

V. Denique eo extulit Epiſcoporum authoritatem, vt iuſſerit præſides Prouinciarum coram Epiſcopis Metropolitanis iuſiurãdum præſtare, atque iſtos obſeruare, ne magiſtratus in ſuis officiis delinquerent: & ſi quid tranſcenderent ad Principẽ Epiſcopi referrent: quin etiam antequã Prouincia ſua egrederetur iudex, cauſam adminiſtrationis eius examinaret Epiſcopus. Sic Toletani Patres regnante Recaredo tẽpore Pelagij 2. qui ſub Mauritio Iuſtiniani poſt Iuſtinum ſucceſſore vixit, dixerunt Epiſcopos eſſe proſpectores ſecundum regiam admonitionem qualiter iudices cum populis agant, vt ipſos præmonitos corrigant, aut inſolentias eorum deferant Principum auribus. Quapropter ex præcepto Regis iubentur Iudices, & actores fiſcalium patrimoniorum ad Synodos annuas conuenire, vt diſcant quam piè & iuſtè cum populis agere debeant. Idque longè ante Arelatenſis ſub Syluestro 1. fermè ſtatuerat, vt Præſides acciperent litteras Eccleſiaſticas communicatorias, ac de illis curam ageret Epiſcopus loci, vt diſciplinam publicam violantibus communio negaretur. Hoc eſt quod dixit Gregorius magnus horum viam ſummi viri, id eſt, Epiſcopi prouidere debẽt vt oculus pedis. Quidni vero dicemus bono non ſolum Eccleſiæ, ſed totius reipub. qua continetur Eccleſia, vt vrbs in orbe quemadmodum dixit Optatus, ceſſurum ſi ſe mutuò

Nou. 8. cap. 14. atque edicto ibid. poſt ca. 18. — d. Nou. 8. ca. 9. — Tolet. 3. can. 18 — Tolet. 4. can. 31 — Can. 7.

Digitized by Google

ſe mutuò pīaque æmulatione non inuidiæ zelo obſeruarent vtrique ita vt laici Eccleſiaſticos, Eccleſiaſtici laicos delinquentes in ſuis miniſteriis denuntiarent communi Principi, qui vt Conſtantinus magnus dicebat, Epiſcopus eſt ad exteriora?

Itaque hæc meruerunt ætatis illius probi & ſancti Epiſcopi quæ deinde correcta fuerunt, vt notabimus, degenerantibus fortaſsè ſucceſſoribus, aut ſua in hoc veluti poteſtate abutentibus.

En ergo in genere vt nulla authoritas Iudicis ordinarij ſit conſtituta Epiſcopo in laicos, ſed voluntarij & arbitrarij, quia nondum erat inductum quod Eccleſiaſtica Curia pro ſuis primùm ſtatuens, magiſtratus etiam laici ad ſe traduxerunt, videlicet iuriſdictionem prorogari non poſſe: neque etiam prioribus primorum Pontificum Romanorum & Conciliorum Sanctionibus quidquā iuris contentioſi tribuitur Epiſcopo in laicum: vnde dici vix poteſt aliqua expreſſa conſtitutione iuriſdictionem in laicos Epiſcopis licitam eſſe quoad res temporales & ſeculares. Nam quod toties affertur ex D. Paulo explicauimus ſuo loco, id per conniuentiam eſſe, quia indecens erat fideles apud infideles iudices litigare: ac non plus iuris tribui Epiſcopo in ea iuriſdictione quam laico: imo plus iſti quam illi.

Iam verò vt ab ea generali propoſitione ad ſpeciales caſus controuerſiarum deſcendamus, quibus agnoſcitur iuriſdictio, notauimus eò quoque loci cum omnis controuerſia ſit aut criminalis, aut ciuilis omnia crimina quæ ſanguinis pœnam exigunt nullatenus eſſe iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, vnde tantum abeſt, vt laicum huiuſmodi reum Eccleſia iudicare in foro contentioſo ritè valuerit, quin nec quoque clericum: Equidem ſcio peccatores omnes cenſuræ Eccleſiaſticæ à principio naſcētis Eccleſiæ, & deinceps ſubiacuiſſe: ſed non vt cognitio de iis haberetur per formulas iuriſdictionis contentioſæ, niſi fortaſsè ſub Principibus & Magiſtratibus infidelibus: tunc enim quia horum tribunalia declinabant, fieri poterat, vt apud conſtitutum in Eccleſia iudicem, ſiue laicum, ſiue Eccleſiaſticum reus examinaretur. Neq; enim ſine examinatione damnari poterat: eóque pertinere poteſt quod dixit Dominus vt coram duobus, aut tribus argueretur peccator: & rurſus, in ore duorum, aut trium ſtet omne verbum: quę denotant teſtibus inquirendum fuiſſe de rei veritate: hæc autem inquiſitio eſt iuriſdictionis contentioſæ. VI.

Digitized by Google

Tract. de Pœnitent.

Itaque D. Auguſtinus in hæc verba D. Pauli (ſi frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax) Sciendum eſt, inquit, quia eam nominationem hîc intelligere voluit Apoſtolus, quæ fit in aliquem cum ſententia ordine iudiciario profertur. Nam ſi nominatio ſufficit, multi damnandi ſunt innocentes: quia ſæpè falsò plurimi de crimine nominãtur: & ſuprà: nos verò à communione quemquam prohibere non poſſumus, quamvis hæc prohibitio nondum ſit mortalis, ſed medicinalis, niſi aut ſpontè confeſſum, aut in aliquo ſiue ſeculari, ſiue Eccleſiaſtico iudicio conuictum. Quis enim audet ſibi vtrumque adſumere, vt cuiquam ipſe ſit accuſator, & iudex. Sic D. Auguſt.

Sed in conuictum non alia eſſe poterat ſententia, quam Eccleſiaſtica, etiamſi à laico pronuntiata eſſet: id eſt, vt pœnitentia indiceretur pro qualitate criminis, & ſi damnatus non obediret, haberetur pro ethnico & publicano, vt dixit Dominus; nec cum eo cibus ſumeretur vt ſcripſit D. Paulus, ſicque ab omnibus fugeretur. Fruſtra enim fuiſſet Iudici in exilium mittere, capite damnare, bonis ſpoliare, & cætera huiuſmodi ſeuera pronuntiare, quia poteſtatem executionis tunc non habebat. Vbi verò

VII. Magiſtratus & Iudices fideles eſſe cœperunt, & proinde illam poteſtatem habere, vt pote ab eo cõſtituti qui non ſine cauſa gladium portabat, & territorij, temporaliumque ac corporum dominus erat, criminum ad eos iudicium pleniſſimo iure pertinere cœpit, vt ſeueritatem ſupplerent illicitam Eccleſiæ, ne impunitas proficeret. Idque ſine diſtinctione criminum, ſiue Eccleſiaſticorum, ſiue ſecularium.

VIII. Potiſſimum crimen in Eccleſiam hæreſis eſt, at notiſſimum faciunt Imperatoriæ conſtitutiones Conſtantini, Conſtantis, & Conſtantij, Valentiniani, Theodoſij, & qui deinde ſucceſſerunt, ipſiuſque etiam Iuſtiniani commiſſam eſſe iſtius animaduerſionem Iudici laico: ac proinde ad Præfectum prætorio omnes diriguntur: & id obſeruatum fuiſſe ſua ætate docet D. Auguſtinus intercedens pro hæreticis Donatiſtis apud Donatum Proconſulem Africæ, Olympium, Comitem, Marcellinum, & alios. Quod aliquo poſt tempore Pelagius 1. ſedens Iuſtiniani tempore anno 556. approbauit edicto quo cenſuit vt hæretici, aut ſchiſmatici coërceri etiam ſecularium manu poſſent quando ad ſanitatem rationibus non deducerentur.

Epiſt. 127. 129. 158. 160.

Platina in eius vita.

Digitized by Google

Itaque ad hunc vſum Balſamo reſpiciens: A Chriſtianorum, inquit, corpore hæreticos abſcindere iubemur: ſed eos punire non docemur: at pertinaces tradere legi ſeculari, & à ſecularibus magiſtratibus de ijs ſententiam ferri. voluit tamen Iuſtinianus ita in eum qui occaſione religionum, hæreſiumque Prouinciam commoueret, & ſi quid Canonicum commiſiſſet à Præſide animaduerti, vt cum Metropolita Prouinciæ decerneret, & diſponeret quaſi non eius eſſet notio niſi quatenus ſeditionis cauſa hæreſi commixta eſſet: quod & nos aliquando obſeruauimus vt ſuo loco notabimus.

Ad tit. 9. Photij de peccat. Epiſcop. gl. incipiente tertia eiuſd. tit.

Nouel. 17. ca. 11

Longum eſſet omnia crimina percurrere quæ Eccleſiaſtica ſunt, aut dicuntur, vt ſacrilegia, incantationes, inceſtus, adulteria, blaſphemiæ: & omnia vno verbo videri poſſent huiuſmodi quatenus Eccleſiæ venia indigent. At horum coërctionem laici iuris fuiſſe, ac proinde examinationem ordine iudiciario, teſtantur quotquot extant Imperatorum conſtitutiones. Sunt alia peccata quæ propriè crimina non dicuntur, ſed ciuilia: cuiuſmodi habentur vſuræ, & iuſiurandum illiuſque violatio quæ periurium dicitur, ac ea Eccleſiaſtica placet eſſe, quia expiatione Sacerdotali abluenda ſunt: fuerunt tamen laicæ iuriſdictionis.

IX.

Et quidem quoad vſuras notiſſimum eſt eas non ſolùm Euangelica lege, ſed etiam Moſaica prohibitas fuiſſe: niſi quod iſta licebat quidem extraneis fœnerari, non item Iudæis. quod interpretatur D. Ambroſius per extraneos intelligens Amorrhæum, Amalechitam, & alios hoſtes Iſraëlis, Deoq; infideles, quos perſequi & occidere licebat: at fœnerari idem eſſe quod occidere dixit Cato: vel quia iſtud fœnus typus erat doctrinæ quam à Domino acceperant gentibus fœnerandæ: Vnde vero quod Regius Propheta? Domine quis habitabit in tabernaculo tuo ſancto? qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Ergo fœnerator excludetur hoc tabernaculo. An etiam qui Iudæus extraneis fœneratus eſt? generaliter loquitur: ſed quoniam habet conceſſionem legis, qua qui vtitur non peccat, non videtur cœleſti habitatione indignus. Sed Dominus noſter Ieſus-Chriſtus profeſſus ſe veniſſe vt legem non ſolueret, at impleret, huic vt impleretur addidit: mutuum date nihil inde ſperantes: nam peccatores peccatoribus fœnerantur. Ergo poſt legem Euangelicam qui fœne-

Lib. de Tobia cap. 15.

Idem epiſt. 7.

Pſal. 14.

Sum qui peccatum etiam fuiſſe Iudæis iſtam fœnerationem dicũt: vel quod dicitur quod fœnerabunt gẽtibus accipiendũ eſſe, vt non ſit peccatum: non eſſe propriè fœnus, ſed cõpenſationem ex eo quod ipſæ gentes detinebant illorum terras. Gerſon. tract. de contractibus propoſit. 18. a Math. 5. Lucæ 6.

Digitized by Google

ratur, peccator eſt, huic vero nunquid cœleſtis ianua patebit? verum de vſuris infra pluribus. A peccato autem redimi peccator non poteſt niſi à Sacerdote cui datum eſt vt ſolueret, & ligaret: itaque Sacerdos iuriſdictionem habet vt eum iudicet: ſed iuriſdictionem poli. Ea vero quæ fori eſt, an olim vſus ſit non liquet.

Porrò extant plures conſtitutiones, & Pontificum & Conciliorum quibus excommunicantur vſurarij, vt & adulteri, homicidæ, inceſtuoſi & cæteri huiuſmodi. Sed hoc generaliter in crimina, ſi quis vero canonis ſententiam alicui applicare voluiſſet eum pro excommunicato habens, certè non potuiſſet niſi in conuictum iudicio contentioſo. Hoc autem poſt Chriſtianos Imperatores non ſtetiſſe niſi penes Iudicem laicum ſatis conſtat. Itaque ſi vſuram, quæ ſub Chriſtianis etiam Imperatoribus licita & legitima fuit, quis exceſſiſſet, conueniebatur apud ipſum Iudicem vt reſtitueret quod plus exegiſſet.

XI. Periurium quoque peccatum eſſe in confeſſo fuit apud omnes

Leuit. cap. 5. vide Philonem de decalogo.

ferè gentes: ac ideò Iudæis præſcriptum erat, vt qui oblitus iuriſiurandi ſui peieraſſet, ageret pœnitentiam pro peccato, & offerret de gregibus agnum ſiue capram, oraretque pro eo Sacerdos, ac pro peccato eius. Tamen iure ciuili tantum abeſt, vt Sacerdotibus competeret aliqua de iureiurando violato cognitio, quin & nulli competebat. Nam periurij quæſtionem inferri non placebat ſatis habentes illius contempti Deum vltorem fore: nec etiam in delictis, vt non admitteretur probatio poſt iuſiurandum delatum: dicente Tiberio, vbi de periurio agebatur, Deorum iniurias dijs eſſe curæ. Quanquam fuerint qui diſtinguerent de eo, qui per genium Principis peieraſſet, vt fuſtibus caſtigaretur. Vnde Iouius ille ſub Honorio Imperatore: Si Deo, inquit, præſtitum eſſet iuſiurandum fortaſsè negligi poſſet permittendo benignitati diuinæ facinoris impij condonationem: quoniam vero per caput Imperatoris iuraſſent non fas eſſe contra tam graue iuſiurandum delinquere. Sed impiam illam diſtinctionem riſerunt olim Chriſtiani: neque etiam apud Gentiles perpetuum fuit periurij diuini nullam pœnam eſſe debere: Nam ex Cicer. vetus lex erat: periurij pœna diuina, exitium: humana, dedecus eſto: atque facit quod P. Africanus cenſor cum ad cenſuram veniret C. Licinius Sacerdos, clara voce vt omnis concio audire poſſet, dixit ſe ſcire illum verbis conceptis

l. 15. de exceptionib. l. 5. §. dato de iureiurando. l. 13 §. item Iulianus, cum l. 28. §. f. eod.
Tacit. lib. 1. Annal.
Zozimus in Honorio.
Lib. 2. de legib.
Cic. pro Aulo Cluent.
Val. Max.

Digitized by Google

peieraſſe: ſi quis contradicere vellet vſurum eſſe eum ſuo teſtimonio: deinde cum contra nemo diceret: Et tu, inquit, lucri fac cenſoriam notam. Ergo ſi probatum fuiſſet iuſiurandum, cenſor etiam Sacerdotem de illo condemnaſſet. Nam Trebellius Pollio refert Cenſorem in omnes ius habuiſſe, excepto ſacrorum Rege, ac maxima virgine Veſtalium. Quod ſi his exceptis an non multo magis Pontifice maximo, cui inferiores erant, & Rex & virgo Veſtalis? Denique apud Ægyptios periuri capite mulctabantur tanquam qui duplici tenerentur ſcelere, vt qui & pietatem in Deos violaſſent, & fidem inter homines tollerent maximum vinculum ſocietatis humanæ. Diod. Sicul. lib. 2. cap. 3. rer. antiq.

Sed aliud placuit Romanis Imperatoribus, nec ſolum ethnicis ſed ipſi etiam Iuſtiniano vt periuri à Domino Deo pœnas ſuſtinerent, neque periurium ab aliquo inferretur. Ergo ſi nulla erat periurij quæſtio quomodo poterat ad Iudicem Eccleſiaſticum deferri, quando neque ad laicum eam deferre licebat? Itaque ſi ex contractu controuerſia naſcebatur, vel ob vſuram, vel ob iuſiurandum ei interpoſitum, non proinde hæc iuriſdictionis erat Eccleſiaſticæ. Nou 82. cap. 11 ſub f.

Secundi generis cauſæ Eccleſiaſticæ dici poſſunt ciuiles eæ quæ prædia & res Eccleſiarum attinent: ac compertum eſt à principio naſcentis Eccleſiæ penes Eccleſiam ſola mobilia fuiſſe, quorum diſpoſitionem & cuſtodiam habebat Epiſcopus, qui eas pauperum vſibus impendebat. Quod ſi quid ex illis retinuiſſet fidelis aliquis, quis eum coëgiſſet reſtituere, niſi Iudex publicus? At Paulus docuerat potiùs fraudem, & iniuriam patiendam eſſe quam vt adiretur. Quæ vero cautio non adeundi periculi huiuſmodi actionem ad eum deferenti? Fruſtra autem delata fuiſſet ad Iudicem fidelium, vt pote cui præter excommunicationem nulla poteſtas aderat. XII.

Mobilibus ſucceſſerunt immobilia, vt refert Vrbanus 1. qui de illorum vſurpatoribus ſacrilegis ſanxit, vt ſupra diximus, vt perpetua damnarentur infamia, aut carceri traderentur, aut exilio perpetuæ deportationis: ſed quis huius ſanctionis effectus eſſe poterat à Iudice ſecreto fidelium? qui nam eo tempore carcer Eccleſiæ? Ac tandem Ancyrano Concilio, quod paulò ante Nicænum celebratum eſt, iubentur reuocari ad ius Eccleſiæ prædia illius vendita reſciſſo contractu: vel in iudicio Epiſcopi relinquitur ſi conſtitutum pretium debeat recipere necne. Verum Can. 15.

à quo Iudice controuerſia reuocationis dirimeretur non dicitur.
l. 14. de ſacros Eccleſ. At Leo qui imperabat circa an. 440. hanc fundorum Eccleſiaſticorum alienationem prohibuit edicto ad Armaſium præfectum prætorio cuius proinde de controuerſijs ob eam alienationem ſubortis erat cognoſcere.

Deinde Iuſtinianus ſanciens de non alienandis, aut permutandis rebus Eccleſiaſticis voluit ea ſanctione obligari Archiepiſcopum Conſtantinopolit. & quoſcumque Epiſcopos, Clericos & monachos non ſecus, ac laicos. Huius vero obſeruatores conſtituit eſſe Iudices ſeculares. Vnde conſtat apud illos conueniri potuiſſe, & debuiſſe non modo laicum pro reſtitutione prædij, ſed etiam Eccleſiaſticum venditorem, vt de ſua ſubſtantia pretium refunderet emptori: quod ibi ſtatuitur.

XIII. l. 28. C. de Epiſco. & Cler. cum Auth. Nou. 131. cap. 9. 10. & ſeq. Legata pia videntur quoque iuris eſſe Eccleſiaſtici, ſiquidem in gratiam Eccleſiæ fiunt, aut operum quæ ab Eccleſia impleri debent, horum autem exactionem, cuſtodiam, & diſpenſationem voluit idem Leo ad Epiſcopum pertinere. Ita tamen vt exactæ quantitatem, & tempus apud Rectorem Prouinciæ publicare teneretur: atque idem Iuſtiniano placuit, & inſuper vt Prouinciarum Præſides neceſſitatem imponerent hæredibus ea legata perficere. Nec vero imponere potuiſſent, niſi auditis partibus Epiſcopo videlicet agente vt exigeret, ac hærede reo, & defenſore.
l. 46. §. 2. eod. de Epiſcop. & Cler.

XIV. Chriſtophor. in 1. Æneid verſ. id metuēs. Seruius in 3 Æneid. niſi ſacrificiis peractis nemo vxorem duxit. Tertij generis cauſarum Eccleſiaſticarum nuptiales ſunt: Quandoquidem nuptias ſacras eſſe nec politioribus ethnicis dubium fuit, vt pote quas cum ſacris peragerent his credentes Iunonem, quam pro Dea coluerūt, præeſſe: huic proinde ſacrificare ſoliti nuptiarum die accerſito ſacerdote qui bilem ab hoſtia auellebat, ac iuxta aram infodiebat, vt oſtenderet ſine ira, odio, & amaritudine eſſe oportere coniuges: neque optimas nuptias putabant quibus ſacerdos non adfuiſſet: hinc illud Ciceronis nubit genero ſocrus nullis auſpicibus. Pleni ſunt authores nuptialium cæremoniarum: erat autem auguſtiſſimum matrimonium, quod confarreatione contrahebatur quando per Pont. Max. & Flaminem dialem ſacrificio ex frugibus & mola ſalſa facto nupturi iungebantur, ex eoque matrimonio natos eſſe oportebat, qui Flamines eligēdi erant: ac eod. modo iungi cum Flaminica. Sic iunctos contrario ſacrificio, quod diffarreationem vocabant, neceſſe erat diſſolui vbi diuortendi mens erat. Græcis
Pro A Cluent. Val. Max lib. 2. cap. 1. Sextus Pompeius ſponſas, ait dici quod ſpondas facerent interpoſitis verbis diuinis.

Digitized by Google

quoque ſuæ cæremoniæ fuerunt. Nam authore Suida προτέλεια, quaſi præparatoria dicas, diem appellabant qua nuptam virginem parẽtes in arcem deducebant ad Deam: & victimas ob coniugium, quod & τέλος, dicebatur, immolabant. apud Iudæos vero nullæ ceremoniæ, aut paruæ deprehenduntur ex nuptijs Iſaac & Rebeccæ, Iacob & Rachel, aliorumque præter quam Tobiæ & Saræ quæ documento fuerunt tantum fœdus abſque ſumma inuocatione Dei ineundum non eſſe. At noſtri quoniam acceperunt à D. Paulo nuptias grande eſſe Sacramentum in Chriſto & Eccleſia, abhorruerunt omnem coniunctionem quæ præſentibus Angelis, vt ait Tertulianus, id eſt Præſbyteris facta non eſſet.

Nymphis etiā ſacrificabant. Plutarchus in opuſculo de extraordinariis calamitatibus quæ pro amore contigerunt cap. 1.

Sed quamvis præficerentur Sacerdotes iſtis nuptiarum cæremoniis, non tamen de nuptiis, aut earum iure, aut de pactis conuentis illos vnquam iudicaſſe legimus, niſi quod Iulius Cæſar qui Pontifex Max. erat, diremit nuptias Prætorij viri, qui digreſſam à marito ſtatim poſt biduum duxerat: at incertum iure Pontificis, an Dictatoris, vel Conſulis, ſeu Principis fecerit: niſi etiam quod Auguſtus conſuluit Pontifices num grauidæ nondum edito partu liceret nubere: ſed iſtud erat conſulere, non iudicare. Denique ipſi principes non Pontifices de nuptiis conſtitutiones faciebant, vt Auguſtus qui cum immaturitate ſponſarum, & matrimoniorum vim legis eludi ſentiret, tempus ſponſas habendi coarctauit, modumque diuortiis impoſuit. Sanè apud Iudæos Seniorum ciuitatis erat iudicium.

Suet. cap. 43. in Iulio.

Tacit. lib. 1. Annal.

Suet. cap. 34. in Auguſto.

Deuter cap. 22.

At noſtri Epiſcopi plurimos quidem Canones in Conciliis de nuptiis ediderunt aduerſus inceſta, adulteria, raptus, & de diuortio. Sed de conuentis & pactis nuptialibus apud Iudicem laicum agere oportuit: ſi inceſta, raptus, adulteria punienda fuerunt, forum laicum adiri debuit: quin etiam ob diuortia, atque licet in Eccleſia adulterium commiſſum diceretur. Namque omnis ſacrilegij in Eccleſia commiſſi Iudicem laicum vindicem conſtituit Imperator. Denique edictum, quo Epiſcopis, Sacerdotibus, Diaconis, & Subdiaconis nuptias interdixit, ad Iulianum præfectum prætorio direxit, vt inde cenſeretur Iudex eorum qui poſtea contraherent: ſic lege Bajoariorum, Alemannorum, & Longobardorum nuptias inceſtas Iudex loci ſeparare poteſt. Ergo illarum iudex.

Nou. 117. c. 15. l. 10 C. de Epiſ. & Cler.

Sic lege Longobard tit. 14. §. 1. & 2.

Baioar c. 8. § 1. & 2. tit. vn. Aleman. tit 40. Longobard. tit. 48. §. 1. & 2.

Quarto tandem generi cauſarum quæ Eccleſiam reſpicere vi- XV.

Digitized by Google

Deut. 14 & 27. Iſayæ 10. Can. 3 Calche. Concil.

dentur, adſcribuntur illæ quæ ſunt viduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum: quas nemo neſcit ſpeciali curæ Deo eſſe, ac proptereа incumbere eam curam ſacris ejus miniſtris oportere: adeo vt iſto ſolo caſu ſecularibus negotiis vacare liceat clericis, videlicet pro huiuſmodi perſonis quæ indefenſæ ſunt, & Eccleſiaſtico indigent adminiculo propter Dei timorem. Nec tamen ordinaria de his iuriſdictio apud Eccleſiaſticos fuit maximè ſub Chriſtianis Imperatoribus quorum ad comitatum Epiſcopo fas erat proficiſci, vt non iniquas cauſas, quæ earum perſonarum eſſent, proſequeretur: videlicet apud Imperiales Iudices ſi contentioſa iuriſdictione opus eſſet. Namque etiam Præſbyter qui pupilli tutelam ſuſceperat, tenebatur ſe eam propria voluntate ſuſcepiſſe apud competentem iudicem declarare. Is autem competens iudex num laicus erat? Denique nihil aliud Epiſcopo conceſſum eſt quam vt apud ipſum, & iudicem Prouinciæ crearetur tutor furioſi: & ſi aliqua lis mouenda eſſet in abſentem, aut furioſum iudex ordinarius adeundus erat: qui ſi copiam ſui non faciebat, tunc adiri poterat Epiſcopus. An vt ipſe cognitionem ſuſciperet? non dicitur, & magis eſt non vt ſuſciperet, ſed ipſum iudicem de reddenda iuſtitia interpellaret, & negligentem deferret ad Principem: quod ei iniunctum eſſe ſupra notauimus. Ergo iſto iure ciuili hæ cauſæ iuriſdictionis laicæ fuerunt. Sic noſtra lege Francica iubentur ſpecialiter Comites qui erant Iudices ſeculares cauſas orphanorum, viduarum, & pauperum præ cæteris diſcutere: & Concilio Ticinenſi ſub Ludouico Italiæ Rege admonentur Comites facere iuſtitiam, viduas & pupillos protegere.

Can. 10. Sardic. Concil.

Nou. 123. cap. 5.

l vn. vbi petant. tut. vel curat. C. l. 10. C. de Epiſcop. aud. l. 31. cod.

Cap. 93. lib. 4. leg. Francicæ. capitulo 13 lib. 2. capitular.

CAPVT II.

QVALIS EA IVRISDICTIO FVIT medio ſeculo in criminalibus cauſis.

LECTIO.

1. *Legibus Imperatorum de rebus ſecularibus paruerunt Pontifices: & Imperatores legibus Pontificum de rebus ſpiritualibus.*
2. *A quo tempore Epiſcopi de criminibus notionem ſuſceperunt.*
3. *Querela ob illam Richardi Angli Epiſcopi.*

4. Statuta

Digitized by Google

4. *Statuta Anglica de illa iuriſdictione.*
5. *Sanctio Lucij 3. de iudice homicida, vel percuſſore Clerici.*
6. *Lex Baioariorum de pœna eius qui Epiſcopum occidiſſet:*
Et vt apud eos & alios quoſdam populos omnia crimina pecunia expiabantur.
7. *Iudicium ſanguinis Eccleſiaſticis prohibitum, vt ne quidem ei adeſſe illis liceat:*
Diſpenſatio Papæ pro iudicibus inquiſitionis.
8. *De omnibus criminibus is Iudex cognouit.*
9. *Non tamen indiſtinctè.*
10. *Sic de hæreſi.*
11. *Iudicium Iohannæ puellæ Aurelianenſis retractatum.*
12. *De criminibus mixti fori.*
13. *De pœnis tunc Eccleſiaſticis in iſtis criminibus.*

SIc ergo ſe habuit quondam cauſarum Eccleſiaſticarum iuriſdictio in laicos, ſiquidem Imperiales leges vim habuerunt vbique, nec ſolum in Græcia, ſed etiam Romæ & in Italia non reclamantibus Eccleſiaſticis, ac neq; ſummo omnium Pontifice. Itaque Damaſius Papa recepit, ſiuitque legi & publicari in Eccleſia Romana legem Imperatorum Valentiniani, Valentis, & Gratiani, qua prohibentur Clerici domos viduarum, vel pupillorum adire: & quidquam prætextu liberalitatis ab eis referre: ea vero lex eſt de qua D. Hieronym. dicebat ſe non conqueri, ſed quod eam Eccleſiaſtici meruiſſent: Bonum, inquit, cauterium eſt, ſed quò mihi vulnus vt indigeam cauterio? prouida ſeueraque legis cautio, & tamen nec ſic refrenatur auaritia. Hæc Hieron. Ergo Damaſus non reclamauit ab iſta lege licet à Principe ſeculi contra Eccleſiaſticos facta. Nec abſimiliter Greg. magnus ad Mauritium Imperatorem de lege ab eo facta: Ego, ait, iuſſioni ſubjectus eam legem per diuerſas terrarum partes tranſmitti feci: & quia lex ipſa minimè omnipotenti Deo concordat: ecce per ſuggeſtionis meæ paginam Sereniſſimis Dominis meis nunciaui: vtrobique ergo quæ debui exolvi, quia Imperatori obedientiam præbui, & pro Deo quod ſenſi minimè tacui. Denique Gelaſius Papa ad Anaſtaſium Imperat. Quantum ad ordinem publicæ pertinet diſciplinæ, cognoſcentes imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoque parent religionis Antiſtites. I.

[Margin: l. 20. C. de Epiſc. & Cler. — Lib. 2 ſelect. epiſt. 12. ad Nepot. de hac etiã lege D. Ambroſ. aduerſ. Symmachum. — Epiſt. 61. lib. 2. lex erat ne milites in Monaſterio reciperentur.]

Hæc & ſimilia docent legibus ſecularibus adſtrictos eſſe Eccleſiaſticos. Et quis nimirum eas promulgauit niſi ille quem Apo-

Digitized by Google

ſtolus dixit non ſine cauſa gladium portare? vt aiebat D. Auguſtinus contra Epiſcopos Donatiſtas; qui quod eſſent Epiſcopi, querebantur aduerſus ſe leges eſſe factas à Principe terreno. At ſanctus ille Doctor inferebat ſecularibus Principibus competere leges promulgare, quibus etiam teneantur Eccleſiaſtici, quemadmodum & latis ab Eccleſia de religione & rebus ſpiritualibus tenentur quicumque Principes. Vnde meritò idem Gelaſius: ſi tuis legibus parent religionis Antiſtites, quo oro te decet affectu eis obedire qui prærogandis venerabilibus ſunt attributi myſteriis? ac ipſemet Imperator, nempe Iuſtinianus, Noſtræ, inquit, leges non dedignantur ſequi ſacras & diuinas regulas.

Ad eumdem Anaſtaſ.

Vt ſic ſe mutua complectãtur obſeruantia Pontifices & Principes, illos iſti quoad ſpiritualia: iſtos illi quoad temporalia: neq; Pontifices iuſtas ſecularium Principum leges contemnant: nec Principes Canonum ſacrorum de religione & animæ ſalute authoritatem deſpiciant.

Itaque dubium non eſt quin prædicta Imperatorum placita de vtraque iuriſdictione obſeruata fuerint olim ab Epiſcopis quorum ſanctitas parendi conditionem non ignorauit.

II. Sed ſucceſſu temporis quod vt mutabile eſt, ſic quæcumque mutabilia facit alia ſe habuit negotiorum, & iudiciorum forma omnibus ferè controuerſiis laicorum ad Eccleſiaſticum forum tranſlatis: Idque mehercle non longo interuallo ab iſtis Imperatorum conſtitutionibus. Nam Synodus Toletana 3. ſub Reccaredo Rege (de cuius ex Arrianiſmo ad fidem Catholicam conuerſione lætatur Greg. magnus) diſpoſuit, & ordinauit, ſed cum Principis conſenſu, vt Sacerdos in loco quiſque ſuo vna cum Iudice territorij ſacrilegium idololatriæ ſtudioſè perquireret, & inuentum exterminare non differret.

An. 589. Can. 16. & can. 17. idem præcipitur aduerſus eos qui metu numeroſę prolis liberos ſuos occidunt.

Ergo Regis conſenſus neceſſarius fuit quaſi non potuiſſent aliâs quod ſuæ iuriſdictionis non eſſet videlicet vt perquirerent: an vero perquiſitio ſemper eſſe poterat ſine ordine iudiciario? Quid quod Carolus magnus, & Ludouicus Pius edixerunt vt inceſtuoſi, parricidæ, homicidæ ſi nollent Sacerdotum admonitionibus aures accommodare, per ſecularis potentiæ diſciplinã coërcerentur; itemque raptores viduarum & virginum? A quo nempe Iudice cõuincendi erant horum criminum rei? Equidem Epiſcopis datur vt omnes cauſas iudicare poſſent excepto criminali negotio. Ergo iſtos reos iudicare non poterant, vt nec ſacri-

Capi. 43. lib. 2. Capit. 67. lib. 1. Cap. 17. 22. li. 4. Can. 41. Concil. Turon. 3. ſub eodem Carolo Magno. Capit. 245. lib. 6

legos, adulteros, & cæteros huiuſmodi, quia his capitalis pœna iniungitur [a]: ſicque in violatores ſepulchrorum animaduerſio Iudici [b] præcipitur. Sed quod primùm dicitur ſi Sacerdotum admonitionibus noluerint aures accommodare: deinde per ſecularis pòtentiæ diſciplinam coërceantur: videtur inferre, primam fuiſſe Epiſcopi de illis criminibus notionem, vt poſt eam imploraretur brachium ſeculare quoad executionem. Nam ſi primi iudicaſſent ſeculares iudices, ſuum profectò munus impleſſent, capitalem ſententiam dicentes: hæc autem notio non poterat eſſe, vt iam diximus, ſine inſtructione iudiciaria & contentioſa: Atque hæc confirmantur aliis capitulis: nam de interfectore vxoris lex loquens iubetur pœnitentiam ſubire publicam in qua ſuſcipienda, aut implenda ſi contumax fuerit, vult eum comprehendi à Comite, & ferro vinctum ad notitiam Regis deduci. Pœnitentia vero publica grauiſſima erat: eam tamen qui peragere refragabatur, mortis ſupplicio emendare debere dicitur quod voluntariè non diluerit: At vt hæc imponeretur pœnitentia num conuictione, aut ſaltem confeſſione in foro iudiciali contentioſo opus erat? Quis verò eam impoſiturus eſſet niſi Epiſcopus.

a Capit. 315. eod. lib. 6. cum capit. 110. lib. 5.
b Lib. 7. cap. 136.
Capit. 149. lib. 5
Cap. 71. eod. lib.
Capit. 72. eod.

Sanè iſta docent iam tum Epiſcopos de criminibus iuriſdictionem ſuſcepiſſe: & quod vetantur ſedere in criminali negotio alibi interpretati ſumus. Sed permittentibus Principibus ſuſceperunt, vt mox vidimus Toletanos Patres declaraſſe: & Galli in Sueſſionenſi Synodo anno circiter 847. imperantibus Lothario, & Ludouico 2. ſe à deuotiſſimo Principe obtinuiſſe dixerunt, vt inceſti & quilibet alij perditi examen Epiſcoporum refugientes, per iudices publicos ad eorum præſentiam deducerentur. Cap. 8.

Et apud Anglos Edoardus Rex qui in ſanctorum numerum relatus eſt, Emmam matrem ſuam ſtupri cum Epiſcopo accuſatam, & quod filium Aluredum veneno necaſſe, ipſumque Regem eodem ſcelere de medio tollere tentaſſe diceretur, rejecit ad Epiſcoporum Synodum: vbi purgatione tum aſſueta incedens nudis pedibus ſuper carbones ardentes illæſa ſe inſontem probauit: eoque ſpectaculo Rex ſanctus pœnitens, quod nimium credulus de matris integritate, & Epiſcopi ſanctitate dubitaſſet, errorem expiauit acceptis nudo corpori per matrem flentem & Epiſcopos virgarum verberibus. Sed hæc poſteriore ſeculo. Nam Edoardus defunctus eſt anno 1066. teſtantur vero

Digitized by Google

Epiſt. 12. 15. 62. Ioannis 8. epiſtolæ ſolitos eſſe homicidas ab Epiſcopis iudicari, quanquã num cõtẽtioſo iudicio nõ ſatis per eas liqueat. Verum Concilium Tolet. 13. ſub Leone 2. an. 683. de accuſatis Palatinis, ingenuis & Sacerdotibus loquens vult eos in publica Sacerdotum, Seniorum & Gardingorum diſcuſſione reductos, & iuſtiſſime perquiſitos, tum demum puniri ſi obnoxij reperiantur: nec aliâs valere ſententiam in eos prolatam. Ergo Sacerdotes cognitionem iudiciariam habebant: Sed clariùs Concilio Moguntino ſub Stephano 6. anno 888. inſtructio iudicialis per teſtes datur Epiſcopo in crimine adulterij, adeo vt exprimantur qui idonei eſſe poſſunt ad teſtimonium ferendum. Nec ſanè abſque iudicum laicorum offenſa fiebat ab Eccleſiaſticis iudicibus hæc inſtructio per teſtes: quippe quæ planam eis dabat fori contentioſi iuriſdictionem: Vnde non permittebant informationes fieri à Notarijs, Tabellionibus, & Commiſſarijs Curiarum eccleſiaſticarum in ſuo diſtrictu, & facientes carcere mulctabant: Qua de re queſti ſunt Epiſcopi in Concilio apud Nouianum anno 1344.

Cap. 2. Cap. 23. Ex Bochello lib. 8. tit. 9. c. 45 de decret Ecleſ. Gallic.

Et ſanè ſi cognituri erant Epiſcopi de criminibus in foro exteriore, non poterant abſque illa inſtructione: ſiquidem nemo niſi per teſtes condemnari debet: nequidem confitens: quò pertinet illud vulgare axioma iuris, Non audiri perire volentem, id eſt qui ſeipſum accuſat: & in dicto cap. 23. Toletani 13. Profeſſio ſe accuſantis non valet, niſi quod ex ore eius agnitum eſt generali fuerit iudicio comprobatum. Ergo Epiſcopi cognitionem reorum ſuſceperunt. Ac noſter Iuo refert ſe militem qui monachum caſtrauerat iudicaſſe, & armorum priuatione, ac 14. annorum ieiunio mulctaſſe: alioſque laicos qui Clericos offenderant ad ſuam cognitionem vocaſſe.

Epiſt. 135 ep. 76

III. Denique cum ea iuriſdictio iam vſu confirmata eſſet, queritur Richardus Cantuarienſis Archiepiſcopus, qui ætate Alexandri 3. viuebat (is autem ſedebat circa an. 1160.) ab Eccleſia iuriſdictionem alienam, & ſibi omnino indebitam ambitione temeraria (hæc ſunt eius verba) vſurpari. Nam, inquit, in corpore decretorum, & in epiſtola ad Rom. hæc verba legiſſe meminimus: ſunt quædam enormia flagitia, quæ potiùs per mundi Iudices quam per Rectores, & Iudices Eccleſiarum vindicãtur: ſicut eſt cum quis interficit Pontificem, Apoſtolicum, Præſbyterum, ſeu Diaconum, huius cædis reos Reges & Principes mundi dam-

Apud Bleſenſ. ep. 73.

Digitized by Google

nant: & infra: verumtamen in hac iuriſdictione maledicta quam ambitioſè & ſuperbè Deum offendimus, & Dominum Regem, viamque in Clericos malignādi tutiſſimam laicis aperimus. Hæc ille. videlicet quia cum Eccleſia ſanguine non vindicaret promptiores erant ad crimen animi.

Porrò Henricus 2. qui eo tempore Anglis dominabatur, comitia Clarendonenſia habuit, in quibus tam pro Clericis quam pro laicis quædam capitula renouauit quorum illud fuit: Laici non debent accuſari, niſi per certos & legitimos accuſatores, & teſtes in præſentia Epiſcopi, ita quod Archidiaconus non perdat ius ſuum: nec quidquam quod inde habere debeat. De quibus vero delictis cognoſceret iuſtitia Epiſcopi aduerſus laicos Anglos viſum eſt in recognitione legum Anglicarum ſub Guilielmo 1. ac etiam ſub eod. Henrico 2. videlicet de eo qui excommunicatum properantem ad Epiſcopum occiderat, & ſi arrogans iuſtitiæ Epiſcopi nollet ſe ſiſtere, Rex eum conſtringeret vt emendaret cui foris facturam fecerat, ſcilicet primum Epiſcopo, deinde regi: & ſic erunt, inquit, duo gladij, & gladius gladium iuuabit. Si reus vel noxius ad Eccleſiam, vel domum & curiam Sacerdotis, quæ in fundo Eccleſiæ eſſet, confugiſſet, de hoc habebat Eccleſia iudicare: ſi quis pacem ſanctæ Eccleſiæ fregiſſet, Epiſcoporum erat iuſtitia: ſi interfectori alleganti ſe iuſta de cauſa interfeciſſe deficerent Iudices & teſtes, is dare debebat badium iuſtitiæ Epiſcopi & fideiuſſores rectum proſequendi, deinde hæc de illo cognoſcebat: Denique quiſquis de Eccleſia aliquid tenebat, vel in fundo Eccleſiæ manſionem habebat extra Curiam Eccleſiaſticam coactus non placitabat quamvis foris feciſſet, niſi in Curia Eccleſiaſtica rectum defeciſſet. Sic Rogerius Houedanus. IV.

Math. Paris ad an. 1164.

Roger. Houed. in Henrico 2. parte poſter. ad an. 1162.

Verum quoad homicidas, & percuſſores Clericorum Lucius 3. ſedens an. 1181. ſanxit in odium negligentiæ ſecularis Iudicis & fauorem Eccleſiæ, vt rei in vtroque foro provt accuſatoribus placeret conueniri poſſent. Vnde conſtat huiuſmodi crimina agitata etiam fuiſſe apud Iudicem laicum: ſed proculdubio præualebat authoritas Eccleſiaſtica. Mirum verò quod Pontifex queratur de negligentia Iudicis ſecularis: & querentem eumdem Richardum de Eccleſiaſtico etiam Romano refert Petrus Bleſenſis, quod Clerici vel Epiſcopi occiſores Romam miſſi, euntesque in delitijs reuerterentur cum plenitudine Apoſtolicæ gratiæ & maiore delinquendi audacia. V.

Cap. 8 de foro compet.

Ead. ep. 73.

Digitized by Google

VI.

§.1 tit. 10. legis Bajoar.

Vt patet ex dict. legib. & maximè de homicidiis Eccleſ. tit. 10. leg. Ripuar. tit 13 & aliis leg. Aleman. & lege Francica lib. 4. cap. 25.

Cap. 4. an 895.

Porrò Baioariorum notabilis eſt lex, vt ſi quis occidiſſet Epiſcopum quem ſibi Rex conſtituiſſet, vel populus elegiſſet, tanto auro mulctaretur quanti ponderis eſſet feretrum plumbeum ad ſtaturam defuncti compoſitum : & ſi nequiret in auro, rependeret in mobilibus, vel immobilibus, iuxta quantitatem auri : ſi neque eo modo poſſet, tunc ſe ſuam vxorem ſuoſque liberos ſeruituti Eccleſiæ addiceret, quandiù ſe ea quantitate redimeret : hocque per imperium Regis, vel Iudicis fieret. Sic ergo ea cognitio Iudicis erat quem ſecularem oportet intelligere. Pretio autem condemnabatur homicida prout lege Salica, Ripuaria, & Alemannica omnia ferè crimina nummo duntaxat puniebantur: Illud autem pretium Synodus Triburienſis voluit in tres partes diuidi, quarū vna daretur altari cui defunctus inſeruiebat, altera Epiſcopo: tertia parentibus eius. Hæque conſtitutiones longè ab alia mente quam Draconis Athenienſis, qui delictis quibuſcumque pœnam capitis ſanxerat, vnde illius leges dicebantur ſanguine pro atramento ſcriptæ: prætextus eius vt metu pœnæ omnes à flagitijs etiam minoribus eſſent deterriti, nec maiora committerent, qui nec minora auderent : ergo iſtis mitioribus legibus poterant incitari ad ſcelus, qui vitæ diſcrimen non incurrebant. Sed in Concilio Claromontano ſub Vrbano 2. an 1095. dictum eſt, vt ſi quis Epiſcopum incarceraſſet perpetuæ infamiæ ſubjaceret, & vlterius arma non portaret.

VII.

Epiſt 247. com ep. 168.

Cap 2. de Clericis pugnant. in duello. ex.

Cap. 9 ne Clerici vel Monachi.

Math. Paris in Henrico 2. ad an. 1164.

Ergo de criminibus cognoſcebat Eccleſia, quin & inualuerat praua conſuetudo, vt ſoleret monomachiam indicere ſi probatio deficeret, quod teſtatur Iuo & reprobat: Quomodo, inquit, iudicare debet Eccleſia fundendum ſanguinem alienum, quæ à primo ortu ſuo iuſſa eſt proprium fundere? Et alibi, faciant hæc cincti Iudices, qui ad malorum vindictam gladium materialem portant, non qui contra nequitias ſpirituales gladio ſpiritus pugnant: ſic Iuo. perpetuo namque iure Eccleſiaſtico ſanguinis pœnæ ſunt interdictæ Iudicibus Eccleſiaſticis : ideoque Innocentius 3. diſtrictæ prohibuit Clericis non ſolum ſanguinis ſententiam dictare aut proferre, ſed nec ſanguinis vindictam exercere, aut vbi exerceatur intereſſe. Sic lege Anglica Eccleſiaſticus, qui aliquam poſſeſſionem , vt Baroniam regi clientelæ iure obnoxiam habebat, tenebatur intereſſe Iudicijs Curiæ Regis quouſque perueniretur ad iudicium diminutionis membrorum , vel mortis; atque ſic exeuntes de conſilio, cui aderant vt Pares Re-

Digitized by Google

gni, proteſtari ſolebant nihil propter illam abſentiam dignitati ſuæ detractum iri. Quin etiam procuratorem laicum relinquebant ob ea quæ illis abſentibus expedienda erant. Ergo huic adeſſe non debebant iudicio, quanquam ſit quorumdam opinio poſſe Prælatos, qui ſunt de conſilio Regio, ei aſſidere, etiam tunc cum de reo iudicando agitur, nec ob id illos irregularitatem incurrere modo non expreſsè adſint. Quod forſan apud nos non procederet: Namque Curia irregularem & ſuis beneficijs iure priuatum declarauit qui huiuſmodi ſanguinis iudicio adfuerat vnus ex iudicibus arreſto menſis Martis an. 1531. ac ſunt etiam qui putant Iudicem Eccleſiaſticum pœnas corporales infligere poſſe, nec propterea contrahere irregularitatem, licet aliqua ſanguinis gutta inde effluat. Creditur vero ſummus Pontifex poſſe diſpenſare Epiſcopum, vt per ſe cruentam iuriſdictionem exerceat: ac refertur ſic diſpenſatus Archiepiſcopus Sarragoſſenſis, vt per ſuos delegatos exerceat. At qui per alium facit num per ſe facere videtur? denique Paulus 4. Iudicibus inquiſitionis indulſit, vt irregulares non fierent licet cognoſcerent de crimine quod pœna capitis plectendum eſſet modo nihil aliud pronuntiarent, quam reum eſſe hæreticum: atque etiam licet pro pœna ſanguinis imponenda eum traderent iudici ſeculari, quod fas non eſt regulariter: imò pro reo quem Curiæ ſeculari tradit Eccleſia debet efficaciter intercedere vt citra mortis periculum circa eum ſententia moderetur: provt de Chriſtianis ſuo tempore teſtatur D. Auguſt. ſolitis pœnam ſanguinis deprecari pro hæreticis apud laicum Iudicem cui erant traditi.

Sed quamvis pœnæ capitalis ſententia Epiſcopo & udici Eccleſiaſtico interdicta ſit, non deſiit tamen ob quæcumque crimina laicos iudicare, etiamſi Eccleſiaſtica non eſſent; modo tamen
capite non vindicaret: qua ratione non reprobat Innocentius 3. VIII.
quod Albiganenſis Epiſcopus de furto cognouerat, ſed quod furem paſſus eſſet candentis ferri iudicio ſe purgare, & non purgatum ſuſpendio necandum curauiſſet.

Itaque eiuſdem Innocentij plura reſcripta fidem faciunt Epiſcopos Galliarum cognouiſſe & iudicaſſe de adulterijs, raptoribus, incendiarijs, & violatoribus Eccleſiarum, de ſacrilegis, ſortilegis, hæreticis, & alijs reis: in quos omnes extant ſummorum Pontificum decreta. Cumque Archipræſbyteri & Decani rurales huiuſmodi cauſas, & aliorum negotiorum præcipui mo-

Nicol. Harpsfeldius ad 14. ſecul. cap. 11. & ad 15 ſecul. c 9.
Bonadilla lib 1. de politica cap. 17.
Villadiego c. 5. de la inſtruc. iudicial. n 15.
D. Louet. in litt. B. art. 1.
Idem Bonad. d. loco facit gl ad c. 3. de crimine falſi.
Idem d. cap. 17.
Saluiatus Cardinalis Bononiam à Sixto 5. miſſus Ioannẽ Pepulum Comitem quod receptaret dare exules, qui in aliquo eius dominio ſed extra ditionem Pontificiã receptum habebant, noctu deprehenſum adhibito priùs Sacerdote ſtrãgulari fecit.
Auguſt. Thua. lib 82 hiſtor.
Bonad. ibid.
Villadiego ibid. n 24.
Ep 127. 158. 160.

Lib. 8. tit. 9. cap. 24. & 51. decret. Gallic. Eccleſ. ex Bochello.

menti, quæ famoſa appellantur, ſuſciperent; Gallerus Epiſcopus
eas illis interdixit in Synodo Pictauienſi anno 1280. quia maiores
cōtrouerſias non deberēt tractare: & ſi deinceps ſuſciperent pœ-
nam 20. librarum Turonenſium eis indixit applicandorum pau-
peribus, niſi quod quarta pars delatori datur. Idque repetitum
eſt in altera Synodo Pictauienſi anno 1387. ſub pœna 10. marcha-
rum argenti: fortaſſè quod abvſum committerent Archipræſby-
teri: vt quidam concionator notauit ſermone ad Clerum in
Concilio Rhemenſi, qui eſt inſertus operib. D. Bernardi: Ar-
chipræſbyterum nempe vendidiſſe homicidia, adulteria, ince-
ſtus, fornicationes, ſacrilegia, periuria: idque cum innotuiſſet
Epiſcopo tantum abeſt vt corrigeret, quin partem corraderet
inuito Archipræſbytero comminatus totum ablaturum, niſi
eam ſpontè cederet.

IX. Videntur tamen non vſquequaque & indiſtinctè Eccleſiaſticos
Iudices ſediſſe in criminibus contra omnes perſonas, & in omni-
bus cauſis, ſed duntaxat vbi crimen Eccleſiaſticum erat, id eſt,
quando vel ipſa Eccleſia violata fuerat, vel Clericus aut accu-
ſator, vel reus erat. Nam ſi laicus cum laico ageret, ſolus ſecularis
Iudex cognitionem habebat: Itaque Alexander 3. etiam in cri-

Cap. 9 §. 1. de hæret. c. 13. §. damnati eod.

X. mine Eccleſiaſtico, puta de hæreſi, voluit vt Clericus à Iudice
Eccleſiaſtico iudicaretur, niſi in hæreſim relapſus eſſet: laicum
verò ſecularis Iudicis arbitrio permiſit: quod confirmauit Inno-
centius 3. ex Concilio Lateranenſi. Nihilominus de eodem cri-
mine hæreſis inquiſitum fuit aduerſus Albigenſes à Legato Pon-
tificio ſub Philippo Auguſto: & regnante Carolo 6. Ambrotus
quod de numine parum piè ſentire diceretur iuriſdictionem &
cuſtodiam Pontificiam ſubiit: Cumque ea eſſet temporum pra-
xis Betiſachus Ducis Bituricenſis Quæſtor, cum de repetundis, &
peculatu interpellaretur, ſperans mitiùs ſecum acturam Eccleſiæ
Curiam, finxit ſe hæreticū vt ad eam duceretur: & ductus eſt: eò
nempe progreſſa erat hæc iuriſdictio, vt ex crimine Eccleſiaſtico
de cæteris in eamdem perſonam concurrentibus ſe cōpetentem
præſtaret. At Officialis cognito iſtud fictitium eſſe, reddidit ſub-

Synod. Lingo. Trecenſi & Rhemenſi excommunicantur Iudicis ſeculares qui de hæreticis iudicare præſumūt: ex Bochello lib. 2. decret. Eccleſ. Gallic. tit. 13 c. 4. & 13.

XI. terfugientem ſeculari Iudici. Denique iniquitas Iudicij quod
non ſatis prædicanda noſtra Iohanna puella perpeſſa eſt locuple-
tiſſimum exhibet teſtimonium iſtius iuris. Nam ſuperſtitionis,
ſortilegij, & hæreſis calumniata ab hoſtibus noſtris Anglis tradita
eſt Archiepiſcopo Rothomagēſi eis addicto: à quo iudicatam, ex

eiuſque

Digitized by Google

eiuſque præiudicio flammis necatam ſummus Pontifex delegato Epiſcopis munere vt defunctæ memoriam, acta, & vitam diligentiſſimè indagarent, bonæ famæ reſtituit cum ex validiſſimis teſtimonijs ſummorum etiam Principum, & Eccleſiaſticorum compertum fuerit, nihil eius vita ſanctius, caſtiuſque ea ætate fuiſſe: planéque eam tot virtutibus mortales docuiſſe Deum maximum plus operari per infirmiores quam per potentes ſeculi, vt diſcerent non in homine, ſed in Deo ſpem eſſe conſtituendam.

XII.

Sic ergo in laicos ex eo crimine Iudicis Eccleſiaſtici iuriſdictio: dubium an in omnibus item indiſtinctè: ſed hoc certum in criminibus Eccleſiaſticis illum de laicis iudicare ſolitum: necnon in delictis quæ mixti fori dixerunt: ſiquidem iſta locum præuentioni faciebant, vt ſi Iudex Eccleſiaſticus præueniſſet laicum reũ, iudicare illum quiret. Denique ſi vera ſunt grauamina [a] Germanica conſtabit ex illis Eccleſiaſticam iuriſdictionem ſibi abſolutè homicidas vendicaſſe, itemque adulteros, maleficos, & blaſphemos, nec præuentioni ceſſiſſe: licet hæc crimina mixta eſſent.

Adeo in laicos de adulterio, inceſtu, fornicatione & exceſſibus aliis, vt textus ait, iudicabat, vt Concil. Prouinciali apud Salmur. an. 1276. notentur Archidiaconi & alij Eccleſiaſticam iuriſdictionem exercentes, quod eos non corrigentes acciperent à Clericis & laicis pœnam pecuniariam.

Ex Bochello lib. 8. decret. tit. 75. cap. 3.

a Cap. 47. 48. 53 56.

XIII.

Per conſequens autem iuriſdictionis de criminibus Eccleſiaſticus Iudex pœnas imponebat quas poſterior ætas ei negauit in laicos, vt & illorum criminum notionem. Equidem vidimus ſupra an exilio mulctare poſſet, vel flagris cædere Clericos. Quod ſi dubitatur de illis, quanto minus poterat laicos? Item pecunia mulctabat vt ex Concilio Triburienſi nongentis ſolidis Epiſcopo debebat componere, qui immunitatem Eccleſiæ violaſſet: & qui in Epiſcopum malè egiſſet bona eius confiſcabantur Eccleſiæ Epiſcopi ex reſcripto Alexandri 2. ac lege Baioariorum quam ſupra notauimus. Sic Concilium Carthaginienſe 5. pœna eád. mulctat qui aduerſus Epiſcopum defenderit Clericum damnatum: atque inde viſum nonnullis Eccleſiam habere fiſcum: de quo tamen atque de ita pecuniaria pœna infra videbimus.

Can. ſi quis contumax cauſa 17. q. 4.

Can. ſi quis deinceps ibid.

Can. ſi quis cuiuslibet cã. 23. q. 5.

CAPVT III.

QVALIS EODEM SECVLO FVIT IN CIVILIBVS CAVSIS.

Lectio.

1. *De vſuris quatenus legitimæ abſque peccato: videlicet redditualibus, pupillaribus, dotalib. montium pietatis, & cæt.*
2. *De contractibus ob illas notio quandam Eccleſiaſticæ iuriſdict.*
3. *Item ob iuſiurandum: exemplum illuſtre: id iamdiu abrogatum in Arragoniæ Regno.*
4. *De actionibus realib. ob prædia Eccleſiaſtica.*
5. *Tandem Eccleſiaſtici ad ſuam iuriſdictionem eas traduxerunt.*
6. *Perſonas & res peregrinantium in terram ſanctam ead. iuriſdictio ſuſcepit.*
7. *Leges fecit de iiſdem actionibus in ſuo foro tractandis etiam cum laicis.*
8. *Necnon de prædiis purè ſecularibus, ſed incidenter.*
9. *De teſtamentis, & eorum cuſtodia apud Sacerdotes.*
10. *Non dabat hæc cuſtodia vllam iuriſdictionem.*
11. *De hæreditatibus cum ſacris apud infideles, & vt Pontifices Romani gentilitij illarum prætextu de cauſis prophanis voluerunt cognoſcere, quod correctũ eſt.*
12. *Quid apud Iudæos.*
13. *In lege Euangelica.*
14. *De teſtamentis & hæreditatibus quatenus cognitionem ſibi adtribuit Eccleſiaſtica iuriſdictio.*
15. *Inde admoniti ægri à Sacerdote teſtamentum condere coram Notario Eccleſiaſtico.*
16. *Vt pia legata relinquerent.*
17. *Hinc conſtitutus Procurator teſtamentorum.*
18. *Ob hæc legata citabantur laici apud Iudices Eccleſiaſticos, vt rationes executionis teſtamentariæ redderent: vnde etiam vectigal accipiebant.*
19. *Etiam ex inteſtatorum bonis aliquam partem exegit Eccleſia.*
20. *Pium eſſe relinquere Eccleſiæ, ſed hoc voluntarium eſſe debere.*
21. *De lege quæ prohibuit Sacerdotibus dari, quid ſenſerit D. Hieronym..*
22. *Inuentarium etiam bonorum facere præſumpſerunt Eccleſiaſtici & in poſſeſſionẽ hæredit. mittere.*
23. *Item de nuptialibus cauſis, & quæ illis incidunt, vt de dote, ha-*

Digitized by Google

reditate ex iure natalium.

24. *De cauſis viduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum.*

25. *Negligentiam, vt aiebant, Iudicis laici voluerunt ſupplere.*

26. *Authoritas Eccleſiaſtici Iudicis in laicum quanta fuit.*

27. *Multitudo cauſarum Eccleſiaſtica iuriſdict.*

SVPRA de criminalibus cauſis iuriſdictionis quondam Eccleſiaſticæ in laicos: nunc verò de ciuilibus quas ead. iuriſdictio in eoſdem vſucepit, vel prætextu peccati mortalis, vel iuriſiurandi, vel quod aliquo modo intereſſet Eccleſiæ, aut Eccleſiaſtici.

Primarum vſuræ fuerunt quas ſupra dicebamus non eſſe abſque peccato quanquam ſint, qui eas prætextu charitatis tueantur & neceſſarias dicant: cum ſæpe numero contingat plurimos diteſcere ex pecunia etiam ſub fœnore accepta, cuiuſmodi exêplum illuſtre refertur à Gregorio Turonenſi, nempe Deſideratum Virodunenſem Epiſcopum à Theodeberto Rege obtinuiſſe pro ciuibus ſuis in maxima conſtitutis neceſſitate 7. millia aureorum quæ promiſit reſtituere cum vſuris legitimis: atque ciues inde negotia & mercaturam exercentes ad maximum diuitiarum cumulum perueniſſe. I. Lib. 3. cap. 34.

Sed D. Ambroſius damnat qui huiuſmodi fuco vſuras exigunt: Tu poſſides, inquiunt, tua prædia, nos noſtram pecuniam non habemus: tibi fructuum æmolumenta procedunt, nobis nihil accreſcit pecuniæ. & authoritatis non minimæ Gerſonius iſtam vſuram quocumque prætextu quæſitam, vel etiamſi multum ex ea proficeret debitor peccatum eſſe reſoluit non minus ac mendacium licet officioſum: idque tenendum eſſe tanquam ex fide & eccleſiaſtica determinatione: Neque enim oportere propter vtilitates quæ per accidens poſſunt accidere ea dicere bona, quæ per ſe & de ſuo genere mala ſunt. Sic Gerſon. Itaque religioſè & generoſè Theodebertus idem qui non ſolum vſuras promiſſas, ac nec etiam ſortem voluit recipere. Denique ea eſt inter alios D. Thomæ, & eiuſdem Gerſonij ſententia, nullatenus accipiendum eſſe quidquam vltra ſortem mutuò datam, niſi vno caſu: videlicet quando creditor ob non redditam ſua die pecuniam damnum paſſus eſt: quod ei compenſari vult æquitas. Extra quem caſum adeò damnatur vſura, vt dicatur contineri

Cap. 6. lib. de Tobia. Vide cap. 53. idque notabile Concil. Pariſ. ſub Greg. 4. tomo 3. Conci. aduerſus vſuras & adinuentiones earum. Tract. de contract. prima parte conſid. 13. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1. Idem Gerſon. eod. tract. 2. parte propoſ. 6. Idem Gerſon. cap. 10. de præcept. decalogi.

Digitized by Google

D.Ambroſ.lib. de bono mortis. vnde can. ſi quis.cā.14.q 4.

ſub præcepto Decalogi, Furtum non facies. Nam qui vſuram accipit, rapinam facit ait D. Ambroſ.

Quin & aliquando dubitatum eſt, an contractus reditualis quo quis ſuper immobilibus ſuis conſtituit & vendit credenti pecuniam certum redditum, valeret: & valere reſponderunt Martinus 5. & Calixtus 3. quoniam adeo alienatur pecunia vt nulla ſit eius exigẽdæ facultas, etiam ſi immobilia huic aſſignata corruāt. Atque ſic eſt pecuniæ venditio, in qua tamen venditione pecuniæ D. Thomas nihil exigendum eſſe, aut expectandum cenſet. Verum illius ætate incogniti erant huiuſmodi redditus. Itaq; non videtur ibi ſentire D. Thomas de contractu reddituali: imo vſuram approbat, vel lucrum ex pecunia quando ita datur mercatori vt ſit periculo eius qui dat. In contractu vero redituali eſt vt diximus periculo creditoris. Quamobrem idem Gerſonius huiuſmodi contractus licitos aſſerit. Idque iam in pleniſſimum vſum abiit, & exercetur etiam à religioſiſſimis viris & domibus: licet in is redditus ſit mera vſura debitori oneroſior ex eo quod iure ciuili ſortis petitio extincta ſit, ſi quis cum pecuniam non redderet, tamdiu ſingulis annis fœnus præſtiterit, quamdiu ea duplicata eſſet, ſicque creditor bis quod mutuò dedit receperit. At in redditu nullo tempore, nulláque quantiſcumque annis vſuræ præſtatione ſors abſorbetur, vt voluit Iuſtinianus pro repub. Afrodienſium: ex cuius conſtitutione liquet contractus reddituales antiquos eſſe. Atque alia conſtitutione planum eſt religioſos viros pro ſacris domibus emere ſolitos redditus.

d. q.78. art.2. ad 4.

Ibid. ad 5.

d tract. de cōtract. parte 2. propoſit. 9 & aliis.

l. 29. 30. C. de vſur. Nouel. conſtit.121. Nou.160.

Nou.40.

Detur ergo vſuras reddituales legitimas eſſe, hoc de cætero conſtat non eſſe licitam vſuram niſi ob damnum emergens, vt ſupra diximus: Quid verò quod ex noſtris moribus adiudicatur à Iudice cum poſt diem debitor non reſtituit, videlicet in odium & pœnam moræ? Sanè contumacia, & mala fides debitoris puniri debet ſi cum poteſt non reſtituit: at ſi non poteſt, nec in damno ſit creditor, an hæc vſura legitima erit? Dubitari profectò poteſt. Eſt enim vſura pura & fœtus ex pecunia qui maximè reprobatus eſt, adeo vt ne quidem fas ſit aliqua munera quæ pretio menſurentur, vt ait D. Thomas, percipere mutui ratione: in quo fortaſſe peccabant Sacerdotes Iudæorum, ac legi fraudem faciebāt non quidem accipientes pretium, ſed aliquot munuſcula verbi gratia frixi, ciceris, vuarumq. paſſarum. Atque quamvis ſit pupillorum cauſa plurimi, tamen quod in foro ſeculari cōceditur vt ex eorum

d. q 78 art. 2. in concluſ.

D.Hieron. in cap.21. Math.

pecuniis vſura colligatur, adeo in foro conſcientiæ rejicitur, vt dicatur eos teneri reſtituere quidquid in eorum vtilitatem ex huiuſmodi vſuris comparatum fuerit: & non ita ſeuerus D. Thoma cenſens, quidquid ex vſuris adquiſitum ſit non eſſe illorum à quibus extortæ ſunt vſuræ, quia plus conſideratur induſtria adquirentium quam pecunia, ſed vſurarios teneri quantitatem vſuræ acceptæ reſtituere, ob eamque reſtitutionem vendi poſſe poſſeſſiones ex vſuris comparatas.

[b] Sed quod de vſuris pupillaribus diximus habetur ſanctio Concil. Burdigalenſis anno 1582. his verbis: Ne cui ex mutuò præter ſortem accipere, aut ſperare liceat: quod ſi pecuniæ ſint pupillorum, aut viduarum, aut locorum piorum, vel etiam dotales, non accipiatur vſura niſi quatenus iure permittitur. At iure noſtro nec Canonico alia vſura permittitur quam modis ſupradictis: Porrò vſuræ dotales non propriè vſuræ ſunt, ſed penſio quam pater debet pro alimentis filiæ: Ergo nullo alio caſu vſura pupillaris licita erit. Et quidem Aurelianenſi ſtatuto [c] in quo de locatione nummorum pupillorum à tutoribus facienda ſancitur, non fit mentio niſi redditus contractualis. Ac Choppinus [d] refert iudicatum huiuſmodi vſuram non deberi ex ſola proteſtatione niſi dies apud magiſtratum dicta ſit. Ergo non amplioris eſt priuilegij pecunia pupillorum quam cæterorum.

Quid vero de vſuris quæ hodie exercentur in montibus vt vocant pietatis? Non ignorauit Leo 10. [e] eas à quibuſdam Theologis improbari: Ideoque ne de illarum validitate amplius dubitaretur illas ſanctione confirmauit. ſed ante illum approbatæ fuerant ab Innocent. 8. & aliis, vt refert Baiardus [f] in addit. ad praxim criminalem Iulij Clari. Sanè religio fecit vt [g] Imperator ex legato pio non præſtito adiudicaret vſuras, omnemq; legitimam acceſſionem à die obitus teſtatoris; at canonibus prorſus Eccleſiaſticis vſura prohibetur: Vnde Balſamo interrogatus de vſuris: reſpondit eas eſſe licitas laicis iuxta modum à legibus impoſitum: Sacerdotibus autem & Clericis prorſus illicitas eſſe: ſed noſtris moribus vtriſque non permittuntur: ergo nec etiam prætextu pij legati, nec piorum etiam operum: quia mala non ſunt facienda vt eueniant bona: nec quocumque prætextu vſura conceſſione ſummi Pontificis legitima fieri poteſt, quoniam à iure diuino & naturali diſpenſare nequit, vt Couarruuias Epiſcopus Hiſpanus aſſerit, & Oſaſcus deciſ. 137.

l. 3. C. in quibus cauſ. in integr. reſtitut. nō eſt neceſſ.

d. q. 78. art 3. ad 1. & 3.

Suprema Curia Pariſienſis cōprobans literas regias quibus contractus pignoratitij Andenſis, Bituricenſis, & Turonēſis Prouinciæ cōuertuntur deinceps in reditus pecunia cōſtitutos nec alias cōceditur vſura vel intereſſe, excepit ab ea ſanctione pupillorum & viduarum pecunias quas proinde cenſuit dari poſſe ſub contractu pignoratitio qui vſurarius eſt. Montholon, arreſto 24

b Ex Bochello lib. 8 tit. de vſuris cap. 9. decretor. Eccleſ. Gallic.

c Artic. 102.

d De vtili And. deg. dom. cap. 3 N. 2. n. 11.

e Conſtit. 9. tomo 1. Bullar.

f §. Vſura n. 19. 20.

g Nouel. 131. Lib. 3. iuris Oriental de reſp. Patriarcharum. Tomo 2. lib. 3. n 8.

Digitized by Google

II. Verum ſatis de fœnore cui quoniam indiſtinctè peccatum ineſt voluerunt olim Eccleſiaſtici de omnibus contractibus & cauſis in quibus de vſura agebatur, cognoſcere; quod vulgò notiſſimum & viget etiam hodierno tempore apud plurimas nationes, vt infra videbimus. Itaque Synodo Senonenſi anno 1524. iubentur Præſbyteri vſurarios decanis denunciare qui facta informatione eos citabunt coram Epiſcopo.

Ex Bochello lib 8 decret. tit.45.cap.5.

III. Eademque ratione ad ſe perduxerunt Iudices Eccleſiaſtici omnes controuerſias quibus iuſiurandum aliquod immixtum eſſet: quoniam ad illos ſpectat iuriſiurandi gratiam facere ad quos pertinet ligandi ſoluendiq; poteſtas, vt in bona cauſa Gregorius Antiochiæ Epiſcopus apud milites Antiochenos perorauit: Sed hoc in foro conſcientiæ. Itaque apud Anglos omnes de fidei læſione, vel iuramenti tranſgreſſione quæſtiones tractabantur in Clericali iuriſdictione. Itemque apud Germanos, adeo vt ſi quis iuraſſet ſe ideo à iudice laico ad Eccleſiaſticum euocare cauſam, quia conſequi ius non poſſet: iſtius iuriſiurandi prætextu cauſa retineretur etiamſi purè prophana eſſet: quod illorum grauamina teſtantur. Denique diſſertatio Cugnerij Aduocati Regij aduerſus Bertrandum Eduenſem Epiſcopum, docet noſtros Epiſcopos retinuiſſe omnes lites propter conſequentiam alicuius peccati mortalis. Nec Hiſpanis minor fuit hæc iuriſdictio: contempta tamen in celebri cauſa. Namque cum equites quondam quererentur ſe ſtipendiis militaribus quæ merebant ſpoliatos eſſe à Iacobo 2. Arragonum Rege: Rex vero contenderet nihil ſe contra legem feciſſe, facturumve; & ſibi placere vt hæc controuerſia apud Arragonum Iuſtitiam (ſic appellāt ſupremum Magiſtratum inter Regem & ſubditos præpoſitum) ageretur, illi aſſeruerunt ad Iudicis Eccleſiaſtici forum eam ſpectare, quoniam etſi caderent cauſa, tamen à coniurationibus & coitionibus quas aduerſus Regem fecerant adhibito iureiurando diſcedere non poſſent niſi abſoluti ab huius ſacramenti religione. Itaque ad eum Iudicem iri oportere vt videret an ratum eſſet, ſanctumque hoc iuſiurandum: quod nequiret, niſi de cauſa cognoſceret. Verum Arragonum iuſticia cauſam retinuit, pronuntiauitque ſine vlla exceptione coitiones eas penitus tollendas eſſe, iuramentaq; adhibita rata non eſſe. Sic Hieronymus Blanca in commentario rerum Arragon. Neque vero iſtum prætextum allegaſſent illi, niſi receptum fuiſſet, vt eo prætextu Eccleſiaſtica iuriſdictio de

Niceph lib 18. cap.16.

Math Paris in Richardo 1.

Cap.5.47 48.

Petrus Ferrarienſis in practica Papienſi ſcribens circa annum 1400. Iudices, inquit Eccleſiaſtici (ad quorū iuriſdictionem pertinent hæc iuramenta vt ipſi legem fecerunt ad trahēdam aquam ad eorum molendinū) ſæpè talia iuramenta maximè cōfirmatoria obligationum & contractuum ſolent relaxare & iurantes abſoluere, & abſoluētes facere eos periurare. gl. 5. ad tit. 16. quia vero dicebatur abſolutio

rebus prophanis notionem haberet. Quanquam Belluga doctor Arragon. Licet, inquit, ſint cauſæ ſpiritualibus annexæ de quibus cognoſcere deberet Iudex Eccleſiaſticus, vt de cauſa patronatus, de crimine ſymoniæ, de periurio, de cauſa adulterij, vbi agitur de ſeparatione thori & matrimonij, & aliis caſibus quos refert gloſſa in cap. f. de exceptionibus lib. 6. cap. cum ſit generale, cap. ex tenore de foro competenti, qui iure antiquo erant de iuriſdictione Eccleſiæ, tamen per leges terræ iſtis eſt derogatum, & Princeps non permitteret Eccleſiaſticos tali vti iuriſdictione, vt in cauſis viduarum & ſimilium, & ideo Iudices non grauant ex eo quod ſecundum foros habent iudicare. Hæc ille. Vnde ob iuſiurandum de contractu prophano non iudicabant: ſed infrà videbimus in Hiſpania plurimum viguiſſe hunc morem.

dari poſſe non citata parte: reſoluit ibi non poſſe.

Rubr. 11 §. ſunt & aliæ de ſpeculo Princip.

IV.

Actiones reales, id eſt, quę de prędijs ſunt, ſuſcepit etiam Eccleſiaſtica iuriſdictio. Vnde Rex Theodoricus ad Epiſcopos ſic ſcribebat: Si in alienis cauſis beatitudinem veſtrā conuenit adhiberi, quantò magis ad vos quæ veſtra eſt remitti debet. Quoniam cauſarum veſtrarū qualitas vobis debet Iudicibus terminari à quibus eſt ſpectanda magis quam imponenda iuſtitia: & infrà: Quod ſi hanc cauſam ſub æquitate veſtrum minimè definit arbitrium noueritis ſupplicis querelam ad noſtram audientiam perducendam. Quæ poſtrema verba videntur denotare ad eos remiſſam eſſe cauſam velut arbitros, vt ſi poſſent, amicabili iudicio rem componerent: agebatur autem de prædiis Thomatis laici, qui ea detineri querebatur ab Epiſcopo ad quem hæc ſcribit Theodoricus, & Iudicem in re ſua conſtituit. Verum ſub Alarico Rege Agathenſis Synodus in Gallia celebrata eſt: quæ voluit in Concilio quod intellige Prouinciale conuinci alienatores rei Eccleſiaſticæ. Aurelianenſis autem 3. tempore Childeberti 3. ſanxit per publicum, aut Clericorum iudicium alienata reuocari. Alterutrum ergo licuit adire, & ad alterutrum accedere debuit ſiue laicus, ſiue Eccleſiaſticus ſi vim ſufficientem habuit illa ſanctio. At lex Francica Caroli magni ſtatuit quando de poſſeſſionibus, ſeu Eccleſiaſticis, ſeu patrimonialibus alicuius Clerici lis eſſet apud Comitem qui Iudex ſecularis erat, is partes mitteret ad Epiſcopum, vt eas ſi poſſet conciliaret: Si vero nequiret, tunc remitteret ad Comitem: Quæ non abhorrentia erant à reſcripto Theodorici proximè citato. Lege autem Baioariorum ſic habetur. Si

Caſſiod. lib. 3. ep. 37.

Can. 32.

Cap 1. ex addit. lib. 4. leg. Frāc.

Digitized by Google

Tit 1. §. 1. cum §. 1. tit 1. leg. Aleman. quis liber perſona voluerit, & dederit res ſuas ad Eccleſiam pro redemptione animæ ſuæ, licentiam habeat de portione ſua poſt quam cum filiis ſuis partiuit : nullus enim prohibeat non Rex, non Dux : nec vlla perſona habeat poteſtatem prohibendi : & apud Epiſcopum defendantur res Eccleſiæ, quidquid à Chriſtianis ad Eccleſiam datum fuerit. Quid vero apud Epiſcopum defendantur ? an vt actio controuerti deberet in foro Epiſcopali ? an vt Epiſcopo incumberet defenſio vbicumque quæſtio moueretur ? Tit 2. §. 1. & tit 3. §. 3. Sanè alia eiuſdem gentis lex dixit : quòd qui contra res Eccleſiæ iniuſtè agere voluit ſatisfacere Eccleſiæ cogatur Rege cogente, vel Principe, qui in ea regione Iudex eſt : & ſi quis de rebus Eccleſiæ furatus ſit, tantum ſoluat quantum iuſſerit Iudex. En vt apud Iudicem ſecularem non apud Epiſcopum reus conueniri debebat pro re Eccleſiaſtica : teſtanturque etiam veteres Formula 7. Marculphi formulæ Abbatem cuiuſdam Monaſterij litem pro terra Eccleſiaſtica apud miſſos Regis expoſuiſſe, illoſque iudicaſſe : & mallum publicum (qui erat placitum maius vbi maiora Gl. ad capitula. in dict. Mallus. negotia finiebantur à Comite) adiri ſolitum ab Eccleſiaſticis, cum quid ſuum vindicarent. Eæ porrò formulæ ſeruabantur ſub Formula 2. 3. Ludouico Imperatore, vt liquet formula 8.

V. Sed vt tempora mutationes inducunt, ſic adduxerunt vt Eccleſiaſtici limites ſui tribunalis producerent : inde quod noſter Philippus 1. aduerſus Iuonem Carnotenſem indignabatur quod de ſpoliatione, quæ facti eſt, cognouiſſet inter Beccenſes, & Molinenſes Monachos. At ille, ego, inquit, propter reuerētiam veſtram iudicium diſtuli, & infra: qua de re non decuit ſuccenſere humilitati meæ ſublimitatem veſtram: quia ſi ipſos ſpoliatores etiam ab inordinata inuaſione deſiſtere coëgiſſem, maieſtatem tamen regiam nullatenus offendiſſem. Sicut enim eſt Regię poteſtatis ciuilia iura ſeruare, & eorum tranſgreſſores debita pœna mulctare, ſic Epiſcopalis officij eſt Eccleſiaſticas inſtitutiones ſubditis ſeruandas imponere, & tranſgreſſores earum paterna ſeueritate ad debitum ordinem reuocare. ſic ille. Verum qua de re ſpoliatio eſſet non liquet : ſed ambigi non debet quin Ep. 173. potuerit eſſe de fundo. Nam idem Iuo refert etiam de feudo inter laicos ius fuiſſe apud Curiam Eccleſiaſticam, ſed eo prætextu

VI. quod res euntium in expeditionem Hieroſolymitanam eſſent in tuitione Eccleſiaſtica: Quo etiam dubitabatur num à Iudice laiAntic. 622. co puniri deberent quod dicerentur ſub tutela Pontificum : & debere

Digitized by Google

debere & poſſe ſtatuit conſuetudo Armorica, ſeu Britannica: ſed leguntur duæ Synodi Gallicanæ quibus cruce ſignati ſi capti fuerint ob atrox crimen à Iudice ſeculari, reddi debent eccleſiaſtico, vt inquirat de iſto crimine: & ſi aut conuincantur, aut confiteantur rei, exuantur cruce ſua, deinde magiſtratui laico reſtituantur puniendi, cum reatus omnem honorem excludat. In alijs autem criminibus iudicari poterant ab eod. Eccleſiaſtico Iudice. Ac ferè ſimiliter Ioannes Baptiſta Santonius Epiſcopus Tricarienſis, cum Quinquepagicos apud Heluetios in fœdus pro religione Catholica firmaſſet, iuriſdictionem prætextu fœderis ſumpſit in eos qui antea Iudici ciuili ſuberant. Sed non diù poſt Lucernenſes Quinquepagicorum facilè Principes orta inter eos & collegij Brouuenſis ſodales controuerſia, quod iſti recuſarent illorũ penuriæ ſuccurrere frumẽto ſuo quod amplum habebant, eam iuriſdictionem ſpreuerunt, licet gladio ſpirituali illam ſe defenſurum Epiſcopus diceret: ac tandem cõcordatum eſt vt ciues priſtina libertate vterentur ſodalibus tantum moleſti non eſſent.

Conc. Turon. an. 1236. Conc. apud caſtrum Gonterij an. 1251. ex Bochel. tit. 20. lib. 4. decretor.

Thuan. lib. 84. hiſtor.

VII.

Confirmata itaq; Eccleſiaſtica iuriſdictio ad has cauſas, vt etiam de iure Regnorum ſummi Põtifices cognoſcere voluerint provt infrà dicetur, edicta fecit de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, non ſolum pro Eccleſiaſticis inter ſeipſos, ſed inter illos & laicos pro fundis Eccleſiaſticis. Quando verò de alijs prædijs quæſtio fuit, cenſuit Innocent. 3. iniuſtitiam eſſe ſi laicus laicum conueniret coram Iudice Eccleſiaſtico cum reclamaret Iudex ſecularis, ſuos vindicaret, ac promitteret ſe ius eis redditurũ. Quod fidem facit, atque adſtruitur alia conſtitutione Alex. 3. Eccleſiaſticam iuriſdictionem eò ſe protuliſſe, vt ſi conuentus laicus ab Eccleſiaſtico negaret fundum eſſe Eccleſiaſticum, & exceptionem fori allegaret, remitteretur ad forenſem Iudicem: licet, inquit, in pleriſque partibus de conſuetudine aliter haberetur. Sed ſi placeret laico agere apud Eccleſiaſticum Iudicem, tunc cõpetentem eum eſſe. Cui conformis legitur lex Anglica ſub Henrico 2. Quod ſi feudum in controuerſia eſſet eam iuſſit apud Dominum feudalem, vel eius Iudicem terminari inter milites Eccleſiæ & Robertum purè laicum. Et alibi: Statuimus, inquit, ex quo Epiſcopus fuerit conſecratus, vt de ipſis feudis ſub ſuo Iudice cognoſcatur, ſi ad Eccleſiaſticam cognitionem pertineant: alioquin Imperiali beneplacito relinquantur: quod interpretatur gloſſa, vt de feudo Eccleſiaſtico Epiſcopus cognoſcat: quanto magis de poſſeſſio-

Cap. 1. & 19. de reſtitut. ſpoliat. cap. 9. de probat.

Cap. 11. cum cap. 10. de foro compet.

Cap. 5. eod.

Ex Mathæo Paride ad an. 1164.

Cap. 6. eod.

Cap. 7. eod.

Digitized by Google

Apud Freum tomo 3. imperial. conſtit. nibus quibuſcumque Eccleſiaſticis? De illis tamen Lotharius Imperator cognouit & pronuntiauit anno 1138. inter Monaſteria Caſſinenſe & S. Vincentij: ſed controuerſia ad eum deducta.

Cap 18. eod de foro compet. An eo caſu Clericis prorogantibus iuriſdictionem? at id Gregorio 9. poſtea non placuit.

VIII. Denique incidenter de prædijs & actionibus realibus cognouerunt iudicantes de ſtatu nuptiarum, & coniugiorum, vel de teſtamentis prætextu legatorum piorum, aut de ſucceſſione inteſtati Clerici.

IX. Teſtamenta quidem, hæreditates, ſucceſſiones, quæque his adquiruntur corpora prophani iuris eſſe nemo neſcit, vnde nec Epiſcopalem attinere iuriſdictionem. (Paul. Æmil. in Chilperico.) Quanquam mortuo Cheroberto Pariſiorum Rege, cum inter fratres de diuidenda eius hæreditate orta eſſet contentio, Guntchramnus author fuit, vt Concilio Epiſcoporum Lutetiæ habito, arbitratu eorum ea controuerſia dirimeretur: ſed hoc arbitrarium fuit: quemadmodum & illud quod poſt Antiochiam captam orta contentione inter Boëmundum & Raimundum, qui eam ſibi vni vindicabant, Sacerdotibus arbitrium illius commiſſum eſt: ij vero Raimundo vrbem adiudicauere.

Videtur tamen iam tempore Iuſtiniani, & ante irrepſiſſe Eccleſiaſticis aliquod turpiſſimum, vt ipſe ait, intimationis genus, vt vellent defenſores Eccleſiarum ad ſe pertinere teſtamẽtorum inſinuationes: exemplo fortaſsè ducto ab Auguſto Cæſare, qui ſuum apud ſex Veſtales depoſuerat: vel Conſtantino Magno præcipiente vt ſui cuſtos eſſet Sacerdos. (Suet. cap. 101. Tacit. lib. 1. annal. Rufin. lib. 10. hiſt. Eccl. c. 11.) Sic Dagobertus noſter ſupremæ ſuæ voluntatis quatuor exemplaria condens horum vnum Lugduni Gallorum, aliud Pariſiis, tertium Mettis, & hæc omnia in archiuis Eccleſiarum harum ciuitatum cuſtodienda curauit; quartum in theſauris ſuis. (Aimoin. lib. 4. cap. 30.) Sed Iuſtiniano iſta præſumptio clericorum diſplicuit: hoc etiam addito, opprobrium illis eſſe ſi peritos ſe velint apparere diſceptationum forenſium: quaſi iam controuerſias ex teſtamentis apud ſe depoſitis ortas vellent ſui tribunalis eſſe. Quod forſan cauſa fuit auocandæ ab illis huiuſmodi inſinuationis & cuſtodiæ: quæ tamen videtur prohibenda non fuiſſe: ſed illud duntaxat. Vbi enim tutiùs aſſeruari poterat teſtamentum quam in religioſo loco apud quem dum diſceptãt inter ſe hæredes, lex voluit tabulas deponi? apud quem etiam pecunia publica necnon dotalis aſſeruabatur? At vbi non peccatur? (l. 5. famil. erciſcundæ. l. finali de tab. exhib.)

Digitized by Google

Sed hæc cuſtodia neque Veſtalibus contentioſam iuriſdictionem attribuebat, nec vnquam inter paganos auditum eſt Sacerdotes, vel Pontifices de teſtamentis, aut hæreditate cognouiſſe. Sanè apud eos erant hæreditates quædam ſine ſacris, aliæ cum ſacris, id eſt onere aliquo ad ſacra grauatæ. Inde apud Feſtum ſine ſacris hæreditas in prouerbio dici ſolet quam aliquis obtinuerit ſine vlla incommoda appendice. Atque harum hæreditatum cauſa Pontificum authoritates iura ſunt conſequutæ, ne morte patrisfamil. ſacrorum memoria occideret. ex eoque ait Cicero innumerabiles controuerſias natas de quibus pleni fuerunt Iureconſultorum libri: Deinde arguit Pontifices ciuilem ſcientiam Pontificiæ iungentes, & ad ſe prophanæ controuerſiæ deducentes cognitionem prætextu ſacri caſus cui illa iuncta erat: vt de hæreditate, prætextu ſacrorum familiæ: Quid eſt, ait ille, quod ad ius Pontificium ciuile appetitis. Ciuilis enim iuris ſcientia Pontificium quodammodo tollitis: nam ſacra cum pecunia Pontificum auctoritate nulla lege coniuncta ſunt. Itaque ſi vos tantummodo Pontifices eſſetis, Pontificalis maneret authoritas: ſed quod ijdem iuris ciuilis eſtis peritiſſimi, hac ſcientia illam eluditis. Hoc vero nihil ad Pontificium ius: & è medio eſt iure ciuili vt per æs & libram hæredem teſtamenti ſoluant: & eodem loco ſit res quaſi ea pecunia legata non eſſet, ſi is, cui legatum eſt, ſtipulatus eſt id ipſum quod legatum eſt vt ea pecunia ex ſtipulatione debeatur. Sic Cic. quibus notat Sacerdotes ſuam iuriſdictionem excedentes, vt nulla fuit ætas in qua non viguerit amor inuadendi aliena. Sanè plurimam Collegij Pontificij iuriſdictionem primitus fuiſſe colligitur ex lege 1. de origine iuris: Eodem, inquit, tempore tria hæc iura nata ſunt leges 12. tabularum: ex his fluere cœpit ius ciuile: ex ijſdem legis actiones compoſitæ ſunt. Omnium tamen harum & interpretandi ſcientia, & actiones apud collegium Pontificum erant: ex quibus conſtituebatur quis quoque anno præeſſet priuatis, & populus propè centum annis hac conſuetudine vſus eſt. Sic lex: ac Liuius author eſt Cn. Flauium Pontificum ſcribam euulgaſſe ius ciuile in illorum penetralibus repoſitum. Tandemq; controuerſias prophanas ab eis reuocatas eſſe videtur, ex eo quod etiam dubitatum ſit, an laicus conſtitutus arbiter cogeretur Sacerdotio obueniēte ſententiam dicere: ac reſponſum fuerit non modo honori perſonarum, ſed & Maieſtati Dei, cuius ſacris vacare oporteret Sacerdotes, indul-

Marginalia: X. — XI. — In verbo ſine ſacris: & Scaliger in verbo Puri apud Feſtum. — §. Deinde. — Decad. 1. lib. 10. ſub. f. — l. 32. §. 4 de arbitris.

geri vt non cogatur. Et vt ad materiam teſtamentorum ex iiſque deſcendentium redeamus: de legato in templi vſus relicto loquẽs Iuriſconſultus, Officio, inquit, Iudicis hæres compellendus eſt. Alibi tamen dicitur, compelli poſſe hæredem Pontificali authoritate vt defuncti ſupremum iudicium impleat.

l. 17. de alim. & cib. lig. l. 50. de petit. hæred. ſub f.

XII. Apud Iudæos vero credibile eſt Seniores vniuſcuiuſque portæ, id eſt ciuitatis, de illis iudicaſſe, videlicet, ne portio de tribu in tribum transferretur, at familiæ remaneret: ne primogenitus portione ſua quæ duplex eſſe debebat, fraudaretur: & cæteris huiuſmodi. Vbi vero maior erat difficultas cui lex non prouidiſſet, conſulendum fuiſſe maius tribunal, exemplo filiarum Salphaad pro hæreditate patris ſui deficientibus maſculis.

Ruth. 4. Deut. 21.

XIII. Lege autem Euangelica, Quis, inquit Dominus, rogatus diuidere hæreditatem, conſtituit me vobis Iudicem? Vbi D. Ambroſius: Non ergo quod petas, ſed à quo poſtules intuendum eſt ne maioribus intento animo putes minoribus obſtrependum. Vidimus tamen ſupra Epiſcopos ciuiles controuerſias iudicaſſe, ſed vt arbitros.

Lucæ 12.

XIV. Ac demum Iuriſdictio Eccleſiaſtica de teſtamentis cognouit pleniſſimè, non ſolum quatenus Eccleſiam reſpiceret, vel Eccleſiaſticos, ſed etiam inter laicos cuiuſmodi Innocentius 3. profert illuſtre illud exemplum teſtamenti Rainutij, de quo primùm lis agitata eſt coram Iudice ſeculari: deinde prouocatione apud G. Diaconum Cardinalem à ſummo Pontifice commiſſum, ab eoque iudicatum poſſe filium legitimam detrahere iure naturæ, & Trebellianícam in qua fructus computarentur poſt litis conteſtationem.

Cap. 16. cum 18. de teſtam. ex.

XV. Atque vt ab eis penderent teſtamenta, iubebantur ſacerdotes qui ægros in confeſſione audiebant, eos admonere vt teſtamentum conderent coram Notario curiæ Epiſcopalis. Sic autem exceptum ſigillabatur ſigillo Eccleſiaſtico, & ad Clericum officij teſtamẽtorum curiæ Epiſcopalis tranſmittebatur vt variis Gallicanæ Eccleſiæ Synodis compertum eſt; quibus etiam obuiam itum eſt auaritiæ ſigilliferorum & procuratorum teſtamentorum, modificatis eorum iuribus quæ nimia conſtituebant: vnde multi querebantur.

Ex Bochello lib. 5. decret. tit. 22. c. 4. 5 6.

XVI. Qui autem excepturus erat teſtamentum, in mandatis habebat admonere teſtatorem vt ſaluti animæ ſuæ conſuleret pia legata relinquẽs, puta pecuniam, aut fundos pro eleẽmoſinis faciendis,

Iure Scotiæ teſtator debebat inter hæredes

Digitized by Google

aut diuinis officijs celebrandis, vel reſtituendis quæ malè parta ſunt, vt conſtat pluribus Gallicanis Synodis, ex eodem Bochello. Ex ea deinde diſpoſitione ſibi attribuebant Eccleſiaſtici, vt conſtituerent Clericum quem regentem officium teſtamentorum vocabant, vel procuratorem animarum cui incumbebat citare hæredes, vel executores teſtamenti apud Epiſcopum, vt docerent ſi ordinata à defuncto pro anima ſua impleuiſſent. ſic apud Germanos Concilio Colonienſi anno 1536. cauetur vt hæredibus qui iuſſa defunctorum non impleuerint, ab Epiſcopo loci omnis res, quæ eis relicta eſt, interdicatur cum fructibus, & æmolumentis, vt ſic cogantur vota defunctorum implere: Atque Procuratoribus fiſcalibus Epiſcoporum committitur, vt executionem teſtamentorum, atque illorum intra annum inſinuationem procurent: videat autem ſigillifer Epiſcopi ſi quid ſit in ſtultum vſum relictum, atque in pium conuertat.

ſuos Eccleſiam ponere. lib. 2. Regiæ Maieſt. cap 36.
Lib 3. tit. de teſtam.
XVII.
Ibid. cap. 52.
Cap. 10. parte 13.

In his non eſt quod quiſquam arguat. Ecquid enim ſalubrius excogitari poteſt, quam vt quiſq; ſalutis animæ ſuæ admoneatur modo abſit ſuggeſtio? Et quid æquius quam vt cogantur hæredes implere voluntatem defuncti, cum non ſint hæredes niſi ea conditione?

XVIII.
Ex eodem Bochello d. lib. 3. cap. 31. & aliis cap. 55. & Concilio Rauennate ſub Clemente 5. an. 1314 cap. 32.

Sed fortaſsè reprobandum quod inde iuriſdictionem ſibi adtribuerent rationem ex teſtamento reddundarum: atque excommunicarent, qui nollent publicationes teſtamentorum, vel redditiones rationum in Curia Eccleſiaſtica fieri: Denique ſi executores intra annum muneri ſuo non ſatisfeciſſent, id ad Epiſcopos ordinarios remittendum vellent: quæ enim cautio melius eos ſatisfacturos cum futuri eſſent, & Iudices, & rei: nec in eos Iudicis laici vlla fuiſſet authoritas? At è contra executor, vel hæres cogi poterat præhenſione mobilium & immobilium eius. Quod ſi vera eſt querela P. Cunierij: rata ipſos teſtamenta non habuiſſe à Tabellionibus ſecularibus excepta, niſi priùs ab Officialibus approbata eſſent, hoc ſanè intolerabile fuit: Nec ſola fuit iſtius querela. Nam apud Anglos cum idem præſcripſiſſent Epiſcopi, vt rationes teſtamentorum exigerent, & iuſiurandum ab hæredibus, vel executoribus ſe impleturos quæ morientes facienda conſtituiſſent, grande vectigal ex bonis æſtimatis capiebant: de quo cum multi dolerent, neceſſe fuit vt ab Henrico 8. ad minimam pecuniæ ſummam redigeretur.

Polydor. Vergil. lib. 27.

XIX.
Nec etiam ab inteſtatis abſtinuit iſta iuriſdictio: nam obtinuit

Digitized by Google

Math.Paris. in Richardo 1. Petr. Cugnieris art. 64. 65. 66. Lucius lib. 1. placit. tit. 5. art. 5. & 6. an 1552. ex eoq; Papon. lib. 10. tit. de ſepult. De illa tertia quã exigebant aliqui Epiſcopi in Hiſpania meminit & damnat Honorius 3. inter ep. an. 6. 323.

vt ſi quis ſubitanea morte, vel quolibet caſu præoccupatus de rebus ſuis diſponere non potuiſſet, diſtributio bonorum eius authoritate Eccleſiaſtica fieret, idque in Anglia & apud nos factum memoratur: &, quod fœdiùs eſt, inſepultum iacuiſſe defunctum, nec fas fuiſſe ſepulturã illi largiri, quovſque Sacerdos ab Officiali miſſus teſtamentum defuncto feciſſet, in eoque legatum Eccleſiæ ſcripſiſſet. Namque credebatur inteſtati bonorum partem aliquam deberi Eccleſiæ, eamque tertiam fuiſſe meminerunt [a] Innocentius, Ancharanus, & Panormitanus. Vnde grauis controuerſia extitit in Britannia [b] Armorica duce & laicis hanc tertiam detrectantibus: Eccleſiaſticis verò adeò aſſerentibus, vt interdicto regionem ſubjicerent quia recuſabatur.

a In cap. ad Apoſtolicam ex de ſymonia. Apud Anglos decima fuit ex Math. Paride ad annum 1176.
b Argentr. lib. 4. hiſtor. Paſſin. Leſtatus arreſto 3.

l. 10. C. de Epiſc & Cler. Nouel. inter conſtit. Imperat. poſt Nouell. Leonis.

Equidem Theodoſius ſanxerat Clericorum ſucceſſionem ad Eccleſiam pertinere, ſi nullos parentes, agnatos, aut cognatos haberent: & Conſtantinus Porphyrogeneta in laicos produxerat, qui non haberent cognatos niſi ex linea tranſuerſa. Sic apud Hiſpanos miniſtri S. Trinitatis, theſaurarij & commiſſarij S. Crucis arrogauerunt ſibi quintam partem bonorum inteſtati, quod conſtitutione Caroli 5. prohibitum eſt an. 1523. ſi defuncto exiſterent liberi, vel hæredes in quarto gradu. Sed abſolutè noſtri Senatores ſtatuerunt, Vt ſi quis inteſtatus è vita excederet, nec quidquam aliud obſtaret, iuſta nihilominus ei fierent an 1401.

Ley. 3. lib. primero tit. 9. recopilacion.

Idem Lucius ibid.

XX.

Pia profecto noſtrorum Patrum fuit in Eccleſiam deuotio: & videtur Saluiani ſeu Timothei approbãda querela: Quod, inquit, hæredibus tuis, vel quibuſcumque res proprias derelinquis & honorare te eos, & amare iudicas: Deum vtique cui non relinquis, nec honorari à te iudicas nec amari. Vnde D. Auguſtinus ſuadet inter liberos Chriſtum eſſe numerãdum, vt qui, verbi gratia, duos habet in tres partes ſuam ſucceſſionem diuidat. Sed promouenda erat bonis operibus hæc deuotio, non cogenda, nec malis artibus, atque, vt dixit D. Cyprianus, inſidioſis fraudibus extorquenda, fortaſſe prætextu religionis velut ab Eccleſiaſticis illis quos notauerunt Imperatores Valentinianus, Valens, & Gratianus dum generali lege prohibuerunt ne pupillorum, aut viduarum domos adirent, neve quidquam eis liceret teſtamento aut donatione impartiri: de qua lege D. Hieronymus. Pudet,

Serm 2. de vita Cleric. ex quo can. ſi quis iraſcitur. cã. 13. q. 2.

XXI.

l. 10. C. Theodoſ. de Epiſco. & Cler.

Digitized by Google

inquit, dicere Sacerdotes idolorum, mimi, & aurigæ & ſcorta hæreditates capiunt, ſolis Clericis & Monachis hoc lege prohibetur: & infrà, nec de lege conqueror, ſed doleo quod meruerimus legem: & tamen nec ſic refrenari auaritiam, ait, quando per fideicommiſſa legibus illuditur, & quaſi maiora eſſent Imperatorum ſcita quam Chriſti: contemnuntur Euangelia, leges timentur: deinde alibi non veritus eſt dicere ſub religionis titulo exerceri iniuſta compendia. Hanc tamen legem idem Valentinianus cum Theodoſio, & Arcadio reuocauit, atque poſt illos ampliſſimè Martianus: ſicque Eccleſia potentia quidem & diuitiis maior, ſed virtutibus minor facta eſt eiuſdem opinione [a] Hieronymi: Itaque cum nimis abundaret, ac vt nemo neſcit abuterentur Clerici, pleriſque in regionibus cohibita eſt Eccleſiis adquirendi facultas, quaſi ad inſtar Moſis qui tubæ ſonitu denunciauit ne amplius conferretur ad ſtructuram tabernaculi.

Epiſt. ad Nepotia.
Ep. ad Ruſtic.
l. 28. eod.
l. vn. de teſtam. Clericor. tit. 5. leg. nou. Mart.
a De vita Malchi.

Sed vt ad rem, ſic de inteſtatis ſenſerunt quondam Eccleſiaſtici: atq; eò venerunt vt inuentarium bonorum ab eis relictorum facerent; poſſeſſionem illorum caperent, vt in eam deinde mitterent quos placeret hæredes: quis vero non videt quantæ inde controuerſiarum cauſæ apud eos agitarentur? XXII.

Cugnierius in d. artic.

Quin etiam de nuptiis, quarum ſacramentum nunquam ferè dubitatum eſt eſſe iuris Eccleſiaſtici, iudicátes incidenter etiam de dote, & liberorum legitimatione; ac iure ſucceſſorio diſceptationes audiebant. Et quidem Gregor. Turonenſis refert Tetradiam Eulalij coniugem ab eo quod ancillarum concubitu miſceretur, eamque grauiſſimis plagis afficeret, diuortiſſe, atque Deſiderio ſe iunxiſſe ablatis Eulalij veſtimentis, auro, argento, & quæ de ſubſtantia eius moueri poterant. Quapropter queſtus Eulalius ad Innocentium Rutenæ vrbis Epiſcopum, Synodum is habuit, in qua Eulalius & Tetradia auditi iudicium acceperunt, vt Tetradia in quadruplum ablata reſtitueret, filiique quos de Deſiderio conceperat, incerti haberentur. Quod ſub Childeberto Rege qui cœpit regnare anno 515. pronuntiatum eſt. Sed huic Synodo aderant non ſolum Sacerdotes, aſt etiam viri magnifici, vt dicitur: quaſi mixta iuriſdictio vt competentior eſſet. Verum antè fuerat celebrata Synodus Agathenſis anno 506. quæ diſſidij cauſas inter coniuges voluit proponi apud comprouinciales Epiſcopos. Tamen imperante Ludouico Pio cum fœmina non ignobilis de quibuſdam inhoneſtis inter ſe, & virum ſuum queſta XXIII.

Lib. 10. cap. 8.
Can. 25.

Digitized by Google

eſſet apud Imperatorem ipſum, is vero eam reiecifſet ad Synodum Attiniacenſem quæ tunc habebatur, & vniuerſalis dicitur, quia ei aderant omnes Imperij Epiſcopi & Apoſtolicæ ſedis Legati: Epiſcopi eam ad Laicorum & coniugatorum remiſerunt iudicium, vt Hincmarus refert, eoque exemplo diuortij cauſam, quam Lotharius Imperator contra Tetbergam ſolicitabat apud Epiſcopos, cenſet conjugatis Iudicibus relinquendam.

Opuſculo de hoc diuortio.

Verum deinceps Eccleſiaſtici de vtroque pronuntiauerunt, authoritatem dantibus Epiſcopis Romanis, vt infrà videbimus: adeo vt Clemens 3. qui ſedebat anno 1188. ſuccenſeret Iudicibus quos delegauerat quod incidenter de dote nihil pronuntiaſſent. Itaque Richardus I. Rex Anglorum conceſſit vt quæſtiones de dote, & donatione propter nuptias, quando mobilia vel ſe mouentia peterentur, ad Eccleſiam referrentur. Illi vero poſſeſſionum etiam iudicium ſui iuris faciebant. Quod cum ad ſe reuocaret Rex Anglus, inde promanauit Alexandri 3. ſedentis anno 1159. reſcriptum, quo Londonienſi & Vigorienſi Epiſcopis iubet vt iſto relicto, ſolummodo de cauſa principali cognoſcerent, videlicet an R. eſſet de legitimo matrimonio nata. Sed Honorius 3. Innocentij ſucceſſor, competentes voluit eſſe Archiepiſcopum & Decanum Turonenſem in cauſa qua Angliæ Regina ſe feudo dotalitio ſpoliatam dicebat. Denique voluerunt ſummi Pontifices ab Epiſcopis Iudicibus pronuntiari non ſolum de validitate, aut inualiditate matrimonij, at etiam vt quem legitimum, aut illegitimum declarabant, dicerent etiam capacem, vel incapacem hæreditatis. Quod ſi priùs hæreditatis quæſtio ad Iudicem ſecularem delata fuiſſet, huicque incidens contigiſſet de iure natalium quæ foro Eccleſiaſtico competebat, ſanxit Alexander 3. vt partes ſecularis ſuperſederent quovſque iſtud ſuas impleſſet. Nec immeritò ſiquidem priùs de iſto iure natalium pronuntiandum erat: videbatur autem ſententiam à iudice Eccleſiaſtico potius expectandam eſſe, vt qui in materia ſacramentorum ſit verſatus.

Cap. 3. de donat. inter vir. & vx.

Math Pariſ. ad an. 1190.

Cap. 9. qui filij ſunt legitimi.

Cap 15. de foro compet. cum cap. 5. de pignorib.

Cap. 8. cum cap. 9 & 10. eod tit. qui filij ſunt legiti.

Cap 5. eod. cum cap. 3. de ord. cognit.

XXIV. De dotibus autem pronuntiabant, quoniam eas propter viduas in Eccleſiæ protectione eſſe dicebant, & Iudici Eccleſiaſtico incumbere viduas defenſare. Ac paucis Innocentius 3. ad Comitem Tholozanum reſcripſit eum in Eccleſiaſtico iudicio reſpondere debere de omni cauſa quæ ratione perſonarum, vel rerum ad Eccleſiaſticum forum pertinerent. Item pro viduis, orphanis, & miſerabi-

d. cap. 6 de donat inter vir. & vxor.

d. cap. 15. eod de foro cõpet.

Cap. 26. de verb. ſignif.

& miſerabilibus perſonis. Sed Matiſconenſis 2. quæ acta eſt ſub Gunteramno Rege anno 588. ſtatuit, vt viduarum & pupillorum cauſæ non audirentur à Iudicibus priuſquam de illis nuntiatum (Can. 12. 13.) eſſet Epiſcopo, aut illo abſente, Archidiacono, vel Præſbytero vt pariter ſedentes communi deliberatione iſtas cauſas terminarent: alias à communione ſuſpenderentur. Ac demum Iudices Eccleſiaſticos cognitionem ſuſcepiſſe de mobilibus & immobilibus viduarum docet grauamen 43. Petri Cunierij.

(Cap 6. 11 15. de foro compet.) XXV. Maximè verò ſi Iudex ſecularis ſui officij negligens eſſet credebatur eius negligentia ab Eccleſiaſtico ſupplenda: ac ſi fides grauaminibus Germanicis, ſatis erat grauamin ad cauſam euocãdam (Cap 5. cum ca. 54. eod.) eum qui negligentiam allegabat, iſtam iureiurando firmare. Quanquam iure ciuili, vt notauimus, nihil aliud Epiſcopo ex negligentia Iudicis conceditur quam vt eum admoneat, & ſi non (Nou. 86. cap 1.) aduertat, ad Imperatorem reſcribat: nec etiam ſuper iniquitate & oppreſſione eiuſdem Iudicis plus licet eidem Epiſcopo ex decreto Concil. Toletani 4. Data ergo eſt hæc authoritas Iudici (Can. 32.)

XXVI. Eccleſiaſtico in ſecularem: quin etiam vt illi præſcriberet quibus diebus ſua placita habere deberet, & quibus non deberet: & ſi fortè contigiſſet Epiſcopo & Comiti eodem die ſua placita indixiſſe: præferri adeo debebat Epiſcopus vt ad eius edictum venire deberet tam populus quam ipſe Comes, & ſi quid haberet laicus contra Præſbyterum, vel Præſbyter contra laicum diffiniret Epiſcopus. (Concil. Triburienſi in Germania cap. 35. an. 895.)

XXVII. Denique maximum eſſe debuiſſe cauſarum confluvium penes eam iuriſdictionem patet ex Synodis Gallicanis, quibus notata Archypræſbyterorum & Decanorum auiditate ad lites ſuſcipiendas & fouendas dicitur eos in omnibus ferè locis habuiſſe Vicarios, Officiales, & Miniſtros cum procurationibus ad futuras cauſas, ineundos, & recognoſcendos contractus, necnon teſtamenta. (Ex Bochello lib. 8 tit 9. c. 24 & 30. decret. Eccl. Gallic.)

CAPVT IV.

DE REVOCATIS CRIMINALIBVS cauſis in laicos ab Eccleſiaſtica iuriſdict.

LECTIO.

1. *Quatenus non inuidenda fuiſſet Eccleſiaſticis omnimoda iuriſdict.*
2. *Inuiſam fuiſſe vtriuſque iuriſdictionis confuſionem.*

3. *Sed conſernare vtramque Eccleſiaſtici potuiſſent, ſi integritatem conſeruaſſent.*
4. *Principes ſeculares huic ſe oppoſuerunt, quia illorum intereſt.*
5. *Limitatio iurium Eccleſiaſticæ iuriſdict. apud Anglos.*
Et D. Thomæ Cantuarienſis contradictio.
6. *Quid deinde ſequutum.*
7. *Querela iudicum laicorum ſub Philippo Auguſto.*
8. *Deliberatio & reſolutio magnatum Angliæ aduerſus illam.*
9. *Ab ea diſceſſit Comes Britãniæ.*
10. *Oppoſitioni Iudicum laicorum contradictio per cenſuras & interdicta.*
11. *Celebris diſputatio Bertrandi Epiſcopi, & Petri Cunierij Aduocati Regij. Rationeſque Bertrandi refutatæ.*
12. *An praſcriptione adquirere eam iuriſdictionem Eccleſiaſtici potuerint cum non habeant territorium.*
13. *Quis exitus iſtius diſputationis.*
14. *Cœperunt laici Iudices plurimas cauſas ab Eccleſiaſtica iuriſdictione reuocare.*
15. *Primùm criminales, vt ſortilegij, quod putabatur Eccleſiaſticũ.*
16. *Sic blaſphemiarum & aliorum enumeratorum criminum.*
17. *Quid de percuſſore Sacerdotis.*
18. *Item de perturbatore ſacri officij.*
19. *De hæreticis.*
20. *De cognitoribus olim datis inter Epiſcopos orthodoxos, & hæreticos.*
21. *Alij caſus criminum attributi apud Hiſpanos Iudici Eccleſiaſtico etiam in laicos.*
22. *Quid de Clerico & laico complicibus, an à diuerſis Iudicibus iudicari debeant.*
23. *De atrocioribus criminibus, licet Eccleſiaſticis dictis, cognoſcit Iudex laicus in Hiſpania.*
24. *Quædam ibi dicuntur crimina mixta in quibus præuentioni locus eſt.*
25. *Hæc mixtura non valet apud nos, nec ius eſt Epiſcopo in laicum niſi in prætorio ſuo delinquentem.*
26. *Quid apud Neapolitanos.*
27. *In ditionibus ſummi Põtificis.*
28. *Non cognoſcit apud nos Epiſcopus de crimine incidenter, puta de raptu ex cauſa matrimoniali, nec de adulterio.*
29. *Secus in Neapolitano regno, & quatenus.*

1. SIc ergo ſe ſe quondam habuit eccleſiaſtica iuriſdictio: & profectò non inuidendum fuiſſet hoc munus abſolutum Epiſcopis, vt ius dicerent omnibus perſonis, & de omnibus rebus (exceptis quæ ſanguinis pœna coërceri debent,) ſi aut ipſi, aut ab illis præpoſiti ſe caſtè-

Digitized by Google

ſobriéque in eo geſſiſſent: Ecqui enim potiùs æquam gratuitamque iuſtitiam reddere poſſent, quam qui non familiæ neceſſitatibus, non ratione liberorum ad lucri cupiditatem trahi debent, ex eoque ad iniquitates, quas amor nummi producit? Et vt alibi ex D. Ambroſio notauimus, quo in loco potiùs quam in Eccleſia, vbi Dominus legis magis timendus eſt, & apud quos meliùs quam apud Dei Miniſtros, qui faciliùs de Dei timore ſententiam legis veram promere deberent, agi poſſent cauſæ?

Non tulerunt tamen ſeculares Magiſtratus ordinem in omnibus Principatibus à primordio obſeruatum peruerti. Hinc quod etiam apud paganos legimus Ciceronem querentem de Pontificum vſurpatione: inter Chriſtianos primorum ſeculorum Oreſtem Alexandrinum Præfectum non diſſimulaſſe Epiſcopos ad ſe traducere, quæ ſuæ iuriſdictionis eſſent: & Iuſtinianum in eadem cauſa dixiſſe, abſurdum eſſe ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia, & alij creditum alius ſubtrahat. Quibus addere licet noſtros Principes, & Imperatores Carolum magnum, & Ludouicum pium edicentes, vt Eccleſiaſtici non præſumerent cauſas, niſi quæ legibus continerentur, ſed à ſecularibus Iudicibus ſecularia, ab Eccleſiaſticis eccleſiaſtica iudicarentur: Quod non videtur dictum, niſi ex ratione alicuius vſurpationis. Itaque diſtincta erant tribunalia, diſtinctæque cauſæ, niſi quod in generali conuentu qui Eccleſiaſticis & ſecularibus compoſitus erat, vtræque audiebantur, & examinabantur, ac primum viduarum, pupillorum & orphanorum: deinde, Regis, Eccleſiarum & potentum hominum: ſolebat vero Rex modo Epiſcopo, modo laïco committere alicuius momenti controuerſias: & nonnunquam ad ſe euocare cauſam quam de re prædiaria, & huiuſmodi laïcus cum Epiſcopo, vel Abbate habebat. II.

Niceph. hiſt. Eccleſ. lib. 14. cap. 14.

l. 25. C. de teſtam.

Capit. 14. lib. 5. Capit. f. lib. 6.

Capitulo 33. li. 4

Marculph. formula 25 lib. 1. Formula 26. & 27. eod.

Et fortaſsè eam iuriſdictionem licet vſurpatam conſeruaſſent Eccleſiaſtici, ſi integritatem perpetuam cuſtodiſſent: ſed eas ab illa deſciuiſſe probat, quod primis etiam illis ſeculis Siluanus Troadis Epiſcopus à Clero ſuo iudicia forenſia remouerit, quoniam Clericos ex litigantium controuerſijs quæſtum facere videret. Nec in poſterioribus melior obſeruantia: nam ipſimet Epiſcopi in Synodis Gallicanis ſordes Iudicum Eccleſiaſticorum expoſuerunt, quod vbique diſcurrentes excitarent homines ad litigandum, lites redimerent cum hominibus in eorum curijs volentibus litigare: & de quota litis paciſcerentur. Et ſanè ipſos III.

Socrat. lib. 7. cap. 36.

In Synod. Andeg. an. 1198 ex Bochello lib. 8. tit. 9. cap. 4.

Digitized by Google

de hominibus multum demeruiſſe, nec niſi per eas ſordes credendum eſt, ex eo quod non ſolum ipſi magiſtratus ſeculares de eis quererentur (fortaſsè plus propter ſuas commoditates, quàm propter aliquod bonum publicum,) ſed etiam alij abhorrere adeò cœperint iſtud tribunal, vt communitates locorum & rectores ciuitatum coirent inter ſe de vindicanda communibus ſumptibus cauſa quàm forum Eccleſiaſticum excepiſſet, vt refertur in Synodalibus Rhemenſis Eccleſiæ.

Ex eodem Bochello d. tit. 9. cap. 43.

IV. Vel certiùs dici poteſt ipſos Principes ſeculares & poteſtates laïcas ideò ſe tandem huic vſurpationi oppoſuiſſe, quòd per eam viderent ſe præcipuam ſuperioritatis teſſeram amittere potiſſimum in Eccleſiaſticos, quæ conſiſtit in iuriſdictione: nam ſi nullatenus litigare deberent in foro ſeculari, ſequebatur nullum eos ſuperiorem habere quam ipſum ſummum Pontificem: iniquum tamen id eſſe cum Principis ſecularis non Eccleſiaſtici temporalium ſit diſpoſitio. Itaque ſupra vidimus noſtrum Philippum 1. querentem de Iuone Carnotenſi quod controuerſiam prædiariam licet inter Eccleſiaſticos ſuſciperet.

V. Sed apud Anglos Henricus 2. anno 1164. conſtitutiones Clarendonenſes edidit, quibus pleraque iuris laici, & rerum prophanarum à Curia Eccleſiaſtica ad ſecularem retraxit, pleraque etiam ei reliquit quæ tum Eccleſiaſtica credebantur. Laicæ redditæ fuerunt controuerſiæ, quæ de aduocatione vel præſentatione Eccleſiarum orirentur: de feudis vero, vt pro laïcis apud laïcum Iudicem, pro Eccleſiaſticis apud Eccleſiaſticum lis agitaretur: exceptis quæ à Rege vt Domino immediato mouebantur, quoad hæc enim Magiſtratibus Regijs reſpondere tenebantur: ſed an eſſent laïca, vel eccleſiaſtica probatio fiebat apud 12. legales homines in iuſtitia Regis, ſancitum denique vt foro Regio competerent cauſæ ex contractibus, & obligationibus ſubortæ, licet illæ cum fide & Sacramento tranſactæ eſſent: niſi quod conceditur, vt pro delicto videlicet pro periurio poſſent accuſari laici apud Epiſcopum. Sanè conſtat D. Thomam Cantuarienſem vehementer indignatum eſſe ob quaſdam conſtitutiones eo in conuentu habitas, neque enim credibile eſt ob omnes: ſed ob eas quæ Epiſcoporum electionem, & aliqua Eccleſiæ iura peculiaria attinerent: quibus defendendis nimius fuit ſancti illius viri feruor, nec opinione Neubricenſis Angli laudandus, licet ex laudabili zelo procederet. Quod ſi ob contentioſam illam

Math. Paris ad an. 1164.

Lib. 2. hiſt. Angl. cap. 16.

Digitized by Google

iuriſdictionem feruor iſte fuit, quanto minus in hoc approbandus? Nam nec omnia ſanctorum acta approbantur, vt pote hominum: nec Richardo Cantuarienſi, qui ei ſucceſſit, placuit ab Eccleſiaſticis iuriſdictionem alienam vſurpari. Et non longè ab eius ſeculo D. Bernardus ſcribens ad ipſum Eugenium Pont. Max. Habent, inquit, hæc infima & terrena Iudices ſuos Reges & Principes terræ. quid fines alienos inuaditis? quid falcem veſtram in alienam meſſem extenditis? Non quia indigni vos, ſed quia vobis indignum talibus inſiſtere. quippe potioribus occupatis.

Epiſt.73.apud Bleſenſ.

VI. Sed Henricus vt D. Thomæ necem expiaret abiurauit eas conſtitutiones quæ libertati Eccleſiaſticæ officerent: ac deinde Richardus 1. plurima reſtituit iuriſdictioni Epiſcopali, videlicet omnes de fidei læſione, vel iuramenti tranſgreſſione, vel dote, vel donatione propter nuptias, ſi mobilia peterentur: de Eccleſiaſtica poſſeſſione, & de diſtributione rerum teſtamento relictarum quæſtiones. At Henricus 3. Richardo poſt Ioannem ſuccedens accepto exemplo à Baronibus Franciæ qui modos poſuerunt iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, ſtatuit laicum ad Iudicem Eccleſiaſticum non eſſe trahendum ſuper fidei læſione & periurio, & omnibus alijs cauſis, niſi eſſent de matrimonio vel teſtamento: ac ſic authoritate data laicæ iuriſdictioni, hæc plurima ad ſe deduxit, quæ ad ſe non ſolum, ſed etiam ad Eccleſiaſticum forum pertinebant: indeque Eccleſiaſticorum Iudicum querelæ anno 1306. quod laici magiſtratus notionem ſuſciperent in cauſis legatorum, & teſtamentorum, rationumque ab hærede reddendarum: de vſuris: de infamantibus: de inferentibus vim ſacris hominibus: de ſacrilegio, de oblationibus, de cœmiterijs non clauſis, & de mortuarijs: quod ad impediendam Eccleſiaſticam iuriſdictionem prodibant reſcripta regia, quæ prohibitiones appellabantur, & cauſam à foro ſacro ad Regium adducebant: quod non permitteretur Clericus à Clerico repoſcere in foro Eccleſiæ mutuo datam ei pecuniam: cogerentur Epiſcopi Clericos ſuos in foro Regio ſiſtere: quod moniales in hoc foro vendicare tenerentur poſſeſſiones propinquorum ſuorum: laici de capacitate Clericorum vellent cognoſcere, licet eos incapaces dixiſſet Epiſcopus: ſuſciperent cognitionem bigamiæ, & an aliquis eſſet legitimis natalibus ortus, ſi ſub ea formula quæſtio proponeretur, an eſſet legitimus, ſecus ſi ſub ea formula, an eſſet

An.1191.

Ad an. 1246.

Digitized by Google

baſtardus: de decimis quando petitarum æſtimatio quartam partem annui redditus beneficij conficeret: de Vicariarum patronatu; & cætera in quibus nonnullis ſatisfactum eſt Clero: in alijs
Ad 13.ſecul.c.9. reſponſum eſt, ampliùs deliberandum eſſe. Sic Nicolaus Harpsfeldius, ex quibus apparet Eccleſiaſticam iuriſdictionem plurima exiſtimaſſe ad ſe pertinere, quæ non pertinerent, proculdubiò, quia illorum iuriſdictionem olim vſurpaſſent: ſed velut talionem reddentes laici Iudices plurima etiam ad ſe deduxerant quæ fori Eccleſiaſtici erant.

VII. Apud nos vero laicos Iudices modum poſuiſſe Eccleſiaſticæ iuriſdictioni nimium ſuper laica vſurpanti, teſtatur Anglicana hiſtoria, vt proximè vidimus: & quidem cœperunt ſeriò vociferari ſub Philippo Auguſto, qui cœpit regnare anno 1181. quod regia iura minuerentur auctis nimium Eccleſiaſticis. At reſponſum habuerunt tot eſſe, & tam perſpicua in ſe Franciamque Dei beneficia, vt Sacerdotibus templiſque nihil denegare iure poſſet ex ijs rebus, quas diuina potius ope quam humana integras, florenteſque ac victrices haberet. Sic Paulus Æmilius. In quo ſi de anticipata iuriſdictione ſua illi querebantur, non erat querelis ſatisfacere. Num enim poterat priuilegijs ditare Eccleſiam ſalua iuriſdictione laica? Verum non timuerat caſtigare Pontifices negantes dare militem ex formula, eoſque ad obſequium reuocare. Regnante deinde Philippo 3 S. Ludouici filio renouatæ ſunt eadem querelæ, hiſque aliquatenus ſatisfactum, vt teſtatur
Lib.3.tit f.n.15. Polit. Eccleſiaſt. vetus diploma anni 1228. quod refert Choppinus: eo enim noluit pro temporalibus laicum cogi litigare in Eccleſiaſtico foro.

VIII. Sed anno 1247. Magnates illi Dux Burgundiæ, Comes Britanniæ, Comes S. Pauli, & alij nobiles illuſtreſque viri, decreuerunt, non licere Clerico perducere quemquam ad Iudicem
Math. Vveſtmonaſt ad d.d. an.1247. Eccleſiaſticum, niſi ſuper hæreſi, vel matrimonio, vel vſuris: nimirum iure Pontificio, vt dixerunt, de hæreſi & nuptijs: de vſuris quoque Regum & Principum permiſſu: certis ad hoc à nobis executoribus deputatis, vt ſic iuriſdictio noſtra reſpiret. Sic illi apud Math. Vveſtmonaſterienſem Anglum, & meminit Mathæus Paris, quando notat Richardum 1. exemplum Baronum Franciæ ſequutum eſſe. Atque in eo ſtatuto diſceſſit ille

IX. Argentræus in hiſtor. Britan. lib.4.cap.6.8. 24 25. Comes Britanniæ ab ea tranſactione, quam Petrus Druida anno 1225. cum Eccleſiaſticis inierat inuitis laicis, vt videlicet omnes cauſæ quibus aliquid ſpirituale ineſſet, puta iuſiurandi, eis cederent.

Digitized by Google

Verùm ne hæc ſtatuta effectum haberent validè obſtabant X. Eccleſiaſtici exacti tutores fori ſui iniecto populorum animis ſcrupulo, & ſuperſtitioſo metu per cenſuras, quibus percellebant omnes qui cogerent in foro laico litigare Clericos de cauſis poſſeſſorijs, & temporalibus: declarantes inſuper ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam pertinere, quaſcumque cauſas de iure, vel de conſuetudine ei adtributas: quin etiam interdicto ſupponebant loca, vbi Iudices laici contradicentes morabantur, & vetabant cuiquam defuncto tempore interdicti ſanctam ſepulturam tradi.

Ex Concilio Prouinciali apud Cognac anno 1301. & aliis quæ refert Bochellus d. lib. 8. tit 9 cap. 17. 37 45 47. & 71. ac non abſimile refert apud Belgas Meier in annalib. Belgicis.

Itaque ſic decertantibus inter ſe vtriuſque fori iudicibus ſucceſſit famoſa illa collatio inter Bertrandum Eduenſem Epiſcopum, & Petrum Cunierium qui plura grauamina vſurpatæ iuriſdictionis ab Eccleſiaſticis proponebat: Epiſcopus vero tribus potiſſimum rationibus Eccleſiam defendebat: vel quod Sacerdotes Hebraici eaſdem controuerſias iudicaſſent: vel propter conſequentiam peccati, quod Epiſcopos attinet remittere: vel denique quod conſuetudine præſcripſerant: quarum fortior videbatur vltima. Nam quoad primam vidimus de Iudaico foro, non iſtud penes ſolos Sacercerdotes conſtitiſſe: ſed mixtum eis cum laicis fuiſſe: Quoad vero ſecundam; vbinam legitur facultatem remittendi peccata neceſſariò dare iuriſdictionem contentioſam? Imò potiùs hanc excludit: ad eam enim non venitur per altercationes, per Aduocatorum hinc inde perorantium diſſertationes, per teſtes, & ſcripturas, ſed per ſolam pœnitentis confeſſionem adeo occultam, vt nemini mortali præterquam Sacerdoti qui audiuit, reuelata eſſe debeat: quippe volenti remittuntur peccata, ergo non contendenti. XI.

Sed in tertia ratione maior eſſe conſideratio poterat: nam non abſurdum eſt iuriſdictionem adquiri præſcriptione. Vnde Philippus noſter 3. in ipſo citato diplomate: Sanè, inquit, in his caſibus in quibus Epiſcopus eſt in poſſeſſione vel quaſi explectandi, vel exercendi ea quæ præmiſimus non eſt bonum, quod à ſua poſſeſſione cauſa non cognita dejiciatur. At eſt bonum quod eo vocato ius noſtrum retinere curetis. XII.

Verum quemadmodum ſeruitutes prædiorum non adquiruntur niſi ab habente prædium: ita nonnulli diſputant an qui non habet territorium poſſit præſcribere iuriſdictionem, quæ includitur, & cohæret territorio. Infrà vero dicetur Eccleſiæ terri-

Digitized by Google

torium non eſſe : nec tamen neſcio alios opinari iuriſdictionem inhærere perſonis, & non glebæ. Sed quandoquidem iuriſdictio inanis ſit ſine executione, executio autem fieri nequeat ſine territorio, ſi res ſoli ſunt præhendendæ, ſi debitor in carcerem mittendus, vel in exilium, aut capitali ſupplicio coërcendus, poteruntne hæc exerceri in alieno territorio, niſi cum voluntate Domini? Deinde quando ſolum præhenditur authoritate Iudicis, nonne eſt iuriſdictio in prædia? Quin etiam prima iuriſprudentia vix conceſſit Epiſcopo etiam in perſonas voluntariam iuriſdictionem, quia ius executionis non habebat. Quod & ipſi Eccleſiaſtici ſemper agnouerunt, quamvis enim de rebus prophanis plurimum contra laicos iudicarent, tamen non poterant executioni mandare iudicia ſua, ſed ſub pœna excommunicationis cogebant Iudices laicos ea executione defungi: ipſi vero ſi nihil inueniſſent quod pignori caperent, tenebantur ſuis ſumptibus curiam Eccleſiaſticam petere, ibique iurare ſe nihil inueniſſe. Quæ ſi vera ſunt, dura fuerunt, & meritò in articulis ſub nomine grauaminum poſita.

Cum igitur Eccleſiaſticis deſit territorium, quod tantopere neceſſarium eſt ad iuriſdictionem contentioſam, non videntur eam præſcribere potuiſſe. Adde ab eis alienam. Quippe (quod paucis multa continentibus dixit D. Bernardus) quorum ius ſit in crimina, non in poſſeſſiones, quoniam propter illa non propter iſtas acceperunt claues Regni cœlorum, præuaricatores vtique excluſuri non poſſeſſores. Sic D. Bernardus non tamen quod cenſeat Sacerdotes non attinere de talibus iudicare, quibus datum eſt iudicium in maiora : ſed quia hæc minora ſecularibus commiſſa ſunt, ideo meſſem illorum Eccleſiaſticis alienam dixit: videlicet quia iuriſdictiones diſtinctæ fuerunt.

XIII. Verùm ſatis obiter ad rationes Bertrandi Epiſcopi. Quis vero iſtius diſputationis exitus: ſi Paulo Æmilio credimus: Philippus Valeſius reſpondit Eccleſiaſticis, ſe iura Eccleſiarum aucta potiùs quam immunita velle : vnde gratiæ illi actæ, & Catholici nomen inditum, quaſi Chriſtianiſſimi non eſſet auguſtius. Si ipſis actis quæ apud Ruzæum & Probum extant reſpondit Petrus pro Rege, eoque præſente : quod placebat Regi (hæc ſunt verba) ſi Prælati emendarent ea quæ eſſent emendenda & corrigenda : & quod Dominus Rex expectaret vſque ad Feſtum Natiuitatis Domini proximum venturum infrà quem nihil innouaret:

Digitized by Google

uaret : & ſi infrà dictum terminum Prælati non emendarent emendanda, vel correxiſſent corrigenda dominus Rex apponeret tale remedium quod eſſet gratum Deo, & populo.

Equidem generalis iſta fuit reſponſio, vnde diſcutiendum reſtabat, quæ eſſent emendanda, in quo plus foret operis & laboris: itaque nihil ampliùs morati Iudices laici cœperunt ab Eccle- XIV.
ſiaſtica iuriſdictione laicos vindicare tam in criminalibus, quàm in ciuilibus controuerſijs, paucis exceptis: necnon Eccleſiaſticos in plurimis: de quibus quoniam ſuis titulis diximus, ſupereſt de laicis narrare.

Ac vt de criminibus primò: licet olim controuerſum eſſet [a], an ſortilegij cognitio Eccleſiaſtici fori cenſeri deberet, an ſecularis, XV.
& priori adiudicata fuiſſet in hoc Regno: tamen Gallus [b] teſtatur Curiam ſupremam ad Præpoſitum Pariſienſem remiſiſſe mulieres ſortilegas, quas ſui iuris contendebat eſſe Epiſcopus Pariſienſis: atque idem Præfectus iudicauit illos pſeudo-incantatores [c], inter quos erat Præſbyter qui ſortilegio Carolum 6. ſanandum ſuſceperant, vt iam notauimus ex Iuuenali Vrſino. Refert tamen [d] Argentræus Ægidium de Raix ſortilegij accuſatum, à Iudice Eccleſiaſtico iudicatum eſſe aſſiſtente laico.

Sed tandem obtinuit vſus vt hodie in Curia laica omnia lai- XVI.
corum fermè crimina iudicentur, vt ex varijs arreſtis [e] deprehenditur; puta blaſphematores, inceſti, ſacrilegi, ſodomitæ, & ipſi etiam ſortilegi; ac indiſtinctè, ſeu ſint laici, ſeu Sacerdotes, provt fusè de his notauimus.

De Sacerdotum [f] vero percuſſoribus dubitatum eſt aliquando, ita vt præuentioni locus daretur. Verùm quia percuſſores XVII.
Clericorum adeo ſunt excommunicati, vt abſolui nequeant, niſi in mortis articulo, poſteriore iudicato deciſum eſt in eos etiam laicos Epiſcopi iuriſdictionem eſſe: ſed ita vt citationis apud eum libellus contineat delicti qualitatem, & percuſſi nomen : aliâs abuſiua erit, ab eaque ad Curiam rectè appellabitur. At profectò ſi ob excommunicationem hoc crimen laici foro Eccleſiaſtico adiudicatur, & multa per conſequens adiudicanda erunt: quippe ſub finem dominicarum liturgiarum parrochialium audire: licet excommunicatos eſſe non ſolum iſtos percuſſores, verùm etiam ſortilegos, diuinatores, & vſurarios : quid de hæreticis

[a] Styl. Parlam. 7. q. 72.

[b] qu. 241. ex conſtit. Caroli 8. an. 1490. §. 2. ſtyl. Parlam. parte 3. tit. 41.

[c] Ad an. 1403.

[d] Lib. 10. hiſt. cap. 47.

[e] Vide Luciũ & Papon. ſuis titulis.

[f] Rebuff. ad ordinat. an. 1539

Idem Papo. arr. 6. lib. 1. tit. 4 Idem ibid. arr. 13. Ægid. Magiſter tit. de appellat. cap. 11.

In Hungaria verberati aut ſpoliati Clerici cognitio eſt Iudicis Eccleſiaſtici, vt notauit Choppinus ex Codice conſuetudinis eiuſdem regni. lib. 2. Polit. ſacræ, tit. 2. artic. 3. Idem apud Hiſpanos Neapolitanos, & Polonos vt infrà videbitur.

Digitized by Google

iure ipſo excommunicatis, & adulteris, & vno verbo omnbus reis huiuſmodi criminum in quos ſigillatim tot Concilia ſuis canonibus excommunicationem pronuntiauerunt, quæ vt g D. Auguſtinus ait, ſucceſſit interfectioni quam lex Iudaica ſpondebat?

g In cap 24. Deuteron.

XVIII. Sic Eccleſiaſticus Iudex aliquando declaratus eſt competens animaduertendi in laicum perturbatorem h ſacri Officij, quando videlicet hoc factum eſt in contemptum ſacri Officij, & Sacramentorum. Sed olim i Chilpericus Rex ad Epiſcopum remiſit huiuſmodi reos: hodie vero apud l Hiſpanos, etiam ob crimen in Eccleſia commiſſum à laico, Iudex laicus ſolus eſt competens: necnon iure ciuili m perturbatoris ſacri Officij, & violatoris ſacri loci, aut Sacerdotum vindicta reſpicit Iudicem laicum. Porrò habes ex Bochello n formam relationis citatæ perſonæ ex flagranti delicto in Eccleſia, ſiue loco ſacrò commiſſo: adeo ſibi vindicant hoc criminis genus Eccleſiaſtici Iudices.

h Idem D. Ægid. Mag. tit de appellat cap. 6. Papon lib. 1. tit. 5 arreſto 58. i Greg. Turon. lib 5 cap. 32. l Bouadilla ca 18 de la politica caſo 70. m l. 10 cum auth. ſed nouo C. de Epiſcop. & Cler. n Lib. 8. decret. tit. 21. c 20. & 22

XIX. De hæreticis autem varia ſunt edicta attribuentia illorum coërctionem alia Iudicibus ſecularibus, vt Franciſci 1. an. 1534. 1540. & 1542. alia Eccleſiaſticis, vt Henrici 2. nonobſtantibus edictis Franciſci 1. ac poſt Henricum Franciſci 2. & Caroli 9. Sed Henricus diſtinxit non ſecus ac o Iuſtinianus, vt hæreticos qui alterius criminis publici, puta ſeditionis, conſcij non eſſent præhenderet quidem Iudex laicus, ſed examinati & conuicti redderentur Eccleſiaſtico: vbi verò mixtum eſſet aliud crimen, iudicarentur iunctim ab vtroque Iudice: atque ita vt prouocatio ad Curiam ſupremam commearet. Quod forſan adiectum vt ſatisfieret Curiæ, quæ, vt Sleidanus ait, cum illi proponeretur edictum attribuens eam cognitionem Eccleſiaſticis, etiam ſine prouocatione, de hoc grauiſſimè queſta eſt apud Regem. Nec defuerunt, inquit Thuanus, p qui arte Regij Concilij procerum id factum calumniarentur, vt cum Pontificis & Epiſcoporum hac lege authoritas extolli & amplificari in ſpeciem videretur, reipſa peruerſæ doctrinæ rei atrociſſimis pœnis quibus inceps à Regijs magiſtratibus animaduertebatur, in poſterum eximerentur, quippe cum grauiorem perpetuò carcere pœnam Epiſcopi non irrogent adempto ipſis iure gladij.

Curia Rhedonenſis 1. Aprilis an 1561. in publicatione edicti Henrici 2. excepit à notione Eccleſiaſtica hæreticos laicos. Natalis du Failh. o Nou 17 c 11 Inter modificationes facultatibus legati Apoſtolici à Curia Pariſieñ dictas, hæc eſt, Ne de crimine nouæ ſectæ, quæ quietem publicam turbat, cū de facto tantum quæritur, cognoſcat. Thuan. lib. 3. hiſt. ad an 1547 Sleid. lib. 26 ad an. 1555. p Lib. 4. hiſt. ad an. 1549.

Apud Hiſpanos certum eſt Iudicem Eccleſiaſticum, de quibuſcumque hæreticis etiam laicis ab antiquo iudicaſſe. Hinc

Digitized by Google

Belluga q ſua ætate obſeruatum ait, vt quando dubium erat, an crimen de quo agebatur hæreſis eſſet, Iudices Eccleſiaſtici, & Regij in vnum conuenirēt locum, vt diſcerneretur, an crimen obiectum ſaperet hæreſim: hodie ſtabilitum eſt Inquiſitionis tribunal, cui Dominicanus Ordo; inſidet à quo iudicantur non ſolum expreſſi hæretici, r ſed & ſortilegi, ac quicumque alij incidentes in delictum, quod confinio hæreſis inficitur: atque tanta cum authoritate, vt dicantur poſſe adhibitis cenſuris compellere Reges & Principes eas leges abrogare quæ foro ſuo officiant: ac curare vt obſeruentur edicta aduerſus hæreticos facta: nec vlli ſubeſſe quam Pontifici Romano, aut generalibus Inquiſitoribus, quibus ſolis debeant obtemperare: & ſi delinquant, remitti ab Hiſpania in Italiam, vt ab illis puniantur: magna ſanè priuilegia, quæ huiuſmodi Officium aliâs neceſſarium reddiderunt inuiſum.

q In ſpeculo princip. §. viſo: rubr. 11. nu 4.

r Bouad. lib. 2. de la Polit. cap. 17. ampliſſ. & nu. 107. 118.

Iulius Clar. qu. 38. n. 57 cōſtit. 53 Pij 4 pro inquiſitore Auenion. to. 1. bullar. ac eod. to. extant aliæ cōſtitut. de inquiſitoris officio & iuriſdict. etiam contra incantatores & ſortilegos.

Quin etiam Veneti flagitantibus legatis Pontificijs inquiſitiones permiſerunt: ſed ea cōditione vt Epiſcopis, & Inquiſitoribus ſolis minimè permitteretur iudicium, ſed adhiberentur ſemper locorum præfecti, & iuriſconſulti, ne quid religionis prætextu iniquè, aut auarè in ſuæ ditionis homines ageretur: quam conditionem hodie ſeruant, ait Thuanus.

Lib. 4. hiſtor. ad an. 1548.

Nos aliquando huiuſmodi Iudices habuimus verùm ita vt Curiæ placitis ſubeſſent, vnde refertur eis à Senatu interdictum, ne vltra diœceſim ſuam quemcumque reum citare ad ſe poſſent. Denique ſuppreſſi fuerunt. ſic refert Sleidanus Carolum 5. Imperatorem ſuſtuliſſe apud Germanos inquiſitionem, quod nimis odioſa eſſet: non debuit tamen eſſe, niſi ſua poteſtate abutentibus Iudicibus, & ad ſuperſtitionem vſque fidem exigentibus.

Cæterum enim laicos de rebus Eccleſiaſticis iudicare priſci Imperatores Chriſtiani nefas iudicabant: ideoque quos collationibus Orthodoxorum & hæreticorum dabant, vt intereſſent, vocabant non Iudices, ſed Cognitores, quorum duntaxat Officium erat, Vt curarent quæ ad pacem & quietum congreſſum neceſſaria erant, & ne quid per tumultum & inordinatè fieret. Sic inter Africanos Orthodoxos Epiſcopos, & Donatiſtas datus eſt Marcellinus Comes: is tamen iudicauit: ac de eius iudicio cum Donatiſtæ quererentur, quod nocte prolatum eſſet: nocte, inquit D. Auguſtinus, cauſa finita eſt, ſed vt nox finiretur erro- XX.

In collat. ca. 19.

Digitized by Google

ris: nocte dicta eſt ſententia, ſed fulgens lumine veritatis. Sic cum Ibas Edeſſanæ ciuitatis Epiſcopus hæreſis accuſaretur, Imperator dedit Iudicem cognitorem, cumque eo Flauianus Conſtantinopolit. Eulogium Diaconum, vt eſt in actis Concil. Calched. Sanè conſtat hæreticos in Conciliis ab Epiſcopis damnatos eſſe. Sed in hæreſi iam ſæpè condemnata nullum inconueniens eſt eius aſſertores ab Iudice laico condemnari, cum non ſit ampliùs quæſtio, an ſit hæreſis, ſed de facto, an ea reus laboret. Itaq; in iure camerali [a] nouiſſimo apud Germanos habetur conſtitutio, vt criminalium cauſarum Iudices Anabaptiſtas hæreticos iudicent.

Act. 9.

a Tit. 24. n. 7. in collect. leg. & cōſtitut. Imperial. ex Melchiore Goldaſto.

XXI. Ruſus in Hiſpania [b] Iudices Eccleſiaſtici cognoſcunt de vi & violentia in Eccleſias, eccleſiaſticas perſonas & priuilegia eorum, ac de infractione imaginum, de exceſſibus commiſſis die feſto, vt ſi contrahatur, vel quid prophanum exerceatur: de libellis famoſis in Eccleſiaſticos: de teſte qui falſum depoſuit ante illos ſedentes pro tribunali (quod etiam obſeruatur in regno Neapolitano) de inceſtu, ſodomia, ſymonia, iudiciariis Aſtrologis, blaſphematoribus, incendiariis templorum, & cæteris quos Bouadilla recenſet de generali tamen vt plerumque Eccleſiaſtica iuriſdictione loquens, id eſt, quam vellent eſſe Canonici & Theologi. Nam quoad Hiſpaniæ omnia regna, ait [c] in vſu eſſe,

b Bouadilla, l. cap. 17 caſo 52. & eod. lib. 2. ca. 18. caſo 91. 97. 121. de ſacrilegis. d. cap. 17. n. 81 82.

c d. caſo 52.

XXII. vt ſi laicus deliquerit iunctim cum laico Clericus ad Iudicem Eccleſiaſticum, laicus ad laicum remittatur: quia ſcitum eſt axioma iuris ciuilis, nullam eſſe maleficiorum ſocietatem: quanquam ex diuerſitate Iudicum timenda ſit iudiciorum diuerſitas: & ſanè neſcio quomodo defendi poteſt reum laicum in ſuo foro pœna capitali damnari, & Eccleſiaſticum in Eccleſiaſtico pœna aliqua corporali, quæ eum ab vltimo ſupplicio eximat: cum inter complices non debeat eſſe pœnarum differentia.

Doctores aiūt de vtroq; poſſe cognoſcere Iudicem Eccleſiaſticū ſi præuenerit. Iul. Clar. q. 36. n. 50.

XXIII. Sed profectò non in omnibus criminibus id obſeruaretur: namq; in atrocioribus, vt Sodomitis, vidimus ſupra etiam Clericos ſeculari foro obnoxios. Et quoad blaſphemantes laicos Ferdinandus & Iſabella eorum correctionem Iudici laico commiſerunt vt refert Alphonſus [d] Villadiego: Vnde qui eorum tempore viuebat Franciſcus Ximenius [e] Archiepiſcopus Toletanus Inquiſitionis generali præfecturæ Præpoſitus, cum ediceret à quibus rebus cauendum eſſet, vtpote Iudaicis, & Mahometicis cæremoniis, maleficis ritibus, & magicis incantationibus: de

d Cap. 5. de la inſtruc. § 25.

e Gomez. lib. 3 de eius geſtis.

Digitized by Google

blaſphemis quoniam legibus Regiis ſeuerè vindicantur, hoc addidit ſuam quoque iſtos experturos indignationem.

Sed pleráque dicta [f] Eccleſiaſtica, vt periuria, ſacrilegia, & alia quæ idem Bovadilla recenſet, necnon Villadiego, mixti ſunt fori, vt præuentioni ſit locus inter vtrumque Iudicem, videlicet quoad laicos: Et ſi præueniens non punierit, pro qualitate crimi- XXIV.
nis, poſſit alter ſupplere: Inter mixta crimina ponuntur ſodomia, iniuriæ aduerſus perſonam Clerici, ſortilegium, adulterium, ſtuprum in commatrem, vel monialem, concubinatus & vſuræ: Sed ita in his ſubditur laicus Epiſcopali Mediolanenſi foro, vt tamen non poſſit in eum manus injicere: ſed per cenſuram procedere contra illum, ſicque iudicatum ſcribit Riccius: in vrbe verò Roma pleraque huiuſmodi crimina ſunt fori laici, vt apparet ex ſtatutis illius vrbis. Qui vero falſa miracula ex idolo pro- XXV.
ducit, ſecularem iuriſdictionem declinare non poteſt apud Hiſpanos [i], nec [l] apud nos, qui vix mixturam criminum admittimus: hæc enim omnia [m] crimina, vel etiam iniurias Eccleſiis & Eccleſiaſticis factas laico Iudici relinquimus, ſi contra laicos agatur: niſi quod Eccleſiaſtico concedimus [n], vt iſtos coërceat in ſuo Prætorio delinquentes, puta falſum deponentes, ſed ita vt in flagranti delicto apprehendat, & confeſtim ibi puniatur. Denique vix eſt, vt laicum iudicandum ab eccleſiaſtico magiſtratu in criminalibus permittamus: aliis autem ſuæ leges quas conuenit ab incolis obſeruari, nec Iudices loci grauant ex quo habent ſecundum foros iudicare, ait Belluga, vt iam notauimus. Atque eo caſu valere poteſt, quod dixit D. Hieronimus [o] credendum eſſe ſalutare quidquid ille præceperit qui implerat: nec de maiorum ſententia iudicare eum debere cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt, dicente Moyſe, Audi Iſrael, & tace: videlicet cum leges promulgabat: ſic eleganter Plato in Critia docet obediendum eſſe patriis legibus.

f Bovad. vbi ſupra Villadiegod nu. 23. & ſeq. cum n 119.

g Parte 4. collect 737.

h Cap 5. lib. 25.

i Bouad. & Villadiego ibid.

l Papon. ex Lucio lib. 1. lib. 1. arreſtor.

m Chaſſan. ad 19. art. conſuetud. Burg. *ſur les mots: En lieu franc.*

n Ægid Magiſter eod. tit. de appellat.

o Lib. 2. ſelectar. ep. 15.

In Regno Neapolitano Iulius Clarus [p] ait prouiſum eſſe per XXVI.
Regiam pragmaticam ne Eccleſiaſtici exercerent iuriſdictionem contra laicos, nec iure præuentionis, neque etiam in delictis mixti fori: licet contra cautum ſit edicto Caroli 2. [r] Regis Siciliæ ſtatuentis, vt Officiales, vel ſeculares perſonæ nullatenus ſe intromitterent iudicijs criminum Eccleſiaſticorum, nec impedirent Prælatos, vel eorum ſubofficiales quin de iſtis criminibus liberam notionem ſuſciperent. Itaque Riccius [ſ] Neapolita-

p d. q. 36. n. 52. q. 37. n. 2.

r Lib. 1. iuris reg. Neapolit. tit. de ſacroſ. Eccleſ.

ſ Deciſ. parte 3. collect 525.

nus ſcribit Curiam Archiepiſcopi in eo Regno cognoſcere de ſodomitis etiam laicis, & quæſtionibus vti. Quod mirum quandoquidem alter [t] notauerit, nec de adulterio cognoſcere Iudicem ibi Eccleſiaſticum vbi ſanguinis eſt aliqua imponeda pœna.

Tapeias ad l. Rogerij tit de Epiſc. audiētia.

XXVII. Quin etiam nec ipſi ſummi Pontifices in hoc conſenſerunt, videlicet de Eccleſiaſtica iuriſdictione criminali in laicos in ſtatu ſuo temporali: Nam [u] Pius 4. an. 1565. hanc iuriſdictionem prohibuit: Pius vero 5. anno 1566. hoc reduxit ad terminos iuris communis, vt iuxta illos præuentionibus eſſet locus.

u Iul. Clar. q. 37. n. 5.

XXVIII. Licet autem matrimonialis cauſa cognitioni Eccleſiaſticæ potiſſimum relinquatur, tamen de crimine in eam incidente, vt raptu, adulterio, & huiuſmodi non cognoſcit apud nos Epiſcopus. Itaque Senatuſconſulto anni 1534. [x] reuocata ſunt in vſum vetera quibus prohibentur Eccleſiaſtici Iudices, ne apud ſe conueniant laicos adulteros, aut fornicatores: atque abuſiua declarata eſt Officialis citatio contra laicum in materia deflorationis, ſuſceptionis partus, & præſtationis dotis. Ergo de crimine adulterij iudicat laica Curia: licet eius criminis pœna ſit arbitraria. Nec enim perpetuo iure adulter, & adultera morte luerunt. Equidem Hebraica lege lapidatio pœna fuit: & Conſtantius Imperator ſacrilegos nuptiarum puniri gladio oportere dixit: Sed nouo iure quoad mulierem mitior ſententia obtinuit, vt verberata in Monaſterium traderetur. Quod non placet videlicet laſciuas mulieres admiſceri monialibus quæ inde corrumpi poterunt. Noſtri porrò Iudices ſoliti fuerunt adulteros publicis verberibus, & publicatione bonorum caſtigare, ſicque caſtigatos vel perpetuò exilio, vel remis nauticis addicere: nonnunquam etiam vltimo ſupplicio, quando circonſtantiæ criminis id exigunt: adulteras vero publicis quoque fuſtibus, ac dotis, donationiſque propter nuptias iactura coërcere, demumque in Monaſterium relegare: neque poſt ſententiam indulgent marito vt vxorem ad ſe reuocare queat, niſi publicè verberatam.

x Ægid. Magiſter eod. tit. de appellat. cap. 6.

l. 30. ſub f. C. ad l. Iul. de adult.

Auth. ſed hodie ibid.

Baiard. ad pract. criminal. Iul Clari in § adulter. n. 50.

Papon plurib. arr. lib. 22. tit 9.

Atque adeo verum eſt laicum Iudicem competentem eſſe de crimine, quod verſatur circa fœderis nuptialis quæſtiones, vt ſi alter coniugiū dicat, altera raptū, vel è cōtra, ſuperſedere debeat Eccleſiaſtici notio de matrimonij iure, quovſque Iudex laicus, qui de raptu cognoſcit, ſuis partibus functus ſit. Si enim raptus probetur, ſupereſt non eſſe matrimonium, quod conſenſu perficitur: at probato non interueniſſe raptum, non proinde ſeque-

Ægid. Magiſt cap. 5. eod. tit. de appellat.

Edicto Meldun artic. 25.

Digitized by Google

tur coniugium eſſe: itaque an ſit Iudex Eccleſiaſticus examinabit.

At in Regno Neapolitano Eccleſia de adulterio iudicat ex lege Rogerij, niſi per violentiam commiſſum dicatur: quam legem intelligit Tapeias, vbi de pœna ab Eccleſia imponenda eſſet decernendum, vt de ſeparatione thori, de intruſione in Monaſterium & ſimilibus. Vnde ſi ſeueriùs animaduertendum eſſet, vt truncatione naſi, vel morte (quod Neapolitani Iudices admiſerunt) non dubium eſt, quin Iudicis laici foret cognitio. Namque in foro canonico non poſſet agi criminaliter, vt aiunt, ad pœnam adulterij. Eccleſiaſtici autem Iudices non ſolebant hoc crimen niſi pecunia mulctare, vſque ad Sixtum 5. qui huic capitalem pœnam impoſuit. Ergo cum id crimen grauem coërctionem mereatur, vt impudicitia refrænetur, vix locum habere debet Tridentinus canon quo datur Epiſcopis, vt poſt excommunicationem, eamque ab adulteris neglectam poſſint in eos ſeuerè, pro qualitate criminis, procedere: maximè vero apud nos qui Eccleſiaſtico Iudici nullam ferè pœnam in laicum concedimus, niſi excommunicationem quam ſolam ei conceſſam dixit Cæleſtinus.

XXIX.

Tapeias ad d. leg. tit de Epiſcop. audient.

Baiard. in d. §. adulter. nu. 46. Clarus qu. 37. n. 12.

Idem Baiard. d. n. 46.

24. ſeſſ. cap. 8.

CAPVT V.

DE REVOCATIS CIVILIBVS Laïcorum cauſis ab eadem Eccleſiaſtica iuriſdictione.

Lectio.

1. *De realib. & poſſeſſorijs nullo modo competentem eſſe in Gallia Iudicem Eccleſiaſticum.*
2. *Cauſas executionis teſtamentorum non pertinere ad eumdem Iudicem: nec etiam ob legata pia.*
3. *Nec rationum reddendarum ex teſtamento ob ea legata, nec confectionis inuentarij.*
4. *Reſponſio ad rationes Bertrandi Epiſcopi, quibus has cauſas iſti iuriſdictioni aſſerebat.*
5. *Item apud Hiſpanos.*
6. *Nec perſonales actiones in laicos tractantur in Curia Eccleſiaſtica, etiam ſi ſpiritualibus ſint annexa.*
7. *De matricularijs, & quomodo Iudices Eccleſiaſtici rationes*

Digitized by Google

adminiſtrationis illorum exigere poſſunt.

8. *Cauſas laicorum prophanas, nec prætextu peccati mortalis, aut iuriſiurandi ſuſcipere poſſunt ijdem Iudices.*

9. *Item apud Hiſpanos.*

10. *Nec de vſuris apud nos: diſtingunt Hiſpani.*

11. *Nec incidentia matrimonijs.*

12. *Quomodo apud Hiſpanos.*

13. *Laicus non poteſt prorogare iuriſdictionem in Curia Eccleſiaſtica.*

14. *Nec de cauſis pupillorum viduarum & miſerabilium perſonarum, neque etiam ob negligentiam Iudicis ſecularis ead. Curia cognoſcit.*

15. *Harum cauſarum notionem inhibere poteſt Iudex laicus Eccleſiaſtico.*

16. *Quomodo Hiſpani laicam tuentur iuriſdictionem: & de mixtis cauſis.*

17. *Authoritas Regis Hiſpani in iuriſdictionem Eccleſiaſticam.*

18. *Eiuſdem Eccleſiaſticæ iuriſdict. in Polonia cognitio.*

19. *Item in Heluetia.*

20. *Caſus competentes Eccleſiaſticæ iuriſdictioni Gallicanæ in laicos, vt de matrimonijs modo ſit de iure illorum non de facto controuerſia.*

21. *Citatio laici apud Eccleſiaſticum Iudicem in cauſa præſumpti matrimonij non valet.*

22. *Eſt Eccleſiaſticæ iuriſdictionis pronuntiare ſuper validitate, aut inualiditate matrimonij, ſed non vltra.*

23. *Æquitas Curiæ ſupremæ vbi interuenit ſtipulatio, ex eaque carnalis copula.*

24. *Solet Curia declarare nullum minoris filij familias matrimonium, etiam in Eccleſia celebratum, ſed clam parentibus, aut tutore.*

25. *De cauſis frigiditatis quæ in foro Eccleſiaſtico tractantur, & de viſitatione.*

26. *Nec licet Eccleſiaſtico Iudici matrimonium impleri iubenti addere pœnam carceris, aut aliam laicam.*

27. *Quid de ſeparatione à thoro.*

28. *Prouiſio in cauſis realibus & perſonalibus laicorum adiudicata laico Iudici abijt in diffinitiuam vſu temporis.*

29. *Nec in bona laicorum ius habet Eccleſiaſtica iuriſdictio.*

30. *An mulctam pecuniariam indicere poſſit: & quod Eccleſia non habet fiſcum.*

31. *Non ei licet in laicos, nec eos priuare bonis, aut honoribus temporalibus.*

IAM ſatis de Eccleſiaſtica iuriſdictione in criminalibus cauſis iuxta poſteriorem vſum: nunc vero de ead. in ciuilibus ex eodem vſu poſteriore.

I. Sed cum abundè viderimus Eccleſiaſticum Iudicem, nullo

modo

Digitized by Google

modo competentem eſſe in hoc regno de cauſis realibus & poſ-
ſeſſoriis, nec de teſtamentariis & hæreditariis; etiamſi Clericus,
vel licet ſit Epiſcopus, conueniatur, aut conueniat: ſupereſt pau-
cis concludere multo minùs eum competentem eſſe, ſi laici eas
vel inter ſe, vel cum Eccleſiaſticis moueant. Sit ergo concluſio
generalis, laicum pro iſtis cauſis Eccleſiaſtico foro non eſſe obno-
xium ſiue conueniat, ſiue conueniatur.

II. Et quòd ſupra notauimus Eccleſiaſticos adeo quondam anxios
fuiſſe de teſtamentorum confectione, illorumque executione, &
rationum ex illa reddendarum diſquiſitione, vt ad ſuam iuriſdi-
ctionem ea reuocarent, prorſus abrogatum eſt noſtris moribus:
niſi quod Armorico iure municipali, vt de ſolemnitate teſtamẽti Artic. 2.
cognoſcat Iudex Eccleſiaſticus cautum eſt, & de executione lai-
cus, etiam quoad pia legata: Verùm Argentræus ita interpre-
tatur, vt ſi teſtamentum publicam manum non habeat, nullæ ſint
Iudicis Eccleſiaſtici partes, ſed laici. Denique nulla conſuetu-
dine præſcribere, aut adquirere potuiſſe teſtamentariam cogni-
tionem Epiſcopum iudicauit curia aduerſus Antiſtitem Mel- Artic. 39.
denſem, cui illius loci conſuetudo patrocinabatur. nec etiamſi de Vide Iulian. Brodæũ in not.
teſtamento Sacerdotis & Clerici agatur, vt pridem ipſamet curia ad arreſtum 5.
dixit: prout refert Ioannes Galli q.355. nec licet de pio legato ſit D. Louet in litt. S.
quæſtio, quanquam Imbertus ſcribat iudicatum eſſe à Curia 24. Pithæum ad
Decembris anno 1515. executorem pij legati citari poſſe apud art. 116. Trecẽſ. conſuetud.
Iudicem Eccleſiaſticum aut Laicum, prout actor voluerit modo Lib. 1. Inſtit.
ſi apud Iudicem libellus citationis cauſam contineat, vt dictum Forenſ. cap. 24.
eſt altero iudicato 12. Febr. an. 1539. Sed hæreo an locum iſta ſint
habitura hodie: negat namque Tiraquellus priuilegio 150. pia-
rum cauſarum. Quid ſi executor teſtamentarius ſit Clericus? nec
etiam illum citari poſſe in Curia Eccleſiaſtica crediderim, quia
non conſideratur perſona, ſed negotium quod pluribus abhinc
ſeculis ad Curiam laicam pertinere deciſum eſt: & Senatuſcon- Papon. lib. 1. tit. 5. arr. 9. 10. 12
ſultis pluribus dictum obnoxium eſſe ſeculari curiæ clericum qui
adminiſtrationem ſecularem exercuerit: nec denique ob negli-
gentiam hæredis vel executoris teſtamentarij, quidquam iuris Papon. arr. 6. cum addit. lib.
adquiritur Eccleſiaſticæ Curiæ, ſed incumbit officio Regij Pro- 20. tit. 6.
curatoris eam negligentiam excitare, aut Iudicis ſecularis, execu-
tionem alij committere.

III. Item quoad reddendas adminiſtrationis teſtamentariæ ratio-
nes, licet feratur placito Curiæ 1. Mart. an. 1401. in poteſtate Lucius lib. 1. tit. 8.

Digitized by Google

Papon. lib. 20. tit 5. art. 9.

executoris eſſe, quem velit Iudicem adire, tamen poſterior Iuriſprudentia ſecus ſtatuit. Atque adeo eſt teſtamentorum cauſa, & quæ ex illis procedunt iuriſdictionis ſecularis, vt dubitetur an valeat teſtamentum exceptum à Notariis Eccleſiaſticis, vnde tutiùs ſit non illis deſcribendum id committere, quandoquidem edictis Caroli 8. anno 1490. artic. 21. & Franciſci 1. an. 1535. eiſdem ſit prohibitum de rebus temporalibus & hæreditariis celebrare contractus, addita nullitatis pœna. Teſtamentum autem nomine contractus intelligi iudicatum eſt: Decurionibus tamen ſeu parochis Sacerdotibus licet iure municipali teſtamenta excipere, illiſque quondam pro teſtamenti ſcriptione, & conſignatione adiudicati ſunt quatuor aſſes, & nihil ampliùs: Ergo nec cōfectio inuentarij bonorum defuncti laici attribuitur Epiſcopo prætextu legatorum piorum: ſed Clerici bona deſcribit Epiſcopus Pariſienſis, vel defuncti, vel in cuſtodiam ex crimine dati appellato tamen regio Iudice. Et nuperrimè videlicet die 7. Maij anno 1618. Præpoſito S. Quiriaci de Prouins adiudicata eſt mobilium defuncti Canonici deſcriptio.

Lucius lib. 1. placit. tit. 5.

Chopp. de iuriſdict. Andeg. cap. 39. artic. 9.

IV. Sic nos exploſimus audita Petri Cunierij querela, quòd Bertrandus Epiſcopus contendebat iure meritoque eſſe ſanctionem tam Sanctorum Patrum quam Imperatorum, & Regum, vt quilibet Prælatus in ſua diœceſi eſſet executor legitimus teſtamentorum, & per conſequens huic executioni acceſſoria ad eum pertinerent: ſed quas allegat conſtitutiones ciuiles nihil vltra concedunt, quam vt liberum ſit cuilibet de ſuis bonis quod voluerit relinquere Antiſtiti; &, vt legati pij executionem & ſolutionem proſequi poſſit Epiſcopus. Conſtitutiones autem Pontificiæ ab eò citatæ, loquuntur de executione pij legati, vel de executoribus clericis à defuncto nominatis quos Epiſcopus habeat ius compellendi: Sed poſſe Epiſcopum, aut Eccleſiaſticum Iudicem ad ſe totius teſtamenti executionem deducere, & per conſequens de controuerſiis ex eo natis cognoſcere nulla ciuili lege, nec canonica, nec fortaſsè pontificia ante tempora Innocentij tertij ſancitum reperies: Imò variis Canonibus prohibetur Epiſcopus, aut Præſbyter, publicis ſe adminiſtrationibus immittere: ac ſpecialiter Carthaginienſi Synodo, teſtamentorum tuitionem ſuſcipere. Nec enim, inquit Clemens Papa, Epiſcopum alloquens te

L. 1. C. de ſacroſ. Eccl. l. nulli 28 C. de Epiſcop. & Clericis. Nou. 131. §. ſi quis autem de Eccleſiaſt. tit. Cap. nos quidem 3. cap. tua 17. cap Ioannes 19. de teſtam. ex. Can. 80. Apoſtolorum. Can. 3. Calched. Concil. Can. 6. Carthag. 1. Can. 18. & 20. Carthag. 4.

Nouel. conſtit. 86. Leonis Imperator. Can. te quidem. cā. 21. quæſt. 1.

hodie vult ordinare Chriſtus Iudicem, nec cognitorem ſecularium negotiorum, ne præfocatus præſentibus hominum curis non poſſis Dei ſeruire miniſterio.

V.

Porrò apud Hiſpanos publicatio & inſinuatio teſtamentorum petenda eſt, etiam à Clerico laici defuncti hærede, & legatorum licet piorum executio in foro laico, cuius necnon eſt bonorum inuentarium. Nec ſecus etiam Romæ executio teſtamentorum etiam quoad pias cauſas eiuſque cognitio, & iuriſdictio, pertinet ad Senatorem vrbis eiuſque collaterales, vt eſt inter ſtatuta eiuſdem vrbis authoritate Gregor. 13. edita anno 1580. & in repub. Genuenſi edictum eſt, Ne Sacerdos, nec Clericus beneficiatus, atque religioſus interſit confectioni alicuius vltimæ voluntatis: neve teſtator conſtituat, vel ordinet aliquem Clericum conditionis prædictæ fideicommiſſarium, aut executorem, aut ſub quolibet alio nomine, alicuius vltimæ voluntatis. Aliâs ſit irritum teſtamentum, quoad eam conſtitutionem Clerici, & Notarij qui teſtamentum exceperint, cuius confectioni inſit aliquid ex prædictis, 50. libris puniantur.

Bouadil. cap. 18 caſo 39. 76. 85. & num 110. Villadiego ca. 5 de la inſtruc. n. 88. 106. Cap 86. lib. 1.

Lib. 5 cap. 12. ſtatut.

VI.

Perſonales quoque actiones ex rebus prophanis, ac ne quidem ſi ſpiritualibus ſint annexæ, vel quamvis ex ſpiritualibus procedant non patimur moueri in foro Eccleſiaſtico, aduerſus laicos, puta ſi de ſalario celebrationis miſſarum, aut prædicationis, aut alicuius Officij diuini; quod quia viuere debet de altari, qui altari ſeruit, receptum eſt peti poſſe: quanquam aliquando Curia Tholozana iudicium ea de re indefinitum reliquerit, vt pudenda cum res ſacra æſtimationem recipere nequeat, ac plura Concilia & decreta vetuerint quidquam pro illa exigi.

Papon. lib. 1. arr. 2. 3. tit 1.

Maynard. lib. 1. cap. 1. arreſtor.

Item ſi res ſacra pignori data fuerit laico, is conuenietur apud Iudicem laicum pro illius reſtitutione, quam tamen iudicatus eſt non teneri facere, niſi refuſo pretio. Si laicus laico decimas vendiderit, quamvis emptas à Clerico, nullam rationem eſſe, vt Iudex Eccleſiaſticus ſit competens cenſuit: olim Philippus 3. atque idem diceremus etiamſi ipſe venditor Clericus ageret contra laicum emptorem: quod etiam obſeruatur apud Hiſpanos.

Idem Papon. arr. 8. 10

Chopp lib 3. de ſacra polit. tit. 5 n 15.

Bovad. d. cap. 18. caſo 65.

VII.

Nec matricularios laicos pro fabricæ Eccleſiaſticæ rationibus patitur Curia conueniri apud Iudicem Eccleſiaſticum, vt neque ab eo conſtitui, aut deſtitui. Quod ſimiliter Hiſpani obſeruant:

Papon. eodem lib. 1. tit. 5. arr. 51. lib 4. tit. 12. arr. 14.

Chenu tit. 1. c. 12. Bovad. d. cap. 18. caſo 65.

Digitized by Google

Ius camerale nouiſſ. tit. 109. 320.

eſtque Germanorum lex Noſocomia, vt ſarta tecta ſint, rectéque rationes reddantur, viſitationes annuæ habeantur, redditus non aliò quam ſuſtentationi pauperum, pijſque vſibus impendantur Magiſtratus prouidento: ac iubentur coram Magiſtratu iuſiurandum præſtare, & rationes conficere. Videturque idem fuiſſe vſus D. Gregorij ætate: nam cum ſolerent his rationibus præfici laici, ipſe admonebat huiuſmodi homines non eſſe præficiendos, ſed Clericos in quibus ſi quid inuentum eſſet prauitatis, valeret Epiſcopus vt in ſubditos emendare. Sic canone 9. Hiſpalenſis 2. vetatur laicus œconomatui rerum Eccleſiaſticarum præfici: Quia, inquit, indecorum eſt laicum Vicarium eſſe Epiſcopi, & ſeculares in Eccleſia iudicare, atque in vno, eodemque officio diſparem eſſe profeſſionem: ſed ſit œconomus ex Clero iuxta Calchedonenſium patrum decreta. An vero non ita ſenſerunt Epiſcopi Galliæ quondam? nam in Concilio Moguntino ſub Leone 3. anno 813. præcipitur vt res Eccleſiaſticas gubernet Epiſcopus, & diſponat ſecundùm canones: ac laici in earum miniſterio obediant Epiſcopo ad regendum Eccleſias, viduas & orphanos defendendos, & vt obedientes ſint eis ad eorum Chriſtianitatem faciendam. Ergo Epiſcopi laicorum miniſterio ad res Eccleſiaſticas gubernandas vti poterant, ſed ita vt hi illorum imperio ſubeſſent. Nunc verò noſtro vſu laicos eſſe oportet huiuſmodi adminiſtratores, adeo vt ſtatuto Regio anni 1545. ablata ſit Eccleſiaſticis Hoſpitalium & Leproſariarum adminiſtratio: relicta duntaxat titulariis penſio quæ an in fructibus, an in pecunia ſolui deberet agitatum eſt in Curia Pariſienſi, & deciſum in fructibus. Hos itaque laicos ſic vendicat Curia laica, vt Pariſienſis ſuprema 20. Nouembris anno 1559. audierit Annam Montmorentium appellantem à citatione laici matricularij apud Officialem tanquam ab abvſu: concedens duntaxat Epiſcopo, vt dum ſuam diœceſim viſitat poſſet inſpicere rationes matriculariorum cogniturus an quid ineſſet ad rem ſpiritualem ſpectans. Sed nouiſſimum habemus Henrici 4. edictum 16. Martis anno 1609. quo renouans litteras patentes Caroli 9. anno 1571. 3. Octobris, attribuit Epiſcopis, Archidiaconis, Officialibus, ac eorum delegatis rerum & redditjuum, qui ad Eccleſias & fabricas pertinerent, cognitionem & ratiociniorum diſpunctionem: modo gratis ea cognitione fungerentur; atque ita vt eorum ſententiæ executioni mandarentur nonobſtante

Lib. 7 ep. 66. Balſam. ad can. 26. Calched. Synodi.

Bouet ad litt. [illegible]

Digitized by Google

appellatione. Quod edictum approbauit Curia modò cum illis cognitores fiſcales adeſſent.

Sic quod cauſas prætextu peccati mortalis, puta propter vſu- VIII.
ram, aut iuriſiurãdum, attrahebant ad ſe Eccleſiaſtici, & cum illis laicos; Curia ſecularis ſuppreſſit: indeque inter modificationes facultatibus legati Apoſtolici dari ſolitas in Curia Pariſienſi, hæc poni cœperunt, Ne inter Regis ſubditos iuriſdictionem exerceat de falſo, vſuris, ſeparatione coniugatorum quatenus ad reſtitutionem dotis, & bonorum per illicitos contractus ablatorum reſtitutionem pertinet. Et quidem quoad iuſiurandum, inferior Iudex Tholozanus quem vulgari ſermone Viguierium dicunt, cum videret eius ſpecie laicam iuriſdictionem fraudari, Notarios & Tabelliones prohibuit id in contractibus apponere: Cumque Eccleſiaſtici ab hac ſententia appellaſſent Curiam Tholozanam illa pronuntiauit nullum inde præiudiciũ eſſe factum Epiſcopo, ſi modo contractus abſque iureiurando ſubſiſtere poſſet: Rex vero conceſſit ita Iudicem Eccleſiaſticum de iureiurando violato cognoſcere, idque punire, vt non vltra procederet de contractu cui inerat pronuntians.

Auguſt. Thuan lib. 3. ad an 1547.

Paſchaſius lib. 3. cap 6. aes *Recherches de la France.*

Nec ſecus Hiſpani Reges, cum viderent eod. prætextu iuriſ- IX.
dictionem laicam diminui, non quidem voluerunt eam notionem interdicere Eccleſiaſtico Iudici, ſed vetuerunt quemquam deinceps contractum iniri, cum interpoſitione iuramenti adhibita nullitatis contractus pœna, & aduerſus excipientem priuationis Officij. Verùm eas pœnas poſteriore lege remiſerunt admoniti iuſiurandum neceſſarium eſſe: non verò iuriſdictionem quam adeo inter laicos etiam volentes foro Eccleſiaſtico denegauerunt, vt prohibuerint quemquam excipi contractum in quo ſe contrahentes huic foro ſubmitterent. quarum vi legum fatetur Bovadilla non ampliùs ius eſſe Eccleſiaſtico Iudici de iureiurando, ac vſuris nec per conſequens de contractu notionem habere: quin è contra laicum Magiſtratum de iuramento cognoſcere, non vt ab eo relaxet alterutram partem, ſed de validitate & obſeruantia illius, an ſubſiſtere debeat: additque Couarruuias iam præualere non eſſe neceſſariam præviam ab hoc iuramento abſolutionem, ne eo prætextu totam controuerſiam Iudex Eccleſiaſticus velit diffinire. Sed Belluga non ab hodierno

Hæc ſunt am- pliſſ lib. 4 tit. 1. recopilacion de la iuriſdic. real ley 9. 10. 11. 12. & aliis. lib. 4. tit. 25. ley 23. atque illæ leges ſunt Ferdinandi & Iſabellæ ac Caroli 5.

Bovadilla cap. 18 caſo 81. cap. 17 n 52.

Couarruuias tit. de Eccleſiaſtici negotij apud ſeculares examine.

Villadiego c. 5. de la inſtruccioñ plurib. locis.

Florentiæ periurij exceptio iuratum, niſi

abet locum vt non antè admittatur etiam in foro laico litigans aduerſus inſtrumentum etita priùs abſolutione. Ant. Monach. deciſ. Florent. 10.

Digitized by Google

Rubr.11 §.ſunt & aliæ de ſpeculo princip.

tempore in his abrogatam Eccleſiaſticam iuriſdictionem vſu
Arragonij Regni teſtatur, vt iam vidimus. Venetijs, Neapoli, &
Sabaudiæ obſeruatur, vt qui iurauit in contractu, ſi velit ab eo

Collect 686. & deciſ. 333. in praxi. deciſ. 78

reſilire debeat abſolui à iuramento ab Epiſcopo: ſed ita, vt pro
hac abſolutione non ſit neceſſaria cauſæ cognitio, vnde parte
non vocata dari poſſit. Sic Riccius & Oſaſcus Ducem Sabaudiæ,
inhibuiſſe refert Iudici Eccleſiaſtico, ne de contractu cogno-
ſceret poſt abſolutionem. Item apud Anglos Henricum 2. priùs
deinde Henricum 3. ab eod. Iudice iſtas controuerſias inter laï-
cos retraxiſſe iam notauimus: atque ſimiliter Camera imperialis

Gailus 1. obſeruat. cap. 22. & 111. Ius camerale nouiſſimum apud Melchiorem Goldaſt. tit. 69.

iuriſiurandi, vſurarumque materias authoritati ſuæ aſſeruit, vt
de vſurarijs iuratiſque contractibus nihilo ſecius quam alijs ipſa
cognoſceret: & relaxationem etiam iuramentorum ad effectum
agendi concederet: at cauſas matrimoniales Pontifici reliquit:
ſic imitata veteres Imperatores qui iuriſiurandi gratiam facie-
bant.

Iul. Clar. qu. 37 & lib. 5. ſententiar. receptar. §. vſura nu 8. Bovadilla lib. 2. de la polit. c. 19 num. 8. cap. 17. eod. lib. nu. 41. Villadiego ca. 5. de la inſtruc. num. 7. Vide Coſarruuiam to. 1. §. 12 de proceſſu in cauſa matrim. n. 11. & ampliſſ. tomo 2. cap. 3.

X. De vſuris vero quoniam controuertitur an ſint fori Eccleſia-
ſtici, quibuſdam eſſe concedentibus, aliis negantibus, nonnullis
diſtinguentibus vt ſit quando quæritur, an ſit contractus vſura-
rius, non verò ſit quando de facto diſceptatur an videlicet inter-
uenerit vſura: plurimis denique mixti fori eſſe volentibus; hoc
vltimum ſequuntur Hiſpani, præuentionemque admittunt,
excepto vbi nulla numeratio pretij interuenit, puta quando fun-
dus ad certum cenſum conceſſus eſt: de cuius cenſus qualitate,
an ſit vſurarius, vel non, diſcernit Iudex ſecularis indulto Pij 5. In
Senatu Pedemontano agitatum eſt, an vſura eſſet cognitionis
Eccleſiaſticæ, an laicæ: ac deciſum vſurarios præſertim manife-
ſtos à Iudicibus ſecularibus puniri poſſe: ſic Oſaſcus deciſ. 137.

Papon. lib. 1. tit. 4 arreſto 3. 4. 11. Chenu q 8. 12. & poſt arr. 11. Papon.

Item non patimur Iudicem Eccleſiaſticum iudicare inciden-
tia matrimoniis, vt pacta conuenta, dotem & donationem pro-
pter nuptias, & ſi quid aliud in ſtipulationem venerit, aut veniſſe
dicatur: puta ſi quis citatus ſuper fœdere excipiat ſibi aliquid
XI. promiſſum quo impleto ſe paratum dicat celebrare nuptias: nam
eo caſu, vbi non conuenientibus partibus de facto, edicit ille Iu-
dex apud ſe inquirendum eſſe teſtibus: abuſiuum illud Curia
pronuntiat: nec ſecus ſi iubeat pupillæ agnatos in vnum conue-
nire daturi conſilium de tractatu nuptiarum, an placeat: illici-
tum quoque illi eſt vltra pronuntiare quam de validitate, aut
inualiditate matrimonij: ergo neque de expenſis, aut intereſſe,

Digitized by Google

aut quo alio caſu ad prophanum ius pertinente, excepto quod pendente cauſa matrimonij ius pronuntiandi habet ſuper agnitione partus, eique alimenta ſtatuendi: idque iudicaſſe Curiam dicitur: ſecus ſi nulla extet ſponſio: nam tunc quæſtio partus, & alimentorum ad forum laïcum remittenda erit. Atque adeo diſtincta eſt prophani cauſa à Sacramento, vt neutrum conſequenter queat dirimi, vel à Iudice Eccleſiaſtico, vel à ſeculari: ſed prophanæ cognitione ſuperſedendum, quovſque Eccleſiaſticus Iudex de validitate, aut nullitate pronuntiauerit, verbi cauſa ſi de ſucceſſione defuncti, & liberorum agatur: ſi de eius quæ ſe viduam dicat, doario: ac matrimonium nullitatis arguatur: partes ad Iudicem Eccleſiaſticum remittendæ erunt, vt de hac vltima diffiniat: priore interim in ſuſpenſo manente. Quanquam ſæpenumerò de vtraque Curia ſuprema dicat. Et profectò iſtos circuitus fruſtraneos eſſe videtur: ſiquidem quando conſtat nullum eſſe matrimonium, quid opus eſt alio Iudice, vt de iure nullo, id eſt ſucceſſionis non debitæ pronuntiet?

Idem Papon. eod lib. 1. tit. 5. arreſto 5. cum addit.

Sic in Scotia vide infrà ſub f. huius tit.

Ergo neque raptus, neque poſſeſſorij Iudex erit, ſi dum citatus apud eum in cauſa matrimonij excipiat de raptu: aut ſi pendente lite altervter coniugum petat, puta maritus coniugem ſuam ſibi reſtitui, qua prætextu nullitatis nuptiarum ſpoliatus ſit. Namque nullum poſſeſſorium ei concedimus, in hocque decretalibus derogamus quæ Iudici Eccleſiaſtico notionem huiuſmodi ſpoliationis attribuebat: Necnon Turonenſi Gallico Concilio, quod cauſas matrimoniales cum appendicibus & circonſtantijs, veluti ſi de coniugali adhæſione ſit quæſtio, vult Epiſcopos eorumque Officiales, & nullum alium cognoſcere.

Ægid. Magiſt. cap. 3. appellat. ab abuſu.
D. Bourdinus in Paraphraſi ad ordinat. an. 1539. art. 1. & 2.
Cap. 2. 13. 14. de reſtitut. ſpoliat.
Bochell. lib. 8. decret. tit. 9. ca. 67. anno 1583.

Apud Hiſpanos autem Iudex laicus cognoſcit de pactis nuptialibus, vbi matrimonij validitas non diſputatur: ſecus non cognoſcit, nec primariò, nec incidenter: ſed Iudex Eccleſiaſticus de primaria cauſa cognoſcens, videlicet de matrimonio, iudicat etiam de dote & pactis nuptialibus: at in Arragoniæ Regno iamdiù antiquatum ait Belluga, vt is Iudex notionem cauſarum ſpiritualibus annexarum habeat. XII.

Bovad. d. cap. 17. num. 102. in caſu 62. & d. cap. 18. caſo 110 d Rubr. 11. §. ſunt, & aliæ de ſpeculo princip.

Denique in criminalibus, realibus, poſſeſſorijs, atque etiam perſonalibus ſic laici incompetens eſt Iudex Eccleſiaſticus noſtro vſu, vt nec conſenſu laici approbari queat, quoniam non patimur iuriſdictiones prorogari, quia non pendent ex voluntate ſubditorum, ſed patrimoniales ſunt vel Regiæ, & vtræque à XIII.

Idem Bourdinus ad artic. 1. ordinat. an. 1539.

Digitized by Google

ſolo principe promanantes: in quo derogatur conſtitutioni canonicæ quam Hiſpani ſequuntur. Quapropter etſi laicus ſpontè in foro eccleſiaſtico litigauerit, ac etiam ſæpenumerò victus ſit, nihilominus ab his quæ in ſe geſta ſunt, tanquam à Pontificij Iudicis abuſu, ad ſumma tribunalia prouocare poterit, & rectè appellatum iudicabitur: manebunt tamen rata quæ confecta ſunt litis acta, ſi partes voluerint: quod ſi altervtra noluerit, debebit expenſas refundere. Vnde vix locum haberet quod anno 1485. iudicatum eſt pro Epiſcopo Cœnomanenſi, notionem illum ſuſcipere poſſe etiam inter litigatores laicos, qui ſe eius iuriſdictioni ſubieciſſent.

Chopp de iuriſdict. Andeg. cap. 37. artic. 9

XIV. Ac demum ex ſupradictis patet exploſum eſſe, quod Iudicibus Eccleſiaſticis attribuebatur, vt cauſas pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum diffinirent; atque ſecularis Iudicis negligentiam ſupplerent. At è contra noſtri Iudices poſſunt euocare ad ſe cauſas pendentes in foro Eccleſiaſtico, ſiquidem aliqua affinitate contingant eas de quibus ipſi dicturi ſunt, ac inhibere partibus ne alibi procedant, & Officialem interdicere omni notione: cui interdictioni, licet iniuſtæ, morem gerere debet, modo libellus cauſam illius contineat.

Lucius lib. 2. placit tit. 3. arreſto 8. Papon. lib. 1. tit. 5. art. 14. Imbertus li. 1. inſtitut. forenſ. cap. 25. ſub f.

XV. Etiam Romæ [a] huiuſmodi cauſæ pupillares, & miſerabilium perſonarum ſunt fori laici, & curæ, ac iuriſdictioni Senatoris vrbis committuntur. ſic in repub. Genuenſi [b] his cauſis præfectus eſt Iudex, qui appellatur magiſtratus extraordinariorum.

a Cap. 48. li. 1. ſtatutorũ vrbis Romæ cum cap. 7.
b Lib. 1. cap 4. ſtat. Genuenſ.

Item ex lege Scotiæ [c], ita ſunt eiuſdem fori laici, vt eas iubeantur miniſtri Regij de plano iudicare, & de quibuſcumque iniurijs ſibi, aut bonis ſuis illatis.

c Statut. Roberti 3. c. 5. in codice Regiæ Maieſtat. ſeu leg. Scotiæ.

XVI. Nec multum diuerſo iure vtuntur in his Hiſpani: ciuilia enim negotia perpauca laicorum inter ſe Eccleſiaſtico Iudici relinquunt, neque etiam prætextu iuriſiurandi, aut vſurarum, vt diximus: ac ſtrictè interdicitur is Iudex ea vſurpare, quæ ſunt iuriſdictionis laicæ. Nam vſurpanti exilium imminet: & alijs modis retinetur, quos refert Villadiego: quin etiam cauetur, ne laicus huic ſe ſubmittat foro Eccleſiaſtico. Olim vero lege Vviſigothorum duo ſpecialia habebantur, vt ſi cum paupere lis eſſet Epiſcopus eam adiunctis alijs viris honeſtis terminare procuraret: & ſi Comes iudicium Epiſcopi negligeret quintam partem

Tit. 8. plurib. legib. lib. 1. recopilacio. leg. pragmat. Ferdinandi & Iſabellæ quam refert Villadiego cap. 5. de la inſtruccion. §. 20.

In Francia Iudices laici ſunt in poſſeſſione, & ſaiſina puniendi Clericos volentes vſurpare iuriſdictionem regiam. Chaſſan. ad conſuet Burg. Rubr. *Si aucun commet larcin* §. 5. verbo 19. fallit.

eius

eius rei quæ in controuerſia erat, illi exolueret. alterum, ſi Iudex iniquè iudicaſſet, admoneretur ab Epiſcopo vt ſuam reformaret ſententiam: quod ſi nollet, liceret ei illam corrigere: & ambas ſententias, videlicet, id quod à Iudice pronuntiatum, & ab ipſo Epiſcopo correctum ad Principem mittere examinaturum, & declaraturum quæ potiùs ſequenda eſſet. Atque Toletano Concilio 12. Sacerdotum curæ datur diſtringere Iudices qui in iudiciis inſtituta legum adimplere diſtulerint: & prouidere ne ijdem de perfidorum exceſſibus extra Sacerdotum ſcientiam iudicare præſumant. At hodie antiquatæ ſunt iſtæ diſpoſitiones, ſiquidem verùm eſt quod Bovadilla ſcribit non eſſe ius Eccleſiaſtico Iudici laicum Prætorem cogere, vt ab eo carceri dedicum, licet iniuſtè, liberet: & non facilè admiſſum iri vt Epiſcopalis notio de cauſis pauperum & viduarum, atque de negligentia ſecularis magiſtratus ſupplenda iuriſdictionem habeat, quoniam lege Regia prohibetur conuentio laici coram Iudice Eccleſiaſtico: adeo vt ſi pro cauſa purè prophana quæ non ſit mixti fori laicus laico diem dixerit apud forum Eccleſiaſticum, cum puniri velit lex Regia. In cauſis verò mixti fori, licet apud eos præuentioni locus ſit, aiunt quidem non temerè debere Iudicem laicum impedire iuriſdictionem Eccleſiaſticam trahentem ad ſe quamcumque cauſam; ſed oportere, vt conſulat, aut cõſuetudinem, aut ius regium, aut ſacrum conſilium Regis fortè iuxta Bonifacij 8. conſtitutionem, quæ in Synodo Sabinenſi renouata dicitur 1322. ac impedientibus ſegregationem à conſortio fidelium dixit.

Cap. 10.

Cap. 17. caſ. 84.

Ibid. nu. 102. & ſeq. vſque ad num. 107. Belluga d. 5. ſunt & aliæ.

In Flandria præuentioni locus eſt in cauſis mixtis cuiuſmodi vſuram dicunt. Damhouderus in praxi ciuili cap. 124.

Sed cum in regno Neapolitano ijdem Hiſpani iuriſdictionem ſibi adrogarent ſuper cauſis mixtis, Regens ob id excõmunicatus eſt à Clemente 8. Porrò nolebant illi vt abſolutionem peteret, quoniam eſſet reatum confiteri, & confeſſio huic iuriſdictioni renũtiationem inferebat. coactus tamen eſt Regens ſub Paulo 5. gratiam exorare: nec ante obtinuit quàm ipſe, & Senatus Neapolitanus inſtrumento publico cauiſſent ſe quid ſimile non præſumpturos, vt reſcripſit Cardinalis Perronius ad Henricum 4.

12 Iulij & 13. Aug. an. 1605.

Nihilominus Hiſpani Reges hoc iuris ſibi aduerſus iuriſdictionem Eccleſiaſticam, quæ ſuos in ſubditos exercetur, arrogant, vt proteſtentur penes ſe eſſe poteſtatem eius amplificandæ, vel reſtringendæ cum libuerit, nec reclamantibus Eccleſiaſticis: Imò vbi opus eſt litteras regias à conſilio Regio, vel Cancellaria expo- XVII.

Ley 80. lib. 2 tit. 5. recopilacion.

Digitized by Google

ſtulantibus. Quod ne fieret auſi fuerunt aliquando nuntij Apoſtolici prohibere cenſuris adhibitis, ac citationibus ad Romanam Curiam contra illos qui ad eam poteſtatem recurrerent. Sed Philippus 2. graui edicto illam aſſeruit, coërcuitque nuntios, admonitis ſuis Iudicibus vt contumaces mulctarent anno 1593. quod ius ſupremæ iuriſdictionis eſſe, nec competere, niſi qui ſuperiorem non habet, vt regibus Galliæ, Hiſpaniarum ac Duci Sabaudiæ, nulli vero inferiori ait Bovadilla. Denique idem Philippus pluribus edictis annorum 1553. 1561. 1568. 1593. voluit ad ſuum conſilium ſpectare, vt decreta Concilij Tridentini obſeruentur. Antea vero Carolus 5. Audientijs Valladolidenſi, & Granatenſi attribuerat, vt ſi Iudex Eccleſiaſticus appellationi à ſe interpoſitæ nollet adquieſcere, ad eas queri grauatus poſſet, ac illis liceret de querelæ qualitate cognoſcere; & vt cognoſceret, litem ad ſe euocare, cognitoque appellationem eſſe iuſtam edicere huic Iudici, ne obſtaret quo minus appellanti fas eſſet, eam proſequi penes eos ad quos ſpectaret. Quod ſi iniuſta eſſet appellatio remitterent eamdem litem, ad eumdem Iudicem cum expenſarum condemnatione. In Sabaudia edictum eſt ducale, Ne ſubditi coram Iudice Eccleſiaſtico pro re merè prophana conueniantur, itaque auditus à Senatu colonus fundi Eccleſiaſtici declinans hunc Iudicem.

Bod lib. 2. c. 16. n. 29. & ampliſſ. cap. 18. n. 58. Ley 81. cod. tit. 5. l. 59. à la nueua recopilacion.

De Magiſtr. & repub. Polono. lib. 2.

Ozaſcus deciſ. 32.

XVIII. Apud Polonos ſcribit Cromerus, Eccleſiaſticam iuriſdictionem cognoſcere de iure matrimonij, ac natalium, & de miſerabilium, egentiúmque perſonarum iniuriis, quæ ex obligatione in foro Eccleſiaſtico facta oriuntur: Item ſi quod ſit in templi, aut ad piam cauſam, relictum legatum atque ex edicto Vladiſlai Regis teſtamentarias cauſas ab eodem Iudice iudicari ait noſter Choppinus: ſed in ſummario domanij Poloniæ titulo iurium nobilitatis refert legem eſſe, quæ Eccleſiaſticis Iudicibus interdicit prorſus notionem cauſarum, quæ nobiles attinent. Et tit. de ordinationibus iuſtitiæ, aliam legem quæ prohibet laicum aſſignari in cauſa ciuili apud Iudicem Eccleſiaſticum: & hominem Eccleſiaſticum in eadem cauſa, apud Iudicem laicum: vult tamen alia lex ibidem, vt cogatur ſubire iuriſdictionem Eccleſiaſticam, qui ei ſe ſubmiſerit.

De vtili Ande. dominio ca. 2. tit. 4. artic. 2. in marg.

XIX. Item Heluetij foro Eccleſiaſtico ſolas cauſas matrimoniales, & fœneratores manifeſtos relinquunt: nec laicis concedunt inſuper eiuſdem fori opem implorare aduerſus debitores ſuos.

Ioſias Simlerus lib. 1. de repub. Heluet.

In repub. Genuenſi eſt ſtatutum, quod poſſint adiri Iudices Eccleſiaſtici in cauſis matrimonialibus, hæreſis, periurij, de ſeruando vel non ſeruando iuramento, in cauſis vſurarum, aut perhibendi teſtimonij; & in aliis cauſis, quæ ex forma ſtatutorum etiam ſpectare poſſent ad forum Eccleſiaſticum. Lib. 5. cap. 19. Stat. Genuenſ.

Qui nam ergo caſus proprij ſunt Eccleſiaſticæ iuriſdictioni Gallicanæ? perpauci ſanè: nempe de Sacramentis, & purè ſpiritualibus rebus, videlicet ſi de iure, non de facto, matrimonij agatur: Nam ſi prorſus negetur vllum interueniſſe matrimonium, quia tunc facti quæſtio eſt, Iudici laico hanc attribuimus, atque etiamſi clandeſtinitatis arguatur. XX. In litt. M.arr.f.

Quapropter egregius Senator D. Louet: Deleantur, inquit, ex regiſtro Eccleſiaſticæ iuriſdictionis citationes in cauſis præſumpti, & conſummati matrimonij: ſicque iudicauit Senatus Pariſienſis 11. Februarij anno 1606. ac ideò ſolet ab huiuſmodi citationibus appellari, tanquam ab abvſu. An autem ſuper nullitate pronuntiare valeat Iudex laicus, aut ſuper validitate? equidem extat ſententia præfecti Pariſienſis Senatuſconſulto 15. Maij anno 1601. confirmata; qua Madgalenam Trumulet, quod Nicolaum Autres ad nuptias ſecum ineundas ſeduxiſſet, fuſtibus verberandam iudicauit: quoad verò prætenſum matrimonium eiuſque nullitatem, hæc reiecit ad Officialem, declaratis interim conuentionibus nullius iuris. XXI.

Vnde præiudicatum eſt Eccleſiaſtici fori eſſe ſuper nullitate pronuntiare, quia ad illud ſpectat Sacramenti cauſa, & an ſubſiſtat necne videre: Sic eadem Curia Petrum Pouſſepinum, & Claudiam Angeriam ſuper fœdere matrimonij ad Officialem, remiſit raptus quæſtione ſpreta, quippe quia maior 25. annis illa erat cum primum ſponſionem à Pouſſepino accepit ſequuta inde copula. Certè ante edictum Bleſenſe, quo ſanctio Tridentina de nullitate clandeſtini matrimonij, Gallicana facta eſt, non ſolebat Curia diſſoluere matrimonia illicita, niſi capitali iudicio: ſed poſt illud de illis faciliùs pronuntiat, quandoquidem liquet ea nulla eſſe vi edicti. Solet verò nonnunquam ex meritis cauſarum, & conditionibus perſonarum ſi de nuptiis priuata ſtipulatione contractis, ex iiſque ſequuta carnali copula agatur, non quidem validas eas eſſe pronuntiare, quia nondum eis interuenit character Eccleſiæ, ſed viro indicere, aut moriendum illi eſſe ex crimine raptus, aut implendum XXII. XXIII.

ſolemniter quod clam promiſit: & poſteriùs eligentem iubere duci ſtatim ad ædes D. Bartholomæi palatio proximas, vt mox authoritate Sacerdotis nuptiæ ſanciantur. Sed hoc potiſſimùm vbi minor puella ſeducta eſt: nam inter maiores de ſponſionibus cognoſcens, non æquè id iudicat: ſed ſi ei non appareant legitimæ, abſoluit prorſus reum, nec ad Officialem rejicit. Ei autem non ſunt legitimæ ſi carnalis copula præceſſerit, nec mutuæ ac reciprocæ ſint ſponſiones, videlicet, ſi alteriùs tantum manu ſcriptæ, vel ſubſcriptæ ſint.

XXIV. Item ſi filius-familias minor licet cum minore puella contraxerit, & deceperit Eccleſiam vt eos connubio iungeret, id ſolet Curia authoritate ſua nullum dicere, & adoleſcentem mulctare pecunia puellæ danda in pœnam defloratæ illius virginitatis: modò tamen non maior perfecerit, quod minor promiſerat, vt in celebri cauſa nuperrimè iudicatum eſt: nec iſtis caſibus qui frequentiùs nimio occurrerunt quidquam Officiali relinquit. Quin etiam in quæſtione dotis, & ſtatus liberorum eius quam plures per annos concubinam, ac imparis conditionis quidam illuſtris familiæ extremum agens ſpiritum coniugem duxerat, iudicauit eadem Curia hos liberos hæredes defuncti legitimos, approbata in hoc inferioris Iudicis ſententia, ſic implicitè matrimonium ratum & validum declarans.

XXV. Quid de frigiditate quæ diſſoluendi matrimonij, vt nullius propter defectum aptitudinis ad coïtum, potiſſima cauſa eſt? Sanè quia facti eſt, imò neſcio quid pudendum & honeſtati Eccleſiæ repugnans continet non videretur apud Iudicem Eccleſiaſticum examinanda. Namque viſitationes & congreſſus, ac huiuſmodi experimenta quæ iubentur, horrori & pudori ſunt viſu & auditu, proindéque à D. Ambroſio deteſtata, qui ne ſimplicem quidem viſitationem vix auſus eſt iubere. Nam quædam, inquit, ſeruilis conditionis Altini inſpecta, & refutata, poſtea Mediolani nō meo quidem iuſſu, ſed Nicenti ex-Tribuni & Notarij domini vel patroni ſui voũltate viſitata eſt à locuplete fœmina, & huiuſmodi artis peritiſſima. Ipſe tamē vt Syagrij Veronēſis Eccleſiæ Epiſcopi deſiderio aliquatenus ſatisfaceret inſinuauit ſanctæ matronæ, vt virginē falsò ſtupri ſuſpectā viſitaret: Illa vero recuſauit, idque ſanctè. Hæc ille. Sic viſitatam eſſe D. Mariam vt de eius virginitate poſt partum certior eſſet fides, hancque inuiolatam retuliſſe obſtetrices refert Suidas: at penes eum fides. Neque

Ep. 64.

In verbo Ieſu-Chriſti.

enim pudori tantæ virginis hanc viſitationem conueniſſe crederem: neque ea opus fuit Zacheo Prophetæ vt virginitatem illam aſſereret, & ob eam aſſertionem martyrium pateretur, vt ſcripſit D. Baſilius: nec nos Orthodoxi iſtis fortè fabulis innitimur, vt incomparandam Mariam dicamus Virginem contra impios hæreticos: ſed propheticis de ea ſermonibus. At in aliis potuit adhiberi illa viſitatio, vt in Ioanna noſtra puella Aurelianenſis dicta: Sed mehercle pudicitia puellarum ex honeſta illarum conuerſatione æſtimanda eſt, non ex huiuſmodi viſitatione, quam vt incertam, incertaſque matronarum depoſitiones riſit, & adſcripſit inter populares errores Ioubertus non parui inter Medicos nominis. Vnde Ioanna perpetua caſtitas ſolitæ ſemper apud melioris notæ matronas eaſque viduas degere comprobata eſt potiùs, quam ex ea viſitatione. Sicque D. Ambroſio probata eſt Virgo ea de cuius virginitate dubitatur, reiecta inſpectione. Hæc incertitudo à veteribus quoque Medicis aſſeritur, vt ait D. Ambroſ. ibid.

Sed vt ad rem, neque hæc pudendorum viſitatio, neq; obſcœni congreſſus ad forum Eccleſiaſticum pertinere deberent. decentiùs quippè eſſet, hæc peragi apud Iudicem laicum, ab eoque ſi conſtaret de frigiditate aut alia inhabilitate, pronuntiare liquidam eſſe frigiditatem, aut inhabilitatem: ac deinde relinquere matrimonium diſſoluendum Iudici Eccleſiaſtico cui ſatis eſſe deberet, ſi à Iudice laico non appellaretur. Nam eſſet huic adquieſcere, aut ſi appellaretur, ſententia confirmaretur ſupremo Iudicio. Fruſtrà enim eſſet de actis ſic confirmatis cognoſcere cum Eccleſiaſtico Iudici in placita ſupremæ Curiæ nullum ius ſit, atque pro veritate actorum, faceret Senatus æquitas. Num verò æquè valida eſſet huiuſmodi actuum obſcœnorum relatio apud Iudicem laicum, ac ſi apud Eccleſiaſticum eſſet?

Verùm ſic vſus obtinuit, ſicque Iudex Eccleſiaſticus diſceptat de matrimoniis quæ licet confirmare queat, non tamen ei fas eſt pœnam carceris, aut aliam comminari illi quem condemnat nubere, ſi refragetur: non quidem quod eo caſu coactio adhiberi non debeat: namque D. Gregorius, & poſſe & debere iudicauit: ſed quia noſtris moribus non concedimus Eccleſiaſtico Iudici, vti coactione in laicum, quia ius territorij, & non proinde carceris habet vt ſequenti capite videbimus. ea denique ratione, nec poteſt quidquam decernere in laicos clandeſtini matrimonij ſponſores & mediatores. Hi enim puniri debent à Iudice laico, ac idem ius eſſe Hiſpanis Bovadilla refert. XXVI. Ep. 40 lib. 2. indict. 11. D. c. 18. caſ. 78.

XXVII. Sunt qui ſeparationis à thoro ob lepram & ſæuitiam, aut alios caſus ad eam neceſſarios, item adhæſionis cauſam, velint eſſe Eccleſiaſtici fori, ſi de facto conueniant coniuges, vt nihil ſuperſit quàm pronuntiare: ſed cum ibi non agatur de ſacramento an ſit, necne, cur non Iudex laicus competens erit?

XXVIII. Atque hi ſunt ferè caſus quos Eccleſiaſtico Iudici in laicos permittimus: nam de decimis idem eſt decidendum quod ſuprà diximus, vt in petitorio puro ſint Eccleſiaſticæ iuriſdictionis. Sicque tandem Epiſcopi deciderunt ea poſſeſſione qua tueri volebant ſuam in perſonalibus iuriſdictionem aduerſus ſeculares: & quod ſtatuto Regio anni 1539. per prouiſionem duntaxat fuit: videlicet ne dum pleniùs deliberaretur, citarentur interim laici in cauſis perſonalibus apud Iudicem Eccleſiaſticum: pro diffinitiua iam habetur vſu temporis, & rerum iudicatarum exceptione: adeò vt ne quidem carceri Epiſcopali Præpoſitum apud ſe citare poſſit Iudex Eccleſiaſticus ex cauſa rei elapſi. Deniq; neſcio an hodiè valeret prærogatiua qua quidam Epiſcopi ſe actionum perſonalium notionem habere dicunt.

Imbertus lib. 1. cap. 16. inſtitut. forenſ.

Idem ibid. cap 25.

Chopp. lib. 1. Polit. Eccleſ. tit. 2. n. 2.

XXIX. Vt verò in perſonas ius non habent, ſic neque in bona eorum, hinc quòd notatum eſt, non poſſe illum de dote impenſis, & intereſſe pronuntiare; quid verò an non idem Iudex

XXX. de validitate, aut nullitate matrimonij cognoſcens, poſſit eum, qui de Sacramento ſit abuſus, pœna pecuniaria mulctare? Nam exilio & multo minùs corporali ſupplicio eum caſtigare non poſſet, cum vix id ei liceat in Eccleſiaſticos, vt alibi notauimus. Quoad verò pœnam pecuniariam dicitur ex Concilio Triburieſi nongentis ſolidis Epiſcopo debere componere qui immunitatem Eccleſiæ violauerit: ſic Concilium Carthaginienſe 5. pœna eadem mulctat qui aduerſus Epiſcopum defenderit Clericum damnatum: & Gallicana Synodo Galteri Epiſcopi Pictauienſis pœna 20. librarum Turonenſium damnantur Archipræſbyteri & Decani qui cauſas maiores ſuſceperint.

Can. ſi quis contumax cá. 17. q 4.

Ex Bochello lib 8 decret. tit. 9. cap. 24.

Profectò hæc tolerata eſt condemnatio aduerſus Clericos in foro Eccleſiaſtico, modo nihil inde applicet Iudex Epiſcopo: licet enim controuertatur inter Doctores vtriuſque iuris, an Eccleſia habeat fiſcum: qui tamen affirmant hoc reſoluunt congruere decoro & honeſtati ordinis, vt nihil ex ea ſibi retineat Epiſcopus, ſed in pias cauſas eroget. Quod iamdiù Guilielmus Epiſcopus Bituricenſis prouidiſſe dicitur anno 1240. cum ante

Felin in cap. excommunicamus de hæret n. 1. & ad cap. irrefragabili de off. ordin. n. 8.

Digitized by Google

ſolerent Iudices Eccleſiaſtici pecunia reos mulctare, eamque Epiſcopo addicere, vt legitur in vita eius. Vnde non mirum quod pluribus poſt ſeculis Curia ſuprema ſolemni arreſto id Archiepiſcopo eiuſdem ciuitatis prohibuerit: nec ſecus Synodo Burdegalenſi anno 1582. & longè anteriore Synodo Prouinciali apud Salmurum notantur Archidiaconi qui à Clericis & laicis pœnam pecuniariam pro criminibus exigebant. Sic apud Hiſpanos mobilium Clerici confiſcatio ad Eccleſiam ita pertinet, vt hæc in pias cauſas conuertantur. Ergo ſententia declarare debet illam applicationem: ſi enim ſimpliciter dicatur condemnatum eſſe reum tanta pecunia, nec adjiciatur ad vſus pios, abuſiua erit; quaſi tacitè Iudex intellexerit ſe in commodum, aut fiſcum Epiſcopi condemnare: ita enim iudicauit Curia noſtra.

Lib. 8 tit. 75. cap. 1. & 3. decr.

Bovadil lib. 2. cap. 17. n. 199. & ſeq.

Chopp. de politia Eccleſ. lib 2 tit. 3 n. 10.

Sed quoad laicos nulla ratione pœnam pecuniariam ei poteſt imponere: vetuit enim iſtud eadem Curia Archiepiſcopo Bituricenſi ſub pœna dupli: multo minùs priuatione bonorum temporalium, aut honorum quemquam laicum priuare poteſt, vt volunt decreta quæ nobis quoad temporalia nullius ſunt iuris: neque etiamſi condemnatio à ſummo Pontifice proceſſerit. Vnde cum Ioannem Alebretam Nauarræ Reginam proſcripſiſſet ob hæreſim, cenſuiſſetque eius ditiones confiſcatas eis ad quos pertineret, vel quibus ipſe declararet: Carolus 9. contra hanc cenſuram valdè ſuccenſuit, tum ob alias cauſas, tum ob eam confiſcationem, quæ reſpiciebat temporalia etiam quibus ipſa in hoc regno fruebatur. Et quidem Gregorius magnus laudans Epiſcopi Carthaginienſis feruorem & diligentiam in coërcendis hæreticorum ſectis, reprobat nihilominus eius ſententiam qua ſubintulerat eos qui negligerent operam ſuam dare in eis perueſtigandis, dignitatum, & ſubſtantiarum priuatione eſſe plectendos: timens, vt ait, ne ea ſententia aliorum Conciliorum Primatibus ſcandalum generaretur, veluti quæ ſuam falcem in alienam meſſem mitteret. de temporalibus iudicanter. At quondam Epiſcopi Gallicani Ægidium Rhemenſem Maieſtatis reum exilio, ac bonis mulctauerunt. XXXI.

Cap. 10. 12 de pœnit. cap. 10. & 13. de hæreticis.

Ep 3. lib. 4.

Greg. Turon. lib. 10. cap. 19.

Sed quoniam dicitur poſſe Epiſcopum caſtigare laicum in Prætorio ſuo delinquentem: cuiuſmodi erit caſtigatio? Equidem omnis pœna ab eo imponi poteſt, modo ſanguinis effuſio immodica abſit: ergo carceri Epiſcopali eum per aliquot dies damna-

Digitized by Google

re poteſt & ieiunio, & verberibus: de quibus pœnis alibi notatum eſt.

Atque hæc de Eccleſiaſtici fori notione in laicos, tam de criminibus quam de ciuilibus & temporalibus rebus: vidimus etiam vſum aliarum aliquarum gentium quibus addere licet ex Cromero, in Polonia habere ordinem Eccleſiaſticum, vt apud alios ferè Chriſtianos populos, ſua iudicia, quibus omnes homines, etiam nobiles ſunt obnoxij; in ijs præſertim cauſis quæ cum religionis, aut perſonarum, rerumve ſacrarum cauſa connexæ ſunt: quales ſunt de inſtitutis & ritibus religionis, quæque his aduerſantur: de impietate, ſchiſmate, hæreſi, magia, incantationibus, fœnore, ſacerdotiorum cauponatione quam ſymoniam vocant: de cæde, vi, iniuria ſacris initiato homini, reive, aut loco ſacro, ſeu Sacerdotij fundo illata.

Lib 2. de repub. & Magiſtratib. Polonor. in cauſa & materia ciuili ſecularis: homo ad forũ Eccleſiaſticũ trahi non poteſt, nec Eccleſiaſticus ad ſeculare apud eoſdem Polonos vt exſcripſit Chopp. in libello de domanio Poloniæ qui Gallico domanio additus eſt.

In Hungaria cauſæ Eccleſiaſticæ ſunt iſtæ: matrimonij, teſtamentorum, dotium, rerum paraphernalium, iurium quartalitiorum, periurij, verberationis, & ſpoliationis Clericorum, ac mulierum, & aliæ quæ prophanæ non ſunt, vt ex Codice conſuetudinario eius regni tranſcripſit Choppinus.

Lib. 2. polit. ſacræ tit. 2. n. 3.

In Scotia leges ſunt, vt placitum [a] de dotibus & de teſtamentis ad forum Eccleſiaſticum pertineat: & de aduocationibus Eccleſiarum, & de iure patronatus. Alibi tamen: [b] Cum, inquit, totaliter vacat dos alicuius mulieris, ita quod nihil inde habeat mulier, tractandum negotium dicitur in Curia Regis. Sed an quia ibi de vacante dote agitur, id eſt de villa, ſeu fundo in dotem aſſignato, qui cum à nemine poſſideatur, mortuo viro, cedere debeat mulieri? itaque in poſſeſſionem eius mittenda eſt. Et quoniam poſſeſſio eſt facti, notio debet eſſe ſecularis Iudicis, an vacans ſit fundus ne perperam, & cum iniuria turbetur alicuius poſſeſſio. Vbi vero [c] dote priuanda eſt mulier ob adulterium, iudicium eſt Eccleſiæ: deinde fauor matrimonij vult, vt liberum ſit mulieri [d] eum etiam laicum ad Curiam Chriſtianitatis, id eſt, Eccleſiaſticam citare, qui contemplatione matrimonij fundum, vel etiam feudum ei promiſit. Secus ſi agendum ſit aduerſus alium qui hunc fundum detinet, quoniam eo caſu is fundus nulla ſacramenti aut fidei interpoſitione afficitur, ideoque purè prophanus dicitur.

a Ex lib Regia Maieſtas Scotiæ, ſeu leges & cæt. lib. 2. c. 2.
b Eod. lib. 2. tit. de dote nu. 52. & quid ſit dos vacãs, vide nu. 17. & ſeq. de teſtamentis, vt de illis controuerſiæ ſint fori Eccleſiaſtici, vide infrà eod. lib. 2 cap 38.
c Eod lib. cap. 17 n. 5.
d Eod. lib. ca 59.

Si [e] de ſtatu alicuius quæſtio ſit, puta an ſit legitimus filius defuncti, vt ſucceſſionem illius capiat, vel ab ea excludatur, priùs de

e Capo 50. & 51.

de matrimonio an interceſſerit, cognoſcere debet Iudex laicus: & ſecundum iudicium Epiſcopi, ſupplebitur in Curia Regis de adiudicanda, vel abiudicanda ipſi hæreditate.

Si laicus de mutuo interpelletur, nec creditor habeat vllum documentum, niſi quod fidem ſibi dediſſe de ſoluendo debitorem dicat, & probare velit, tunc de fidei tranſgreſſione, & læſione indagari poterit in Curia Chriſtianitatis, ita tamen vt Iudex Eccleſiaſticus conuicto periurij pœnitentiam iniungere valeat, non vero vltra de debitis laicorum, vel de tenementis, vt ibi dicitur. Lib. 3. cap. 7.

Si feudum Eccleſiaſticum petatur, placitum eſſe debet in foro Eccleſiaſtico: ſecus ſi petatur recognitio vtrum ſit Eccleſiaſticum, vel laicum, tunc enim iſtá recognitio fieri debet in Curia Regis. Eod. lib. 3 c. 25.

Sunt verò hæc & ſi qua alia ſic ad Curiam Epiſcopi, & Abbatis pertinentia, vt ea Curia haberi non debeat, niſi præſentibus Vicecomite, aut ſeruientibus eius: ex ſtatuto Alexandri 2. ad videndum, inquit, ſi Curia rectè tractetur. Cap. 14. ſtatut. Alexand. eod. vol. Regiæ Maieſtatis.

Porrò quod ſupra dixit lex notionem iuris patronatus eſſe fori Eccleſiaſtici fallit ſi de recognitione iſtius iuris agatur inter duos qui patronatum & præſentationem ad ſe pertinere, vtrimq. contẽdunt. Idq; ita procedit vt etiam Clericus, qui incumbit Eccleſiæ de cuius patronatu ambigitur, citari debeat ad forum laicum reſponſurus quo Aduocato, ſeu Patrono teneat ſe in illa Eccleſia. Et ſi comparere neglexerit, ſi feudum laicum non habeat per quod diſtringatur, mandabitur Epiſcopo, vel eius Officiali vt eum cogat parere, vel eum ſpoliet Eccleſia ſua, aut alio modo quo poterit puniat, vſque dum paruerit. Comparens autem ſi vlterius procedendum erit inter eum, & illum qui ſe dicit Patronum, aut Aduocatum, lis remittenda erit ad Curiam Eccleſiaſticam. Vide toto tit. 33. eod. lib. 3.

CAPVT VI.

DE EXECVTIONE SENTENTIARVM ECCLESIASTICARVM.

LECTIO.

1. *Executiones ſententiarum Eccleſiaſticarum à laicis Iudicibus ſemper expectandæ fuerunt.*
2. *Quia territorium Eccleſia non habet.*

Digitized by Google

3. *Sed diœceſim, & quid diœceſis.*
4. *Inde iuſsi à Conſtantino magno laici Iudices ſententias Eccleſiaſticas executioni dare.*
5. *Decretum Bleſenſe artic. 62.*
6. *Non habet Curia Eccleſiaſtica ius in temporalia, ideo non poteſt ea prehendere.*
7. *Quid de mobilibus Clerici.*
8. *Non habet ius prehendendi perſonas Eccleſiaſticas, niſi in prætorio, aut ambitu ædium Epiſcopalium:*
Laicos vero niſi in eodem prætorio, & ob atrox delictum ibi commiſſum.
9. *Eccleſiaſtici capti iuſſu Iudicis laici ob delictum commune, vel pœnam pecuniariam remitti debent ad carcerem Epiſcopalem.*
10. *Iudex laicus non debet cognitionem cauſæ præſumere, vt ſententiam det executioni.*
Secus apud Hiſpanos.
11. *Non tamen cogi poteſt per cenſuras: nec eas licitas eſſe in Iudices laicos exequentes ea quæ ſunt muneris ſui.*
12. *De clauſula excommunicationis ſolita apponi ſententijs Eccleſiaſticis.*
13. *De excommunicatis per annum & exceptione excommunicationis.*
Suſtinens excommunicationem per annum ſapit hæreſim.
14. *Valet hæc exceptio duntaxat aduerſus impetrantem beneficium.*
15. *Coërciti Epiſcopi auſi excommunicare Iudices laicos, vt Iudices.*
16. *De temporali iuriſdictione Eccleſiæ ob feuda, & ditiones temporales: & vt ei competat omnimoda iuriſdictio.*
17. *Sed Iudices illius debent eſſe laici, nec per ſe, aut per Eccleſiaſticos eam exercere poſſunt Epiſcopi, vel licet diſpenſati à Papa.*

NEC verò mirum ſi ſeculares poteſtates & Iudices, temporalium notionem, realiumq; cauſarum abſolutè in omnes cuiuſcumq; ordinis, ac perſonaliũ in
1. laicos à iuriſdictione Eccleſiaſtica ad ſuam retraxerunt. Abſurdum enim videbatur eam de iſtis velle cognoſcere & ſententias proferre, quas cum exequi non poſſet, debebat executionem ab illis mendicare: illoſq; iudicata exequi velut miniſtros, & quod maioris eſt cõſiderationis, inſcios de ſentẽtiarum iure. Non poterat autem ſiue in perſonas, ſiue in res: in primas quia non habet vim coactiuam, nec ius gladij: & perſonæ quoad corpus ſunt primario & principaliter principi & poteſtati tẽporali ſubditæ, vt iam diximus: vnde non videbatur quidquam in eas audendũ Eccleſiaſt. Iudici ſine huius permiſſu: In ſecundas

Digitized by Google

verò mobiles, aut immobiles, nihilo magis: nam mobiles ſequuntur perſonam: ideoque nec in eas manum injicere licuit vnquam eidem Iudici. Sed præcipua ratio quod nec in res ſeu mobiles, II.
ſeu immobiles, nec in perſonas executionem habet, eſt quia territorio caret, ſine quo nulla executio fieri poteſt. Nam in territorio, aut ſuper territorio facienda eſt. Quòd vero dicitur habere territorium abuſiuum eſt, non propriè, ſed reſpectiuè, id eſt reſ- III.
pectu finium diœceſium quæ territorio cohærent. Itaque vbi in iure canonico legitur Epiſcopum habere territorium, intellige diœceſim, ait Belluga. Hoc autem vocabulum idem ſignificat quòd adminiſtratio: ſed quia verſabatur circa prouincias & ciuitates, hinc prouinciæ & ciuitates diœceſes dictæ ſunt. Vnde Cic. ad Atticum mira expectatio noſtrarum diœceſium: & alibi: Ne omnium diœceſium quæ cis Taurum ſunt, omniumque earum ciuitatum magiſtratus, legationeſque conuenirent: rurſus idem: deinde ſi quid habebit cum aliquo Helleſpontino controuerſiæ, vt in illam διοίκησιν rejicias; id eſt in illam Prouinciam. Cum ergo diœceſes dicerentur pro ciuitatibus & prouinciis, & Magiſtratus in eam miſſi dici poſſent diœceſani, non dubium eſt quin diœceſis etiam eſſet pro territorio, & iſtis magiſtratibus territorium eſſet. Factis autem & conſtitutis Eccleſiæ magiſtratibus, id eſt Epiſcopatibus ad inſtar illorum diœceſanorum ſecularium, vt ibi haberent ſedes, id eſt in præcipuis ciuitatibus vbi ſeculariũ quoque ſedes erat: videretur diœceſis nomen idem quoque importare debere in ſpiritualibus & Eccleſiaſticis adminiſtrationibus, ac in ſecularibus & temporalibus, vt pro territorio etiam eſſet, niſi quod conſtitutionis ratio diſpar eſt: primæ enim pro animis ſunt duntaxat quæ territorio non continentur, niſi acceſſoriè per corpus: ſecundæ autem pro corporibus & rebus temporalibus quæ in territorio ſunt. Deniq; territoria ſunt Principum & poteſtatum ſecularium, vt ſæpiùs animaduertimus.

Belluga Rubr. 14. §. veniamus. rubr. 22. § & quia quotidiana.
Ioan. Galli q. 249. 276. 309. 363.
Ad App. Pulchr. lib. 3. ep. 8.
Ad q. Therm. lib. 3. epiſt. 53.

Itaque Conſtantinus magnus licet egregius fautor & propagator dignitatis Eccleſiaſticæ, non tamen voluit agnoſcere eos IV.
territorium habere vt ſuas ſententias per ſuos miniſtros exequerentur Epiſcopi, ſed ipſe quod ſui iuris erat retinens, nempe territorium, in mandatis dedit magiſtratibus ciuilibus eas exequendi: idemq; ſtatuit Iuſtinianus, vel etſi in cauſa Clerici redditæ eſſent. Ac Hiſpanis etiam hodie lex eſt, Ne Iudex Eccleſiaſticus executionem faciat ſuper laicis, aut eorum bonis niſi inuocato brachio

Sozom. lib. 1. cap. 9.
Nou. 123. c. 21. in principio.

V.

Lib.1.tit.9 pluribus legib. recopilacion. Lib.4 tit.1. l 14 15 Bovadil'a 3. cap.17 lib.2. n. 80. 81 Villadiego c.2. de la inſtruc. n 53.

ſeculari. Nos verò indulgentiores videmur: namque edicto Bleſenſi artic. 62. cautum eſt vt ſententias Eccleſiaſticas prouiſionales ſuper contractibus, obligationibus, vel chirographariis debitis vſque ad ſummam 25. librarum poſt illorum agnitionem apparitor Eccleſiaſticus quacumque via legitima ad effectum perducere queat nonobſtante appellatione. Quòd intellige in Clericos: namque cum ex contractu & obligatione conueniri non debeat laicus ad forum Eccleſiaſticum, nec poterit in eum ibi ea de cauſa proferri ſententia. Sed inde videbitur ſequi aliquod territorium habere iuriſdictionem Eccleſiaſticam: nam ſi eius apparitor poteſt quacumque via legitima exequi iſtas ſententias, an non etiam præhenſione immobilium. At iamdiù id abnuit Philippus 3. iniuriam facere dicens Epiſcopum qui facit miſſionem in bona immobilia Clerici auctoritate ſua cõdemnati; Poſtquam, inquit, res immobiles non ſunt de iuriſdictione ſua temporali: Et noſtra Curia ſuprema Lugduni ſolemnes conſeſſus habens anno 1596. infirmauit Capituli Claromontenſis decretum quo vnum ex ſuis Canonicis præhenſione temporalium eius mulctauit. Quid verò de mobilibus Clerici viuentis? ſanè faciliùs hoc indulgeri poteſt cum vilis eorum ſit ratio: viuentis dico: Nam mortui ſigillari, & deſcribi debent per Iudicem ſecularem non Eccleſiaſticum: hinc quod ſuprà notauimus inuentarij confectionem Eccleſiaſticis controuerſam. Quondam tamen nec mobilia audebant præhendere, ſed cogebant laicos Magiſtratus ea præhenſione fungi ſub pœna excommunicationis, vt eſt in grauaminibus Petri Cunierij.

VI.

Chopp ex prædicto diplomate tit f.n 15. lib 3. ſacræ polit.

VII.

Guido Papæ q 261.

VIII.

De his ſtyl. Parlam. pars 1. cap. 19. §. 9. & Molin. ibi. Ægid Magiſt. cap. 5 de appellat. Imbert. lib. 3. Inſtitut Forenſ. cap. 9 n. 16.

In perſonas autem ſi laicæ ſunt, non habet ius præhendendi, nec etiam ob delictum niſi in Prætorio ſuo id commiſerit, & graue debet eſſe vt vetere arreſto iudicatum fertur: tamen aliquando Curia conceſſit Archiepiſcopo Senonenſi ius præhendendi reos, etiam intra vniuerſarum ſuarum ædium ambitum, vt ſcribit Lucius: ſed hoc illis non eſt ius in apparitores & officiales Regios quomodocumque munus ſuum obeuntes. Eccleſiaſticos autem ex quocumque caſu iubere poteſt præhendi, ſed in ſuo tantum prætorio, aut iſto ſaltem ædium ambitu repertos non extra: nec ibi captos transferre de loco in locum ei licet, niſi petita magiſtra-

Sed extra Prætorium non licet præhendere Clericum ex mandato Epiſcopi, nec etiam intra Diœceſim eius, vt iamdiu Curia iudicauit. Ioan. Galli q. 276. & 309. Chopp. de iuriſdict Andeg. lib. 1. tit. 37. n. 9.

Senatuſcõſulto Mediolanenſi iudicatum eſt Epiſcopum non poſſe in laicum manus injicere, nec etiam ob crimina de quibus cognoſcere poteſt. Riccius parte 4. collect. 737.

Digitized by Google

tus ſecularis venia: nec reo carcerem conſtituere extra illam Curiam: itaque cum Decanus, & Capitulum Cœnomanenſe aliâs fundatum iuriſdictione in Canonicos dediſſet cuidam ex illis domum ſuam pro carcere, abuſiuum id iudicatum eſt.

IX.

Sed captum Clericũ à Iudice laico, vel apparitoribus laicis eius iuſſu etiã ob mulctas quibus eum notauit, remitti oportet ad Epiſcopalem cuſtodiam lege Epiſcopo dicta, ne illum emittat antequam ſolidum præſtiterit ſciturus ſe pro emiſſo, qui non ſoluerit præſtiturum. Imò nec inter reos delatus ad Iudicem laicum de crimine communi, interrogationem ſubire debet, quia ſtatim Iudici carcerique Eccleſiaſtico reddendus eſt, ibi interrogandus, ac ſubditurus quæcumque accuſationis acta; prohibito interim Epiſcopo ei carcerem reſerare, niſi vocato & conſulto prætore Regio. Sic ergo de carcere Eccleſiaſtico, qui laicis adeo alienus eſt, vt non poſſit Iudex Eccleſiaſticus etiam in cauſa ſpirituali, vt matrimoniali pronuntiare ſub pœna carceris.

Chaſſan. ad Rubr. 1. *des droicts de Iuſtice.* § 5. n. 18. iuris Burg.
D. Lizet lib. 1. cauſ. criminal.
Imberr. d. ca 9.
D. Seruin. in cauſa Elizabethæ Pallier.

X.

Quamobrem vbi maiore executione opus eſt, nec ſufficiunt apparitores Epiſcopalis fori, iubentur Iudices Regij dare operam vt ſententiæ Eccleſiaſticæ ſuum ſortiantur effectum. Nam vna iuriſdictio aliam iuuare tenetur: nec de earum validitate illis fas eſt cognoſcere, relicto tantum partibus appellationis, ſiue ſimplicis, ſiue ab abvſu remedio; qua in re derogatum eſt conſtitutioni ciuili: Secus apud Hiſpanos. Ibi enim non cogitur Iudex Eccleſiaſticus ſententiam Eccleſiaſticam exequi, niſi viſis actis litis: & ſi non exequentem excommunicet Epiſcopus, iubebitur à magno Conſilio eum abſoluere.

Edict. Meldun. artic. 24.
d. cap. 21. Nou. 123.
Alphonſ. Villadiego ca 2 n. 53
Riccinus collect. 337.

XI.

Nec ſecus Neapoli obſeruatur, vt Iudex ſecularis imploratus ab Eccleſiaſtico, vt exequatur ſententiam eius, poſſit dicere, volo videre proceſſum: & debet, inquit Riccius, videre. Atque ſi appareat iniuſta ſententia, non tenebitur illam executioni mandare. Quod tamen fallit in iudicio propter hæreſim lato, quia hæreticorum perſonæ cenſentur fori Eccleſiaſtici.

In praxi deciſ. 315.
Idem deciſ. 330

Licet vero apud nos Iudex laicus teneatur curare vt ſententia Magiſtratus Eccleſiaſtici effectum ſortiatur, non tamen toleraremus illum ad id cogi per cenſuras Eccleſiaſticas: ſiquidem ex priuilegio Apoſtolico excommunicari nequit Rex ab Antiſtibus Galliæ, nec etiam Magiſtratus, & Iudex ſecularis pro actu exercitij iuriſdictionis temporalis: Itaque Senatus Aquenſis in Phocenſi Prouincia Paulum Huraltum Hoſpitalium Archie-

Thuan. lib 116.

piſcopum, à quo proſcripti fuerant Iudices Regij, coëgit proſcriptionem abrogare, ac de abrogatione inſtrumentum ſolemne dare: Itemque Senatus Burdegalenſis ſanxit, vt nemo Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum auderet Regios Magiſtratus, aut alios Officiales munere ſuo fungentes diris vouere, addita mulcta 10. aureorum millium, quam Surdiſium Cardinalem vrbis Antiſtitem incurriſſe, ob excommunicatos ab eo illos Magiſtratus ex munere ſuo, declárauit anno 1606. Sic apud Anglos non ab hodierna ætate cum Epiſcopus Lincolnienſis Clericum incontinentiæ accuſatum ſuo beneficio priuaſſet, & cedere nolentem excommunicaſſet, mandaſſetque Vicecomiti Rotholandiæ in cuius comitatu ille erat, vt contumacem captum teneret: Deinde Vicecomitem non parentem conſortio ſacro excluſiſſet: Henricus 3. auditam de hac cenſura Vicecomitis querelam reiecit ad Innocentium 4. qui nihil vltra inhibuit, quam vt ne Eccleſiaſtici cogerent apud ſe litigare laicos in his quæ pertinent ad iuriſdictionem Regiam: neve ob id in eos ferrent excommunicationis ſententiam. At iam Henricus 2. ægrè tulerat, quod D. Thomas Cantuarienſis diris vouiſſet Guilielmum Ainesfortium: aſſerens neminem, qui à Rege teneret, vel qui miniſter eius eſſet, excommunicandum eſſe, niſi eo conſulto: idque poſtea in conuentu Clarendonenſi ſanxit.

[Idem. — Idem lib. 136. — Math. Paris ad an. 1250. — Idem ad an. 1164. — Can. 3. Tolet. 11]

XII. Porrò Iudices Eccleſiaſtici de omnibus ferè rebus, & controuerſiis iudicantes ſolebant, quo citiùs adquieſceret ſententiæ condemnatus, ei clauſulam ſub pœna excommunicationis aduerſus inobedientes inſerere: eaque vis excommunicationis erat, vt intra annum neceſſè haberet excommunicatus abſolutionem quærere, quam tamen promereri non poſſet niſi ſatisfactione præuia.

[Cap. 7. & 8. de pignorib. cap. 31. de Off. Iud. deleg.]

XIII. Quod ſi abſolutionem negligeret, interpellabat Iudex Eccleſiaſticus laicum Iudicem, vt bona eius tam mobilia quam immobilia iuberet præhendi: idque ex conſtitutione D. Ludouici anno 1228. menſe Aprilis, quamvis recenſeat Ioinvillæus aliquãdo Prælatos eum Regem adijſſe, & orante Epiſcopo Altiſſiodorenſi monuiſſe actum eſſe de fide Chriſtiana, niſi ſubueniret: Proinde orare conſtitutionem faceret qua Iudicibus ſuis præciperet, vt qui anno integro excommunicationem tuliſſent, eos cogerent abſolutionem ab Eccleſia petere: at reſpondiſſe Regem, hoc quidem ſibi placere, modo iſtis Iudicibus liceret de

[Rebuff. ad tit. forma mandat. Apoſto'. in Concord. verbo quavis occaſione.]

Digitized by Google

æquitate, vel iniquitate ſententiæ inquirere. Quòd Eccleſiaſticis renuentibus: Nec ego, inquit, annuo poſtulationi veſtræ: Num enim meminiſtis Epiſcopum Britanniæ ſeptem per annos tenuiſſe cenſura Eccleſiaſtica ligatum eiuſdem Prouinciæ Comitem, qui tandem cum hæc cenſura iniuſta eſſet, abſolutus eſt à ſummo Pontifice? quòd ſi eum coëgiſſem, gratiam deprecari ab illo Epiſcopo neceſsè habuiſſet præſtare, quæ hic contra ius & rationem poſtulabat. Sicque iniurius illi fuiſſem. Hæc ille. Vnde vides olim eam fuiſſe praxim, vt excommunicatus teneretur intra annum ſe abſoluendum curare. Quod & Philippus Ludouici filius confirmauit his verbis: Et primò ſuper excommunicatis compellendis qui ſuſtinuerunt excommunicationem per annum, Scire vos volumus, quod conſtitutionem Domini, & genitoris noſtri quæ incipit Cupientes, de menſe Aprili anno 1228. nolumus in aliquo contrahere. Denique vt omni ratione cogeretur execratus veniam petere, nullatenus ei quaſi mortuo licebat in iudicio ſtare: namque repellebatur excõmunicationis exceptione quæ adeo valida erat iure decretorũ, vt proponi poſſet in quacumque parte litis: color fuit ne quiſquam in periculum animæ ſuæ excommunicato communicare cogeretur: quin & ſi non opponeretur, Iudex officio excommunicatum repellere poſſit. Sed veteri noſtro iure iſtud limitauit Curia, vt ſtatim & à limine litis exceptio probari deberet, aliâs non admitteretur. Vlteriùs voluerunt Epiſcopi vt apud eos citaretur qui anno integro excommunicationem ſuſtinuerat velut de hæreſi ſuſpectus. Nec mitior in hoc Machabeus Scotorum Rex edixit, vt hoſtis reipub. haberetur qui execratus Pontificis authoritatem annum totum contempſiſſet: qui verò duos annos fortunis omnibus mulctaretur, vt ſcripſit Boëtius lib. 12. apud Anglos mos quondam fuit, vt qui anathemati per 40. dies hæſiſſent, carceri traderentur. Sed anno 1306. Eccleſiaſtici Angli queſti ſunt, quod huiuſmodi incarcerati permitterentur per Vicecomites obire plateas, & ciuitatem vbique. Queſti etiam quod deferrentur regia ad Epiſcopos reſcripta, vt cautione accepta, etiam antè ſatisfactionem acceptam, implicitos anathemate liberarent: & coloni, atque tenentes, vt appellant, Regis, anathema in quo iam per 40. dies pertinaciter manſiſſent, eo prætextu eludebant quod extra parochiam euocari non deberent: neque contra huiuſmodi fruſtratores reſcriptum regium de ca-

Choppinus d. tit. f. n. 15.

Huic formula Papienſis in practica Papiẽſi Petri Ferrariẽſ. tit. 4.

Cap. 13. de except.

Anno 1267.

Idem Chopp. de communibus Gallic. cõſuetud. præcept. parte 1. q. 1 artic. 4.

Lib. 2. decret. Eccleſ. Gallic. tit. 14. cap. 56.

Nicolaus Harpsfeldius in Anglicana hiſtoria ad 13. ſecul. cap. 9.

Digitized by Google

piendo, vt vocant, excommunicato dabatur. Cumque alij vi illius reſcripti comprehendendi eſſent: dicebant ſe ab Epiſcopo prouocaſſe, aut non eſſe ex diœceſi Epiſcopi: magiſque illis fides adhibebatur, quam Epiſcopo neganti huiuſmodi appellationem interpoſitam eſſe, aut affirmanti ſuæ reum eſſe iuriſdictionis.

Itaque plus 40. diebus nefas erat in excommunicatione permanere. Quin etiam hodie lege Hiſpana qui 30. diebus manet in excommunicatione 30. marauedis punitur: qui ſex menſibus, ſex millibus: diciturque in praxi eſſe ibi, vt Iudex Eccleſiaſticus cognoſcat de laico perſeuerante in excommunicatione. Quin etiam poſſe eum ſeculari Magiſtratui prohibere, ne admittat excommunicatos litigantes, aut teſtimonium ferentes. Sed Villadiego ait exceptionem excommunicationis mixtam eſſe Hiſpanis, adeò vt proponi poſſit antè & poſt conteſtationem, & in quacumque parte litis ad differentiam dilatoriæ exceptionis, quæ proponi apud eos debet ab initio, aut ſaltem poſt nouem dies à conteſtatione: & peremptoriæ, quæ poſt dies 20. à conteſtatione allegandà eſt. Licet vero ei qui excommunicatus eſt quod non acquieſcat ſententiæ, appellare ad Regios auditores, qui appellatione ſuſcepta præcipient Tabellioni, vt acta cauſæ ad eos mittat: & rogabunt Iudicem Eccleſiaſticum pro excommunicati abſolutione, quam ſi ter rogatus negauerit, mulctabitur priuatione temporalium ſuorum. Apud Germanos autem iſta exceptio reiecta eſt, eorumque axioma eſt excommunicationem animæ non corpori eſſe nocituram: nec eſſe per eam excommunicati in iure ciuili conditionem deteriorem, nec feudali ſi imperij proſcriptio excommunicationem non ſequatur nec etiamſi anno inſorduerit, vel excommunicatus à Papa. Verùm apud nos licet Gallicanis Synodis dicatur hæreſim ſapere, qui anno integro ſuffert excommunicationem, adeo vt citari iubeatur apud Epiſcopos de opinione hæreſis, quam ſua cõtumacia dederit, ſe purgaturum: tamen hæc in foro ciuili non ampliùs valent: ſiquidem noſtra Cùria abuſiuam declarauit monitionem Officialis, qua poſt annum præceperat excommunicato, vt abſolutionem ſuam procuraret: Sic refert Rebuffus loco ſupracit. to. Eum tamen qui 15. annorum in excommunicatione ſe eſſe paſſus

Gutierres lib. Canonicat. quæſt cap. 12. Bovad d cap. 17. lib 2. nu 49.

Id. Bovad. ibid. n. 76.

Villadiego ca. 1 n. 10. cũ n. 8. 9.

Couarr. tit. de Eccleſiaſt negotij apud ſeculares examine.

Artic 63. lib 3. ſpeculi ſaxonici artic. 5. iuris municip Magdeburg.

Eod lib. 2. decre. tit 14. c. 31. ex Synodo apud Compendium an. 1303. cap. 56.

Ibid. ex Synodo Carnotenſi anno 1526. & cap. 31. ex Synodo Aquenſi an. 1585.

Romæ exceptionem excõmunicationis allegans poſt lapſum ſecundæ dilationis ſtatutariæ nullatenus audiatur niſi deponat ducatos auri 5. parti aduerſæ aſſignandos, niſi de ea intra tres dies vtiles legitimè docuerit. lib. 1 cap. 63. ſtatut. vrb. Romæ. Papon. lib. 18. tit. 7. art. 16.

fuerat,

fuerat, eadem Curia tulit citatum eſſe ab Inquiſitore fidei velut de fide malè ſentientem, & appellantem à citatione tanquam ab abuſu excluſit, iuſſitque in carcerem Epiſcopalem trudi, vt de eo Inquiſitor cognoſceret, arreſto 7. Maij anno 1538. Nihilominus ea excommunicationis exceptio reiecta prorſus eſt videlicet in foro ſeculari non in Eccleſiaſtico.

Nam obeſt impetranti beneficium quod plus anno cenſuram paſſus ſit; neque generalis clauſula (abſoluenteſque) bullæ inſerta ei prodeſt, videlicet ſi ob crimen ſit excommunicatus, non ob æs alienum. Ergo non ampliùs eſt authoritas Iudici Eccleſiaſtico in foro contentioſo ob excommunicationem: multò minùs in Iudices ſeculares vt cogere eos poſſit ſub pœna excommunicationis in huiuſmodi excommunicatum quod ſuæ poteſtatis eſt decernere: imò nec aduerſus eos ſuam iuriſdictionem eadem pœna tueri poteſt. Quapropter cum Archiepiſcopus Tholozanus Præſidiarios eius vrbis magiſtratus communionis expertes feciſſet, ob non redditum foro Eccleſiaſtico Clericum, Curia ſuprema graui Senatuſconſulto eum iuſſit reuocare ſuas cenſuras, atque eas ſic ex monumentis Epiſcopalis Prætorij delere, vt nulla earum veſtigia deprehendi poſſent. Necnon Caſtrenſis Epiſcopus ab eadem mulctatus eſt duobus millibus aureis ob excommunicatos ab illo Senatores quod eum damnaſſent reparationibus Eccleſiæ ſuæ contribuere. Sicque abrogantur omnes Synodi Gallicanæ quibus deuouentur ſeculares Iudices ſuam iuriſdictionem aduerſus Eccleſiaſticos tuentes, vel audentes quid facere quod illi ad ſe pertinere putabant.

XIV. Rebuff. ibid. Carond. in Pādectis lib. 1. ca. 10. ſub f.

XV. Papon. lib 1. tit. 4. arreſto 9. Maynard. q. 1. lib. 1.

Ex Bochello lib. 8. decret. tit. 9 cap. 27. 28. 29. 41. 39. & aliis.

Quæ vero huc vſque dicta ſunt de Eccleſiaſtica iuriſdictione, & Eccleſiaſticis Iudicibus, intelligere oportet de ea quæ merè Eccleſiaſtica eſt. Nam certum eſt noſtris plurimum Epiſcopis temporalem competere in quaſcumque perſonas, & de quibuſcumque criminibus, ac rebus: exceptis duntaxat quæ ſpecialiter foro regio conueniunt. At hæc non propriè eſt Eccleſiæ, ſed Principis qui feuda ſic ei conceſſit habenda cum iuriſdictionis poteſtate, vt ſupremum dominium ſibi retineret ex eoque Eccleſiaſtici, & Epiſcopi ſunt eius ligij & vaſſalli. Vnde olim cogebantur, & comitatum aſſiduè frequentare, & militiam exercere: indeque orta ſunt inueſtiturarum iura tantis contentionibus inter Pontifices, Imperatores ac Principes ſeculares controuerſa: quæque olim Paſchalis vt ab Eccleſiæ iugo remoueret, cenſue- XVI.

Digitized by Google

rat ciuitates, ducatus, marchionatus, & cætera huiuſmodi Imperatoribus, ac Principibus remittenda eſſe, quaſi inueſtituras neceſſariò exigerent. Quod iam notauimus & ſeriem huius contentionis videbimus in hiſtoria ſchyſmatum Pontificum Romanorum & Imperatorum. Sed reclamantibus Epiſcopis ab ea remiſſione, iſta iura relicta fuerunt Epiſcopis, ſed ita vt poteſtati laicæ debeant quæcumque ſunt ſupremi dominij. Ergo per ea habet Eccleſia iuriſdictionem temporalem, & quidquid alteri iuriſdictioni temporali competit.

XVII. Quapropter ſanguinis pœnas irrogare poteſt, bonis temporalibus priuare ex conceſſione Principum, à quibus multam iuriſdictionis temporalis authoritatem Clerus accepit, vt ait Gerſonius. At non per ſe neque per Iudices Eccleſiaſticos, ſed per ſeculares, ne Eccleſia in laicos & temporalia ius ſibi adtribuat: quod apud nos veriſſimùm eſt, & apud alias quoque gentes: ac propterea lege Hiſpana cautum eſt, Ne Prelati huic iuriſdictioni alios præficiant quam laicos, è quorum ſententijs appelletur ad Cãcellarias regias: neve in ea iuriſdictione cenſuræ adhibeantur: quin & vacantis Epiſcopatus iuriſdictionem temporalem Rex ſuis Iudicibus committendi ius habet. At olim noſtri Eccleſiaſtici ſecus præſcripſerant. Nam Petrus Cunierius pro Regiis Magiſtratibus querebatur, quod Eccleſiaſtici pro cuſtodia temporalitatis ſuæ faciebant Clericos ſuos Bailliuos & ſeruientes: & ſic quando delinquebant non poterant puniri. Ergo cum hi Iudices Eccleſiaſtici ſint ſeculares, pro rebus ſecularibus notiſſimum eſt eis competere territorium, & proinde ius præhendendi, vt pro Epiſcopo Beluacenſi iamdiù iudicatum refert Gallus. Nec huiuſmodi iuriſdictio irregularitatem conciliat Epiſcopo, quamtumcumque irrogetur ibi pœna ſanguinis per illius Iudicem. Quod vero ait Bovadilla Papam diſpenſare poſſe Epiſcopum, vt per ſe eam iuriſdictionem exerceat, ſicque diſpenſatum eſſe Archiepiſcopum Cæſar-Auguſtanum, vt per ſuos delegatos exerceret: non obtineret apud nos vbi ſummus Pontifex nullatenus diſpenſare poteſt in temporalibus: & miror etiam recipi in Hiſpania, cuius ſolidum territorium eſt in dominio immediato Regis, vt ait Belluga. Quapropter cum Magiſtratus Regij quædam iuriſdictionis acta peragerent intra fines diœceſis Toletanæ, ac de hoc quereretur Archiepiſcopus Toletanus, reſpondit Iſabella Regina, id poſſe ſuos Iudices quandoquidem ſupre-

Tit. de Eccleſ. poteſt. conſiderat. 4.

Ley 8 lib. 1. tit. 3 recopilacion. Bovad. lib. 2. cap. 18 caſo 23. cap. 17 n. 195. & ſequentib.

art. 60.

Q. 172.

d. c. 17. caſo. 4.

Rubr 14. §. veniamus de ſpec. princip.

ma ſit domina totius Regni, & quarumlibet partium eius. Placuit tamen arbitros accipi, qui eam controuerſiam dirimerent, quinque Eccleſiaſticos, & quinque Laicos: Sed hi negotium indiſcuſſum reliquerunt.

CAPVT VII.

DE PRIMA SVMMI PONTIFICIS iuriſdictione in laicos ex cauſis criminalibus & ciuilibus.

LECTIO.

1. De D. Petri Apoſtoli iudicio in laicos Ananiam & Zaphyram.

2. Quid ſit quod primi Pontifices Romani maiora Eccleſiæ negotia ad ſe voluerunt deduci.

3. Omnimodo iuriſdictionem exercere potuerunt: quando, & quomodo.

4. Quando cœpit Romani Pontificis temporalis authoritatis creſcere Romæ.

5. Eius tamen præcipua fuit iuriſdictio in Clericos.

6. Iuriſdictio criminalis quam exercuit Gregor. magnus etiam in laicos.

7. De ſymonia iamdiu in hoc regno graſſante.

8. De incantatoribus & ſacrilegis per Notarium diſcuſſis & qualis eſſet Notarius.

9. De maleficis.

10. De ſtupratore, & violatore virginis.

11. De ſacrilegis.

12. Iudæos non eſſe obnoxios ſacris Chriſtianorum legibus.

13. De eiuſdem D. Greg. in ciuilib. iuriſdictione, vt in cauſis realibus & poſſeſſorijs.

14. In cauſis viduarũ & pauperũ.

15. In teſtamentarijs.

16. Teſtandi facultatem conceſſit.

17. Eiuſdem de hæreditate & ſucceſſione cognitio.

18. Quadragenariam præſcriptionem Romana Eccleſia approbauit.

19. Alia iuriſdictionis aliorum Pontificum Romanorum in laicos, atque etiam Reges exempla.

20. Prætextu iuriſiurandi ſuſceperunt quoque iuriſdictionem de rebus temporalibus.

21. De legato in teſtamento relicto laico.

22. Procuratorum, Defenſorum & Aduocatorum quondam Eccleſiæ munus.

23. De Iudicibus Vniuerſitatis Pariſienſis.

24. Petitoria & poſſeſſoria cauſa à Romano foro reuocata.

25. *Nullam iuriſdictionem & authoritatem Romani Pontificis in temporalibus agnoſcunt Galli.*
26. *De inducta à Romano Pontifice forma teſtamenti conficiendi per parochum & duos teſtes.*
Vetere vſu Gallico ius ſcriptum in teſtamenti ſolemnitate obſeruabatur.
27. *Non poteſt ſummus Pontifex in integrum reſtituere apud nos.*
28. *In cauſis ſpiritualib. & Eccleſiaſticis non eſt laicorum Iudex in prima inſtantia.*
29. *De appellationibus ex cauſis laicorum, vt olim ad eumdem Pontificem deferebantur.*
Exempla Regum & Principum, qui appellauerunt.
30. *Ob res temporales vetita appellatio ad Rom. Pontificem.*
31. *Ob res Eccleſiaſticas & ſpirituales quatenus tolerata.*

DISCVSSIS Eccleſiaſtici fori inferioris iuribus in laicos quæ, & qualia primùm fuerint, vt aucta, vt diminuta tandem: Nunc de ſuperiore foro, ſummi videlicet Pontificis, agendum eſt.

1. Fatemur præcipuam à Chriſto conſtitutam eſſe Petri & ſucceſſorum eius poteſtatem in omnes fideles, eamque ſpiritualem: Sed de temporali & contentioſa, nihil expreſſiùs habemus quam quod iam notauimus: nec vero Petrum exercuiſſe in laicos de quibus nunc eſt ſermo, poteſtatem ob res temporales legimus, niſi fortaſsè aduerſus Ananiam & Zaphyram per ea verba, Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, ſed Deo. ad quæ verba ſtatim ceciderunt, & expirauerunt: tanta vis Apoſtolici verbi. Sicque Caballiſtæ Hebræi ferunt ſolo verbo occiſum eſſe à Moſe Ægyptium, qui percutiebat Iudæum: ac referunt etiam cum Rex Ægypti in carcerem illum miſiſſet, quia liberationem populi poſtulabat, carcere per ſeipſum aperto noctu egreſſum, eum ad Regem veniſſe, & illo iubente dicere nomen eius à quo miſſus eſſet, id pronuntiaſſe: eoque pronuntiato Regem inſtar mortui cecidiſſe, & tacente Moſe ipſum velut reuixiſſe. Sic Clemens Alexandrinus lib. 10. Stromaton. Ea igitur pœna luerunt Ananias & Zaphyra ſuam fraudem. Verùm nihil in hoc exemplo contentioſi fori, at abſoluti quod profectò maius eſt. Nec enim qui Spiritu Sancto reuelante fraudem ſciebat, alia conuictione opus habebat. Quod ſi horribilis ille caſus præbet exemplum authoritatis Epiſcopalis, (ac mehercle præbere puto,) Nonne argumentum erit eius qua

Petrus inſtructus erat? Siquidem is eſt qui ſolus loquitur: ac ne quis dixerit damnationem potiùs à Deo, quam à Petro proceſſiſſe: nam Petrus nullam expreſsè ſententiam tulit: reſponſio facilis erit: Deum vindicem eſſe, & Iudicem omnium ſcelerum quæ abſque vllo hominum miniſterio punire poſſet: ſuos tamen conſtituiſſe miniſtros per quos res humanas exequeretur: ſicque potuiſſet Ananiam & Zaphyram perdere ſubditò, nec loquente Petro. Quod verò non perdidit, niſi poſtquam ille loquutus fuerit, eò pertinere videtur, vt ſciremus Petro eſſe datam iudicij authoritatem, quæ foret Deo curæ. Non vero capitalem ſententiam dixit, aut mortem imprecatus eſt, vt ſtultus Porphyrius calumniatur, ait D. Hieronymus; ſed Dei iudicium prophetico ſpiritu annuntiauit, vt pœna duorum hominum eſſet doctrina multorum. Et ſanè teſtatur ſcriptura timorem magnum inde factum eſſe in vniuerſa Eccleſia.

Ep. ad Demetriad 18 lib. 2. ſelectar.

Porrò crimen dici poteſt Eccleſiaſticum, ſiquidem illis fraudantibus partem pretij quod deſtinauerant Eccleſiæ. Nulla verò deinceps iudiciorum in laicos monumenta, vel ſtatuta ab Epiſcopis Romanis Petri ſucceſſoribus leguntur, niſi Vrbani 1. producatur canon aduerſus diripientes res Eccleſiaſticas vt perpetua damnarentur infamia, & carceri traderentur, aut exilio.

II. Primis autem Pontificibus Romanis aliquot adſeribuntur epiſtolæ quibus nihil quidem in laicos, aut pro laicis pronuntiant ſpecialiter: ſed Epiſcoporum accuſationes de quibus diximus, & maiora Eccleſiæ negotia ad ſe referri voluerunt. Quænam verò eſſent iſta maiora negotia, an duntaxat de cauſis & rebus Eccleſiaſticis, an etiam de prophanis & in laicos, & an Eccleſiæ nomine totus fidelium cœtus intelligeretur; an ipſa duntaxat Eccleſia ſtrictè ſumpta pro ipſis rebus & perſonis Eccleſiaſticis, non liquet: ſed dici poteſt quoniam ſalus omnium eis curæ fuit, omnes fidelium controuerſias quibus periclitaretur quæque non facilè poſſent ab aliis diffiniri, non ſubterfugiſſe illos: & quandoquidem

III. vt ſupra probauimus potuerunt non ſolum laici, ſed etiam Epiſcopi ſedere in omnibus cauſis, ſic fieri potuit vt Romani Pontifices promiſcuam iuriſdictionem exercuerint: ſed arbitrariam ac voluntariam, vt de aliis Epiſcopis diximus, quia executionem non habebant: nec ſub infidelibus, nec ſub Chriſtianis Imperatoribus, quippè quorum legibus obnoxij erant.

IV. Cum verò Gotthi, Hunni, & Vandali viciſſim Italiam inua-

ſiſſent, proindéque rebus turbatis minùs Romæ Imperatoris Maieſtas præualeret, credibile eſt ciues Romanos ad Pontificem Romanum reſpicere cœpiſſe, vt qui præcipuum illorum eſſet caput: indeque authoritate eius aucta fieri potuit, vt vrbis Romæ adminiſtratio plurimùm ab eo penderet, vt videbimus in hiſtoria Ducatus Romani: quanquam eſſent ibi & Senatores & Præfectus qui vix tuliſſent ſe fraudari ſua iuriſdictione. Sed etiam ante illa tempora, hunc Pontificem adeſſe ſolitum in Senatu patet ex Leonis nouella quam mox referemus. At ſub ipſis Gothis Theodoricus illorum Rex ſummum obtinuit Romæ principatum, eumque ad ſucceſſores tranſtulit, quorum Athalaricus cum præfeciſſet Prætorio Caſſiodorum eius, ad Ioan. 1. leguntur hæc verba: Vos Chriſtiano populo ſpeculatores præſidetis: vos Patris nomine vniuerſa diligitis: ſecuritas ergo plebis ad veſtram reſpicit famam, cui diuinitùs eſt commiſſa cuſtodia. Quapropter nos decet aliqua cuſtodire, ſed vos omnia; Paſcitis quidem ſpiritualiter vobis commiſſum gregem: tamen nec iſta poteſtis negligere quæ corporis ſubſtantiam videntur continere: ſum quidem Palatinus Iudex, ſed non deſinam veſter eſſe diſcipulus: nam tunc iſta rectè gerimus ſi à veſtris regulis minimè diſcedamus. Hæc ille. Ex quibus deprehenditur quanti faceret Pontificem: non tamen proindè ab eo pendebat omnis iuriſdictio: ſed

V. idem Athalaricus de Clericis duntaxat ſanciens, voluit vt nullus ad Romanum clerum pertinens vocaretur apud Iudicem laicum niſi priùs ſummus Pontifex interpellatus neglexiſſet de illo iudicium reddere. Porrò Ioannes ſedebat anno 523. tum imperante Iuſtino cui ſucceſſit Iuſtinianus, cuius de Eccleſiaſtica & laica iuriſdictione leges ſupra recenſuimus. Itaque potuerunt Pontifices Romani cauſas Eccleſiaſticas iudicare, etiam coram ſenatu, cuiuſmodi Valentinianus de Manichæis loquens: Quæ, inquit, & quam dictu, audituque obſcœna in iudicio beatiſſimi Papæ Leonis coram Senatu ampliſſimo manifeſta ipſorum confeſſione patefacta ſunt?

Ep. 14. lib. 4. variar. Caſſiod.

Lib. 2. tit. 2. Nouel. Valent.

VI. Sed qui plura præbet rerum iudicatarum exempla Gregorius eſt magnus quem author vitæ illius apud Photium in bibliotheca, ait, Simul ac Pontifex factus eſt, nactum eſſe diuinitus veluti alterum Salomonem ſummam iudicandi poteſtatem. Is verò non eſt credendus ſibi ſubitò attribuiſſe iuriſdictionem, ſed ea vſum eſſe quam inuenerat. Itaque nos docebit quovſque iam progreſſa erat illa iuriſdictio.

Digitized by Google

Et quidem vt à criminibus exordiamur, cum Theodorus magiſter militum religioſos Eccleſiæ Turritanæ homines graui moleſtia, & corporalibus etiam iniuriis per ſuos milites (quod genus ſacrilegij erat) afficeret, non ipſe ſibi huius criminis notionem & iudicium tribuit, nec alicui Epiſcopo, ſed Exarcho Africæ: quia, inquit ad eum reſcribens: Hæc omnia conuenit veſtram excellentiam emendare. Idem de ſymoniacis corrigendis noſtros Principes admonuit, ſed ita vt congregari Synodum iuberent, ex cuius diffinitione poteſtatis, tamen regalis imminente cenſura tanta hæreſis amputaretur: adeo hæc peſtis huic regno fatalis eſt, vt quæ iam ab illo tempore ad vſque noſtra horrendum in modum nullaque non omnipotentis ira dignum ſerpſerit. Sed iſtos iniurios in Sacerdotes fortaſsè reliquit Exarcho, non vt iudicarentur, ſed vt punirentur, quaſi manifeſtè adeò iniurij vt nulla opus eſſet examinatione per formulas contentioſi fori.

Lib. 1. indict. 9. ep. 59.

VII. Ep. 53. 54. 55. lib. 7. indict. 4.

Nam qui exhortatur Adrianum Notarium, vt incantatores, & ſacrilegos diſtrictà vltione corrigeret, num ipſe eos plectere poſſit, & vt plecteret Iudex ſedere? Poterant autem, vel laici eſſe. Porrò Notarius erat perſona Eccleſiaſtica, vel miniſter Eccleſiæ, primùm ad res geſtas Martyrum deſcribendas inſtitutus à Clemente 1. deinde à Iulio item 1. ad omnia monumenta Eccleſiaſtica conficienda, vt inſtrumenta, donationes, commutationes, teſtamenta & cætera quæ Eccleſiam reſpicerent. Nec vnus fuit, ſed plures aucto quippe numero, vt copia negotiorum exegit. Atque ſi qui ſolertiores fuerunt maioribus rebus præſtiterunt operam, vt ex pluribus Gregorij epiſtolis colligitur. Cum ergo is Pontifex quid huiuſmodi ad Notarium reſcribit, in hoc attendit perſonam Eccleſiaſticam ſummi Pontificis vices referentem. Et expreſsiùs ad Cyprianum Diaconum mandat ei, vt quos maleficos cœperat perſequi Maximianus Epiſcopus, & in carcerem mittere, nec morte præuentus iudicare potuerat, ipſe quòd reliquit impleat, vel ad eum tranſmittat ſi Romæ haberi poſſint probationes quibus conuincantur: ac quidem cenſet Prætoris auxilium implorari, ſed non vt Iudicis. Vult enim Diaconum ab iſtis cauſis non ſuperſedere, etiamſi ſecularis Iudex ei aduerſaretur. Quidni vero hæc in laicos maleficos? nam indiſtinctè loquitur. Et cum quidam nomine Fœlix compreſſiſſet filiam Euãgeli Sypontinæ Eccleſiæ Diaconi commiſit Panthaleonem Notarium, vt adhibitis ſapientibus viris rei veritatem inquireret:

VIII. Ep. 47. lib. 9.

Onuphr. in interpret. vocum obſcurat. Eccleſ.

Atque idem de iſtis ab Epiſcopis iudicandis vſque ad verbera, cruciatum corporis & recluſionem. ep. 63. lib. 7 indict. 2.

Ep. 13. lib. 12.

IX.

X.

Digitized by Google

& ſi ita eſſet, aut eam Fœlix factis nuptialibus inſtrumentis vxorem acciperet, aut corporaliter caſtigatus in Monaſterium vbi pœnitentiam ageret traderetur: vnde nulla foret ei egrediendi licentia, abſque Apoſtolica permiſſione. En expreſsè contra
Ep.66. lib.1. indict.9. laicum. Sed alibi reſcribens de rebus ſacris, quas Clerici quidam
XI. vendiderant Iudæo, mandat Anthemio Subdiacono, vt ipſe in illos animaduertat: Iudæum verò qui oblitus vigorem legum præſumpſit ſacra ciuiliter comparare, per Iudicem prouinciæ faciat conueniri, vt reſtituat: itemque rogat Libertinum Præfe-
Ep. 76. lib.2. indict.11. ctum Siciliæ, vt mancipia Chriſtiana, quæ Nazas Iudæus comparauerat ad libertatem perduceret, in eumque animaduerteret, quod auſus eſſet ſub nomine Heliæ Prophetæ altare conſtruere, multoſque illic Chriſtianorum ad adorandum decipere. Sed
XII. Iudæi erant quorum reſpectu nec res ſacra, nec ſacrilegium exiſtimandum videbatur: Sicut neque hodie in Hiſpania Inquiſitionis Iudices habent coërctionem in Iudæos, propter blaſphe-
Borad. Item apud nos Guido Pape q.63. Leuit. cap 24. miam contra Chriſtum, Mariam & Sanctos. Quanquam ipſorum Iudæorum lege eadem ſit pœna blaſphemi peregrini, ac incolæ nimirum lapidatio, ſed blaſphemantis nomen Dei, quod nullis non gentibus ſanctum fuit. Nec enim vlla gens adeò inculta extitit, quæ à cognitione Dei aliena fuerit. Quid ergo ſi blaſphemus eſſet in Deum Iudæus, à quo eſſet Iudice coërcen-
Can.9. dus? ſanè Toletano 12. Concilio cura omnis diſtringendi Iudæos ſolis Sacerdotibus adtribuitur.

XIII. Atque hæc de criminibus ex Gregorio, in ciuilibus autem extant eiuſdem reſcripta, quæ notanda ſunt cum diſtinctione de rebus realibus, & perſonalibus, aut inter Clericos omnes: aut inter laicum reum, & Clericum actorem: vel è contra: aut ad Eccleſiam & Eccleſiaſticos pertinentes, aut ad laicos.

Ep 71. lib. 1. indict. 9. Cauſam realem, ſeu poſſeſſoriam, quæ inter Romanam & Tauromitanam Eccleſias vertebatur Petro Subdiacono delegauit, vt cognita veritate cuius eſſet reſtitueret. Fortunatum Epiſ-
Ep 24. lib 8. indict. 3. copum quædam ablata hominibus laicis, & aquæductum iuſſit reſtituere: deinde pro iure ſuo apud ſe agere ſi putaret agendum: ſic in cauſa laicorum cum Epiſcopo: & de depoſiti reſtitutione inter Eccleſiaſticos ad forum Eccleſiaſticum remiſit. Sed vbi
Ep. 13 lib.2. indict 2. eſſent omnes laici, tam actor quam reus, hoc addidit in prædicta cauſa de aquæductu: ſin vero non ipſe, (id eſt Fortunatus Epiſcopus,) ſed filij tui, vt aſſeris cauſam ſe habere querantur, vnde
cos

eos debeant publico pulſare iudicio, eis eſt liberum in quolibet loco voluerint cauſæ ſuæ negotium terminare. Cum verò quidam laicus detineret quamdam poſſeſſionem quæ ad Monaſterium pertinebat reſcripſit ad Theodorum Sardiniæ Ducem, vt arbitrale iudicium acciperetur, nempe tunc laicus reus erat: in ſuperiore verò Epiſcopus: itaque reorum videbatur ſequendum forum. Sic Venantium Epiſcopum hortatur vt cauſam quam habebat Adeodata religioſa aduerſus matrem ſuam apud Iudicem adiuuaret. quippe ipſa mater conueniebatur: Iudicem verò laicum intellige qui ferè ſemper eo nomine ſignificatur, ſi nihil amplius addatur. At Ioannem Epiſcopum ſuos homines transmittere præcipit ad iudicium (nec dicit ad quod an ſeculare, an eccleſiaſticum) in quo & momenti, & proprietatis quæſtio decidi poſſet. Sed ad Bonifacium Epiſcopum reſcripſit vt Stephaniæ ius faceret de rebus quas ſibi ablatas à Lucio quondam Epiſcopo eius prædeceſſore dicebat. Aliquando etiam ad iudicium Venantij patricij, & Fautini defenſoris huiſmodi cauſam quam de Maſſa Getina Maurentius magiſter militum contra Panormitanam eccleſiam eiuſque Epiſcopum habebat, remiſit: videlicet ad Iudices laicos: Patriciatus enim erat laica dignitas, Itemq; defenſoris: ſi quidem ciuitatum & locorũ defenſores conſtituti fuerunt aliqui cum authoritate iudicandi, aliqui vero ſine ea poteſtate, ſed qui res ciuitatũ in iure defenderent, quemadmodum & defenſores Eccleſiarum de quibus infrà. Atqui eo caſu Epiſcopus & Eccleſia rei partes ſuſtinebant, vnde videbatur forum eorũ ſequendum nempe eccleſiaſticum, niſi quod de reali iure quæſtio erat. Vidimus tamen in ſimili caſu Gregorium ad eccleſiaſticum forum reieciſſe. ſic ad patronum ciuitatis cauſam Theodori qui ſe ab Epiſcopo Fortunato opprimi dicebat, pertinere non inficiatur, nec dicitur de qua re eſſet cauſa: itaque miratur quod Maurentius magiſter militum ſiuerit eum Theodorum venire Romam: eum enim non debuiſſe permoueri à veritate ait, quin reſeruari faceret quod ſibi longa conſuetudo vendicat: itaque mandat ei vt cognoſcat de iis quæ ipſe reſcripſit ad Epiſcopum.

Lib. 4. indict. 13. ep. 46.
Lib. 7. indict. 2. ep. 28.
Ep. 44 eod. lib. 7. indict. 11. cũ ep. 43. lib. 2. indict. 11.
Ep. 4. lib. 10. indict. 5.
Ep. 72. lib. 7. indict. 11.

XIV. Quoad verò cauſas viduarum & pauperum: de cauſa viduæ quæ cum Fœlice de Orticello erat, admonuit Petrum Subdiaconum Campaniæ laicorum priuilegia in iudiciis turbanda non

Ep. 5. lib. 2. indict. 11.

Digitized by Google

eſſe: itaque viduæ in ea, & omnibus aliis cauſis ſolatium tuitionis ſuæ (id eſt Gregorij qui reſcribebat) impenderet: ne ſi negligeret id præſtare pauperes & viduæ dum illic auxilium, non inuenirent, longi itineris auxilijs profligarentur. An vero vt cogerentur Romam venire ſi non fieret eis ius in partibus? & an vt has perſonas Subdiaconus apud Iudicem ſecularem tueretur: an vt ipſe vices gerens Romani Pontificis illarum cauſas examinaret, velut Iudex & ſuo iudicio bonas tueretur?

Sanè ad Italicam Patriciam reſcribens ait, Cum illa ſe nolle in forenſi ſtrepitu de cauſis pauperum definire: hoc tamen declarato, quod taciturnitas & patientia illius futuris poſt eum Pontificibus præiudicium non eſſet factura. Namque expreſſiùs alibi dicens, Dominum ſe viduarum maritum, orphanorumque patrem profiteri, (quæ dicit ob cauſam Catellæ fœminæ religioſæ,) vult eius cauſas ſuo iudicio terminari, & ab ea foralem inquietudinem remoueri. De ſeipſo autem Gregorius graue ſibi ait in publico litigare, ideoque mallè ſe aliquid cedere, vt poſſit cauſam ad compoſitionem perducere.

Ep. 57. lib. 2.

Ep. 60. lib. 1. indict. 9.

Ep. 3. lib. 2. indict. 11.

XV. De teſtamentarijs verò cauſis nonnunquam ipſe laicos Magiſtratus interpellauit, nonnunquam ipſe decreuit. Quippe Theodorum Sardiniæ Ducem rogauit pro Pompeiana religioſa, vt ratum illius generi haberet teſtamentum quod defuncti mater irritum eſſe volebat: & fortè pias cauſas continebat: Ducem enim adhortatur, vt pijs cauſis ſalua iuſtitia ſe accommodet. At Fortunato Epiſcopo reſcripſit, vt videret an valeret teſtamentum, quod pia legata continebat: legatique teſtamento relicti executionem inter legatarios & hæredes totam, litiſque deciſionem Samno Subdiacono commiſit; vt hæc, inquit, ad nos querela non recleat.

Ep. 46. lib. 1. indict. 9.

Ep. 58. lib. 2. indict. 11.

XVI. Quin etiam quod abſoluti iuris eſt Adeodato monacho teſtandi facultatem conceſſit, necnon Probo Abbati cum expoſuiſſet ſe à principio Eremitam agere voluiſſe, deinde ſubitò intraſſe Monaſterium ex præcepto Gregorij, vt Abbatis fungeretur Officio, antequam de ſua ſubſtantia diſpoſuiſſet, quod timebat ne filio ſuo damnoſum eſſet, quia legalis ſanctio prohibet Monaſterium ingreſſis de rebus ſuis diſponere. At lege Imperatorum Theodoſij & Valentiniani, deinde Iuſtiniani eatenus ſunt inteſtabiles monachi, & bona eorum ingreſſu Monaſterij dedicata cenſentur, ſiquidem nullos liberos habeant.

Ep. 5 lib. 11.
Ep. 22. lib. 9. indict. 4.

L. 20. eſt Auth. nunc autem C. de Epiſcop. & Clericis, conſignata etiam in decreto câ. 19. q. 3.

Digitized by Google

Quod ſi habeant, nec in eos quidquam, aut minus legitima portione contulerint, ſic ſubſtantiæ Monaſterio deſtinatæ detrahendum eſt, ne quid contingat circa liberos iniquum. Debuit ergo Probus habere teſtandi facultatem fortè, vt non ſolum legitimam, ſed quidquid vellet filio ſuo relinqueret. Ac non abſimili cauſa idem Gregorius confirmauit tranſactionem inter Maurentium Magiſtrum militiæ & Candidum Abbatem ſuper hæreditate & ſucceſſione Ioannis fratris Maurentij, qui in Monaſterio conuerſus, & defunctus fuerat. De ſubſtantia Theodori Epiſcopi quam Gregorius Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ adquiſitam dicebat, Leontio laico, & Ioanni Epiſcopo commiſit audientiam vt contentionibus partium finem imponerent: ac eidem curæ fuit, vt parta in Epiſcopatu, vel Clericatu, diſtinguerentur à patrimonialibus. Denique cum Epiphanius teſtamento domum ſuam addixiſſet conſtruendo ibi Monaſterio virorum: & huic proximum eſſet cœnobium monialium, idque periculoſum videbatur has illis conuicinas eſſe, eius pretium reparando alteri Monaſterio deſtinauit. Sed ne per ſingula vagemur exempla, is eſt Gregorius qui ſe cauſarum fluctibus mergi querebatur: at quæ notatæ ſunt, & ex eius ſcriptis colligi poſſunt. Iſtæ non ſunt, niſi inter Eccleſiaſticos, aut laici cum Eccleſiaſtico de rebus eccleſiaſticis, vel quæ tunc tẽporis reputabantur eccleſiaſticæ: adeo verò Iudex æquus, vt ne quidem in cauſa Eccleſiæ Romanæ vellet eam audiri contra præſcriptionem quadragenariam: tamen iure communi centenaria eſſe debet: & cæterarum Eccleſiarum quadragenaria.

[Margin: Ep. 13. lib. 7. indict. 1. — XVII. — Ep. 50. lib. 8. indict. 3. — Ep. 2. lib. 5. indict. 14. — Ep. 36. lib. 3. — Lib. 1. ep. 5. — Ep. 9. lib. 2. indict 9. — XVIII.]

Poſt Gregorium veriſſimile eſt ſucceſſores Pontifices, qui alicuius vigoris fuerunt non neglexiſſe hanc iuriſdictionis authoritatem: adeo vt Nicolaus item magnus Vvaldradam Lotharij Imperatoris pellicem euocarit Romam coram ſe diſceptaturam de repudio, quod Lotharius eius inſtinctu Theupergæ legitimæ ſuæ coniugi mittere volebat. Ludouicum & Carolum monuerit vt ſe pręſentarent coram Apoſtolicis legatis reſponſuri de quibus impetiti eſſent, & pleniſſimè ſatisfacturi canonicis regulis: Stephanum Comitem ob impudica & ſceleſtiſſima, quæ de illo vulgabantur.

[Margin: XIX. — Ep. 55. 69. 66.]

Item Ioannes 8. qui Pontificatus eſt anno 872. citauit ad Romanam Synodum Comitem Bernardum ob infidelitatis crimen, quod ei aduerſus Ludouicum Regem objiciebatur,

[Margin: Ep. 104. 102.]

Digitized by Google

ſic ad Synodum Lugdunenſem cui intereſſe debebat, Mironem & Huncfridum multorum ſcelerum reos, quorum pleraque laica erant: & viro eccleſiaſtico commiſit laici in carcere detenti cauſam examinandam: & ſi diffinire eam non poſſet, mandauit vt ad ſe remitteret.

Ep. 48. 57.

Gregorius 7. mulierem adulterij ream voluit ab Epiſcopo inquiri: & inquiſitionem iudicandam ad ſe deferri: necnon inceſtus notionem ad ſe reuocauit. Boëmiæ Ducem alioſque Romam ad Synodum vocauit pro rebus temporalibus.

Ep. 78. lib. 1. Ep. 22 lib. 2.

Innocent. 3. an. 1206 Ottocarũ Bohemiæ Regem eiuſque coniugẽ quam repudiabat, ad ſe citauit Romam de cauſis repudij cogniturus, delegato interim Archiepiſcopo Saltzburgenſi qui in facinus Regis inquireret, teſtimonia reciperet, & documenta in ſcripto redacta ad vrbem remitteret ep. 84.

Demùm ne longiores ſimus, liquet ex Richardi Cantuarienſis Archiepiſcopi apud Bleſenſem epiſtola quam ſæpè recitauimus, Epiſcopi, vel Clerici occiſores Romam ſolitos eſſe mitti, quaſi nullum eſſet aliud huius criminis competens tribunal. Ac vt ea iuriſdictio illis firmaretur in crimina, ediderunt Pontifices Romani ſuas conſtitutiones de raptoribus, incendiarijs, & violatoribus Eccleſiarum, homicidijs, furtis, adulterijs, & alijs: ſed quæ Eccleſiaſtica dicebantur, aut ratione rei, ſeu perſonæ in quam delictum erat: aut ratione perſonæ quæ commiſerat.

XX.

Cap. 13. de Iudicijs.

Paul. Æmil. in Philippo Auguſto, Philippo Pulchro, & Carolo 5.

Ac deinde eo progreſſi ſunt, vt quemadmodum de inferioribus Epiſcopis diximus, voluerint prætextu peccati mortalis, aut iuriſiurandi, de controuerſijs inter Reges cognoſcere, cuiuſmodi legitur Innocentij 3. ad Prælatos Galliæ decretalis, qua vult ſe Iudicem conſtituere Philippi Auguſti quem Ioannes Anglus periurij accuſabat. At noſtro Regi nullius fuit momenti hæc iuriſdictio. Sed icto fœdere inter Iacobum Arragonium & Carolum Regem Siciliæ, vt huic ille Siciliam quietam relinqueret, illi Comes Valeſius cederet iure, quod à Martino P. ex proſcriptione in Tarraconenſium Regnum habebat: cum Iacobi frater Fredericus Siciliam inuaſiſſet, idque crederetur compactum fraude inter fratres: Bonifacius 8. Iacobum ad cauſam violati iuriſiurandi adeſſe iuſſit, & adfuit, cauſamque dixit. Rurſus Angli Carolum noſtrum 5. quem verè ſapientem experti ſunt, accuſauerunt apud Pont. Max. infidelitatis & periurij: Sed vir ſanctiſſimus, vt ipſi Angli dicebant, maluit rem arbitrij ſui, ſummorum Ducum, Regum, Imperatorum exiſtimationi relinquere, quam artes militares, & Martis iudicium ab armorum peritis Auguſtæ

que Maieſtatis proceribus ad Pontificia paciſque ſtudia reuocare. Hæc illi. Noſtri vero reſpondebant cauſam fidei datæ quam apud ſummum Pontificem non potuiſtis obtinere, Cęſaribus vos probaturos confiditis? Nec ille eam ab ſe ad quemquam reiecit: ſed cum inferiores in controuerſia religionis vos inueniret, ad iuſque belli, & diſceptationem Regni transſiretis, hanc rem ſui arbitrij eſſe non cenſuit. Sic Galli. Ex quibus colligas licet, horum temporum homines ea mente fuiſſe, vt delicti notionem Epiſcopum Romanum ſuſcipere poſſe, etiam aduerſus Reges crederent. Quapropter rebelles Barcinonenſes auſi contra Regem ſuum, velut reum fractæ fidei, & violatæ pacis, extraordinariè procedere, miſerunt ad Pium 2. accuſationis acta, quaſi qui de illis competens Iudex foret.

An non etiam in cauſa purè ciuili & inter laicos Vrbanus 5. reſcriptum dedit anno 1365. quo citabantur apud ſe Dionyſius Caſtellæ Rex, & Henricus naturalis eius frater cum iſte Auenionem profectus ad Pontificem queſtus eſſet de Rege quod legatum ei à Patre communi relictum denegaret? Sed armis non legibus diſceptata lis fuit Duce illo prudẽti & ſtrenuo Comeſtabulo Gueſclino. Denique infrà videbimus ſummos Pontifices cognitionem voluiſſe ſuſcipere querelarum inter ſe Regum, ac Principum, vt ex eorum edicto ab armis diſcederent, ſuumque iudicium expectarent: quod Principibus non placuit. XXI.

Gregorius 9. anno 1231. de controuerſia arcis Tumbrigienſis cum pago, ac nonnullis poſſeſſionibus cognouit inter Regem, Humbertum Comitem in Anglia, & Richardum Cantuarienſem Antiſtitem, qui miſſis Romam procuratoribus ſui quiſque iuris eam prætendebat: & cognita cauſa pro Cantuarienſi pronuntiauit: ſed mortuo ſubinde iſto iudicium incaſſum fuit. Polydir. Vergil. lib. 16.

Ea quoque habita eſt in cauſis iuriſdictio ſummi Pontificis, vt ab illo ius conſtituendi procuratoris petendum cenſuerint Scholares Pariſienſes, quod eis conceſſit Innocentius 3. licet de iure communi eos, quem vellent, conſtituere potuiſſe diceret. Sanè quondam in vſu fuit apud nos, vt nemo experiri in iure poſſet per procuratorem niſi concedente Rege, vt conſtat ex formula 21. Marculphi. Et defenſores quorum munus non longè differt à procuratorio, petebantur ab Imperatore, vt patet ex Concilio Africano ſub Bonifacio & Cœleſtino. Et in Concilio Mileuitano ſub Innocentio 1. imperantibus Arcadio & Honorio additum eſt, vt ab iſtis poſtularentur periti defenſores ſcholaſtici (id eſt Aduocati, vt interpretatur Cujacius) qui in actu eſſent, vel in officio defenſionum cauſarum Eccleſiaſticarum more Sacerdo- XXII.

Lib. 1. & ibi Bignonius.

Can. 64.

Can. 16. Cuiacius ad l. 2. tit. 62. de lucris Aduocatorum lib. 12. C.

tum: & haberent facultatem pro negotiis Eccleſiarum ingredi ſecretaria Iudicum.

Ep. 25. lib. 4. indict. 13. & pluribus aliis. Ep 17. lib. 7. indict. 1. 66. & 67. indict. 2.

Sed Gregorius 1. defenſores Eccleſiæ ipſe conſtituit vt exequerentur pro commodis pauperum quidquid illis iniunxiſſet: his etiam priuilegia concedens, vt per abſentiam Pontificis ſedendi in conuentu Clericorum haberent licentiam. Ergo non erant Clerici, quanquam dicat Ioannes Diaconus in vita eius, ſemper illum Clericis hoc munus detuliſſe. Ac quemadmodum iure ciuili defenſores ciuitatum iuriſdictionem habebant: ſic & ille videtur etiam ſuis, id eſt ab eo conſtitutis, eam delegaſſe, vt non ſolum colonos patrimonij Eccleſiaſtici inobedientes & contumaces diſtricta vltione corrigerent, ſed etiam Epiſcopos cum mulieribus in vna domo conuerſantes, Baſilium Epiſcopum velut vnum de laicis in cauſis ſecularibus ſe nimium occupantem, & Monachos laſciuientes, atque à regula monaſtica deficientes. Quæ profectò exequi non poterant niſi cum authoritate iuriſdictionis. Sed regulariter illorum munus erat ſubuenire quibuſcumque oppreſſis, vel facinoroſos inſectari: quapropter defenſori reſcripſit pro Ianuaria quæ ſe deturbari poſſeſſione aliqua querebatur ab Anaſtaſio & Bonifacio (quos laicos fuiſſe credere eſt) hos ad ſe euocet, admoneatque nihil mali huic mulieri facere, ſed Iudices cum ea eligere: vt Epiſcopum & Clericos pro pecuniario debito compellat ad electorum accedere iudicium: hæreditatem eius quæ Monaſterium ex parte hæredem inſtituerat diuideret cum hærede, & inuentarium ſubſtantiæ hæreditariæ conficeret: & ne in furto publico implicitis patrocinia Eccleſiaſtica impenderet, aut Clericis contra ſuos Epiſcopos. Tanta erat eius authoritas vt etiam ea ſe Epiſcopo contumaces protegi putarent.

Nou. cōſtit 15. idem Gregor. ep 18 lib. 7. indict. 11. ep. 39. eod. ep. 11 li. 8. indict. 3. ep. 52. lib. 11.

Ep 85. lib. 7. 105. eod. Ep. 14. lib. 8. indict 3. Ep. 15. lib. 10. Ep 24. eod. lib. 7. indict. 11. Ep. 65. ibidem cum ep. 32. lib. 9.

Atque excreſcentibus Eccleſiarum diuitiis, cum neceſſarij eſſent potentes defenſores, ideò in huiuſmodi aduocatiam & defenſionem allecti fuerunt Reges & Principes contributa illis aliqua bonorum Eccleſiaſticorum parte: quin & ipſum ſummum Pontificem percepiſſe quondam ex cœnobio Germanico nummum aureum quotannis, ſpecie huius tituli, & defenſionis: necnon Regem noſtrum Chriſtianiſſimum aliquando obtinuiſſe arreſto vt iudicaretur fieri non potuiſſe manumiſſionem ab Eccleſia cuius aduocatus erat, in præiudicium iuris ſui: ac tan-

Digitized by Google

dem proceres pleroſque aduocatia ſua abuſos fuiſſe refert Choppinus ex Vualſburgio rerum Belgiæ antiquarum ſcriptore, Trithemio, & aliis.

Lib 1. de ſacra polit. tit 7. n 18 Lib. 3. tit. 3 n. 9. Lib 2. Monaſtic. tit. f. n. 22. Vide etiã iſtius abvſus exemplum ex Bertoldo Conſtãt. ad Hermanni apperdicem anno 1098.

Indeque iuri hæreditario tranſcripta hæc prærogatiua, vt duobus de illa contendentibus fratribus pro Monaſterio S. Crucis, maiori natu illam adiudicauerit Gregor. 7. quanquam alibi reſcripſerit, Ne quis in Monaſterio S. Saluatoris inueſtituram, aduocatiam, aut aliquod ius hæreditarium præſumeret, ſed ab Abbate eligeretur aduocatus quem vellet, & remoueretur quando vellet: infirmans priuilegium Euerardo Comiti eiuſque poſteris ab Alexandro Papa conceſſum, quo huic aduocatiam, & præficiendi Abbatis poteſtatem conceſſerat.

Greg. 7. ep. 14. lib. 2. ep. 24. lib. 7.

XXIII. Cum ergo ea fuerit ſummi Pontificis authoritas, non mirum quod ab eo Scholares Pariſienſes ius conſtituendi Procuratoris petierint: atque ideo fortaſsè petierunt ab illo potiùs quam à Rege quod crederetur Schola iuris potius Eccleſiaſtici, quam laici, qua de re pluribus ſuprà. Hinc etiam quod ſummus Põtifex quaſi ſui iuris Eccleſiaſtici eſſent præſumeret eos infamia notatos à Iudice laico integrum reſtituere. Sanè certum eſt apud nos Præfectum Pariſienſem cauſarum Vniuerſitatis Iudicem eſſe, vt Conſeruatorem priuilegiorum eius. Sed huic duplex eſt Conſeruator, vnus Regius pro caſibus laicæ iuriſdictionis à Rege conſtitutus: alter Apoſtolicus pro actionibus duntaxat perſonalibus, & ciuilibus non etiam realibus, & ad criminum cognitionem pertinentibus, vt Ludouici 12. & Franciſci 1. continetur edictis. Itaq; Senatus Pariſienſis ita confirmauit Pontificis diplomata pro Academia Rhemenſi vt iuriſdictio vtriuſque Conſeruatoris non læderetur, maximè Regij: & laicæ Academiæ perſonæ non alium Iudicem haberent quam illum Regium qui etiam cognoſceret de cauſis realibus & criminalibus ſacratarum perſonarum; vt refert Auguſt. Thuanus.[a] Ideo verò Apoſtolicus Conſeruator dicitur, quoniam ab Apoſtolica ſede, id eſt à Papa, deputatur: treſque deputatos eſſe Epiſcopos huic muneri ab eodem, nempe Mel-

Apud Anglos cum Folhardus Cardinalis, per Officialem ſuum in Scholaſticos qui fornicatione, adulterio, aut aliis criminibus irretitierãt, animaduertere vellet, & Scholaſticorum, ac Clericorum academiæ defunctorum ſupremas tabulas probandi, & inſinuandi, vt appellant, poteſtatem atque iuriſdictionem præſumeret ex more, vt aiebat, prædeceſſorum Archidiaconorum Oxonienſium (qua dignitate etiam fruebatur) Academia Oxonienſis ſe oppoſuit: Itaque Cardinalis apud Ioannem 22 de Eccleſiaſticæ ſuæ poteſtatis quæſtus eſt: is vero Cancellariũ & Procuratores Academiæ ad ſe euocauit, vt illius querelis reſponderent: hac cautione ſpecialiter adiecta, ne vlla excuſatione, priuilegiove, ne eo quidem quod Anglis olim indultum erat, ne ad alia extra Angliam tribunalia, protruderẽtur huius itineris neceſſitatem à ſe excuterent: Sed cum executor litterarum Apoſtolicarũ Oxoniam veniſſet, nulli comparuerunt. Nicol. Harpsfeld. in hiſtor. Anglic. ad 14 ſecul. cap. 28.

a Lib. 6. ad annum 1550. vbi de Academia Rhemenſi narrat.

Lib.2.ſacræ po-lit. tit.4. n.10. d. cap.18.caſ. 107.

denſem, Beluacenſem, & Siluanectenſem, conſtat ex diplomate quod recenſet Choppinus. Apud Hiſpanos verò author eſt Bovadilla Regem committere poſſe Iudicem laicum in perſonas Vniuerſitatis, niſi quando à ſummo Pontifice confirmata eſt Vniuerſitas, & exempta foro Eccleſiaſtico.

XXIV. Styl. Parlam. pars 7. Extrauag. de treuga & pace.

Vt verò ad rem: quemadmodum cauſarum prophanarum cognitio, & in laicos iuriſdictio paucis caſibus exceptis auocari cœpit ab Epiſcopis, ita & à ſuperiore, id eſt Epiſcopo Romano. Itaque cum ſolerent petitoriæ non modo beneficiorum cauſæ, verùm & poſſeſſoriæ Romam deferri, Ludouicus 11. vltra ne id fieret prohibuit edicto anni 1464. cui Sixtus 4. adhæſit. Atque inde eliminati conquæſtus papales, id eſt reſcripta, quæ quis à ſummo Pontifice exorabat ſpoliatus poſſeſſione: cum id ad Regem pertineat, cuius intereſt ſuos ſubditos ab iniuria & violentiis conſeruari. Itaque Senatuſconſulto vetitum, ne de Gallico Sacerdotio Romæ reiuindicatione ageretur.

Guido Pape q 17.

XXV. Papon lib.1. tit.10. arreſto 5.

Denique nullam hodie in temporalibus Epiſcopi Romani iuriſdictionem agnoſcimus, nec etiam quoad Epiſcopos & Eccleſias, ideoque exploſæ bullæ fuerunt quibus ille exemptionem equiti Hieroſolymitano Gallo non ſolum à iuriſdictione Eccleſiaſtica, ſed etiam à tributis & oneribus conceſſerat, quoniam iſtorum exemptio promanare debet à Rege: nec ſecus Germani in ſuis grauaminibus ſe non æquè ferre docuerunt, quod is Pontifex Monachis immunitatem à contributionibus neceſſariis pro imperio daret. Non patimur etiam ad Papam appellari pro rebus temporalibus etiam eccleſiaſticis: neque illum Epiſcopo rerum Eccleſiæ temporalium adminiſtrationem concedere, vt pluribus exẽplis annotauit Ioan. Tilius in ſua collectione. Vnde etiam Papæ nullam territorij Gallici partem concedimus, vt ſuas ipſe bullas inibi mandare poſſit executioni, quando contradictio ſuboritur, quo fit vt reprobemus iſtas clauſulas quæ mandatis Apoſtolicis inſeri ſolent (inducentes eumdem in corporalem poſſeſſionem: defendenteſque inductum: & noſtra Apoſtolica authoritate) namque non ſuffragamur huiuſmodi bullarum executori ſi contradicentem inueniat vltra procedere, quàm vt verbo tenus mittat mandatarium in poſſeſſionem: ſed non re & facto: ſiquidem vt realem quis apprehendat poſſeſſionem contra aduerſarium, vel vt in ea conſeruetur, litteris Regiis, regioque Iudice opus eſt vt alibi notauimus.

Cap.8. grauam. an. 1510. ſub Maximil. Imperat.

Rebuff tit forma mandati Apoſtolici in Concord. p.735 & tit. forma litter. executorial. p 744. Papon. lib. 19. tit.2. arreſto 13.

Non

Non admittimus etiam ſummi Pontificis diſpenſationes in temporalibus, hoc eſt, vt quis incapax ſuccedere poſſit, vel ad dignitates temporales promoueatur. Hæc enim ad dominum temporalem pertinent, quod neque ignorauit Innocentius 3. huiuſmodi diſpenſationem Comiti Montiſpeſſulano denegans, licet Philippo Auguſto conceſſiſſet pro liberis quos ex Maria ſuperinducta ſuſceperat: ſed quia ille ſuperiorem habebat in temporalibus, hic verò non habens ſubjicere ſe poterat iuriſdictioni Pontificali ſine iuris alterius læſione. Nec iure longè diuerſo Alexander 4. an. 1260. Nicolaum Regis Boëmiæ filium nothum Opaviæ Ducem ad omnes Dignitates, Prælationes, & Principatus ſeculares dignum atque aptum fecit: duabuſque eiuſdem Regis filiabus naturalibus facultatem ſuccedendi in omnibus paternis & maternis bonis conceſſit. muſſitantibus tamen de iſto pro Nicolao diplomate Boëmis quaſi per illud ſucceſſurus eſſet regno, declarauit Pontifex non ſe intelligere vt Nicolaus Rex eſſe poſſet: Ergo in cæteris valuit diploma. Sed apud nos non valeret, vnde neque teſtandi facultatem concedere poſſet ſummus Pontifex, prout iudicatum eſt contra equitem Hieroſolymitanum: licet D. Gregorium olim eam Monacho conceſſiſſe viderimus: Atque ea quondam fuerit Pontificiæ iuriſdictionis authoritas vt Epiſcopi Romani de ſuo leges adderent quibus in teſtamentorum confectione iuri ciuili derogabant, videlicet valere teſtamentum conditum coram Præſbytero Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus: prohibens Alexander 3. ſub interminatione anathematis, ne quis illud conaretur reſcindere. Cui ſanctioni concordarunt pleraque variarum huius regni regionum municipalia ſtatuta: neſcio an inde cœpto vſu: ſiquidem noſtri maiores ſub prima Regum noſtrorum progenie ſua teſtamenta faciebant Romano more, vt docent Marculphi formulæ, an verò æquum fuerit & vtile eam ſolemnitatem tot vigiliis excogitatam, quæ vt, ait Imperator, nullum locum relinquit inſidiis, tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſibus, tot inſuper in tuto locata manibus, abrogare, quæſtio eſt ſi quæſtio eſſe poteſt, vbi conſtat fraudibus multo patentiorem eſſe locum inter paucas quam plures perſonas.

Ep. 123. 125.

Additio ad areſt 5. Papon. lib. 1. tit. 10. Louet in litt. C. art. 18.

XXVI.

Lib. 1. formula 7. Lib 2 formula 17. & formular veter. form. 54.

XXVII.

Denique vbicumque ſummus Pontifex aduerſus iuriſdictionem temporalem quid decerneret: vel ſi quid in ius laicum præſumeret, appellaremus ab abuſu: cuiuſmodi appellatio recepta

Ægid. Mag. cap. 8. appellat.

Digitized by Google

eſt cum in integrum reſtituiſſet notatum infamia, vel mulcta ſententia Iudicis laici: quod nec Pontifici licere etiam gloſſator dixit aduerſus reſcriptum Innocentij 3. qui ſic notatum reſtituerat: Idque verùm eſt etiam ſi laicus à Iudice eccleſiaſtico ea mulcta ſit condemnatus, vel Clericus à Iudice laico: multo minùs poteſt reſtitutiones in integrum dare ex contractibus prophanis, ſiue laicorum, ſiue eccleſiaſticorum: Imò neque ex contractibus aliis puta, ſi quis de re ſpirituali contraxerit vt de ſuo beneficio, deinde ſe vi adactum, aut minorem dicat, à Principe non à Papa reſtituendus erit. Itaque decreta Pontificia de in integrum reſtitutione non valent apud nos, vt ex eis diplomata indulgeat Pontifex. Vt nec alij tituli de rebus ſecularibus, vt per illos conſtituatur iuriſdictio ſummi Pontificis in laicos huius regni. Vnde cum bullæ abſolutionis, quam Henrico 4. indulgebat Pontifex Maximus, adderetur clauſula rehabilitationis ad regni ſucceſſionem quaſi eo priuatus eſſet excommunicatione Pontificia quæ iampridem in eum lata fuerat, nec Rex, nec Legatus, aut Procuratores eius illam clauſulam inſeri voluerunt: itaque obmiſſa eſt. Ratio fuit, vt Pontifici inſinuatum eſt, quia eam ſucceſſionem habebat iure naturali: nec quidquam Pontifex poteſt in temporalia huius regni. Sic refertur inter capitula inſtructionum datarum Perronio, qui poſtea Epiſcopus, & Cardinalis fuit, Romam delegato vt abſolutionem ſollicitaret. Quid de cauſis ſpiritualibus vel eccleſiaſticis? An hodie locum haberet quod Innocentius 3. in cauſa matrimoniali Reginæ Cypri ad Regem noſtrum reſcribebat non debere illum de iure ſucceſſionis decernere antequam lis natalium finita eſſet?

Ad cap. 23. de ſent. & re iudicata.

Apud Hiſpanos lege Regia Pontifex Romanus exercere poteſt iuriſdictionem aduerſus laicum delinquentem in ſtatum & decorem Eccleſiæ. Bovadilla cap. 17. de la Polit. caſo 309. lib. 2.

XXVIII. Sanè quoniam prior cauſa decidi priùs debet vt ex cuius deciſione altera pendere debeat (nam ſi non eſt matrimonium, nec ius ſuccedendi erit) non æquum eſſet ei tolli liberam iudicandi facultatem præpoſtera & præcipitata poſterioris adiudicatione, aut condemnatione: neque abnuimus ſummum Pontificem cognoſcere poſſe inter laicos huius regni, & contra illos de omnibus rebus, ſeu ciuilibus, ſeu criminalibus de quibus ſupra diximus Epiſcopos noſtros, & Iudices Eccleſiaſticos cognoſcere: ſed per appellationem & Iudices ob eam delegatos ad partes, non abſimili ratione qua iam notauimus primas inſtantias & appellationes Romano foro noſtrum vſum denegare, etiamſi de Clericorum cauſis agatur. Vnde inter rationes reprobandi monitorij

Digitized by Google

quod Pius 4. contra Ioannem Alebretam Nauarræ Reginam, ac deinde contra Cardinalem Caſtillionæum ob hæreſim propoſuit eos Romæ citans ad cauſam dicendam, hæc fuit: Quod inſolitum eſſet quemquam ſubditorum regni, ſiue Clericum, ſiue laicum, ex quocumque crimine, & quacumque cauſa, extrahi regno: quippe vbi habeant laici ſuos Iudices Regios: Clerici Epiſcopos.

Item cum Galeatium Sanſeuerinum Gajacij Comitem leuis armaturæ Gallicæ Primarium Tribunum Pōtifex in Italia quam rebus gallicis compoſitis ſuos viſendi ſtudioſus repetierat, comprehendi iuſſiſſet velut hæreticum, Rex noſter Sangoartium expreſsè miſit qui eum vindicaret ſuum quippè hominem & officialem in quem proinde nulli alij animaduertendi ius eſſet: ac denuntiaret Pontifici ſe decreuiſſe Oratorem ſuum ab aula Romana reuocare niſi vindicanti ſatisfieret. Quæ cum Pontifex de die in diem comperendinatione eluderet, mirari ſe dicens quod Rex Chriſtianiſſimus ſectarium protegeret, de cuius è contra ſupplicio gaudere deberet, Sangoartius Gallica libertate denuntiauit ſe poſt biduum Oratorem reducturum niſi intra illud tempus Galeatius ei tradatur. Itaque Pontifex licet queſtus apud Cardinales vim dignitati ſuæ, & libertati Eccleſiaſticæ afferri, Galeatium in Galliam remiſit. Sic narrabat Cardinalis Proſper Sanctacrucius apud Thuanum lib. 2. de vita ſua ad annum 1579. Atque hæc tanto regno, tantoque Regi inuiſa eſſe non debuerunt: quandoquidem Coſmus Florentiæ Dux reos ſacris initiatos ſe fori exceptione tuentes noluerit Romæ audiri, ſed obtinuerit à ſummo Pontifice vt delegaret qui de eorum cauſis cognoſceret: nec cum deſtinato Mantuæ loco Concilij quod Tridenti poſtea fuit, Paulus 3. vellet ibi Magiſtratum conſtituere iuri dicundo inter eccleſiaſticas & alias perſonas quæ hic aduenirent ob iſtud Concilium, Fredericus Mantuæ Princeps id paſſus eſt, videlicet vt alius in ſua terra exerceret iuſtitiam, quàm Officialis ab eo deſtinatus quandoquidem iuriſdictio trahat Imperium. Qua de re queſtus quidem eſt Pontifex, quoniam ei denegaretur Eccleſiaſticorum ſupremo Principi, quod nec Epiſcopo Mantuano inuideretur quandoquidem ſit Sacerdotum Iudex: ſed offenſam, vt rebatur, non alia via vltus eſt, quam tranſlatione Concilij.

Augu. Thuan. lib. 15. parte 1. hiſtor. ad an. 1559.

Hiſtor. Cōcil. Trident. lib. 1. p. 64.

XXIX. Supereſt de appellationibus dicere, quas non dubium eſt ali-

Digitized by Google

quando delatas fuiſſe ad eumdem Epiſcopum Romanum, tunc videlicet cum de rebus temporalibus, & Eccleſiaſtica iuriſdictio, & ipſe Pontifex iudicabant. Nam quo tempore Iudices Eccleſiaſtici quarumcumque rerum notionem ſuſcipiebant non dubitabatur, quin pro ijſdem indiſtinctè appellationes ad Romanum forum irent. Namque à Iudice Eccleſiaſtico ad temporalem eſſe appellandum noſtri maiores non putauerunt, nondum fortaſsè introducto vſu appellationum velut ab abvſu: Sed etſi Iudex laicus pronuntiaſſet fortè de cauſa quæ putabatur Eccleſiaſtica, appellare ab eo ad Eccleſiam licebat. Cuiuſmodi refert exemplum Iuo Carnotenſis: videlicet Rotrocus caſtrum ſeu munitionem ædificauerat in ditione Hugonis Vicecomitis Carnotenſis, tum bello ſacro vacantis. Hugo reuerſus quoniam abſentium ex bello ſacro res & perſonæ in tutela Eccleſiæ dicebantur eſſe, queſtus eſt apud Iudices Eccleſiaſticos qui quoniam videbatur ea lis abſque monomachia terminari non poſſe, vt mos erat temporis, & iudicium ſanguinis eis non licebat proferre, remiſerunt partes ad Curiam Comitiſſæ: vbi Vicecomes cauſa cadens eccleſiaſticum forum rurſus interpellauit: Rotrocus vero ab eo, puta volente cauſam iterari, ad audientiam Apoſtolicam appellauit, quæ eo caſu appellationem ſuſcepit, ſed à Iudice Eccleſiaſtico. Nam Alexander 3. reſcripſit non tenere appellationem quæ à ciuili Iudice, qui de temporali Eccleſiæ Romanæ iuriſdictione non erat, ad Papam directa fuiſſet. Contra tamen Cæleſtinus 3. admiſit à laicis ad Epiſcopum Vercellenſem, vel ad Romanum Pontificem appellari, eo præſertim tempore quo vacante Imperio ad Iudicem ſecularem recurrere damnatus non poterat. Summi enim Pontifices vacantis Imperij adminiſtrationem ſibi arrogauerunt, vt infrà videbimus.

Ioan. Galli. qu. 158. 385.

Ep. 173.

Cap. 7. §. denique de appellat.

Cap. 10. de foro compet.

Ac refert Cromerus cum Mazouiorum Ducatus Poloniæ Regi addictus eſſet iuriſconſultorum ſententia, Mazouios ab hoc iudicio ad eum Pontificem, & quemvis alium qui ſcire poſſet & vellet opitulari, prouocaſſe. Nec verò ad eum ſpecialiter prouocaſſent, niſi quia vſus introduxerat licere. Vidimus etiam de Pomeraunia litem productam fuiſſe Romæ in Eccleſiaſtico foro. Sed cum Marchionis Finalij & Genuenſium controuerſiam ad ſe Ferdinandus Imperator euocaſſet, & adhibitis grauibus viris, ac quatuor Academiarum ſuſceptis conſultationibus pronũtiaſſet pro Marchione: & ab eo ad ſummum Pontificem prouocaſ-

Lib. 25.

Petrus Bizar. lib. 23. Genueſ. hiſt.

Digitized by Google

ſent Genuenſes: reſponſum eſt à Iuriſperitis, eam appellationem planè friuolam, ac temerè factam fuiſſe, cum noti ac manifeſti iuris ſit Pontificem ipſum nullum ſibi ius in Imperio, præſertim in rerum forenſium, atque cauſarum cognitione, vendicare poſſe, vel debere. Itaque Genuenſes appellationi renuntiauerunt, & Cæſaris iudicio adquieuerunt. Nam & plurimorum eſt opinio à ſententiis etiam Epiſcoporum in cauſis temporalibus prolatis appellari ad Principem & Iudicem ſecularem oportere. Oſaſcus deciſ.30.n.6.

Nihilominus ipſi etiam Reges appellationes huiuſmodi etiam de cauſis temporalibus ad eumdem Pontificem interiecerunt, puta Philippus Auguſtus ab Innocentij 3. legatis appellauit ad ipſum, quod cenſuris eum deſiſtere vellent à bello Anglico, ſicque illi rei benè gerendæ occaſionem præripere: nec interim hoſtem proſequi deſijt. Petrus Arragoniæ Rex à Martino excommunicatus ob inuaſam Siciliam ad ſummum Pontificem minimè ſuſpectum inuiſumque appellauit. Philippus Pulcher à Bonifacio 8. quem pſeudo-Papam dicebat, ad ſacro-ſanctam Sedem ſuo Antiſtite tunc, vt aiebat, vacuam. Sigiſmundus Auſtriæ Archidux à Calixto, quoniam honeſtæ caſtodiæ Cuſanum Cardinalem dederat, cenſura Eccleſiaſtica perculſus prouocauit ad eum ſinceriùs informandum: & cum Pius Calixti ſucceſſor eum ſic prouocantem non audiret, appellauit rurſus ad futurum Romanum Pontificem, qui de geſtis anteceſſoris ſui iure haberet cognoſcere, & ad generale Concilium inſtituendum: & inſuper ad eumdem ipſum Pium ſi adiungere ſibi vellet perſonas non ſuſpectas quarum conſilio cauſam ageret, nec ſe eius iudicium declinaturum etiamſi vniuerſali Concilio pręſideret proteſtatus. Porrò motus querelæ fuit quod nollet Archidux Cardinalem in ſua ditione habere Eccleſias in commendam.

Sic illi etiam malè affecti iſtam authoritatem reueriti ſunt. At in bona cauſa quantò potior eſſe debuit? exemplum illuſtre eſt eiuſdem Philippi Auguſti cum Gelbergam, vt ait Paul. Æmil. vel Botildam ex Rogerio Houedano Dani Regis ſororem repudiaret, ac Mariam ſuperinduceret: bis enim in ea cauſa appellatum eſt. Nam cum huic diuortio Octauianus Oſtienſis Epiſcopus Innocentij 3. legatus conſentiret ab hoc ad ipſum Pontificem legati Danorum Regis ipſaque Botilda prouocauerunt: deinde cum alter legatus ab Innocentio miſſus, vt de cauſa pro-

Digitized by Google

uocationis cognoſceret, nullam prioris ſententiam dixiſſet, inſuper toti Regno ſacra publica prohibuiſſet, ab eo quoque Philippus ad Innocentium appellationem emiſit, qui rurſus per ſuos legatos de cauſa cognouit Synodo indicta, in qua ex humili multitudine adoleſcens ignotus, (qui cauſa dicta tam ſubitò diſparuit, vt creditus fuerit Angelus,) adeò compoſitè ornatéque ius Reginæ propugnauit, vt Regis Oratores confuderit, Regemque induxerit reatum ſuum agnoſcere, ac poſt ſe receptam Gelbergam in regiam inducere relicta Maria, cuius tamen liberos Innocentius inſtante Rege declarauit legitimos.

Math Paris ad an. 1190.

Sic Ioannes Richardi Anglorum Regis frater ab Archiepiſcopo Cantuarienſi condemnatus, quia filiam Comitis Glouerniæ quæ ei conſanguinea in tertio gradu erat, duxerat, appellauit eumdem Romanum Pontificem: & cum nonobſtante appellatione Archiepiſcopus interdicto ſacrorum ditiones & ſubditos eius mulctaſſet, legatus Pontificius appellationem confirmauit, & interdictum nullum dixit.

Quid quod etiam Reges & Principes non ſunt dedignati Romam commeare vt appellationes ſuas ipſi proſequerentur? Nempe Ericus Rex Danorum ab excommunicatione in eum lata per Hamburgenſem Epiſcopum prouinciarum Aquilonarium perpetuum legatum eadem appellatione vſus, ſolemni comitatu Romam venit. Nec ſecus Margareta Logi filia Dauidis Scotiæ Regis vxor, cum ab eo repudiaretur poſt annum quod non concepiſſet quaſi ſterilis eſſet, Romam appellauit, ac multis illic impenſis profuſis, vt ait Boëtius, defuncta eſt.

Crantſ. lib. 5. Daniæ cap. 1.

Lib. 15. Scotiæ hiſtor.

XXX. Plura quis fortaſsè leget huiuſmodi appellationum monumenta: ſed per eas iura ſua regia lædi non facilè tulerunt noſtri Reges. Quapropter cum Flandriæ Comes appellaſſet ad Bonifacium 8. à Philippo Pulchro, ob non reſtitutam ſibi à Rege filiam ſuam quàm Regi Anglorum deſponſauerat, atque vt de huiuſmodi appellatione cognoſceret Bonifacius Romam citari Philippum per ſuum legatum iuſſiſſet: indignatus Rex huiuſmodi citatione, reſpondit legato: Non eſſe ſummi Pontificis rerum temporalium in ſe curam transferre: ſed ſpiritualium: habere ſe ſuam Curiam, quæ vaſſallis & ligiis ſuis ex æquo ius faceret: ſibi neminem ſuperiorem in temporalibus cognoſcere: Nec ſe laturum eſſe impunè ſi huiuſmodi citationem ab aliquo alio accepiſſet. Quo reſponſo & legato & Papæ ſatisfecit. Cumque

Digitized by Google

etiam capitulum Puteacenſe prouocaſſet ad Papam & Philippum Pulchrum, deinde prouocationi renuntiaret anno 1307. idem declarauit ſe non intellexiſſe pro temporalibus appellare Romanum forum. Nec ferè ſecus anno 1417. regnante Carolo 6. edictum eſt, Vt qui à regiis conſtitutionibus, quibus vetabatur aurum Gallicum Romam exportari, & corrupti Eccleſiæ mores reformabantur, ad eumdem Pontificem prouocaſſent, maieſtatis condemnarentur. Verùm hæc in ſchyſmate.

Ioann. Tilius.

Lucius lib 2. placit. tit. 2. arreſto 1.

Sed tandem viſum eſt ſuos ad caſus iuriſdictionem Eccleſiaſticam reducere ne ſi paſſim de quibuſcumque iudicaret, appellationes interponendæ eſſent ad Epiſcopum Romanum, qui proinde ſummus Princeps in ſpiritualibus & temporalibus conſtitueretur: & qui Epiſcopum ius capiendi laici non habere contendebant, hanc rationem afferebant quod ſi haberet, foret in præiudicium iuriſdictionis regiæ: quia ſi laici à captione appellarent, vellent Prælati prætendere appellationes ad Romanam Curiam interponendas eſſe, quoniam à ſententijs Iudicum eccleſiaſticorum interponerentur, quod non item eueniret ſi laicus pronuntiaret. Nam etiam apud Hiſpanos dicuntur exauctorati iuſſu Regis laici Iudices, quoniam obliti iuriſdictionis ſuæ tulerant appellantes à ſe ad Papam, & appellationi adquieuerant, anno videlicet 1491.

Ioann. Galli q. 361. cum not. ſuprà quæſtionibus.

Bovadilla de la politica c. 17. lib. 2. n. 5.

XXXI.

In caſibus autem de quibus Eccleſiaſtica iuriſdictio cognoſcere poteſt apud nos etiam inter laicos, non dubium eſt, quin appellatio dirigi ad Romanam ſedem queat: ſed ita vt terminari in partibus debeat, vt iam de appellationibus Eccleſiaſticorum diximus

DE ABSOLVTA IVRISDICTIONE TEMPORALI PONTIFICIA IN REGES ET PRINCIPES.

LIBER VII.

CAPVT I.

AN ET CVIVSMODI IVRISDICTIO IN TEMPORALIBVS FVIT PENES Pontificem Iudæorum.

Lectio.

1. *Regalis dignitas non fuit ab omni æuo coniuncta Sacerdotio, quoniam illa iſtud antiquius eſt.*
2. *Origo regalis maieſtatis.*
3. *Antè illam erant Sacerdotes: Imò omnes homines erant Sacerdotes.*
4. *An inſtituto Pontificatui Iudæorum voluit Deus vtramque poteſtatem competere, ſpiritualem, & temporalem.*
5. *Melchiſedech vtraque præditus.*
6. *Quid de Patriarchis.*
7. *De Moſe.*
8. *Separatio vtriuſque à Deo facta.*
9. *Præcipuus tamen fuit Pontifex, etiam quoad res temporales in interregno.*
10. *Deus, Rex erat Iudæorum per Sacerdotium.*
11. *Cuiuſmodi fuit authoritas temporalis Pontificis in interregno.*
12. *An indicere pecuniam ad vſus publicos potuerit.*
13. *Non abſoluta fuit ea authoritas.*
14. *A quo tempore cœpit regium titulum affectare Pontifex.*
15. *Quare.*
16. *Præcipuus fuit, non tamen abſolutus Pontifex in regimine temporali.*

Vt

Digitized by Google

VT nulla vnquam natio ſine Dei aliqua cognitione, cognitio ſine religione, & religio ſine altari: ita neque hæc fuerunt ſine Miniſtro qui vota populorum offerret Deo, religionis ceremonias perageret, & altari inſeruiret. Quia verò à miniſterij, & eius cui miniſtratur, maieſtate, Miniſter ſuum decus ſumit: non dubium eſt quin Deo, religionique miniſterium exhibens ſumma ſemper in veneratione apud nationes fuerit. I.

Si tamen Regalem authoritatem accipiamus eam ſolam quæ pluribus hominibus imperat, compertum erit, vt non ſemper Reges fuerunt, id eſt Poteſtates aliis prædominantes, ita nec Sacerdotalem dignitatem quamtæcumque maieſtatis fuerit, regali coniunctam ab initio fuiſſe. Nam regalis authoritas pluribus annis poſt creationem hominis adoleſcere cœpit. Et ſi conſulamus prophanos authores, nobis illi ſuggerent non apud Medos ſolum, vt ait Herodotus, ſed apud alios etiam populos fruendæ iuſtitiæ cauſa conſtitutos eſſe benè moratos Reges: vt potè cum premi cœpit multitudo ab ijs qui opes habebant, confugientibus tenuioribus ad vnum aliquem virtute præſtantem qui eos prohiberet iniuria, & æquitatem conſtituens ſummos cum infimis pari iure retineret. II.

Sed ſi ſacrum oraculum quod eſt ſine fallacia, & fuco, adeamus, ab illo edocebimur à tyrannide dominationem enatam eſſe. ſiquidem cum progenies filiorum Noë (quorum erat non diſſimilis origo, nec alter altero nobilior) pullulaſſet, & ab his diuiſæ eſſent inſulæ gentium in regionibus ſuis, nullus ſupra cæteros dominationem præſumebat, vſquequò Nembroth cœpit eſſe potens in terra, & imperio ſuo ſubjicere per vim homines. Vnde interpretatur tyrannus, vel profugus, ſiue tranſgreſſor, aut apoſtata, quaſi qui legem æqualitatis dictam hominibus à Deo vt æquales eſſent, temeraſſet: indeque exiuit prouerbium, Nembroth venator robuſtus coram Domino, vt qui velut in ſyluis feras vndecumque indagarit homines quos in retia tyrannidis compulerit: & quandoquidem nulla mortalium facta latent Deum, dicitur illa venatio coram Domino: additque ſcriptura principium regni eius fuiſſe Babylon, quæ ſonat confuſionem. Vbi enim maior eſt quam in tyrannide confuſio, ſub qua Dei non eſt reſpectus, nec Regis charitas in populum, nec populi amor in Regem?

Digitized by Google

Hæc ergo à creatione mundi prima regni mentio. Vnde con-
III. ſtat regni primordia deberi huic tyrannidi, quæ deinde moribus exculta in regni denominationem abiit. Proindè non ab initio Reges, id eſt dominatores fuerunt: ſi non ab initio Reges, ſic neque Sacerdotalis dignitas huic regali conſociata fuit. Nam nemo neſcit longè ante illam Regalem ſacra eſſe facta Deo, à quibus ſacris conferendis, & dandis cœperunt dici Sacerdotes. Eccuius enim auribus non crebro perſonuere Abelis & Caim ſacrificia; huius inuiſa, illius accepta Deo?

Erant itaque Sacerdotes, ſed non Reges, quandoquidem ſacra Deo faciebant, nec ideo dominabantur hominibus: Imò primitùs omnes homines Sacerdotes extitiſſe dici poteſt, nec alter alteri iugum religionis imponebat: & cum non legatur quibuſdam prohibitum, aliis conceſſum, niſi poſt legem: impunè fuit omnibus ſacrificare, & abſque peccato: quandoquidem ante legem & prohibitionem non fuerit peccatum, ſcribente Paulo ad Romanos, Sed peccatum non cognoui niſi per legem.

IV. Vbi verò placuit Deo conſtituere Sacerdotium penes certos homines nempe Leuitas, eiſq; Primatem dare, an ei Primati Sacerdotalem, & Temporalem iuriſdictionem compe·ere voluit? Sacerdotalem nempe, quoad res ſacras; & Temporalem quoad res temporales in Sacerdotes & Seculares.

Equidem error eſſet nulla non ablutione expiandus ſi quis dubitaret Sacerdotali iuriſdictioni quoad res ſacras obnoxios fuiſſe, & eſſe debere vtriuſque conditionis homines: an verò conueniens ſit vt ei quoque ſubſint quoad res temporales: hoc eſt quod non omnes concedunt.

V. Porrò ante legem ſcriptam vnum Melchiſedech & Sacerdotem & Regem animaduertimus: Itaque duplici qualitate præditum: quaſi non potuiſſet ex Sacerdotali ſola quæ Regali compe-
VI. tunt, nempe in res temporales Imperium niſi iſta etiam præualuiſſet, aut quaſi (& quod verùm eſt) non potuiſſet ex Regali quæ ad ſacra pertinent: Ideoque Reges qui vtrumque voluerunt vſurpare, ſe quoque Pontifices dixerunt. Quid verò de Patriarchis vt Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, an credibile eſt eos ita ſacrificos fuiſſe, vt eis quibus ſacra diſpenſarent, non ſimul præeſſent temporali poteſtate, ac ius dicerent?

Sed conjicere in iſtis exemplis potiùs licet, quam quid certum aſſerere: neque enim vſquam habemus hos Patriarchas princi-

Digitized by Google

pali & regia dominatione vſos eſſe, cuiuſmodi qui verè Reges fuerunt, vſi ſunt.

Ac neque Moſes quem Deus tot expreſſis verbis Principem populi elegit vt res ſacras & temporales ordinaret, ambabus præualuit. VII.

Iſtud verò notabile quod etſi ad tempus aliquod, vtraque maieſtate, Sacerdotali nempe, & Seculari donatus fuerit, tamen ſimul atque ex mandato Dei Aaronem, & eius deſcendentes rebus ſacris præpoſuit, ab illis prorſus ceſſauit palam profeſſus ſe tamen propter dignitatem miniſterij libenter vacaturum altari, niſi aliter placuiſſet Deo.

Ergo placuit Deo miniſteria ſegregare, vt ad res ſacras eſſet Aaron; ad ſeculares, Moſes: ac ſucceſſiuè Phinees, & Ioſue, cæterique deinceps. VIII.

Sed nihilominus fateamur neceſſe eſt non excluſam fuiſſe Sacerdotalem iuriſdictionem à temporalium cognitione, imò quamdiù ſub Regibus non fuit Iudæa, potiores in illis eius partes fuerunt: dicente ſcriptura ſine diſtinctione; Si quis Sacerdotis imperio non obedierit, moriatur homo ille: & quod maximò ſecularitatem reſpicit, præcipitur vt ad verbum Eleazari Sacerdotis egrediatur, & ingrediatur Ioſue & omnes filij Iſrael cum eo, & cætera multitudo: Sic quæſtio à filiabus Salphaad de hæreditate patris ſui, & iuramenti Gabaonitarum coram Eleazaro deciſa eſt. IX.

Equidem acceptum fuiſſe Deo, vt in Sacerdote regalis quoque Maieſtas reſideret apertè demonſtrant, tum quod ita ſtrictè ei obediri voluit: tum quod reiecto à Iudæis Samüele, qui velut Sacerdos & Rex erat, illiſque Regem flagitantibus: Non te, inquit ad Samuelem loquens, abiecerunt, ſed me ne regnem ſuper eos; ſic intelligens regnare Sacerdotem Vice-Dei: & alibi petebat à Iudæis, vt ſibi eſſent in regnum ſacerdotale. Cuius forſan dicti memores illi declarauerunt aliquando coram Pompeio, apud quem de Monarchia, & regni titulo contendebant Hircanus, & Ariſtobulus, ſibi inſitum ſacrificis obedire. X.

Cum verò per ea conſtet voluiſſe Deum, vt Sacerdos ſummus pro Rege eſſet, & Sacerdotium pro regno, quid non regali iure vteretur? regali, inquam, non tyrannico, vt diſtinxit Ariſtoteles: id eſt vt ſecundum leges regnaret, nec quemquam occide- XI. Lib. 3. Polit. cap. 10.

Digitized by Google

ret, niſi in bello: tributa non indiceret iis contentus quæ adeo ſtatuta erant Sacerdotio primitiis, videlicet, decimis, oblationibus, & ea pecunia vel ſiclo quod ex omni orbe vbicumque diſperſi eſſent Iudæi ſolebant ſinguli ad templum Hieroſolymitanum mittere: vnde etiam & cætero redditu ſacro oneribus reipublicæ ſatisfaciebat Pontifex Maximus, ideoque notatus Onias quod in ſuo Pontificatu negligeret tributum pro republica pendere Ptolomeo Euergeti, nempè 20. talenta ex ſuo redditu cuiuſmodi prædeceſſores eius ſoliti erant.

Ioſeph. lib. 12. antiq. cap. 3. ſub f. & 4.

XII. Quid ſi ille redditus ciuilibus, & bellicis negotijs, dempto etiam qui ad ſacra neceſſarius erat, ſumptu, ſufficere non poterat; Quis alius pecuniam indixiſſet, niſi Pontifex cum non alius potior eſſet? Sanè ex Ioſepho liquet penes Iudæos, etiam cum Reges non habebant, theſaurum publicum fuiſſe, eiuſque cuſtodiam non penes Leuitam, ſed Antipam qui regiæ tribus erat, id eſt Iudæ.

Lib. 4. de bello Iudaico cap. 11

XIII. Sed meherclè non æquè abſolutam extitiſſe Pontificis maximi in res temporales ac in res ſacras plurima docent, quod ad illas non ad iſtas ſeniorum & totius populi exquiri ſoleret conſenſus authoritatem: ac proindè refert Ioſephus optimum viſum eſſe Samueli, vt Reſpublica gubernaretur à præſtantioribus, & melioribus, quos vndique ſeligebat. Ergo non ab vno qui Rex eſſet, nec item à Pontifice, vt Rege. Itaque epiſtola ad Lacædemonios ſcripta fuit, non ſolum Ionathæ ſummi Sacerdotis nomine, ſed Seniorum etiam & totius populi; quod ſi dominatio temporalis abſolutè penes Pontificem fuiſſet, proculdubio ſolo ſuo nomine ſcripſiſſet. Et cum de reparandis vrbis Hieruſalem muris quæſtio fuit, idem Ionathas Pontifex retulit ad populum, vt conſenſum eius haberet, eoque mandante curam reparationis ſuſcepit. Denique Ioſephus de Anano Pontifice loquens, ius, ait, vnicuique reddebat: & inprimis curabat, vt dominium penes populum eſſet.

Idem lib. 13. antiq. cap. 9.

Lib 4 cap 20. de bello Iudaico.

XIV. Atque ex defectu abſolutæ poteſtatis in res temporales procedere potuit, vt Pontifex non alio nomine, vel titulo diceretur qui temporale dominium repræſentaret: niſi quod extremis temporibus Simon adeò gratus fuit populo, vt Ethnarcam eum nominarent, ab eiuſque principatu numerarent annos: quaſi exinde tantum inciperet eſſe Princeps temporalis. Sed tandem Ariſtobulus Regium titulum, Regiamque coronam Pontificiæ

Idem lib. 13. cap. 11.

Digitized by Google

addidit. Ac deinde Hircanus expulſo Ariſtobulo reſtitutus à Pompeio Pontificiæ dignitati ſe tantum Pontificem appellabat: vſque quo principatui temporali aſſertus à Iulio Cæſare inſcriptus eſt Pontifex & Princeps Iudæorum.

Neque verò credendi ſunt titulum ſecularem affectaſſe, quod cum Pontificio excelſiorem putarent: Namque Iudæi rectè, ſanctèque minorē eſſe docuerunt apud Hircanum quando contenderunt, vt is ſe abdicaret Pontificatu, contentus Principatu fingentes eum captiua matre natum: quæ origo dignitati Pontificiæ videbatur incongrua, regiæ vero non item propter minorem excellentiam. Quorſum ergo regius titulus pontificio additus eſt, niſi vt ſciretur Pontificem exigere poſſe à ſubditis vt Regem, quæ non poterat vt Pontifex? Sic è diuerſo Reges, qui non poterant vt Reges pontificia munia obire, Pontifices dici voluerunt vnde poſſent quà Pontifices, quæ non poterant quà Reges. XV.

Cum ergo Pontifices non erant titulo Reges, neque etiam poteſtate Regia præſtabant: & ſanè eos non eſſe debere Reges, ſatis demonſtrauit Deus quando præuidens fore vt alij quam Pontifices conſtituerentur Reges, legem de iſtis longè ante propoſuit per Moſem. Plurimæ tamen authoritatis fuit Pontifex, etiam vt Pontifex in reipublicæ adminiſtratione, vbi non erant Reges provt compertum eſt, tum ex illis quæ hoc capite iam diximus, & ampliora notauimus alibi: tum quod Alexander magnus conatus eſt tantoperè à partibus Darij ad ſuas ſummum Pontificem Iaddum allicere: & Lacædemonij cum Onia, vt Principe, fœdus percuſſerunt. XVI.

Sed vt mox vidimus, erant præcipua capita non ſolida, & abſoluta: vnde nec Moſes in rebelles quidquam à ſeipſo pronunciauit vnquam: Nec diù poſt Eſdras in Principes populi reos, quod alienas vxores duxiſſent, ne contumaces offenderet: Nec eorum facultates ærario templi adſcripſit qui biduo, vel triduo proximo non conueniſſent in Hieruſalem, niſi ex aſſidentium ſeniorum iudicio. At Pontificibus & Sacerdotibus Iudaicis hoc præcipuum fuit, quod ſolis eis ſacrorum cura, & iuriſdictio competebat, ſed promiſcuè cum alijs ad ſecularum cognitionem, & iudicium vocabantur, quemadmodum iam ſatis notauimus: videlicet quamdiù Regis imperio non paruit Iudæa; nam quoties paruit, tota penes eum temporalis iuriſdictio conſtitit. Lib. 3. cap. 9.

CAPVT II.

DE PONTIFICIS CHRISTIANI ead. abſoluta iuriſdictione in Imperatoribus conſtituendis, & coronandis.

LECTIO.

1. *S. Bernardini Senenſis opinio de defectu temporalis poteſtatis in ſummo Pontifice.*
2. *Deus Chriſtus vtramque poteſtatem ſecreuit.*
3. *De coronæ ab Eccleſia accipiendæ introducto vſu, ex eoque authoritas Pontificis in Principes coronandos.*
4. *Commendatio iſtius vſus, vt qui fuit apud Iudæos, & vnctos Reges magis reuerendos & non tangendos docuerit.*
5. *Apud Perſas ac notabilis cæremonia cibi, & potus tum Regi apparati.*
6. *Apud Romanos quoad Tribunos.*
7. *Primis Imperatoribus non fuit vllius coronationis cæremonia.*
8. *A quo tempore cœperunt Imperatores coronam aſſumere.*
9. *Coronæ apud Græcos ab Eccleſiæ ſuſcipiendæ vſus: exempla notabilia.*
10. *Inualuit idem vſus apud cæteras Chriſtianas gentes: initio facto à Clodoueo.*
11. *Corona ab eo miſſa Romam, quæ dicta eſt regnum.*
12. *Qui primus Imperatorum coronam accepit à ſummo Pontifice.*
13. *Caroli magni coronatio à ſummo Pontifice.*
14. *Et ſucceſſorum eius.*
15. *Vnde electus, non ante dici cœpit Imperator quam eſſet coronatus à Pontifice.*
 Ac propterea ſummopere flagitarunt electi, ac pretio etiam oblato eam ab eo coronationem.
 Exemplum à Carolo Caluo.
16. *Eam authoritatem inuiderunt Ioanni 8. Romani, ab iiſque ob illam in carcerem coniectus.*
17. *Legem de Imperatore eligendo petunt ab Adriano Romani.*
18. *Carolus magnus ſitne Gallus, an Germanus.*
19. *Ob eam legem quanti tumultus, & Caroli Craſſi miſera conditio.*
20. *Paſtum debebant olim Epiſcopi Regibus tranſeuntibus.*
 Exemplum notabile.
21. *Rurſus tumultus ob coronam & titulum Imperialem à Pontifice datum.*
22. *Henricus I. recuſauit eam*

Digitized by Google

coronationem à ſummo Pontifice acc.ipere.
23. *Tres Othones Romæ coronati.*
24. *Eligendi Imperatoris lex à Gregorio 5. lata.*
25. *Item à Gregorio 7.*
26. *Certorum electorum inſtitutio cui d.betur.*
27. *De pomo quod cum cruce geſtatur ab Imperatore.*
28. *Conradi electio & coronatio.*
29. *Henrici 2. ſeu 3. Henrici 3. ſeu 4.*

ATQVE hæc de Iudæorum Pontifice: quid verò de noſtro? Sanè ea quondam extitit conditione vt nullum habens temporale dominium, nulla quoque ſuprema iuriſdictione, & authoritate temporali fungeretur: verùm ſola ſpirituali quam à Chriſto acceperat. Sed beneficio Principum ſecularium auctus ſeculari ditione, cœpit quoque temporalis eſſe dominus, at circunſcriptus, vt eam exerceret in homines ſui ſoli non alios, tam laicos quam eccleſiaſticos: quippè in eos duntaxat iuriſdictionem, & dominationem vtramque habens. Quò alludens S. Bernardinus è Franciſcanorum ordine in prædicatione, quam Æneas Syluius poſtea Pius 2. ſe audiſſe refert, Ego, aiebat, neque Cardinalatum cupio, neque ſummum Pontificatum, niſi fortaſsè Imperium orbis ſimul cum Papatu conſequerer. tunc enim optimè conſulere reipub. Chriſtianæ mihi fas eſſet leges ſtatuẽs bonas, & legum obſeruantiam inducens. At Papatus ſine Imperio nihil mihi niſi moleſtia fuerit, cum malè viuentes vellem quidem, ſed non poſſem coërcere. Sic ille ex Pio quaſi innuens temporalem gladium ſpirituali adiungendum eſſe. I.

Verùm fruſtrà videtur vtrumque optare Sacerdos, quando iampridem diuiſa ea eſſe, vt nec Imperator vltra ſibi nomen Pontificis imponeret, nec Pontifex regale faſtigium ſibi vendicaret ei Chriſto Deo placuerit, qui licet regale genus, & ſacerdotale ſuſcepiſſet, officia tamen vtriuſque poteſtatis actionibus propriis, dignitatibuſque diſcreuit memor fragilitatis humanæ, vt Gelaſius ſummus Pontifex dixit. Ergo nec ſecularis Princeps ſacerdotia diſtribuere, reſque eccleſiaſticas diſpenſare: nec ſpiritualis regna dare, aut auferre, aut de rebus temporalibus decernere debuit. Quæ ideò non præſumpſerunt Pontifices per plurima Chriſtiani æui ſæcula: nec Principes temporales quidquam eis ſe debere putauerunt in aſſequendo Principatu temporali: II.

Digitized by Google

V. Sic Perſarum Reges per Sacerdotes ſacrabantur: & quòd notabile eſt, ſacrato conuiuium apparabant illi de quo edere, & bibere eum oportebat; nimirum placentam panis, ficis, & multo therebintho confectam; ac potum, cui longè plus ineſſet aceti quam lactis, vt inſtruerentur plurimam principatus partem laborum, & ſolicitudinum plenam eſſe.

Plutarch. in Artaxerxe.

VI. Et Gentiles Romani quibuſdam cæremoniis relatis ex magno interuallo Tribunos ſacroſanctos fecerunt, vt qui eis nocuiſſet, caput illius Ioui ſacrum eſſet, familia ad ædem Cereris, liberi, liberæque venum iret: Itaque Imperatores tribunitia poteſtate pollere voluiſſe, vt ſancti apparerent, ait Dion Nicæus in Auguſto.

Liu. decad. 1. lib 3.

VII. Vnctionis tamen ſeu conſecrationis ritum tardè adhibuerunt Imperatores, & alij Reges quibus ſufficiebat electos ſe eſſe, vel à militibus, vel à populo, vel ab eo qui imperans aut hæredem, aut collegam ſibi deſignabat: Electus autem nullis aliis cæremoniis cõfirmabatur, quam quod in clypeum elatus ſublimis ferebatur, vt de Valentiniano ſeniore refert Nicephorus: eumque morem Græcos retinuiſſe teſtantur Zonaras, & Nicephorus Gregoras in Iuſtiniani primi, & Theodori Laſcaris electione. Noſtris quoque Regibus in vſu id fuiſſe notiſſimum eſt.

Lib. 11. cap. 1.

Gregor. Turon. lib. 3. & li. 4. in princip.

VIII. De coronę vero Imperialis aſſumptione, quanquam pauci meminerint, non dubium eſt quin eam Imperatores ſibi iampridem impoſuerint tradito videlicet ritu, vel ab Heliogabalo, quem diademate gemmato vt pulchrior appareret, & magis ad fœminarum vultum aptus, ſe ornari ſolitum refert Lampridius: vel ab Aureliano qui primus diademate caput cinxit, gemmiſq; & pretioſa veſte vſus dicitur ab Aurelio Victore: quanquam non potuit primus: cum enim Heliogabalus præceſſit. Sed fortaſsè primus in eò quod ſucceſſores eius illum imitati fuerint: non verò Heliogabalum qui ei ſucceſſerunt, velut non auſi ab iſto impuro, effœminato, & tyranno rem tot ſeculis incognitam inchoare, quippè Romanis inuiſam quibus adeò regium nomen diſpliceret, vt licet dominationem ferrent, regia tamen inſignia abominarentur.

Vide not. ad cap. 12. lib. 3. Vvarnefridi de geſtis Lõgob.

IX. Porrò Zonaras rerum ab Imperatoribus geſtarum vſque ad Alexium Comnenum ſcriptor coronationem non tradit antè Martiani tempora imperantis circa annum 450. hunc verò, ait à Pulcheria Theodoſij defuncti ſorore conſentientibus Patriarcha

Digitized by Google

& Senatoribus coronatum eſſe. Leonem 2. Zenonis ipſummet capiti coronam dediſſe. Sed tandem Patriarchæ præcipuum miniſterium in hoc euaſit, adeò vt Euphemius qui hac dignitate ſacerdotali fungebatur noluerit Anaſtaſium Baſilij ſucceſſorem coronare antequam cautionem ab eo exegiſſet nullatenus illum decretis Eccleſiæ derogaturum: eaque exacta cautione corona caput eius cinxit. Quod idem fecit Nicephorus apud Michaëlem Rangabem: & Polyenctus adduci non potuit, vt Zimiſcem coronaret antequam Nicephori Imperatoris, quo occiſo imperium vſurpauerat, necem expiaſſet. In coronatione vero Leonis Armenij hoc notabile fertur, quod Nicephorus Patriarcha, dum apprehendit coronam, ſenſerit velut aculeos quibus pungebatur, præſagium futuræ perſecutionis quam & ipſe, & Catholici ab eo Iconomacho tulerunt. Atque tandem ſubijt opinio, vt nõ benè coronatus cẽſeretur Imperator Græcus niſi à Patriarcha Conſtantinopolitano. Quapropter licet Ioannes Palæologus inauguratus fuiſſet à Lazaro Antiſtite Hieroſolymitano, ac ſufficere diceretur apud viros prudentes illa ſacra vnctio, tamen vt calumniantium ſermones interciperet, qui ſuggillare eius imperium vellent, quod non eſſet Byſantij ſecundum morem coronatus, iterum eò loci coronari voluit: vt eſt in hiſtoria Cantacuzeni.

X. Peruaſit demum apud omnes ferè Chriſtianas gentes, vt deinceps vniuſcuiuſque regionis Princeps coronam, & ſacram vnctionem ab Eccleſia caperet: Initio fortaſſis ſumpto à noſtris Regibus, qui licet poſt Imperatores fidem orthodoxam amplexi, nullis aliis Regibus ſecundi, tamen in hoc Imperatores præceſſerunt vt primi ab Eccleſia ſacrarentur, vnde non immeritò dicuntur Eccleſiæ primogeniti, Clodouei exemplo qui ad Chriſti religionem conuerſus baptiſmate non ſolum, ſed & chryſmate donatus fuit: oleo, vt piè credimus, tranſmiſſo diuinitùs: ac deinde in Regum conſecrationem ad noſtra vſque tempora ſeruato, & ad poſteriora ſeruando.

XI. Sed hoc certum eſt (vt iam ad Pontifices Romanos veniamus) primos Imperatores etiam Chriſtianos qui Orientis, & Occidentis imperium ſimul tenuerunt, vel qui etiam Occidenti præfuerunt diuiſione inter fratres facta, vel adſcito collega, ab iſtis Pontificibus coronam, & vnctionem non ſuſcepiſſe vſque ad Iuſtinum 1. qui à Ioanne 1. ad eum ob cauſam Arria-

norum iuſſu Theodorici delegato, coronari voluit, vt ſcripſit Anaſtaſius. Quippe is Pontifex ſolus ex præcedentibus Pontificibus Conſtantinopolim venit, vbi miro honore reſumptus dicitur à Marcellino Comite, vt dexter dextro inſideret Eccleſiæ ſolio. Atque hæc eſt vnica Imperatoris Græci à Romano Pontifice coronatio: niſi addas Petrum Altiſſiodorenſem qui poſt captam à Latinis Conſtantinopolim Balduino 1. ſuccedẽs, ab Honorio Pontifice Imperij Græci accepit Romæ inſignia. Sed breuis fuit Latinorum ille in Gręcia principatus, detrectantibus Græcis alium quàm patrium Imperatorem. Itaque quamdiù Græcus Imperator res Romanas rexit, non expetiuit ſe Romæ coronari: vbi vero his euictus fuit legimus Alexium Comnenum pollicentem ſe Paſchali 2. & Romanis ſuppetias laturum aduerſus Henricum 4. ac venturum Romam, vt coronam imperialem à Romano Pontifice acciperet; quod ſucceſſu caruit.

Diuiſione autem Imperij facta, & Occidentali parte ad Francos primùm, deinde ad Germanos tranſlata, excreuit maximè ea in re Pontificis authoritas: ipſis etiam Imperatoribus plurima ex parte approbantibus, vt ſenſim inualuerit eos illi iuratos, & confirmatos ab eo eſſe oportere, aliâs non dici Imperatores: ac demum vt confirmationem, ſic depoſitionem iſtorum ab eis pendere præualuerit, quanquam repugnantibus nonnullis; quorum ſeriem non ingratum erit exponere: ac primùm de coronatione. XII.

Hanc porrò notiſſimum eſt à Carolo magno primordia cœpiſſe, quippe cui, vt gratiæ referrentur ob tantos pro Eccleſia & Romano populo exantlatos labores aduerſus Longobardos, Leo Pontifex coronam impoſuerit toto acclamante populo; Carolo Auguſto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum vita, & victoria. Sicque coronatus exemplum etiam fecit poſteris, vt eamdem coronationem appeterent: cum & ipſe procurarit Ludouicum filium qui dictus eſt Pius, Romam expreſsè ductum, licet in cunis adhuc vagientem inſigniri ab Adriano Pontifice Regali diademate, vt beatorum Petri & Pauli, ait Aimoinus, quibus cœli terræque attributa eſt poteſtas, ſuffragijs conſulere ſubditis, perduellionumque, ſi emerſiſſent, proterviam proterere poſſet. Deinde quamvis eum iam perfectæ ætatis coronaſſet Carolus pater, & conſor- XIII. XIV.

Atque Thegã. in vita Ludouici.

tem feciſſet Imperij, tamen rurſus à Stephano Papa coronatus eſt Rhemis patre defuncto.

Aimoin & annal à Pithœo editi. Albert. Stadenſ. in chr.

Ludouicus cum plures filios haberet, vnum ex illis Lotharium coronauit, atque ſocium Imperij conſtituit, cæteros appellans Reges, alterum Aquitaniæ, alterum Baioariæ, idque anno 817. Lotharium nihilominus à patre in Italiam delegatum coronauit Paſchalis 1. anno 823.

Lotharius Ludouicum primogenitum ad Sergium Pontificem miſit ab eo coronandum, vt ſcribunt Anaſtaſ. in Sergio, & Ado in chronico; additque Paul. Æmil. ei cum armatus, & ſuperbè adueniret obſeratas fuiſſe templi fores iuſſu Sergij, qui occurrens pro gradibus ædis ſacræ: Si, inquit, pacatus ades, patebunt ædes: ſin quid ſecus agitas, pendet è cœlo in hoſtem enſis, valuas caue tetigeris. Eaque voce deterritum adoleſcentem poſuiſſe ferociam, ſtatimque coronari pro Imperij ſucceſſore meruiſſe.

XV.

Ep. de diuiſ. imp. & opuſculo de comparatione vtriuſque regni.

Ab his primordijs Romani Pontificis eò progreſſa eſt authoritas, vt inter competitores is tum ſe Imperatorem crediderit qui ab illo coronatus eſſet. Hinc quod Agobardus ſcripſit cum Ludouicus Pius diuiſis inter liberos principatibus ſuis, alteroque illorum declarato Imperatore conſentiente, & approbante Gregorio Pontifice, vellet poſtea reſilire ab ea diuiſione: Pontificem in Galliam veniſſe, vt ratum id eſſet quod ipſe approbauerat.

Ludouico 2. Carolum Caluum ſuccedentem Ioann. 8. coronauit, ſed non ſine largitionis ſuſpitione. Adeò enim Imperij appetens ille fuit & credidit non ſine ea coronatione ad illud perueniri poſſe, vt dicatur ipſum Ioannem donis corrupiſſe.

Otho lib 6. c. 6. ſic chron. Richerſperg. ad an. 877.

Nam Otho Friſingenſis: Carolus ſenior Occidentalis Franciæ Rex Romam veniens à ſummo Pontifice Ioanne, ciuibuſque imperium pecunia, vt dicitur, obtinuit: & Regino ad ann. 877. Carolus, inquit, ſenior Romam ſecundo profectus eſt vbi iampridem Imperatoris nomen à Præſule ſedis Apoſtolicæ Ioanne ingenti pretio emerat. Denique annales incerti authoris à Pithœo editi, aiunt illum circa annum 875. quanta potuit velocitate Romam profectum eſſe, omnemque Senatum, populumque Rom. more Iugurthino corrupiſſe, ſibique ſociaſſe, ita vt etiam Ioannes Papa votis eius annuens corona capiti illius impoſita eum Imperatorem, & Auguſtum appellari præceperit. Sic annales quorum incognitus author ſe ex profeſſo Caroli aduer-

Digitized by Google

ſarium oſtendit eum vbique tyrannum appellans. Quæ vero corruptio, & quorum munerum fuerit recenſet Eutropius Longobardus: Carolus, ait, veniens Romam renouauit pactum cum Romanis, perdonans illis iura regni, & conſuetudines: & ſumptus de tribus Monaſterijs id eſt D. Saluatoris, & B. Mariæ ſemper Virginis in Sabinis, atque S. Andreæ,& de cæteris quam plurimis Monaſterijs fiſcalia patrimonia. patrias etiam Samniæ, & Calabriæ ſimul cum omnibus ciuitatibus Beneuenti eis contulit: inſuper ad dedecorem regni totum ducatum Spoletinum, cum duabus ciuitatibus Tuſciæ, id eſt Aricium, & Cluſium quatenus vt is qui præerat ante regia vice, Romanis videretur eſſe ſubiectus: remouit etiam ab eis regias legationes, aſſiduitatem, vel præſentiam Apoſtolicæ electionis. Hæc Eutropius. Quæ ſi vera, ſine conſcientia Ioannes fieri vix potuerunt. Is tamen in Concilio Ticinenſi legitimam Caroli coronationem fuiſſe aſſeruit,eum dicens, Non ſe ad tanta faſtigia improbum intuliſſe, non fraude aliqua, aut machinatione, aut inhianti ambitione: neque ſibi honorem præſumptuosè aſſeruiſſe: ſed tanquam, inquit, poſtulatum à nobis, & à Deo vocatum. Neque enim, ſubdit Ioannes, tam prompti fuiſſemus ad eius promotionem, niſi talem eius cognouiſſemus intentionem. Ad quæ reſponderunt Epiſcopi: Quem amatis amamus, quem elegiſtis eligimus. Denique Aimoinus ait illum inuitatum à Ioanne, vt Romam veniret coronæ Imperialis accipiendæ cauſa: ac Synodus Pontigonenſis idem teſtatur, & miſſos eſſe ea de cauſa ad Carolum à Ioanne quatuor Epiſcopos: munera verò illum duntaxat obtuliſſe B.Petro,ſcripſit idem Aimoinus.

Carolo defuncto ſummoperè conatus eſt Ioannes, vt Ludouicus Balbus eius filius Imperator decerneretur. Sed cum obſtarent Romani proceres qui Carolum Craſſum Germaniæ Regem petebant eò ſeditionis res euaſit, vt in vincula ſit Pontifex conjectus, quibus elapſus in Galliam profugit, ibiq; Ludouicum ſacrauit, qui non diù ſuperſtes eumdem Carolum Craſſum ſucceſſorem habuit ab eodem Ioanne coronatum. XVI.

Tunc verò Optimates Romani captata bellorum occaſione quibus Craſſus aduerſus Nortmannos diſtinebatur, ne in Italiam pergeret, & quod liberis careret, curauerunt ab Adriano 3. ferri legem (ſic approbantes eius authoritatem velut Principis) qua cauebatur, vt moriente illo ſine filiis, regnum Italiæ Principibus XVII.

Digitized by Google

Italicis vna cum Imperij titulo traderetur, ſicque à Francis transferretur Imperium. Germani dicunt à Germanis ad quos id volunt peruenisse in perſona Caroli magni quem Germanum aiũt, quod in oppido Ingelheim duobus tãtum milliaribus à Maguntia diſtante genitus ſit. At licet natiuitate Germanus, nonne dignitate Francus?

XVIII. Quis vnquam eum Germaniæ, non potiùs Franciæ, aut Gallię Regem dixit? Conſtat autem Franciæ regnum, tunc auguſtiſſimum fuiſſe vt protenderetur à Celtica, vel à montibus Pyræneis vſque ad Illyricum: huius autem præcipua pars Gallia fuit, cui proinde accedebat Germania: non è contra.

Sed non eſt iſtius loci hæc diſceptatio: ſufficit notaſſe præreptum eſſe Gallis Imperium eo tempore, non Germanis: aut quia electiuum erat, fortaſsè fas fuit quemlibet cuiuſcumque nationis Principem deligere, modo capacem, & tantæ maieſtati, virtute, & viribus parem: meliúſque reipublicæ Chriſtianæ conſultum fuiſſet ſi non vni genti Imperium addixiſſent Itali & Pontifices Romani.

XIX. Vt verò ad rem: ipſi legis ſuaſores pœnas ambitionis ſuæ dederunt variis cladibus à compeditoribus Italia profligata.

Craſſi miſera conditio fuit. Nam cum ab eo deficerent vires corporis, & animi, optimates Arnolphum Carolomanni filium vltro in regnum attraxerunt: & ſubitò facta conſpiratione Imperatorem adeò reliquerunt vt vix aliquis remaneret qui ei officiũ humanitatis impenderet: nec cibum, & potum haberet niſi Luedperti Epiſcopi ſumptibus quovſque ſupplex apud Arnulphum pro alimentis obtinuerit nonnullos fiſcos, ait Rhegino, & Chronica Laureshamenſis, id eſt nonnullas ditiones in Germania, vel illarum redditus ad fiſcum, ſeu Principem pertinentes. Res æſtimatione ſortis humanæ, & rerum varietate miranda in eo Principe, qui poſt Carolum magnum nulli Regum Francorũ diuitiis, poteſtate, & maieſtate poſtponendus erat.

Eo defuncto dum Itali memores legis ad Adriano impetratæ de ea exequenda laborant: Vido, & Berengarius ad regnum Italiæ, Imperiumque Romanum adſpirauerunt. Quippè etiam Craſſo viuo clam pepigerant ſe poſt eius mortem daturos operam, vt alteri Francia, alteri Italia cederet. Quippè inter Italos Francorum Regum beneficio pollebant authoritate: ille Spoletanæ ditioni præfectus, hic Foroiulienſi, & Veronenſi, præter-

Digitized by Google

quam quòd ex Longobardorum Regibus originem ducere credebatur, itaque meritò auitum regnum repetere. Ei promptior fuit fortuna vt Italiam inuaderet. Quapropter Vido Stephano 5. hortante, vt Sigonius ſcripſit, vel, vt ait Paulus Æmil. euocatus à Fulcone Rhemenſi odio Odonis, vel Eudonis Comitis Pariſienſis qui ſe tutorem Caroli ſimplicis iactans ſub eius infantia regnum Franciæ vſurpauerat, ad id regnum occupandum animum vireſque ſuas conuertit: ſed fruſtra: repulſus nempè ab Eudone.

XX. De hoc Vidone ſeu Guidone illud memorabile refert Luithprandus, quòd cum ingreſſus Gallias ad Mediomatricum vrbem Metenſem diuertiſſet, dapifer eius illuc præmiſſus ad alimenta Regio more præparanda, videns admodum multa parata, ſpopondit Epiſcopo ſe curaturum, ſi ſibi equus donaretur, vt Rex tertia huius opſonij parte contentus eſſet. At Epiſcopus hac ſorde indignatus, Non ferent, inquit, Franci Regem regnare qui 10. drachmis vile prandeat Opſonium: abeat retrò vnde venerit: nemo hunc Regem amplectetur, nemo amabit. Nec dicto abfuit euentus. Siquidem coactus eſt Guido Italiam repetere, in qua cum Berengario de Imperio decertauit: Adeò, ait Luithprandus, qui amicitiarum fœdus coniurationis iniere principio, indiruptam nullo modo queunt ſeruare concordiam: & vera amicitia niſi inter emendatos mores, eiuſdemque virtutis, & propoſiti viros ſtare non poteſt.

Nam paſtus Imperatoris à Comitibus & Epiſcopis debebatur, ex Cócil. Rauen. ſub Ioan. 9. an 904. Vide Chopp. lib. 1. ſacræ polit. tit 6. n. 6. & lib. 3 tit. 20 nu. 13. de domanio.

XXI. Cum verò Stephanum adiutorem & fautorem haberet Guido profligato Berengario coronatus eſt manu Pontificis. Sed defuncto Stephano de ſubſtituendo Pontifice diſſentientibus Romanis, aliis Sergium, aliis Formoſum eligentibus pro vera religione, diuinarumque ſcripturarum & doctrinarum ſcientia, ac Sergio adhærente Guidone, Formoſus à Sergianis oppreſſus ab Arnulpho ſuppetias exorauit, quas iſte Romanæ vrbi admouit, nulla aut parua ſpe eius capiendæ, niſi cum obſidebatur excitatus ad clamorem militum lepuſculus, dumque ad vrbem fugit, ab iiſdem militibus quaſi ludi cauſa cum valido ſtrepitu inſequutus terrorem inieciſſet obſeſſis, quaſi vrbe capta adeo vt ſtationes muroſque deſererent, viamque hoſti facerent. Sic potitus vrbe Arnulphus Formoſum in Sede Pontificia firmauit, ab eoque viciſſim non vi, vt Sigonius, ait, ſed iuri debito adiuncta tanti beneficij gratia coronatus eſt. Nec multo poſt hebes mentis factus

Digitized by Google

cum hauſiſſet ſoporiferum poculum, quod ei Ageltruda Camerini domina, vel, ex Luithprando, Guidonis vxore, propinandum dederat, ex eoque toto triduo ſopitus, ac tandem excitatus, nec quæ ſentiret expromere commodè poſſet, mugitus potiùs quam voces hominis edens, deſpectui haberi cœpit ab Italis. Et ſub ea tempora Formoſo defuncto Stephanus 6. poſt Bonifacium, qui quindecim tantum diebus Pontificatus eſt, ſuccedens cum nihil potius habuerit quam vniuerſa Formoſi acta reſcindere, Arnulphum vitio coronatum pronuntiauit, ac Lambertum Italiæ Regem inunxit Imperatorem. Quod Romanus 1. improbauit, Theodoro verò 2. & Ioanni 9. gratum fuit. Lambertus occiſus dicitur ab Hugone filio Maginfredi Comitis Mediolanenſis vrbis, quem ille vt perduellem laquei ſupplicio necauerat: ac deinde iſtum Hugonem in gratiam adeò acceperat, vt huic ſe vni totum committeret. Is vero vlciſcendæ mortis paternæ occaſionem cœpit dum Lambertus venatione laſſus eoque vno Comite aliis alio diſcurrentibus ſe ſe quieti dabat. Sic Luithprandus: vnde exemplum non tutum eſſe ijs confidere quorum aliqua de cauſa metuenda eſt vindictæ cupido.

Sic ſublato Lamberto Ludouicum Boſonis Prouinciæ Regis filium Ludouici ſecundi Imperatoris atque Italiæ Regis nepotem Benedictus 4. coronauit Romæ. Hunc verò Berengarius captum Imperio, & oculis priuauit, ipſe tandem à Ioanne 11. coronatus anno regni ſui Italici 28. cum id nunquam à præcedentibus Pontificibus impetrare potuiſſet. niſi quod Baronius ad an. 904. notat eum expulſo Ludouico per violentiam coronatum eſſe à Ioanne 9. qui proinde Synodo habita iſtam coronationem abrogauit, & Lambertum inunxit.

Itaque donatus à Pontifice Berengarius corona Imperiali, poſthac in diplomatibus annos Imperij adſcribere cœpit. Sed variis coniurationibus fatigatus tandem ſuccubuit occiſus à Flamberto cui, cum potiſſima clementiæ laude claruerit, pepercerat. Poſtque eius mortem nullus vſque ad Othonem magnum Imperator dictus eſt: Italia interim à pluribus Principibus appetita Rodulpho Burgundiæ Rege, Hugone Comite Arelatenſi, Lothario 2. eius filio, Berengario 2. Berengarij 1. ex filia nepote: Romana etiam ſede fœdis agitata diſcordiis, vt cum Romani Præſules eſſent ferè in poteſtate procerum; &, quod indignius eſt, Marociæ turpiſſimæ meretricis, maieſtatis illorum nulla, ferè

ferè ratio haberetur: contentis qui ſe pro Regibus Italiæ aſſerebant, coronam Papiæ ab Archiepiſcopo capere. Vnde Reges non Imperatores dicti.

Germanis interim poſt Arnulphum, eiuſque filium Ludouicum dominati ſunt Conradus, Conradoque ſuccedens Henricus Othonis quondã Saxoniæ Ducis filius, quem ille manu præhenſum, tactiſque regalibus ornamentis corona, & ſceptro, Hæredem, inquit, Regiæ dignitatis, & Imperij Vicarium ſtatuo; cui vt pareatis non conſulo modo, ſed oro, obſecroque. Is itaque congregatis Principibus, & Primoribus Rex deſignatus cum ei à Leone 6. vnctio & corona offerretur, quibus diceretur Imperator, ſatis ſe habere dixit quod diuina gratia, & ſuorum populorum electione Rex vocatus eſſet: ſe indignum tanto honore dicens, proinde melioribus vnctionem, & coronam reſeruandas eſſe. Quibus dictis manibus in cœlum ſublatis, Deo ſe, ſuumque principatum commendauit, ac ſubitò cõclamatum eſt à populo, Deus te iuuet, tibique aſſiſtat. XXII. pluribus tamen fœliciter, & egregiè geſtis Romam ire meditabatur cum morbo correptus eſt, & letho. Hunc ergo Romani inter Imperatores recenſere dedignantur quod benedictionem Pontificiam non habuerit. Porrò Ditmarus Epiſcopus non à Pontifice oblatam illi conſecrationem fuiſſe dicit, ſed ab Herigero Archiepiſcopo, atque vereri ſe ne in hoc peccarit quod illam repudiarit: & confirmat Vvitichindus.

Luithprand. lib. 2 cap. 7. Otho Friſing. lib. 6. cap. 17. Abbas Vrſperg. ad an. 920. Alber. Stadenſ. ad d. an. Cuſpinian. in Henrico. Crantſ. lib. 6. Saxoniæ. Ditmar lib. 1. Vvitichind. lib. 1 geſtor. Saxonic.

Verùm Otho magnus Henrici filius & ſucceſſor, conſecrationem à Romano Pontifice ſumpſit, Ioanne, videlicet 12. vt tradũt Ditmarus, ſupplementum Reginonis, Albertus Stadenſis, Frodoardus in Chronicis ad an. 961. 962. Abbas Vrſpergenſis, aliiq;. XXIII. Liquet etiam Othonem 2. eius filium Romæ inunctum fuiſſe patre etiam viuente, conſortemque Imperij à patre declaratum. Huic ſuccedens filius Otho 3. cum Italiæ proceres à Germanis ad ſe Imperialem dignitatem transferre cuperent contradicente primùm Ioanne 17. ob idque Creſcentij factione Roma pulſo, deinde reuocato, & cum illo ſentiente Italiam petiit, vbi rebellium fractis viribus coronatus eſt Mediolani, ac deinde Romæ à Gregorio 5. quem audito Ioannis obitu Pontificem declarauit XXIV. hominem Germanum: Huncque ferunt in gratiam gentis ſuæ, & odium Romanorum, à quibus ſede ſua pulſus, & in Germaniam fugere coactus fuerat, decreuiſſe aſſentiente Othone, qui

Digitized by Google

liberis carebat, ne in poſterum iure ſucceſſionis Imperatoria dignitas traduceretur: ſed tres primarij Germaniæ Antiſtites, totidemque Proceres adſcito Rege Bohemiæ, ubi paria ſuffragia in Imperio mandando inirentur, Auguſtorum comitiorum auctores, atque ſequeſtres conſtituerentur. Quod alij Gregorio 10. poſt fata Frederici 2. tribuunt, vt Auentinus & Onuphrius. Sed vt credatur à Gregorio 5. Imperatoris eligendi ſolidum ius non ad aliquos tantum Germanos proceres, verùm ad omnes, tam eccleſiaſticos, quam laicos tranſlatum eſſe inducunt Grego-

XXV. rij 7. & Innocentij 3. reſcripta, ad illos omnes proceres pro electione Imperatoris: atque iſte Gregorius 7. ſanxiſſe dicitur, vt regia poteſtas nulli per hæreditatem, ſicut ante conſuetudo fuerat, cederet: ſed filius per ſpontaneam electionem potiùs quàm per ſucceſſionem ſuccederet ſi eſſet dignus: ſi non eſſet, populo foret libertas alium eligendi, vt refertur in hiſtoria Saxonici belli. Quin etiam lex Saxonica vult Theutonicos Regem eligere debere, eumque tunc Imperatorem eſſe cum ab Apoſtolico fuerit conſecratus.

Gregor. lib 4. epiſt. 3 Innoc. in cap. ad Venerabil. de elect. ex. Specul. Saxon. lib. 3. art. 52.

XXVI. Itaque certorum Electorum inſtitutio tribuitur Innocentio 4. ab eoque decreta in Lugdunenſi Concilio contra Fredericum 2. apud Math. Paridem qui illos nominat, tres Eccleſiaſticos Colonienſem, Moguntinum, & Salſburgenſem: laicos verò quatuor, nempe Duces Auſtriæ, Bauariæ, Saxoniæ, & Brabantiæ: quanquam Martinus Polonus qui ſub Innocentio 4. viuebat, meminerit pro Electoribus Eccleſiaſticis, videlicet Moguntini Germaniæ, Colonienſis Italiæ, & Treuerenſis Galliæ: pro laicis autem, Comitis Palatini Rheni, Marchionis Brandeburgenſis, Ducis Saxoniæ, & Regis Bohemiæ: cui concordat reſcriptum Vrbani 4. Innocentio 4. poſt Alexandrum 4. ſuccedentis. in quo eoſdem Electores recenſet. Itaque longè falluntur qui Gregorio 10. ſuccedenti Vrbano poſt Clementem 4. hanc inſtitutionem Electorum cedunt: ac malè conciliat Nauclerus difficultatem, dum ait à Gregorio quidem ſanciri potuiſſe legem, ſed cum non obſeruaretur, renouatam eſſe à Gregorio 10.

Othoni 3. ſucceſſit Henricus Germaniæ Rex huius nominis 2. ſed Imperij primus (quia priorem non numerant quod à Romano Pontifice non fuerit coronatus) ab omnibus regni primoribus electus vt Otho Friſingenſis ait. Is verò ab Archiepiſcopo Mediolanenſi in Italiam vocatus aduerſus Ardoinum res nouas mo-

Digitized by Google

lientem Mediolani primùm, ac poſtremò Romæ à Benedicto 8. coronatus eſt; & pomo, cui crux erat affixa, donatus pro inſigne Imperiali, quòd deinceps retinuerunt Imperatores, vt ait Glaber Rodulphus: quanquàm notum ſit Auguſtum Imperatorem iamdiù pilam in ſignis conſtituiſſe propter nationes orbe toto ſibi ſubiectas, vt pila figuram orbis oſtenderet: deinde Conſtantinum 1. pomo ſeu globo crucem addidiſſe: denique Suidas in Iuſtiniano ait ſtatuam eius ita exſculptam fuiſſe, vt læua globum teneret cruce in eo defixa, quæ ſignificaret eum ob fidem in crucem, id eſt quod cruci crederet, factum eſſe terræ Dominum. XXVII.

Henricus vero decedens nullis relictis liberis quippe perpetua virginitate iurata & ſeruata cum vxore Cunigunde, proceribus ſuaſit, vt Conradum Franconiæ Ducem ſeligerent. Henrico tamen defuncto non omnes de illo conuenerunt: ſed Aribone Moguntino Archiepiſcopo, & Eberhardo Babembergenſi Præſule ei fauentibus ſublimatus eſt. De hoc etiam narrat Glaber Rodulphus, quod ante imperium coniugem duxerat, quæ cognati ipſius vidua erat; vnde credebantur inceſtæ ſecundæ nuptiæ. Quapropter quæſierunt ab illo Epiſcopi, num vellet huic coniugio renunciare, vt eo dimiſſo coronam ſuſciperet: velut innuentes eum ea dignitate indignum quamdiù iſto coniugio adhæreret. Itaque finxit ſe renuntiaturum: eoque dato reſponſo electus eſt annuente Ioanne 20. qui reſcripſit, vt quantocyus Romam properaret coronam totius Italiæ ſuſcepturus: cui obſecundans ab illo coronatus eſt, nec tamen ab vxore diuortium fecit. XXVIII.

Conrado Henricus 3. ſeu ſecundus ſucceſſit anno 1034. iam viuo patre declaratus: ac deinde anno 1047. Romæ coronatus eſt à Clemente 2. quem natione Germanum ſubſtituit Gratiano abrogato ob ſuſpicionem ſimoniæ. Ei 4. ſeu 3. Henricus: ille nempe cum quo Alexander 2. Gregorius 7. & alij Pontifices, tot exitiales inimicitias habuerunt, vt videbimus. Vnde non mirum quod nunquam ab illis coronatus fuerit: Sed vt ſcias non ſpretam eſſe coronationem quaſi neceſſariam voluit eam, ab Antipapa Clemente, olim Guiberto Rauennate Archiepiſcopo, accipere. Iam verò Gregorius Rodulpho aduerſus illum electo coronam miſerat, vt Imperator agnoſceretur, cum hoc elogio,

Petra dedit Petro: Petrus diadema Rodulpho.

CAPVT III.

DE PROGRESSV AVTHORITATIS Pontificiæ Romanæ in collatione dignitatis Imperialis, & confirmatione eiuſdem.

LECTIO.

1. *Imperator non ante dictus quàm ſit conſecratus à ſummo Pontifice.*
   An ſit neceſſaria conſecratio, vt quis electus appelletur Imperator, Papa, Epiſcopus, Abbas.
2. *An Pontificis ſolo nutu collatum ſit Carolo magno Imperium.*
3. *Imperium nomine tenus. Nam iiſdem prouincijs dominabatur. Vide rurſus infrà. n. 40.*
4. *De patritiatu collato eidem Carolo magno.*
   Et de ea dignitate.
5. *Non eſt ei data à ſolo ſummo Pontifice.*
6. *Variæ tamen opiniones.*
7. *Electio ſeu collatio Imperij à proceribus: confirmatio à Romano Pontifice.*
8. *Tamen Ludouicus Pius nondum conſecratus ab iſto Pontifice, appellatus eſt Imperator.*
9. *Ludouicus Lotharij filius Imperialis dignitatis collationem à Romano Pontifice pendere profeſſus eſt.*
10. *Item Carolus Caluus: ac Ioannis 8. de eius electione elogium.*
11. *Romanorum in Ioann. 8. ſeditio, quoniam illis inuitis Ludouicum Balbum coronare Imperatorem volebat.*
12. *Maximus promotor iſtius authoritatis Pontificiæ Gregorius 5.*
13. *Electi Reges Germaniæ ſtudioſi fuerunt à Romano Pontifice coronam accipere, vt dicerentur Imperatores.*
14. *Oratio Frederici 1. ad ſummum Pontificem, vt coronaretur. Fatetur ſe imperium & coronam ab eo accepiſſe.*
15. *Indignatio Frederici 1. & procerum Germanorum aduerſus Adrianum quod diceret ſe beneficium ei contuliſſe, quando eum coronauit, cum numero 33.*
16. *Imperialis vnctio à ſummo Pontifice eſt.*
17. *Romani ab Imperatoris electione excluſi.*
    Error Bartoli.
18. *Corona Imperialis inter pedes Pontificis poſita: de illis accepta: ab illis in terram è capite projecta, vt innueretur ab eo confirmationes & depoſitiones Imperatorum pendere.*

Digitized by Google

Et vnde maximè aucta hæc authoritas.

19. *Coronationis vſus in neceſſitatem verſus eſt, vt non diceretur Imperator, niſi coronatus à ſummo Pontifice.*

20. *Notabilia de Alphonſo Caſtellæ Rege aſtronomo, eiuſque impietate.*

21. *Non debet corona imperialis dari Romæ antequam regalis data ſit in Germania.*

22. *Rodulphus coronam imperialem neglexit. Ratio. Crucem pro ſceptro accepit. Notabile exemplum de eius in ſacroſanctum corpus Chriſti reuerentia.*

Eiuſque reuerentiæ notabiliùs exemplum.

23. *Bonifacius 8. Pontificalem & Imperialem maieſtatem quomodo ad ſe pertinere aſſeruit.*

24. *Modeſtia Alberti electi Imperatoris.*

25. *Inſcriptio qua vrbs Roma voluit docere ad ſe Imperialis dignitatis collationem pertinere.*

26. *Ludouico Bauaro infenſus Ioan. 22. quod ſe Imperatorem dixiſſet nondum ab eo conſecratus.*

27. *Lex Germanica, vt reluctante Pontifice coronam imperialem dare; tribuatur ab alio quolibet Epiſcopo Catholico: non obſeruata.*

28. *Alia lex Germanorum, vt electus verè eſſet Imperator, licet non conſecratus Romæ.*

Sed recantata.

29. *Datum Carolo 5. indulgentia Pontificis maximi, vt nondum ab eo coronatus diceretur Imperator.*

30. *Pontifices voluerunt electionibus per ſuos legatos intereſſe.*

Sed tandem Germani electores non tulerunt eos ſe electionibus immiſcere.

31. *In diſcordia electionum Pontifex ſui iuris arbitratus eſt Electores, & electos ad cauſam dicendam vocare.*

Germanorum de Romanæ ſedis in hoc authoritate præclarum elogium.

32. *Electi non computauerunt annos niſi à die coronationis Romæ acceptæ.*

33. *Rurſus de vocabulo beneficij indignatio Frederici 1.*

34. *Iurati cœperunt eſſe Romano Pontifici Imperatores.*

Et de forma iuramenti à Gregorio 7. inſtituta.

35. *Henricus 4. ſeu 5. Iuſiurandum obedientiæ recuſauit præſtare.*

36. *Iuramentum Othonis.*

37. *Henricus 7. Sacramentum fidelitatis noluit præſtare. Notatur nimia eius ſuperbia.*

38. *Iuſiurandum illius.*

39. *De fidelitatis ſignificatione vt non ſemper inferat homagium & temporalem ſubiectionem.*

40. *Carolus magnus nihil temporalis dominij à Romano Pon-*

Digitized by Google

tifice accepit per titulum imperialem.

41. *Laici Germani poſt mortem Ludouici Bauari noluerunt Papæ iurare fidelitatem.*

42. *Iuramentum quod præſtat Rex electus Germanorum, dum conſecratur in Germania.*

43. *Caroli 5. iuramentum.*

44. *Maximilianus Ferdinandi ſucceſſor obedientiam noluit iurare.*

45. *Pontifices Romani volunt ad ſe pertinere depoſitiones, & renunciationes Imperatorum.*

46. *Duo tantum renunciauerunt Imperio.*

47. *Paulus 4. renunciationem Caroli 5. ſe inſcio factam agrè tulit.*

48. *Pontifices Romani vacantis Imperij adminiſtrationem ad ſe voluerunt pertinere.*

49. *Contra Germani dixerunt.*

50. *Luctuoſa fuit Gallis hæc adminiſtratio.*

51. *Diuiſio Imperij nimirum Occidentis ab Oriente quid profuit, aut obfuit.*

I. SIc igitur in primis Imperatoribus ius coronationis valuit: ſed longè pleniùs in poſterioribus, vt dignitas imperialis ab illa ſola coronatione quæ Romæ fieret, pendere credita ſit. Vnde in ſpeculo Saxoniæ, quod iam notauimus, dicitur Regẽ eligere Theutonicos debere, & tũ habere illum regalem dignitatẽ cum ab Epiſcopis ad hoc deputatis benedictus fuerit, & ad ſedẽ Aquiſgranis receptus. Imperij verò poteſtatem, & imperialem dignitatem, & nomen cum ab Apoſtolico, id eſt Pontifice Romano conſecrationem acceperit. Quanquam Doctores, quos notat Molineus, in ea ſint opinione vt credant electum quò ſit & dicatur Imperator, obtineatque plenam Imperij poteſtatem, & adminiſtrationem, non indigere ea coronatione, licet contrarium teneant Aduocati Conſiſtorij Papæ, cumque illis Salicetus: ac revera non proclamatur Imperator, nec vtitur aurea Bulla, at ſolummodò ſigillo ante illam coronationem: quemadmodum Papa electus fruitur omnibus honoribus, iuribus, ac nominibus Papalibus ante coronationem, adeò vt excommunicatus dicatur qui contra ſenſerit: licet de moderno Curiæ ſtylo nondum coronatus, non exprimat nomen Papale in bulla, & dimidia bulla vtatur, ſeque duntaxat appellet electum. Sic Abbas ante conſecrationem cenſetur pro Abbate, quia, vt noſter Iuo ſcripſit, Promotionem Abbatis non facit Epiſcopalis benedictio, ſed fratrum communis electio. Sic

d. lib. 3. art. 52.

Ac in ea eſt opin. gl. 1. ad Clement. vnic. de iureiurando cum gl in can. legimus 113. diſtinct. Felin. ad cap eam te, num. 2. de reſcriptis.

Gl. in verbo futurus, in verbo Reges, & in verbo aurea bulla ad Clem. vnic. de iureiurando

Idem Felin. ad d n. 6. & 7.

Ep. 73.

Digitized by Google

denique ad Epiſcopatum electus, poſt confirmationem, & ante conſecrationem poteſt implere ea quæ ſunt iuriſdictionis, verſanturque vt plurimum circa temporalem adminiſtrationem Eccleſiæ: non autem quæ ſunt ordinis, id eſt conſiſtunt in collatione gratiarum ſpiritualium, quas non quilibet ſacerdos, ſed Epiſcopus duntaxat præſtare poteſt, vt indulgentias 40. dierum, vel vnius anni, ordines ſacros, ſacri olei confectionem, & cætera huiuſmodi. Felin. ibid. n. 5.

Verùm quia vſus eſt rerum Magiſter obſeruare conuenit quid priores ac poſteriores Principes, ipſique Electores de illa coronatione, Imperijque titulo ſenſerint.

II. Meherclè non dubitatur, vt iam vidimus, quin huius authoritatis primordia referantur ad Caroli magni ætatem, cui temporalis poteſtatis penes ſummum Pontificem aſſertores volunt ſolo iſtius nutu collatum eſſe Imperium, vt inde argumententur eius, qui primum contulerit, eſſe deinceps eligendi, confirmandi, ac etiam auferendi arbitrium. Imperium autem intellige ſolo nomine, & dignitate.

III. Nam quoad ditionem certum eſt, Carolum, antequam proclamaretur Imperator, fuiſſe totius Germaniæ, atque etiam Italiæ armis ſuis iam quæſitæ (vt aiunt Annales à Pithœo editi) Regem, niſi fortè Romam excipias cuius deinde

IV. Patritiatum obtinuerit: de qua dignitate Otho Friſingenſis: Carolus, inquit, ab Adriano Papa honorificè ſuſcipitur, & acclamante populo vniuerſo Patricius Romanorum appellatur: ac Othoni concordant Sigebertus, & Anaſtaſius. Patritius autem cenſebatur pater totius reipublicæ: imò Iuſtinianus eum Principis patrem appellat. Quãquam regulariter ea dignitas eſſet Conſulatu inferior. Quod Caſſiodorus in ſuis formulis notauit Patriciatum dicens; Præfectorios, & aliarum dignitatum viros præcedere vni tantum fulgori, id eſt, Conſulatui cedens. Quapropter Gregorius 3. videtur magis honoraſſe Carolum Martellum deſtinans ei Conſulatum Romanorum, vt eſt in appendice ad Gregor. Turon. Sed ideo maior conſulatus quia ab Imperatore, & Rege ſolebat aſſumi, vt ait Theodoricus in eadem formula, & vulgò notum eſt ex hiſtoria priſcorum Imperatorum.

Lib. 5. cap 28.

Suid. in verbo πατρίκιος, πατὴρ τοῦ κοινοῦ cum l. 5. de conſulib lib. 12. tit. 3. C.

Lib. 5. in formula patriciatus.

Lib. 11. cap. 5.

V. Itaque Patriciatus Carolo magno collatus eſt, non quidem à ſolo Pontifice, verum à toto populo, ſed conſentiente, aut promouente Pontifice, qui iam incipiebat eſſe præcipuum illius caput, vt ſic pararent ei gradum quo deinde rebus compoſitis poſ-

ſet ad Imperium prouchi: quod non longo poſt interuallo effe-
ctum eſt, nempe ſub Leone 3. qui dicitur quidem illum coro-
naſſe, vt notauimus, ſed vniuerſos fideles Romanos viden-
VI. tes tantam defenſionem, & dilectionem quam erga ſanctam
Romanam Eccleſiam, & eius Vicarium habuit, exclamaſſe Dei
nutu, & B. Petri: Carolo piiſſimo Auguſto, à Deo coronato, ma-
gno & pacifico Imperatori vita, & victoria: vt ſcripſerunt Anaſta-
ſius, Aimoinus, Ado, & Annales incerti authoris à Pithœo editi.
Sic Sigibertus, Romani vno omnium conſenſu Carolo laudes
Imperatorias acclamant, eumq; per manus Leonis Papæ coro-
nant. Marianus Scotus: Carolus à Romanis appellatus eſt Au-
guſtus: aliique paſſim authores videntur non ſoli Pontifici, ſed
omnibus cum eo Romanis iſtius collationem dignitatis tribuere:
nec tamen deſunt qui ſoli Pontifici: ex quibus Abbas Vrſper-
genſis: Leo, inquit, Papa coronam impoſuit Carolo, & Impera-
torem Romanum pronuntiauit, & à cuncto Romano populo
acclamatum eſt Carolo Auguſto, & cætera. Otho Friſing. Ca-
rolus ablato Patricij nomine coronatus à ſummo Pontifice omni
populo tunc acclamante, Carolo Auguſto à Deo coronato, Im-
perator, & Auguſtus vocatur. Carolus à Leone Papa corona im-
poſita primus Regum Francorum Cæſar Auguſtus, Imperator:
ſucclamantibus Romanis laudes, appellatus eſt: ſic Chronicon
Richerſpergenſe, & alij authores.

Equidem non dubium eſt quin Pontifex fuerit eius collationis
potiſſimus author, nec tamen adeò abſolutus quin ſuffragia Po-
puli Romani ab eo priùs, vt eſt credibile, explorata concurrerint.
Vnde enim ex coronatione illa tam ſubitò laudes Imperatorias
proclamaſſent, niſi communicato conſilio accepiſſent eum de-
clarandum eſſe Occidentis Imperatorem qui Romanos ab hoſti-
bus defenderet? neque ex coronatione intellexiſſent eum pro
Imperatore potiùs quàm pro Rege coronari, quandoquidem
Sigebert. ad an. 801. cum illo Pipinus coronabatur Rex Italiæ. Itaque ex recentiori-
bus Blondus aſſerit non Pontificis Romani, ſed totius Italiæ po-
puli, & procerum conſenſu tranſlatum fuiſſe ad Carolum Im-
perium.

VII. Quæ verò ſucceſſerunt docuerunt & populum, & proceres,
concurrere debere, ita tamen vt confirmatio penderet à Roma-
VIII. no Pontifice. Itaque Carolus magnus præſentiens denuntiari
ſibi fatalem diem, licet iam longè ante procuraſſet vt Ludouicus
filius

filius à Pontifice coronaretur, tamen aduocato omni exercitu, aduocatiſque Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus ab illis quæſiuit, an placeret eis vt Ludouico nomen ſuum, id eſt Imperatoris, concederetur: ac omnibus annuentibus ornauit ſe cultu Regio, coronamque capiti impoſuit: tum progreſſus in Eccleſiam, aliaque corona ſuper altari primario poſita, & datis filio præceptis ſalutaribus, vt Deum diligeret, & Eccleſias Dei gubernaret, ac defenderet, poſtquam hæc ſe impleturum iurauit, iuſſit eum ea corona caput ſuum honorare: ſicque deſignatus eſt Imperator, approbantibus vtriuſque ordinis Eccleſiaſtici & Secularis hominibus, nec conſulto Pontifice Romano. Nam quod de teſtamento Caroli narratur ad eum miſſo, vt confirmaretur, ſed iamdiù confirmatum ab optimatibus, non pertinet ad imperialem Maieſtatem, verum ad regnorum duntaxat diuiſionem. Defuncto autem Carolo Ludouicus appellatus eſt Imperator, licet nondum conſecratus vt faciunt fidem prædicti annales: Quin etiam ſcripſit Theganus, de quo ſupradicta ſumpſimus, Stephanum Pontificem à populo Romano ſacramentum in nomen Ludouici exegiſſe. Sed non diù poſt in Galliam ipſe veniens ſuas etiam partes obſeruauit: ſiquidem Rhemis coram omni populo conſecrauit eum, & invnxit Imperatorem: coronamque auream miræ pulchritudinis, & prætioſiſſimis gemmis ornatam, quam ſecum attulerat, poſuit ſupra caput eius. Hæc Theganus. Vnde ſatis liquet non eo minus Ludouicum extitiſſe, & dictum eſſe Imperatorem, quod non eſſet à Pontifice confirmatus. Nam rurſus poſt Caroli mortem proclamatus eſt Imperator Aquiſgrani à multis Francorum millibus, vt refert incertus author vitæ illius à Pithœo editus.

Ludouici Lotharium filium Paſchalis quidem coronauit, ſed à Pop. Rom. Imperator Auguſtus appellatus eſt: quippè à patre coronatus aliquot ante annis, & nominis atque imperij ſocius conſtitutus: quod ipſe moriens confirmauit tranſmiſſo ad eum ſceptro, corona, & Imperialibus inſignibus.

Sed Ludouicus Lotharij filius à Sergio patre coronatus epiſtola ad Baſilium Græcorum Imperatorem quam refert Baron. ad an. 871. ſe dignitatem Imperialem & nomen à Romanis aſſumpſiſſe dicebat: ſcribens tamen Francorum Principes, primùm Reges, deinde Imperatores dictos fuiſſe, eos duntaxat qui à Romano Pontifice ad hoc oleo ſancto perfuſi fuerunt. Quibus verbis IX.

Digitized by Google

eam dignitatem ab iſto Pontifice tribui ſatis innuebat.

X. Poſt Ludouicum vidimus Carolum Caluum conſecrationem Imperialem à Pontifice & à Romanis pecunia redemiſſe, vt ſic vtrorumque concurſus neceſſarius appareret: nec Pontifex qui fuit Ioannes 8. adeò ſolidum dandi Imperatoris ius ſibi arrogauit quin profiteretur in Concilio Ticinenſi ſe illum elegiſſe, & approbaſſe vna cum anniſu & voto omnium fratrum & Coëpiſcoporum ſuorum atque aliorum S.R.E. miniſtrorum, ampliſſimi Senatus, totiuſque Romani populi, gentiſque togatæ. Nec verò ei benè ſucceſſit quando inuitis Romanis voluit Ludouicum

XI. Balbum Calui filium Imperatorem proclamare: ſiquidem ob id in carcerem coniectus: quanquam elapſus perfecerit quod volebat, conſecrato Ludouico, ex qua conſecratione Imperator habitus eſt: huicque ſucceſſit Carolus Craſſus ab eodem Ioanne, & Romanis fauorabiliter exceptus, Imperatorque creatus, vt ait Cronicon Richerſpergenſe.

Quanti verò facerent Itali & Romani authoritatem ſummi Pontificis ſatis docuerunt ex eo quod iam notauimus, videlicet illos ab Adriano 3. legem impetraſſe, vt mortuo Craſſo ſine liberis regnum Italiæ vna cum Imperij titulo ad Italos poſthac transferretur. Deinde pugnantibus iſtis de regno Italiæ, & Imperio, vidimus non alios eſſe dictos Imperatores quàm qui eo nomine ſalutati, & coronati eſſent à Pontifice, ne quidem Germanos vbi rurſus ad illos rediit Imperium.

XII. Sed qui eam authoritatem plurimum auxit, Gregorius eſt ille 5. ita dignitatem Imperialem eiſdem Germanis addicens, vt tamen non diceretur Imperator quiſquam ab eis electus ante quàm eſſet conſecratus à Romano Pontifice. quod etiam in ſuas conſtitutiones ipſos Germanos retuliſſe animaduertimus. Itaque

XIII. quos vſque ad Henricum 5. ſeu 4. notauimus Imperatores, vidimus ſtudioſos fuiſſe coronæ ab illo accipiendæ tum ſe Imperij titulo donatos credentes. Cumque Conrado Franconiæ Duci delatus eſſet Principatus Imperialis poſt Henricum Caſtum, Epiſcopi ad Pontificem Romanum reſcripſerunt vt gratum illũ haberet. Quod, vt vidimus, annuit, præcepitque vt Romam iret coronandus. Iuit ergo, & coronatus anno 1027. à Ioanne Pontifice, nomen Imperatoris & Auguſti ab omni populo Romano ſortitus eſt. quemadmodum ait Friſingenſis, & Chronicon Richerſpergenſe.

Digitized by Google

Conrado Henricus 2. hoc nomine Imperator: huic tertius, tertio quartus ſucceſſerunt: ipſi quoque vt notauimus Romæ coronati, vel à vero, vel à pſeudo-Pontifice. Quarto Lotharius quem Papæ factum eſſe hominem præſumptio fuit, vt infrà videbimus. Lothario Conradus 2. qui morte præuentus non potuit iter Italicum, quod parabat coronæ ſuſcipiendæ cauſa, peragere. Hoc defuncto Romani proceres Fredericum 1. exceperunt, eóque Romam profecto Adrianum 4. Bambergenſis Epiſcopus præſente Frederico, & iuſſu illius, Principumque ſic alloquutus eſt: Notum tibi ſit, Beatiſſime Pater, quemadmodum hæc ex finibus terrarum collecta Eccleſia Principem hunc ſuum ad tuam Beatitudinem adduxit, vt per te culmen imperialis honoris aſcendat: virum nobilitate, prudentia, fortitudine, victoriaque præſtantem, rectæ fidei obſeruatorem, pacis cultorem, in primiſque S. R. E. ſtudioſum quam ipſe amplexatur vt matrem: cuius rei certò eſſe argumento poteſt humanitas modò erga te adhibita cum te venientem lætus ſuſceperit, & ſolemne officium ad pedem inclinatus præſtiterit. Quare petimus vt & tu quæ tua ſunt peragas, id eſt, ipſum Imperatoria, quæ deſideratur, corona exornes. Sic fato reſpondit Adrianus: ſe quod peterent conceſſurum, modo ab Imperatore dignitas ſua aduerſus inſoleſcentes Romanos protegeretur. Aduenere quoque ipſi Romanorũ legati irriſi à Frederico quod S. P. Q. R. nomine coronam ei Imperij pollicerentur ſi pacem præſtiturus, & iura Romana conſeruaturus accederet. Deinde Romam ingreſſum excepit pro gradibus Baſilicæ Adrianus quem ille adorauit, móxque ab eo ad confeſſionem S. Petri deductus ſolemni pompa invnctus, & coronatus eſt. Quod ipſe Fredericus ſic aliquando legatis Græci Imperatoris profitebatur: prædeceſſor, aiebat, diuæ memoriæ Carolus, victoria fœlix Monarchiam vrbis Romæ obtinuit, & pluſquam quingentis annis ſine interruptione ad tempora vſque noſtra deriuata eſt: & nos auctore Deo, & Principum libera electione celſitudine ſacri Romani Imperij fermè 38. annis poteſtatiuè gloriamur. In vrbe enim Roma, quæ domina & caput orbis dicitur, coronam & imperium totius Chriſtianitatis de altari B. Petri Apoſtolorum Principis accepimus à Domino Adriano Papa ſucceſſore Petri, vnctus oleo exultationis præ participibus noſtris. Sic Chronicon Richerſpergenſe. XIV. Ad an. 1189.

Atque ex iſtis videre licet quantum tunc temporis Fredericus, XV.

Digitized by Google

& Germani tribuerint ſummo Pontifici in collatione dignitatis imperialis. Tamen cum aliquantò poſt Adrianus ſuccenſens Frederico ob neglectam Londonienſis Epiſcopi in ditione eius ſpoliati iniuriam, reſcriberet ſe ei coronam imperialem contuliſſe, maioraque libenter collaturum beneficia: hoc audito Proceres, & Principes indignati dicuntur, cumque vnus ex legatis Pontificis referret, à quonam ergo imperium haberent, ſi non haberent à Papa? Otto Comes Palatinus de Baioaria exerto gladio ceruici illius mortem minitatus eſt: ſed Fredericus obſtitit, iuſſis tamen legatis primo manè abire, & recta via proficiſci ad vrbem, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram declinantes ad aliquem Epiſcopum, vel Abbatem: ac prohibuit omnibus Epiſcopis, Clericis, & Monachis Romam ire, prætextu dato ne Eccleſiæ grauarentur diſpendijs: neve monachi ab obſequio, & obſeruantia regulæ deficerent. Hæc Radeuicus. Ex quibus intellexerunt electionem imperialem à Germanis procedere: coronam verò & vnctionem à Romano Pontifice, vt ipſe Fredericus apud eumdem Radeuicum ait: Liberam imperij noſtri coronam diuino tantum beneficio adſcribimus, electionis primam vocem Moguntino Archiepiſcopo: deinde quod ſupereſt cæteris ſecundum ordinem Principibus, regalem vnctionem Colonienſi, ſupremam verò quæ imperialis eſt, ſummo Pontifici: quidquid præter hæc eſt, ex abundanti eſt, à malo eſt. Sic Fredericus.

XVII. Excluſi igitur ab hoc iure Romani: quod dum in coronatione illius aſſerere, & armis vindicare volunt, pœnas ſuæ temeritatis dederunt. Bartolus tamen refert Imperatori coronam imponi non per Pontificem Max. ſed Præfectum vrbis, nomine P. R. illo tantum ſacras ceremonias peragente: ob idque ſolitum Imperatorem quaſi in præmium iſtius muneris ſatisfacere omnibus creditoribus Præfecti.

Ad l. 1. in princip. n. 3. ſi quis teſtamento liber.

At hoc paradoxum: Nam quotquot de coronatione illa ſcribunt: eam ab ipſo ſummo Pontifice collatam referunt. Denique Iouius de coronatione Caroli 5. exactè loquens non obmittit dicere huic ab eodem Pontifice imperialia inſignia tradita eſſe.

XVIII. Sed quod memorabile eſt, refert Rogerius Houedanus recenſens cęremonias in coronatione Richardi Cornubię Comitis promoti ad Imperium contra Alphonſum. Caſtellæ Principem, Pon-

Digitized by Google

tificem ſediſſe in ſede Pontificali tenentem coronam imperialem inter pedes ſuos, & Richardum inclinato capite eam recepiſſe. Idemque in coronatione Henrici filij Frederici 1. actum narrat quędam hiſtoria apud Vinierum in Bibliotheca ad an. 1191. additque cum coronam de pedibus Pontificis ſuſcepiſſet Henricus, mox iiſdem pedibus de capite illius eam projectam eſſe in terram, vt ſignum ei iſta cæremonia eſſet habere Pontificem poteſtatem eum deponendi.

Frederico 1. Henricus filius ſucceſſit à Cæleſtino 3. coronatus.

Deinde illa coronationis cæremonia in neceſſitatem verſa eſt, XIX.
authoribus ipſis electis qui ſe imperialem dignitatem obtinere pleniſſimè arbitrati non ſunt, niſi ea coronatione accepta. Sed quod plurimum eam dignitatem auxit, ſchiſma fuit inter eligentes, vel inter Eccleſiam & Imperium. Nam vbi duo competitores de Imperio fuerunt, ab vtroque ſummus Pontifex nullis non precibus, nulla non ſubmiſſione, nullis non oblatis donis, nullis denique non promiſſis exoratus eſt pro coronatione: tum demùm ſe quiſque Imperatorem futurum, & pro Imperatore obſeruatum iri à ſuis arbitratus ſi id impetraſſet. Exempla fuerũt inter Philippum, & Othonem: inter Richardum Anglum, & Alphonſum Caſtellanum: ac prioribus ſeculis inter Henricũ 3. ſeu 4. & Rodulphum: inter Lotharium, & Conradum. in illoq; ſchiſmate Philippi & Othonis, Richardi & Alphonſi cum nullus certus eſſet Imperator, Etruriæ ciuitates plurimæ ſub Innocentio 3. anno 1198. fœdus ineuntes aduerſus Germanos inter cætera cauerunt, Nullum Regem aut Imperatorem ſe recepturos niſi quem Romanus Pontifex deſignaſſet & conſecraſſet.

Frederico 2. qui Henrico 6. ſucceſſit, bipartita fuerunt eli- XX.
gentium vota. Alij enim Richardum Anglum, alij Alphonſum Caſtellanum elegerunt, illum Caſtellæ Regem Aſtronomiæ ſcientia clariſſimum, ſed per eam impietate nefanda reum; vt qui argueret opera Dei, diceretque ea melius ordinata fore ſi ipſe à conſiliis Dei extitiſſet: quam blaſphemiam fletibus, & valida contritione luendam eſſe admonuerunt eum horrida in eius cubiculum immiſſa fulgura quibus etiam veſtes illius, & Reginæ comburerentur. Atque vt ſciret ea eſſe in peccati pœnam quo plus in lachrymas diffluebat, & manibus ſuum pectus tundebat, eo magis tempeſtas diſſipabatur, & tranquilliore ſerenitate ridebat aër; ſicut author Hiſpanus Rodericus Santius ſcripſit.

Digitized by Google

Clemens ep. 4. & 334.

XXI.

Alphonſo ergo & Richardo contendentibus Clemens 4. diem Romæ dixit vt illis auditis pronuntiaret pro eo cuius melior eſſet cauſa. Cumque Alphonſus vrgeret vt obmiſſo regni Romanorum diademate Pontifex ei coronam Imperij deferret, reſpondit Clemens ſe id non poſſe per ſaltum. Itaque iret in Germaniam Coloniæ vel Aquiſgrani coronam regni Romanorum accepturus: quanquam ſuadente Pontifice, vt Franciſcus Tarapha ſcripſit, electus dicatur, & duas vrbes tranſpadanas Eccleſiæ Rom. conceſſiſſe quibus propenſiorem illã in ſe haberet. at verius eſt non coronatum eum fuiſſe, ſed iuſſu Põtificis Imperio renuntiaſſe, acceptis priùs velut in præmium renunciationis Eccleſiaſticorum reddituum decimis ad bellum Mauricum. Ac mortuo

Paralipom rerum memorabil poſt Abbatem Vrſperg. ad an. 1256.

XXII. Richardo Rodulphus Comes Habſpurgẽſis electus eſt, videlicet nominatus à Ludouico Palatino cui electionis poteſtas delata fuerat cum alij inter ſe conuenire non poſſent. crediturque à Romano Pontifice confirmatus, ex eo quod Lauſannæ eos ſimul fuiſſe tradunt hi verſus,

Bis ſexcenti ſeptuaginta, treſque ſtetere
Anni, Lauſannæ dum Rex & Papa fuere.

Verùm numquam perſuaderi potuit vt Romam iret accepturus coronam, & benedictionem Imperialem: quærentibus rationem, allegauit fabulam vulpeculæ quæ interrogata cur leonem ægrotum non inuiſeret, reſpondit,

------ *Quia me veſtigia terrent,*
Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum.

Subinnuens multos ire cum grandi lætitia, paucos regredi cum ſuo, & patriæ commodo, fœliciter. Itaque non eſt profectus, licet ab Adriano 5. vocaretur ad comminuendam Caroli Neapolitani Regis potentiam. Atque vt ſignificaret Chriſto ſe Imperium debere, pro ſceptro crucem accepit, vt Eberhardus Altahenſis Ratiſponenſis Eccleſiæ Archidiaconus, aliique ſcripſerunt; & alibi notauimus. Eaque fortaſsè crux fuit quæ cum ſacraretur Aquiſgrani, aureo lumine refulgens ſuper Baſilicam è cœlo delapſa memoratur à Crantſio. Et ſanè Rodulphus ille eſt cuius pietas & religio hanc dignitatem meruit. Quippè peditem Sacerdotem offendens ſacrum viaticum ægroto ferentem, ſtatim ipſe deſiliens equo coëgit illum ei inſidere: campeſtri tunc via valdè cœnoſa ob cadentem pluuiam eundum erat ad ædes ægroti: ſequitur deinde Sacerdotem pedibus, imo ſuum Dominum

Digitized by Google

reuelato capite. Quo zelo percitus Sacerdos, ac ſanè œſtro diuino commotus, prædixit ei, eiuſque familiæ in longos annos Imperium velut pietatis præmium. Sic diſcant Principes ei procumbere à quo ſceptra dominationeſque procedunt. Itaque electus eſt Imperator extra ſpem omnium, quippè minoris loci Comes rebus adeò attenuatis vt Bohemiæ Regi, ac poſtea Argētoracenſi Epiſcopo conductus ſeruierit. Prælatus tamen eſt Bohemo qui Imperium ambiebat, ſed exoſo quod olim regnum Romanorum ei oblatum poſtpoſuiſſet principatui Bohemiæ.

Rodulphi filium ſubſtituerunt Electores Albertum nomine, XXIII.
atque is confirmationem quæſiuit à Bonifacio 8. qui eam recuſauit, quod ſe inconſulto facta eſſet electio, ad ſe vtriuſque gladij poteſtatem pertinere dicens. Quod ipſo apparatu in Iubileo qui tum Romæ ſolemniter agebatur, oſtentaſſe fertur: primo quidem die Pontificali veſte incedens publicè: altero verò cum Imperiali ornamento iubens ante ſe ferri gladium, & alta voce proclamans: ecce duo gladij: Vides ò Petre ſucceſſorem tuum: & tu ſalutifer Chriſte cerne tuum Vicarium. Poſtea tamen exorta inter illum & Philippum Pulchrum rixa, confirmauit Albertum ſub ea conditione, vt confeſtim regi bellum inferret. Sed coronatus adeò neglexit conditionem, vt etiam Philippi gener fieret.

Vix numeratur inter Imperatores Adolphus ante Albertum electus, ſed qui hunc competitorem habens, ab ijſdem Electoribus depoſitus fuerit, ac deinde in acie interfectus: mox electo ab omnibus Alberto, qui quoniam in prima illius electione omnes Electores non conſenſerant, ius electionis in manus eorum reſignauit, ne de violenta Regni vſurpatione notaretur: ſic altera vice communi voto Cæſar declaratus eſt. XXIV.

Alberto ſucceſſit Henricus 7. qui tranſlata Pontificum ſede Auenioni, confirmatus eſt Romæ à legatis Pontificijs: ac tum voluit Roma credi ſui iuris eam confirmationem eſſe, publicata illa inſcriptione: Ego coronarum corona confirmo Principi poteſtatem, ſibique ſubjicio ciuitates, gentium nationes: tueantur Aquilæ gloriam meam. XXV.

Poſt Albertum ſchyſma fuit inter Electores, alijs Ludouicum Bauarum, alijs Fredericum Auſtriæ Ducem eligentibus: ſed hoc in acie victo, & iuri imperiali renunciante, Ludouicus ſolus remanſit, quem Pontifices Romani odio ferè perpetuo inſectati XXVI.

Digitized by Google

ſunt: ac primus illorum Ioann. 22. ei potiſſimum infenſus quod coronam Imperialem, titulumque ante S. Sedis confirmationem ſuſceperat. Quippe Clemens 5. immediatus prædeceſſor legem publicauerat, vel renouauerat, Ne quamtumvis electus à Germanis Cæſar pro Imperatore haberetur, niſi approbatus, coronatus, & vnctus à ſummo Pontifice Sacramentum fidelitatis ei præſtitiſſet: & quandiù hæc facta non eſſent, Imperium vacare cenſeretur, eiuſque vacantis adminiſtratio ad ſummum Pontificem pertineret. Itaque Ludouico denegata eſt corona-
XXVII. tio, ſed Germani legem ediderunt, qua cenſuerunt à ſummo Pontifice petendam eſſe coronationem: ſed ſi difficilem ſe præſtaret, concedi poſſe à quolibet Catholico Pontifice. Cuius legis nulla huc vſque praxis fuit: nec facilè futura eſt. Quis enim adeò vehemens Epiſcopus hoc aduerſus ſummum Pontificem audebit, quin ſtatim pro ſchiſmatico, excommunicato, & abdicato habeatur? Tulerant etiam Germani Imperatorem à ma-
XXVIII. jore parte electum adeò legitimum eſſe vt pro adminiſtratione rerum Imperij non indigeat nominatione, approbatione, confirmatione, conſenſu, vel authoritate ſedis Apoſtolicæ: qui contra diceret, reus læſæ Maieſtatis eſſet. At Ludouico defuncto hæc recantauerunt: ſiquidem abſolutionem petentibus, quippe diris à Pontifice voti fuerant, non aliâs conceſſa eſt, quàm jurantibus ſe deinceps pro Imperatore non habituros, niſi qui priùs foret per Eccleſiam, id eſt, ſummum Pontificem approbatus. Hæc Henricus Rebdorf in annalibus ad an. 1339. quanquàm in Paralipomenis poſt Abbatem Vrſpergenſem additis dicatur laicos noluiſſe ab ea lege diſcedere: nec tamen eis abſolutionem denegatam fuiſſe.

Atque ſic Pontifices Romani ad ea vſque tempora ſuam authoritatem obſeruauerunt, nec minus in poſterioribus, adeò vt
XXIX. nouiſſimis diebus cum Carolus 5. primam coronationem acciperet Moguntiæ, ea peracta Archiepiſcopus Moguntinus diceret ratam eſſe Pontifici electionem, ac ei placere vt licet ab ipſo nondum coronatus, iam denominaretur Imperator. Sic approbans ille Archiepiſcopus cumque eo Proceres præſentes confirmationem Pontificis neceſſariam eſſe, nec ſufficere nominationem Electorum: cui etiam Pontificis authoritas præualeret eo iure quo electiones inſtituerat, nempè Gregorius 5. & poſt illum Gregorius 7. quaſi qui ius dederat, maius ſibi retinuerat.

Digitized by Google

Deinde in pleriſque electionibus obtinuit, vt fierent præſentibus ſuis legatis, cuiuſmodi recenſet Albertus Stadenſis Henricum 3. ſeu 2. Romani Pontificis, cunctorumque Pontificum, & Principum regni electione filium ſuum conſtituiſſe Regem: Sic aduerſus Henricum iſtum nempe filium electus eſt Rodulphus, & poſt Rodulphum Henricus 4. ſeu 5. præſentibus ijſdem legatis. Hac de re tamen aliquando queſti ſunt Electores apud Innocentium 3. nempe quod Legatus apoſtolicus ingerere ſe vellet electioni, eamque ſui iuris facere. Quibus reſpondit ille ſe recognoſcere ius & poteſtatem eligendi Regem in Imperatorem promouendum ad eos pertinere de iure & antiqua conſuetudine. Neque vero vigentibus odiis Pontificum contra nonnullos Imperatores vt Henricum 4. ſeu 3. Fredericum 2. & Ludouicum Bauarum, alios ipſi inſtituerunt, ſed reſcripſerunt Electoribus vt ſubſtituerent: præfixo tamen termino intra quem munere ſuo fungerentur, alioqui Sedem Apoſtolicam ſuper hac recogitaturam eſſe vt aiebat Clemens 6. contra Ludouicum Bauarum, cui mandato nonnulli obſecundantes Carolum Bohemiæ Regis filium elegerunt, quem alij reprobauerunt. nec ſecus Ioannes 23. Oratores ſuos miſit ad Electores Imperij vt Sigiſmundum Hungariæ Regem Vvenceſlao depoſito ſubrogarent. XXX.

Ad an. 1056.

Cap. Venerabil. de elect. & electi poteſt. ex.

Naucler. general. 48. ad an. 1411.

Sed cum Gregorius 9. contra Fredericum 2. in ead. verba reſcriberet, Electores reſponderunt non eſſe Pontificij iuris eum de eligendo Imperatore ſolicitum eſſe, ſed duntaxat electum à Principibus coronare. Denique anno 1519. Leoni 10. de eligendo Imperatore quædam reſcribenti, & inter alia, ne Regem Neapolitanum eligeret, reſponſum eſt ab Electoribus his verbis: Mirantur Principes Electores Sanctiſſimi Domini noſtri inſtitutum vt Electoribus legem præſcribat, iubeat, vetet; vt refert Melchior Goldaſtus in collectione conſtitut. Imperial.

Math. Par. & Albertus Stad. ad an. 1240.

Hiſtor. Archiepiſcop. Bremenſ. ad d. an.

Quin etiam licet concordibus votis electio facta eſſet, ad ſe tamen electi confirmationem pertinere voluerunt, vt reſcripſit Innocentius 3. Nunquid enim, aiebat, ſi Principes ſacrilegum aliquem vel excommunicatum, aut tyrannum, aut fatuum, aut hæreticum eligerent, aut paganum: huiuſmodi hominem conſecrare, ac coronare deberemus?

d. cap. venerabilem.

Maximè verò vbi in electione diſcordia erat, ſui iuris arbitratus eſt Pontifex Electores, & electos ad cauſam Romæ dicendam vocare, vel quem placeret confirmare: eaque authoritate vſus XXXI.

eſt Gregorius 7. in ſchiſmate inter Henricum 3. ſeu 4. & Rodulphum. Innocentius 2. inter Conradum, & Lotharium: iſtum cõfirmans: Vrbanus 4. inter Alphonſum & Richardum vt Surita iam citatus refert. adeò putauerũt ad ſe ſpectare ſolidum illud ius conniuentibus plurimum Electoribus vt qui etiam non dedignarentur fateri Romanam matrem Eccleſiam quaſi quadam germana charitate Germaniam complectentem, illam eo terrenæ dignitatis nomine quondam decoraſſe, quod eſt ſupra omne nomen temporaliter tãtum præſidentium ſuper terram, vt plantaret in ea Principes tanquam arbores prælectas: & rigans eas gratia ſingulari illud eis daret incrementum tam mirandæ potentiæ, vt ipſius authoritate ſuffulti velut germen electum, per ipſorum electionem illum qui fræna Imperij Germani teneret, germinarent: vt ijſdem verbis reſcripſerunt ad Pontificem Rom. anno 1279. litteris quas Goldaſtus recenſuit tomo 1. Conſtit. Imperial.

XXXII. Denique tanti hæc Pontificia authoritas credita eſt ad imperialem dignitatem, vt inter Imperatores non numerarentur, niſi qui Romæ conſecrati eſſent: ac ipſorum etiam Electorum confeſſione, ſiquidem computantium annos Imperij ſui ab ea conſecratione, licet longè ante electi eſſent.

Itaque quamvis à Carolo patre conſentientibus Proceribus corona Imperij Ludouico Pio collata eſſet, & ſtatim à morte patris ſalutatus & dictus Imperator fuerit, vt iam notauimus, ſunt tamen qui annos Imperij eius ab ea tantum coronatione
Lib. 5. cap. 33. ſcribant quam Rhemis à Stephano accepit, vt Otho Friſingenſis ait: ac plures huiuſmodi inſcriptiones notauit Freherus in ſuis
Cap. 13. originibus Palatinis, & ad calcem tomi 1. ſcriptorum Germaniæ, puta Henricus anno Domini 1019. regni 17. & Imperij 6. anno regni Domini Othonis 14. Imperij 7. idem Otho Friſing.
Lib 5. cap. 13. Arnulphus, inquit, 12. regni ſui anno, Imperij verò 5. diem ſuum obijt. vidimuſque ſupra Berengarium cum multo tandem labore 28. annos poſtquam Rex eſſet Italiæ, eam coronationem meruiſſet, tunc tantum Imperij ſui annos computaſſe: ac licet ſub Ludouico Bauaro Germani publicis comitijs ſanxiſſent legitimè electum verè Imperatorem eſſe, ipſe tamen Ludouicus ante coronationem quam à pſeudo-Papa Nicolao de Corbario habuit, non niſi ab annis regni ſui numerabat: poſt verò ſcribere cœpit: regni noſtri anno 14. Imperij primo.

Digitized by Google

Atque hinc Pontifices ſibi attribuentes illud ſolidum ius, quando aliquos Imperatores ab eis confirmatos minus audientes, aut non ex voto, offenderunt, ſoliti fuerunt eis objicere quod eos imperiali culmine decoraſſent, quaſi in ea confirmatione ilto. Vt Gregorius 9. & Innocentius 4. & ante illos Adrianus 4. Frederico 1. iſtud velut beneficium exprobrabat. Vnde illi & Germanis tantus ſtomachus ſicuti iam notauimus, quem vt leniret Pontifex, vſus eſt deinde benigniore interpretatione ex conſilio Epiſcoporum Germaniæ quæ declarabat Pontificem ei coronam Imperialem impoſuiſſe, non contuliſſe, ſicque ipſi benefeciſſe: vt verbo beneficij non intelligeret feudum, ſed gratiam collatam: Quippe Imperator, & Germani beneficium interpretabantur eo ſenſu, quo apud feudiſtas accipitur: quaſi Pontifex cenſeret Imperium à ſe veluti feudum pendere, & cui id contuliſſet, eum ſuum hominem eſſe, id eſt vaſſallum. A quo ſenſu non abhorruerat Innocentius 2. quando poſt coronatum Romæ Lotharium inſcripti fuerunt in Palatio Lateranenſi hi verſus. XXXIII. Radeuic. lib. 1. c 9. 10. 16 & 22.

Rex venit ante fores iurans prius vrbis honores,
Poſt homo fit Papæ, ſumit quo dante coronam.

Quapropter Fredericus 1. In capite, aiebat, orbis Deus per Imperium exaltauit Eccleſiam: in capite orbis Eccleſia (non per Deum, vt credimus,) nunc demolitur Imperium: à pictura cœpit, ad ſcripturam pictura proceſſit; ſcriptura in authoritatem prodire conatur: non patiemur, non ſuſtinebimus: coronam ante ponemus quam Imperij coronam vna nobiſcum ſic primi conſentiamus. Picturæ deleantur, ſcripturæ retractentur, vt inter regnum, & ſacerdotium æterna inimicitiarum monumenta non remaneant. Hæc Fredericus apud Radeuicum.

Atque ex illis verſibus primùm eſt fortaſsè iuriſiurandi Pontifici ab Imperatore præſtiti monumentum: quanquam credendum videatur coronandos à Pontifice, aliquod ei ſacramentum priùs dediſſe. Neque enim Carolus magnus Ludouicum filium Imperij titulo, & corona donauit antequàm ſe iuraſſet protectorem futurum Eccleſiarum. Sed in coronatione eiuſdem Rhemis à Pontifice Stephano celebrata nullum refert iuſiurandum Theganus: aſt inſignem humilitatem proſternentis ſe tribus vicibus ante pedes Pontificis. Sed Sigonius author eſt Carolum Caluum alterum ex filijs Ludouici cum mortuis Lothario fratre, & Ludouico nepote Imperatoribus, ambiret Imperium, legatos ad XXXIV. Theg. cap. 6.

Digitized by Google

Pontificem cum muneribus eximiis miſiſſe, per quos ſi corona ei donaretur, ſe Eccleſiam in perpetuum à quibuſcumque hoſtium iniuriis defenſurum, & Romanam ditionem penitus remiſſurum ſpondebat. Quæ cum grata eſſent Ioanni 8. ipſe Carolus Romam venit, ab eoque coronatus eſt ſanctiſſimo ante iureiurando deuinctus ſe aduerſus inimicos Eccleſiæ perpetuò affuturum Pontifici. Hinc, ait Sigonius, titulus Imperatoris Augusti poſthac ſincerum Pontificis beneficium eſſe, anníque Imperij à conſecratione Pontificia repeti cœperunt. In decretis autem recitatur ſacramentum Othonis magni Ioanni Pontifici præſtitum, quod tamen ſuppoſitum creditur: in eoque ſi verum eſt, extant omnes formulæ quibus Dominus vaſſallo ſuo iurare ſolet: vnde ibi gloſſa, Argumentum, inquit, quod qui feudum recipit ab Eccleſia iuramentum fidelitatis non ſolum Eccleſiæ, ſed etiam Prælatis præſtare debet. Sic Imperium illa gloſſa reputans Eccleſiæ feudum. Refert etiam Ditmarus Epiſcopus Henricum 1. huius nominis Imperatorem, licet regni ſecundum Othonis 3. filium, adueniſſe Romam vt coronaretur, tuncque Benedictum 8. ſedentem anno 1014. ab eo petiiſſe an fidelis eſſe vellet Eccleſiæ Romanæ patronus & defenſor: ſibi autem, ſuiſque ſucceſſoribus per omnia fidelis. Henricum autem reſpondiſſe velle ſe fidelem eſſe. At quòd expreſſius eſt cum aduerſus Henricum 4. ſeu 3. Conradus filius promoueretur ad Imperium, Vrbanus 2. accepit ab illo fidelitatis ſacramentum de vita, de membris, & de Papatu Romano.

Can. tibi Domino diſtinct. 63.

Lib. 6. Saxon.

Porrò ante Vrbanum Gregorius 7. formam iuramenti ab Imperatore præſtandi ſic expreſſit: Ego ab hac hora, & deinceps fidelis ero per rectam fidem B. Petro Apoſtolo, eiuſque Vicario Papæ Gregorio: & quodcumque ipſe præceperit ſuis videlicet verbis, per veram obedientiam ſicut oportet Chriſtianum obſeruabo: de ordinatione vero Eccleſiarum, & de terris, vel cenſu quæ Conſtantinus Imperator, vel Carolus S. Petro dederunt, & de omnibus Eccleſiis, vel prædiis quæ Apoſtolicæ Sedi ab aliquibus viris, vel mulieribus aliquo tempore ſunt oblata, vel conceſſa, & in mea ſunt vel fuerint poteſtate, ita conueniam cum Papa vt periculum ſacrilegij, & perditionem animæ meæ non incurram: & Deo ſanctoque Petro adiuuante Chriſto dignum honorem, & vtilitatem impendam. Sic Gregorius: atque ex illa præſcriptione præcipuæ curæ fuit Pontificibus qui ei ſucceſſerunt,

Lib. 9. regiſtri poſt epiſtol. 3.

Digitized by Google

ne ampliùs de patrimonio Petri ambigeretur, inter cætera ſacramenti capitula illud exigere quod ad integram eius conſeruationem pertineret. Illud autem agnoſcebant eſſe eo iuramento terram quæ eſt in Radicofano vſque ad Ceperanum, Exarchatum Rauennæ, Pētapolim, Marchiam Anconitanam, Ducatum Spoletanum, terram Comitiſſæ Mathildis, Comitatum Brictonorium, & adiacentia omnia quæ ſunt inſerta priuilegiis Imperatorum à tempore Ludouici Pij. Sic iurauit Otho electus contrà Philippum anno 1201. ſic Fredericus 2. anno 1213. ſic Rodulphus anno 1279.

Sed vt ſeriem proſequamur, cum ab Henrico 4. ſeu 5. qui etiam aduerſus Henricum 3. ſeu 4. patrem ſuum armatus eſt, Paſchalis 2. ſacramentum obedientiæ exigeret, recuſauit ille, Imperatorem dicens nemini iurare debere cui iuramentorum ſacramenta ab omnibus eſſent exhibenda, vt ſcripſit Albertus Stadenſis. Huic ſucceſſit Lotharius 2. quem & iuraſſe, & ſe hominem, id eſt vaſſallum præſtitiſſe, teſtata eſt ſcriptura vt proximè notauimus. Quod cum Frederico 1. diſplicuiſſet, credibile eſt aliquot annis intermiſſum eſſe. XXXV.

Otho Innocentio 3. promiſit ſe electiones Prælatorum liberas, & appellationes ad Romanam ſedem pro rebus Eccleſiaſticis conceſſurum: ſpiritualium rerum, & Eccleſiarum diſpoſitionem Romano Pontifici relicturum, vt quæ Dei, Deo cederent: & poſſeſſiones eius defenſurum. XXXVI. Innoc. 3. lib. 3. de negot. imp. Rom. ep. 190.

Ab Henrico 7. cum Legati Pontificis tunc Auenioni reſidentis anno 1309. peterent ſacramentum fidelitatis, noluit ille vt fidelitatis præſtare: ſed quemadmodum Hēricus Rebdorf ſcripſit, obedientiæ præſtitit, quaſi minùs eſſet ſubmiſſionis in iſta quam in altera. At qui obediens eſt, num & fidelis? ſed ſunt nomina, & verba, quæ licet eodem recidant, gratiora tamen videntur: & fortaſsè fidelitatis iuramentum odioſum fuit, quoniam ad feuda, & vaſſallos propriè pertinet. Addit Auentinus, Henricum exiſtimaſſe contra maiorum morem libertatemque Chriſtianæ religionis eſſe, Principem Principum, orbiſque terrarum Dominum, ſeruo ſeruorum, ſacramentum dicere. Et quidem ſuperbæ mentis fuiſſe iſtum Henricum ex eo conſtat quod Romæ coronatus, dedignatus ſit aſſurgere Cardinalibus ad eum coronandum miſſis, & eos ſua menſa excipere quaſi non deceret Imperialem maieſtatem iſtis conuiuam eſſe. Quod, ſi Sacerdotalem dignitatem XXXVII. Albert Argent. in Chronic.

Digitized by Google

omnes alias præcedentem reſpicias arbitrari non debuit, neque minùs ſacramentum præſtare Pontifici quod Seruum ſeruorum ſe dicat. Nam ſeruus eſt Dei in miniſterio quod ſeruis Dei exhibere debet, ſed maximus Princeps in iuriſdictione ſpirituali quam accepit à Chriſto. perſtitit tamen Henricus vt nec fidelitatem, nec quoque obedientiam iuraret quidquid Rebdorfenſis
XXXVIII. ſcripſerit. Siquidem Clemens 5. retulit formam ſacramenti ab eo exhibiti his verbis: Ego Henricus Romanorum Rex annuente Domino futurus Imperator promitto, ſpondeo, & polliceor atque iuro coram Deo, & beato Petro me de cætero protectorem, procuratorem, & defenſorem fore ſummi Pontificis, & huius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus neceſſitatibus & vtilitatibus ſuis, cuſtodiendo, & conſeruando poſſeſſiones & honores eius quantum diuino ſuffultus adiutorio fuero ſecundum ſcire, & poſſe meum recta, & pura fide: ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia. Itaque Clemens ægrè tulit ſacramentum fidelitatis denegatum eſſe ab Henrico, licet id ab eius prædeceſſoribus præſtitum, & ab ipſius legatis promiſſum fuerit vt ipſe dicit, ac proinde conſtitutionem edidit, qua ſanxit iuramentum fidelitatis præſtandum eſſe Pontifici ab Imperatore coronando, ac ne quiſquam deinceps de illo præſtando dubitaret.

Clemēt. Vnic. de iureiurādo

XXXIX. Equidem notum eſt præciſam fidelitatis ſignificationem non aliud ſonare quam fidei obſeruationem, qua obſeruatione ligantur, & tenentur fideles eſſe qui de re aliqua fidem promiſerunt. At fides non ſolum Domino ſeruanda eſt ab eo qui eſt vaſſallus, quin etiam filio à patre, ſubdito à principe: nec ideo vaſſalli ſunt, ſed fideles in eo quod promiſerunt, & iurauerunt. Quod ſi ea mente Clemens in ſua conſtitutione cenſuit iuramenta ab Henrico, & prædeceſſoribus ipſius præſtita, fidelitatis eſſe, nihil eſt quod bile moueantur Imperatores. At ſi nomine fidelitatis hominum, &, vt ita dicam, vaſſalagium præſuppoſuit, eſt quod recuſent hac ſe fidelitate adſtringi, cum nullius in temporalibus ſint homines præterquam Dei: cui proculdubio omnem ſubmiſſionem debent, ac ſponſæ eius Eccleſiæ: ſed an item Pontifici vt homini? protectionem etiam, & defenſionem debent, quam qui debent non ideo ſunt vaſſalli: nam & à dominis debetur: vt quondam Henricus Angliæ Rex Ludouico Craſſo, cui ob Ducatum Nortmaniæ obſtrictus erat, aiebat: Mutuam eſſe videlicet religionem vt Regem Francum Dux Nortmannus coleret: ille nec

Digitized by Google

Nortmannum, nec quæ eius eſſent violaret, ac ſi quis oppugnaret, tegeret. Denique Ioannes Andreas appoſitè in dicta prima gloſſa ad Clementinam vnicam de iureiurando poſt Iacobum Almain: Iuramentum, inquit, de defendenda Eccleſia non probat Imperium teneri ab Eccleſia: quemadmodum nec Rex Gallus ideo habet regnum ab Eccleſia quod in ſacra Rhemenſi vnctione iuret Prælatis ſe defenſurum Eccleſiam. Quapropter ſub Ludouico Bauaro comitia publica Francfordiæ habita decreuerunt Imperatorem præſtare debere ſummo Pontifici, & Eccleſiæ defenſionis, deuotionis, & humilitatis, non verò homagij aut fidelitatis iuramentum, quia nihil temporalis dominij tribuit. Et quidem Carolus magnus tunc cum declaratus eſt Imperator, XL.
principatum potentiſſimum, & latiſſimum poſſidebat ſubiugatis ſibi Baioariis, Aquitanis, Saxonibus, Danis, Nortmannis, Britannis, Pannoniis, multiſque aliis, vt ait Otho Friſingenſis. quibus adde Hiſpaniarum aliquam partem vt ab Hiſpanis ad Pannones vtriſque comprehenſis, & Germania tota, ac Galliis, extenderetur eius Imperium. Quin etiam regnum Italiæ ante coronationem Imperialem adquiſierat. Tantumque abeſt vt ſe Carolus hominem Pontificis ea coronatione profiteretur, quin è contra mox ſalutatus eſt à Leone Pontifice more antiquorum Principum, qui videlicet Domini temporales Romæ obſeruabantur à Pontificibus, iuxta illud Apoſtoli, Omnis anima. Sed vt ad rem, Ludouico Bauaro defuncto Pontifex per ſuos legatos conatus eſt XLI.
à laicis fidelitatis ſacramētum exigere, non aliâs eis abſolutionem impertiri iubens. Verùm nolentibus illis in hanc, & cæteras propoſitas conditiones iurare quin tumultùm facientibus niſi abſoluerentur, abſoluti purè fuerunt.

Aim. lib. 4. cap. 90. Ado in Chron. ætate 6. Abbas Vrſper. ad an. 801.

XLII.
Qui verò deinde ſucceſſerunt Imperio, & coronam Imperialem à Romano Pontifice ſuſceperunt veriſſimile eſt eos, vt plurimum in verba quæ eis ex libro cæremoniali proferuntur, iuraſſe: quippe etiam in Germania coronationem regalem accepturus interrogari ſolet, an velit ſanctam fidem Catholicam tenere: Eccleſiarum, & miniſtrorum eius eſſe tutor & defenſor: regnum ſecundum iuſtitiam adminiſtrare: iura regni, & Imperij conſeruare; bonaque eiuſdem iniuſtè diſperſa recuperare: ſanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino Romano Pontifici, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiectionem debitam, & fidem reuerenter exhibere. Ad quæ ſingula omnia Rex conſecrandus ductus per

Digitized by Google

Archiepiſcopos Moguntinum, & Treuerenſem ad altare, ac ſuper eo poſitis duobus digitis manus dextræ, reſpondet, Se hæc velle, & impleturum eſſe fideliter.

XLIII. At Caroli 5. huiuſmodi refertur ſacramentum: Ego Carolus Rex Romanorum, & Longobardorum promitto, & iuro per patrem, filium, & Sp. S. & per lignum viuificæ crucis, & per has ſanctas reliquias, quod ſi permittente Domino ad Imperialem dignitatē venero, ſanctam Romanam Eccleſiam, & Sanctitatem ſuam ipſius rectorem exaltabo ſecundum meum poſſe: vitam, membrum, nec ipſum honorem quem habet mea voluntate, meo conſilio, meo conſenſu, aut mea exhortatione perdet: & in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus quæ ad Sanctitatem ſuam, aut ad Romanos pertinent, ſine ipſorum conſenſu: & quidquid de terra S. Petri ad noſtram potentiam peruenerit, ſtatim reddam: & cuicumque Italicum regimen commiſero, iurare illum faciam vt ſit adiutor ſuæ Sanctitatis ad defendendam terram S. Petri ſecundum ſuum poſſe: Sic me Deus adiuuet, & per hæc Dei Euangelia, & lignum viuificæ crucis: Et etiam iuro me ſeruaturum Romanas bonas conſuetudines: ſic me Deus adiuuet.

Sic Carolus atque in eo iureiurando nihil expreſsè de fidelitate & obedientia: quam etiam Maximilianus Carolo poſt Ferdinandum ſuccedens iurare verbis expreſſis recuſauit, quod id putaret ſe vaſſallum profiteri. Mandauit itaque vt Orator ſuus his

XLIV. verbis vteretur: Maieſtatem eius Sanctitati ſuæ, & Sedi Apoſtolicæ omnem reuerentiam, deuotionem, & obſequium præſtituram. Cumque nihil ampliùs vellet Maximilianus, tum Papa congregatione generali facta rem Cardinalibus propoſuit: qui poſt longam conſultationem ſtatuunt, Quamvis nec confirmatio petatur, nec obedientia promittatur, tamen in reſponſione ad Oratorem dicendum: Sanctitatem confirmare Regis electionem, ſupplendo omnes defectus qui in illa de iure, & de facto interuenerunt: & obedientiam Regis accipere. Nulla interim

Lib. 8. p. 584. mentione adiecta vtrum fuerit poſtulata, an non poſtulata: vtrum promiſſa an non, vt eſt in hiſtor. Concilij Tridentini.

XLV. Sic ergo valuit authoritas Pontificum Romanorum in electionibus & confirmationibus Imperatorum: hincque putauerunt ad ſe pertinere illorum depoſitionem & renunciationem, vt ſe inconſultis neque deponi, nec renunciare Imperio poſſent: quaſi

Digitized by Google

eorum eſſet deponendi authoritas, & approbandi renuntiationem, ad quos ſpectaret confirmatio. Ac eo fortaſſè Ludouici Pij liberi ſpectantes cum de abrogando patre ſuo impiè agerent, Gregorium Pontificem aduocarunt in ſupplementum, videlicet, voluntatis ſuæ, quò liberius eius authoritate perficere poſſent, quod cupiebant, vt Nithardus ait. Pauci deinde à Germanis depoſiti fuerunt niſi conſentiente, & requiſito Pontifice, vel eo iubente. Quapropter cum Henricum 4. ſeu 3. depoſuiſſent ſubrogato Rodulpho, Gregorius 7. aliquando hæſit an approbaret, quia ſe non conſulto, nec applaudentibus eius legatis hæc depoſitio facta fuerat. Porrò quod notabile eſt, Rogerius Houedanus refert, idque iam notauimus, Pontificem pedibus ſuis è capite Richárdi Angli impoſitam ei coronam deieciſſe in terrã, vt inde ſciret illum habere poteſtatem hunc dejiciendi ab Imperio: Sed quam funeſta fuerit hæc poteſtas ſuo loco videbimus. Equidem leguntur ſolemnes litteræ depoſitionis Vvenceſlai Imperatoris qui Carolo 4. ſucceſſit, quas Archiepiſcopus Moguntinus tam nomine ſuo quam aliorum Electorum promulgauit: eiſque abrogatus ille declaratur tum ob plurima vitia, tum quod ignauus, & inutilis eſſet Imperio: omneſque ab eius fidelitate abſoluuntur. ait verò Munſterus hanc depoſitionem factam fuiſſe ſciente, & conſentiente Pontifice Romano. tamen cum Robertus Bauariæ Dux ei ſubrogatus poſt Fredericum (qui Moguntini Antiſtitis iuſſu dicitur occiſus) Aquiſgranis veniſſet pro recipienda corona, ciues eum excluſerunt; non ſibi licere dicentes, vt in illum conſentirent nondum abſoluti à ſacramento quod Vvenceſlao præſtiterant: velut non ſufficeret illos ab Archiepiſcopo Moguntino abſolutos fuiſſe. Quapropter Coloniæ ab Antiſtite Colonienſi coronatus eſt. Sed cum Romam pergeret vt comfirmaretur à Pontifice, ne iter perficeret Veneti, & Mediolanenſes impedierunt.

Qui autem ſponte renunciarunt Imperio, rari ſunt: ac duo leguntur inter Chriſtianos Occidentales, nempe Lotharius 1. Ludouici Pij filius qui habitum Monachalem ſuſcepit in Prumienſi Monaſterio: ſed iam Ludouico filio declarato ſucceſſore, & à Sergio Pontifice coronato. XLVI.

Alter eſt nouiſſimo ſeculo Carolus 5. qui etiam tædio rerum humanarum priuatam, ac propè vitam Monaſticam profeſſus eſt, Ferdinando fratre in locum eius ab Electoribus ſubſtituto. Sed XLVII.

Ioach. Curens in annot. rerum præcip ad an.

Digitized by Google

1558. apud Frer. to. 3. ſcriptorũ Germ. Onuphr. in Paulo 4. & Pio 4. Aug. Thuan parte 1. hiſtor. lib. 15. Hiſtor. Cõcil. Trid. lib. 5. p. 331.

Paulus 4. renunciationem, & electionem improbauit, quod diceret in poteſtate Caroli non fuiſſe ſeipſum dignitate Imperiali exuere ignorante Pontifice Romano, cuius authoritate ei confirmata fuiſſet. Nam Reges eligi: at Imperatoris excellentiam conſecratione à Romano Pontifice adiungi: neque Electores habuiſſe poteſtatem creandi ſucceſſorem Carolo ea conſecratione confirmato: ſecus in eo qui confirmatus non eſſet. Præterea Electores tres defectione ſua ab Eccleſiæ Romanæ Primatu ſibi ipſis poteſtatem ademiſſe eligẽdi Romanorum Regis. Quoad vero Epiſcopos Electores grauiſſimo, & iniquiſſimo animo tulit quod huic electioni conſenſiſſent: quapropter parabat eos citare Romam niſi cohibitus fuiſſet metu ne abſentium ditio occuparetur. Interim nec Ferdinandum pro Imperatore ſuſcipere, nec eius legatum pro Imperatoris legato voluit admittere publicè. Verùm cum Ferdinandus ei legato reſcripſiſſet, vt niſi poſt triduum à mandato accepto, admitteretur à Pontifice, diſcederet Roma, ad eumque rediret, qui mox cum ſeptemviris re deliberata id facturus eſſet quod Imperiali dignitati conueniret: admiſſus eſt non palam, ſed priuatim vt legatus Cæſareus. ac tandem publicè Pius 4. Ferdinandum approbauit.

XLVIII. Tantum denique iuris ſibi in Imperio Occidentali aſſumpſerunt ſummi Pontifices, vt eius vacãtis adminiſtrationem ſuarum eſſe partium palam aſſeruerint; quod iam ætate Petri Damiani florentis circa annum 1055. receptum erat. Siquidem ipſe Chriſtum inducit Victorem 2. cui coætaneus Damianus erat, ſic alloquentem: Ego te quaſi patrem Imperatoris conſtitui: imò ſublato Rege de medio, totius Romani Imperij vacãtis tibi iura commiſi. ac inualuit hæc apud Antiſtites Romanos ſententia. Vnde Innocentius 3. Licere, aiebat, Vercellenſibus laicis ad Sedem apoſtolicam appellare ſuper rebus quæ forum ſeculare contingunt, eo maximè tempore quo vacante Imperio ad Iudicem ſecularem recurrere nequibant.

Ep. 5 lib. 2.

Cap. 10. de foro compet.

Deinde exemplo illuſtri Clemens 5. qui ſedebat anno 1305. in vſum id reduxit. Robertum enim Siciliæ Regem ab Henrico 7. maieſtatis damnatum abſoluit, eo Imperatore defuncto, cum de Ludouici Bauari electione, vel iure Cæſareo ambigeretur: Tam, inquit, ex ſuperioritate; quam ad Imperium non eſt dubium nos habere, quam ex poteſtate in qua vacante Imperio ſuccedimus Imperatori. quæ ſententia turbatis rebus inter Pontificem, &

Clement Paſtoral de ſent. & re iudic. in Clement.

Digitized by Google

Ludouicum Bauarum inconcuſſa manſit. Sed Ludouico ſuccedens Carolus Lucemburgius cum Innocentio 6. expoſtulauit de iniquitate iſtius, directis ad eum nuntiis, quibus ſignificabat ſe maximoperè eam velle retractari: & aui ſui iudicium quod in Robertum pronuntiauerat, ratum eſſe. Prudens verò Pontifex quietis amans benigno reſponſo ſic eluſit Cæſarem, vt neque ſententiam reſcinderet, neque huic niſi verbo adquieſceret: ſibi in votis eſſe reſcribens pacem cum Imperatore habere, cumque eius voluntate conuenire. Quò factum eſt vt impetus Caroli retineretur, nec vltra procederetur.

Naucler. generat. 46. vol. 2. ex Iacobo de Moguntia.

Clementi Ioannes 22. ſuccedens Genuenſes à Vicecomitibus Mediolanenſibus oppugnatos in ſuam tutelam ſuſcepit: ac objicientibus eos eſſe arbitrij Cæſaris, non Pontificis, reſpondebat: Nullodùm certo Cæſare (nam Ludouicum reſpuebat) arbitrium rerum etiam prophanarum penes ſe ſacroſanctæ poteſtatis iure eſſe. quin & lege lata promulgauit in perſona Petri ad ſummum Pontificem terreni ſimul, & cæleſtis Imperij iura eſſe deuoluta: proindeque vacantis Imperij iuriſdictionem, regimen, & diſpoſitionem: Quapropter prohibuit ne quiſquam cuiuſcumque iuriſdictionis, etiamſi patriarchalis, aut regalis eſſet, Vicariatum, licet ſibi ab Imperatore conceſſum, retineret Imperio vacante: neve retinenti obediretur niſi conſenſus, & confirmatio ſummi Pontificis acceſſiſſet.

Paul Æmil. in Philippo Longo.

Extrauag. vnic. ne ſede vacāte.

At è contra Germanico decreto in conuentu Francfordiæ ſub ea tempora habito, firmatum eſt Pontificem vacantis Imperij adminiſtrationem nullo iure, ſed vſurpatione ſibi adrogare. Nos denique Gallos ea in vacans Imperium Epiſcopi ſummi authoritate ſubnixos Ducatum Mediolanenſem retinuiſſe ſcribit Guichardinus. Quippe nubenti Valentinæ Ioannis Galeatii Vicecomitis Mediolanenſis filiæ cum Ludouico Aurelianenſe Caroli 6. fratre, lex nuptialis dicta eſt, authore Pontifice tum vacante Imperio, vt deficientibus maſculini ſexus hæredibus ea ditio ad Valentinam eiuſque liberos perueniret. Quòd poſtea Cæſaris conſiliarij abrogare omninò contenderunt, nullum Pontifici in transferendis, vel adiudicandis regnis, eorumque feudis ius competere dicentes; obtinuit tamen Pontifex vt tabulæ ratæ eſſent. XLIX.

Lib. 4. in princip. Petrus Bizarus Sentinas lib. 16. Genueſ. hiſtoriæ.

Verùm hæc diſpoſitio (vt omnia ferè quæ de temporalibus à ſummo Pontifice ſancita ſunt) quantas calamitates produxerit, L.

Digitized by Google

notiſſimum eſt, dum Ludouicus 12. eam repetebat ſucceſſionem: contra verò allegaretur, iam olim Fredericum 3. Imperatorem aſſeruiſſe ad Imperium illam rediiſſe per obitum Philippi vltimi ex maſculina Galeatiorum familia, iuxta legem inueſtituræ dictam ab Imperatore Vvenceſlao. Et nos tandem ſeu iure, ſeu iniuria hoc ducatu excidimus: nec qui poſſident, meliore titulo habent: ſed in ſeruando cautiores.

LI. Atque hæc iura ſunt quæ ſua eſſe in Imperatorem, Imperiumque Occidentale ſummus Pontifex dixit: modo addatur illum quoque credere gladium Imperialem ſuo nutu euaginandum, & recondendum eſſe. qua de re infrà. Adeo nempè Romanis Pontificibus profuit Imperii diuiſio, vt qui ſeruiebant Græcis inſolenter dominantibus, necnon Occidentis aliquando Imperatoribus, ipſi iſtis dominari cœperint: ſicque fateri liceat prudentiæ Romanæ ſummum opus fuiſſe iſtam diuiſionem, vt ita Imperatoris debilitaretur Maieſtas diuiſo Imperio. Sed hæreo an dici debeat, Religioni nociua: quandoquidem debilitatus Princeps, & diuiſæ dominationes minus potentes fuerint aduerſus Turcas vnitos.

CAPVT IV.

DE EODEM PROGRESSV EIVSDEM authoritatis Pontificiæ in Reges.

LECTIO.

1. *Reges Galliæ primi conſecrationem à Romano Pontifice acceperunt, initio facto à Clodoueo.*
   Clodoueus Romam miſit coronam quæ dicta eſt regnum.
2. *Pipinum ſacrauit Stephanus 2. deditque benedictionem vt eius ſoboles perpetuò regnaret in Gallia.*
3. *Benedictionis effectus ad hunc vſque diem, vt nonnulli credunt.*
4. *Sic Carolus magnus eiuſque filij ab Adriano Pontifice coronati fuerunt.*
5. *Conſecratio non facit Reges ſed Auguſtiores reddit.*
6. *Nihil iuris habet Pontifex per eam conſecrationem in temporalia regni Galliæ, vt de illis diſponat, aut adminiſtratorem eis conſtituat.*
7. *Legati ſummi Pontificis exploſi cum aſſererent ſine eorum nutu coronari noſtrum Regem*

Digitized by Google

non oportere.

8. *De vltima & teſtamentaria voluntate D. Remigij quoad Regem impium, & tyrannum.*

9. *Quid quod Epiſcopi Galliæ Imperium, & regnum Lothario abrogauerunt?*

10. *Carolus Caluus ſe arbitrio Epiſcoporum ſubditum agnoſcit, vt etiam ab eis deponatur.*

11. *Regium titulum plures Principes à Romano Pontifice petierunt. Exempla.*

12. *Hungariæ regnum creditum eſt Romanæ ſedis beneficiarium.*

13. *Bonifacius 8. Hungaris, licet inuitis, dedit Regem.*

14. *Greg. 7. cenſuit regnum Hiſpaniæ ad ius S. Petri pertinere.*

15. *Petrus 2. Arragonum Rex ſuum regnum S. Sedi ſubiecit, vt cenſuarium.*

Quod ſucceſſores eius non tulerunt.

16. *Item de Portugallia.*

17. *Nauarrorum in ſummum Pontificem obſeruatio.*

18. *Polonis regium titulum idem Pontifex dedit: & abſtulit diu, non auſis deinde eum reſumere ſine eius voluntate:*

Eoſque tributarios fecit.

19. *Veneti dignitatis ducalis titulum à Pontifice acceperunt.*

20. *Bohemis regalem titulum & deinceps alijs eaſdem dignitates dedit Pontifex. Exempla.*

21. *Authoritas eiuſdem Pontificis in Angliæ regnum quod ei tributarium, & cenſuale factum eſt: maximè ſub Ioanne.*

22. *Sed ſucceſſores eius, regnique comitia reclamauerunt.*

23. *Hiberni ſe ad S. S. pertinere contenderunt aduerſus Regem Angliæ.*

24. *Pauli 4. ad Elizabetham Angliæ reginam reſcriptum, quo eam regnum Angliæ capeſſere non potuiſſe ſe inconſulto ait.*

25. *Sic Scotiam ſanctæ Sedis ligiam Pontifex dixit.*

26. *Regnum Galliæ, & Germaniæ ab iſta Pontificis authoritate temporali liberum ſemper fuit.*

27. *Gregorius 7. cenſuariam ſibi eſſe Galliam reſcripſit.*

28. *Habuit Romana Eccleſia quædam patrimonia in Gallia.*

29. *In Henrici 4. abſolutione tentatum eſt an regiam coronam in Pontificis arbitrio ponere vellet. Sed fruſtra.*

30. *Nicolaus 3. cogitauit de Italia in duo regna diuidenda.*

31. *Sicque Romani Pontifices, quaſi ad inſtar Romani populi, & Imperatorum Reges dare, conſtituere, & deponere voluerunt.*

32. *Pontificis Iudæorum non tanta fuit poteſtas vt Reges daret, & deponeret.*

33. *De Pontificis Romanorum gentilium authoritate.*

34. *Item Gymnoſophiſtarum, Magorum, Druidarum, & aliorum ſacerdotum ex gentilitate.*

35. *Nulla eſt comparatio dignita-*

Digitized by Google

tis horum pſeudo-ſacerdotũ cum noſtro vero, ſacroque Pontifice.

36. *Idem Pontifex voluit regum inter ſe controuerſias ad ſe deduci, initio ſumpto à Zacharia.*

Qui tamen id non præſumpſit.

Aliqui obedierunt, aliqui eam authoritatem, vt quæ de temporalibus eſſet, contempſerunt.

Exempla.

37. *Famoſum diſsidium de Portugalliæ ſucceſsione: quod Rex Hiſpanus non cenſuit in Pontificis arbitrio conſtituendum.*

38. *Notabilis hiſtoria ſuppoſiti partus in regia Caſtellæ.*

39. *Nicolaus 5. in Auſtrios animatus. Ratio.*

40. *Henricus 4. de Saluciano Principatu apud Pontificem compromiſit.*

Eiuſque Pontificis in iſto compromiſſo integritas.

41. *Pauli 4. de authoritate ſummi Pontificis magnifica opinio.*

42. *Maximilianus Imperator de Imperio à ſe abdicando cogitauit, vt Pontifex fieret.*

43. *Quidam Pontifex non putauit ad ſe pertinere regium titulum conferre.*

44. *Prætextati Conſulis licet gentilis de Maieſtate Pontificis Chriſtianorum opinio.*

NON defuerunt etiam Reges, & regna quæ plurimi hanc Pontificis Romani authoritatem fecerunt, & in quibus plurima fuit, initio fortaſsè à
I. noſtris regibus facto, qui primi ab Eccleſia conſecrationem acceperunt D. Remigio miniſtrante: ac Romæ coronam auream mittente Clodoueo quæ regnum dicta eſt: atque illa iſtorum in ſedem Apoſtolicam reuerentia fuit, vt ab eius Antiſtite ſacram vnctionem, & coronationem exoptarent. Indeque Pipinus vſurpato regno non ſolum coro-
II. natus, & vnctus eſt à Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo Zachariæ legato, ſed poſt etiam à Stephano 2. vulgò 3. cumque illo filij eius Carolus, & Carolomannus: necnon obligatis authoritate B. Petri Francis ne alium quam de ea ſtirpe Regem admitterent. Quod tacito Dei iudicio obſeruatum placet eis qui Pi-
III. pinum & Hugonem Capetum (in quos tranſlatio coronæ videtur fuiſſe quaſi in extraneos à familia regia,) probant eiuſdem familiæ extitiſſe, atque etiam per maſculos. Nam vt ſcribunt, Dagobertus Orientalis Franciæ Dux circa an 306. duos ſuſcepit filios, Clodomirum, & Genebaldum. Clodomiri Clodoueus primus Rex Chriſtianus filius fuit, indeque ſoboles quæ Francis imperauit vſque ad Pipinum: ex Gene-

Digitized by Google

baldo S. Arnulphus natus eſt : is vero antequàm fieret Epiſcopus vxore defuncta, habuit libéros Anſegiſum, Vvalchiſum, & Clodulphum : ex Anſegiſo aulæ præfecto, ſeu equitum Magiſtro ſub Clodoueo 2. prodiit Pipinus, ex Pipino Carolus Martellus qui matrem Alpaidem habuit quam alij concubinam vocant; ideoque Martellum non fuiſſe legitimum filium dicunt: Alij vero & ipſam legitimam vxorem, & illum legitimum filium aſſerunt : quia Pipinus repudiata Plectrude ob caſtitatem malè ſeruatam Alpaidem in vxorem duxerit, vt mos erat temporis: huicque opinioni conueniens Aimoinus : Habuit, inquit, præfatus Princeps Pipinus filium ex altera vxore nomine Carolum. Is autem Carolus Martellus alterum Pipinum produxit Caroli magni patrem, cuius progenies regno gallico inſedit vſque ad Carolum Lotharingum. Porrò Clodulphus ex liberis item S. Arnulphi Martinum produxit, Martinus Childebrandum, Childebrandus Theodoricum quem Paulus Æmilius notat præceſſiſſe Geilonem Comeſtabilem quod Regij ſtemmatis Princeps eſſet, quippe Caroli magni cognatus: Theodoricus Robertum: Robertus Pariſiorum Comes Hugonē magnum : ex quo noſter Hugo Capetus ortus eſt. Is autem Hugo magnus de regno decertauit contra Carolum Simplicem quaſi ad ſe tranſmiſſo per obitum Odonis fratris quem primò Simplicis tutorem, deinde ſub pupillari eiuſdem ætate Regem nobilitas declarauit.

Quod ſi ea ſeries vera eſt, Hugo extraneus non fuit: porrò veram eſſe teſtatur Innocentius 3. epiſtola decretali ad Prælatos & Proceres Galliæ, Philippum Auguſtum Capeti abnepotem de Caroli magni genere deſcendiſſe, dicens: Non tamen vtrum ex maſculino, an ex fœmineo: quod poſtremùm Hugoni dediſſe originem, ait Guilielmus Nangis in Chronico. Ac veriſſimile eſt Proceres Galliæ Odonem non fuiſſe declaraturos Regem, nec etiam Caroli Simplicis tutorem, niſi ex Regio ſanguine ſeu maſculino, ſeu fœmineo ſciuiſſent, & vt credatur potiùs etiam ex priore fuiſſe facit quod qui ex maſculino erant Principes non ſiuiſſent alium quàm ex ſuo ſtemmate tutorem declarari, quandoquidem tutela ad agnatos deferatur, nec regnum, eiuſque adminiſtrationem paſſi ſunt vnquam ad eos, qui ex fœminis deſcendunt, peruenire.

Cap. nouit. 13. de iudicijs.

l. 2. de legitima tutela C. Agnati autem ſunt ex virili ſexu l. 2 § Agnati de ſuis & legitimis hæredib. ff.

IV.

Quidquid ſit, ſeu extraneus, ſeu gentilis Pipinus fuit, rectiùs viſum eſt vt à Pontifice coronaretur: ac eodem reſpectu Carolus

Digitized by Google

magnus voluit ab Adriano Pontifice coronari Ludouicum, & Pipinum. Ac longo deinde interuallo temporis Ludouicum iuniorem rogatu patris Ludouici Innocentius 2. Rhemis initiauit regiis ſacris. Neque tamen inde plus ſe ab Epiſcopo Romano quoad ius regni pendere crediderunt, quam à ſuis Epiſcopis alij

V. qui ab eis conſecrationes acceperunt. quandoquidem eos iſta conſecratio ſeu coronatio non conſtituit Reges quippè natura factos, quamvis prætioſiores reddere deberet & magis reuerendos. Quapropter Ioannes Dux Biturigum Ioannis Regis filius cum obſes pro patre apud Anglos eſſet, ac veniam impetraret profectionis ad ſuos, ſe rediturum iurauit per fidem filij legitimi ſacrati Regis: plus eſſe filium Regis ſacrati quam non ſacrati intelligens. Sic Ioanna miraculoſa puella Carolum 7. nondum conſecratum, etſi iam per aliquot annos regnantem, Rhemos deduxit per medios hoſtes, vt ſacra vnctione delibuti venerabilius nomen eſſet noſtris, ac hoſti formidabilius, quod contigit: Nam coronato omnia ferè ex animi ſententia ſucceſſerunt proturbatis Anglis Imperio Galliæ, quòd penè totum inuaſerant, & reconciliatis Burgundis. Fuit etiam aliquorum ſeculorum vſus vt annos regni non computarent niſi à coronatione: ſed hoc prudentior ætas correxit, docta nihil iuris regalis ab ea coronatione Regem accipere, vt idem Tilius annotauit.

Ioan. Tilius Parlamēti ſcriba in collect. Regum Galliæ cap. de ſacris & coronat.

VI. Sic ſe noſtri Reges ſpirituali Eccleſiæ benedictioni ſubmiſerunt, non quod daret aut firmaret ius regni, at ſanctiùs redderet. Neque tamen permiſerunt ſummos Pontifices de eius temporali iure aliquatenus ſe intromittere, vt infrà videbimus, & vulgare eſt reſcriptum in eam rem Innocentij 3. Cum verò ſub Carolo 6. Dux Burgundiæ procuraſſet in Henricum 6. Angliæ Regem qui Catharinæ Caroli filiæ nupſerat, transferri coronam, & Martinus 5. exoratus eſſet vt id confirmaret, recuſauit Pontifex vt rem ab omni iure, & ratione reclamantem. Vnde meritò annaliſta Belgicus falſitatis conuictus, in eo quòd ſcripſit Ducem Aurelianenſem ſub eodem Carolo 6. impote aliquot ante annos litteras Apoſtolicas ab anti-Papa Benedicto impetraſſe, quibus Burgundiæ Dux adminiſtratione rerum Galliæ ſubmoueretur, & Aurelianenſi ea relinqueretur. Quid enim iuris habuit Papa etiam verus in temporalia Galliæ vt eorum regimen cōmitteret? Itaque meritò hæc explodimus: vt ne quidem rerum Eccleſiæ Gallicanæ temporalium diſpenſationem ei concedamus; vt iam notauimus.

Belleforeſt in Carolo 6. an. 1404.

Digitized by Google

notauimus. Inde fortaſsè excluſi fuerũt à coronatione Philippi 1. VII.
Legati ſummi Pontificis, aſſerentes ſine eius nutu coronari Regẽ non debere: & cum allegarent ex veteri opinione, neſcio vnde producta, Ormiſdam Pontificem Rom. Remigio Rhemenſi conſecrandi Regis poteſtatem conceſſiſſe, & Victorem confirmaſſe, vt ſic innuerent eum qui conceſſiſſet obſeruandum in eo iure; reſponſum eſt, non valere illam conceſſionem, nec ad coronationem Regis neceſſarium eſſe Pontificis Romani conſenſum. Fortaſsè inquam, ne ſi concederetur neceſſarium eſſe, hinc vellet Pontifex concludere ſe coronam dediſſe, & per eam in temporalia poſſeſſionem; ac qui dediſſet poſſe auferre in caſum ingratitudinis ſeu veræ, ſeu prætenſæ.

Ioan. Til. & ex eo Vignier. in Biblioth. hiſto. parte 2. ad an. 1060.

At vt mox diximus, nec Pontificia, nec Epiſcopalis illa conſecratio quidquam iuris temporalis, dat coronanti & conſecranti in coronatum & conſecratum. Neque verò quod allegatur D. Remigij teſtamentum ſatis in eam rem validum eſt. Siquidem non aliud continet quam vt Rex impius & tyrannus ab Epiſcopis diœceſis Rhemorum officij moneatur: & ſi ter monitus non pœniteat, pronuntiari in contumacem maledictiones Iudæ Iſcariotæ qui ſunt in Pſalmo 108. vno tantum verbo commutato, Fiant eius dies pauci, & Principatum eius accipiat alter: pro Epiſcopatu Principatum ponens. Ergo non vt ei Epiſcopi Principatum adimant, neque vt alius eligatur: ſiquidem fiant eius dies pauci, & principatum accipiat alter: id eſt poſtquam mortuus fuerit: ſiquidem paucitas dierum præponitur antequàm permittatur eius Principatus accipi. Quid tamen quod noſtri quondam Epiſcopi Galliæ, & Germaniæ Lothario regnum abrogauerunt ob multa crimina aduerſus patrem, fratreſque commiſſa, & adtribuerunt Carolo, & Ludouico eius fratribus his vtentes verbis? Et nos authoritate diuina, vt illud ſuſcipiatis, & ſecundum Dei voluntatem regatis, monemus, hortamur, atque præcipimus. At non ante id iuris ſuſceperunt quam ipſi eſſent in hoc Iudices à Carolo, & Ludouico conſtituti. Viſum enim eis fuit rem ad Sacerdotes, Epiſcopoſque deferre, vt Nitardus ait. Deinde quis ignorat hæc & ſimilia ambitioſorum Principum eſſe commenta? Non dubitari tamen poteſt, quin rebus turbidis obſeruata fuerit plurimum authoritas Epiſcopalis. VIII. IX.

Sed neſcio an ab alio magis quàm à Carolo Caluo qui in Concilio Tullenſi de proditione Vuenilonis Senonẽſis Archiepiſcopi X.

aduerſus ſe querens aiebat: Se qui electus eſſet cum voluntate & conſenſu Epiſcoporum, ac cæterorum regni fidelium acclamatione, deinde in Regem conſecratus, chryſmate pervnctus, & in regni ſolio ſublimatus, non debuiſſe de regni ſublimitate à quoquam proijci ſine audientia, & iudicio Epiſcoporum quorum miniſterio in Regem eſſet conſecratus, & qui throni ſint dicti, & per quos Deus ſua decernit iudicia: Quorum, inquit, paternis correptionibus, & caſtigatoriis iudiciis me ſubdere ſum paratus. ſic Baron. ad an. 859. Quæ ſi vera ſunt, videbatur Carolus intelligere in poteſtate Epiſcoporum eſſe illum deponere, cum ab eis coronatus eſſet. At quanto magis in poteſtate Pontificis ſummi à quo Epiſcopi ſuam authoritatem habent? Sed quo motu hæc dixerit Caluus: nihil Epiſcopis, ac neque Pontifici quidquam iuris temporalis in ſucceſſores eius contulerunt.

XI. At aliis aliarum regionum Principibus maior authoritas Pontificis in temporalia viſa eſt: vt per eam vellent Reges dici qui ante non dicebantur, ac collatione eius tituli ſe tributarios eius facientes aliqui. puta Neomenius Britanniæ Dux ad ſummum Pontificem miſit, vt illo authore regale nomen reſumeret quod plures per annos eius prædeceſſores obmiſerant Gallos veriti. Verùm Pontifex Carolo Caluo intercedente poſtulata non conceſſit: Itaque à Neomenio Archiepiſcopo coronatus eſt.

XII. Diuus item Stephanus cũ Hungariam, cuius Rex fuit, ad fidẽ orthodoxam reuocaſſet circa annum 984. miſit ad Benedictum ſummum Pontificem, Anaſtaſium Epiſcopum Colocẽſem cum his verbis quæ Bonfinius recenſet: Vt quando omnis poteſtas à Deo eſt, & maxima cœpta ſine ope diuina confirmari nequeunt, Regalia inſignia cum Pontificia benedictione piis precibus aſſequeretur ab eo. Atque hinc regnum illud Romanæ ſedis creditum eſt beneficiarium. Quapropter Gregorius 7. iubet admoneri nuper electũ Regem vt per legatos ſuos obedientiam, & reuerentiam ſuam erga Sedem apoſtolicam exhibeat: arguítque Salomonem Regem quod à Rege Theutonicorum (qui & pro Imperatore ſe gerebat) ſuum regnum in beneficium ſuſcepiſſet: comminaturque ſe non paſſurum eum diutiùs regnare, niſi correcto errore Apoſtolicæ, non Regiæ maieſtatis beneficium id recognoſcat.

Herman. contract. in chron. ad an. 1038.

Ep. 25. lib. 4. ep. 13. lib. 2. cum ep. 63. & 70.

XIII. Sed cum Bonifacius 8. Carolum Regem initiatum Hungaris miſiſſet, iſti iniquè tulerunt Pontificem ſibi attribuere nominandi Regis poteſtatem, quam penes illos ſemper fuiſſe aiebant,

Digitized by Google

vixque obtinere potuit Carolus vt admitteretur cenſuras & anathemata ſpernentibus ipſis: Imò procurantibus vt Pontifex: & qui ei parebant excommunicarentur à quibuſdam pſeudo-Præſbyteris. vicit tandem Bonifacius, & regnum Carolo firmauit conſentientibus omnibus vt cenſuras vitarent, & ſacramenta mererentur, ac ſepulchri ſacri honorem cum inſepulta paſſim vbique iacerent corpora. Teſtatur idem Gregorius 7. filium Demetrij Regis Ruſciæ Romam veniſſe, ibique profeſſum eſſe velle ſe regnum paternum ex parte B. Petri accipere: ideoque illud ei tradidiſſe. idem Dalmatiæ Regem dedit, & aduerſus contumaces obiecit gladium Petri. Et de regno Hiſpaniæ reſcribens ad Hiſpanos: Non latere vos, inquit, credimus regnum Hiſpaniæ ab antiquo proprij iuris S. Petri fuiſſe. proinde interdixit ne quiſquam id ingrediatur vindicandum à paganis, & infidelibus niſi ſub ea conditione, & pactione qua permiſerat Comiti Evulo de Rocceio. Itaque miſit in eam regionem Hugonem Cardinalem S. R. E. qui de recuperatis aduerſus Mauros ciuitatibus iura, tributum, & cenſum præſtari olim ſolita Sedi apoſtolicæ exigeret, quaſi poſtliminij iure. Sanè Ramirus Arragonum Comes cum eam Prouinciam Regis titulo poſſidere vellet, hunc ſibi confirmandum curauit à Benedicto 9. qui Gregorium 7. præceſſit: ex eaque confirmatione fortaſſe contigit, vt deinde ſub Innocentio 3. Petrus 2. coronam panis azymi ab eo Romæ accipiens ſe ac regnum ſuum Romanæ Eccleſiæ ſubdititium, & cenſuarium faceret: propterea que Innocentius illi nomen illuſtre Catholici impertiret. Quod vt factum inſciis Arragoniæ proceribus ipſi repudiauerunt: necnon ſucceſſores Iacobus Petri filius, Petrus Iacobi, Alphonſus Petri coronam accipientes proteſtati fuerunt ſe nullatenus obligari velle ſubmiſſione ab illo Petro facta. Quin etiam Iacobus cum adeſſet Concilio Lugdunenſi, ibique ab Innocentio 4. coronari cuperet, nolletque Innocentius, niſi ſe Eccleſiæ Romanæ agnoſceret vaſſallum, ac cenſus debitos ſolueret: noluit ea conditione, ac iratus Concilio abiit. Porrò Petrus ille 2. ab Innocentio Romæ coronatus ne ea coronatio conſequentiam traheret, vt alij eò loci coronationem ſuſcipere tenerentur, ab eodem Innocentio 3. obtinuit, vt quamvis eſſet Romæ coronatus eius tamen ſucceſſores in perpetuum à Tarraconenſi Antiſtite coronarentur. quemadmodum diplomate, quod Innocentius conceſſit, continetur.

Idem Bonfin. decad. 2. lib. 9.

Ep 74 lib. 1. Ep 4. lib. 7.

XIV.

Ep. 7. lib. 1. ep. 28. lib. 4. in eius vita tomo 3. Concil.

Turquet. lib. 8. hiſtor. Hiſpan. Hieron. Blanca in comment. rerum Arrag. Mariana lib. 13. cap. 22.

XV.

Indices rerum ab Arrag. Regib. geſtar. authore Surita lib. 2. ad ann. 1274. 1276. 1286 Turquet lib. 12 & 13.

Marin. Sicul. lib. 10. de reb. Hiſpan.

Digitized by Google

XVI. Portugalliam eodem iure cenſuerunt ſummi Pontifices, ex quo tempore Alphonſus Henriquius iſtius regionis Comes nondum Regis titulo inſignitus, cum ob inſignem victoriam de Mauris partam Rex à ſuis proclamatus eſſet, voluit eam proclamationem ab Antiſtite Romano probari. ille vero confirmauit impoſito cenſu qui nunquam præſtitus eſt. Itaque Innocentius 4. dedit Portugalliæ Regi negligenti, prodigo, & minus capaci coadiutorem Boloniæ Comitem, fratremque eius iuſſis omnibus ei obedire, aliâs propoſito in contumaces anathemate. Denique Henrico Cardinale poſtremo Rege ſine liberis defuncto, Romanus Antiſtes id regnum ad Sedem apoſtolicam deuolutum aiebat; tam ob iura non præſtita, quam quod ſpolium eſſet Cardinalis: ſed neutro iure præualuit.

Turquet. lib. 9. 10. 30.

Cap. 1. de ſuppl. neglig. Prælat.

XVII. Narratur etiam mortuo Sanctio Nauarræ Principe, interregnũ fuiſſe 4. annorum, miſſis interim legatis Romam qui decretum adferrent ſummi Pontificis, & leges quibus vterentur Nauarri. quod verò iſtud decretum eſſet non dicitur; an quia tunc mittebant, intelligere licebit vt de Rege eligendo eum conſulerent, quaſi ab eo Regem petentes? poſtea Eunicus Ariſta vnctus & coronatus meruit vt primus Regis titulo donaretur, & ab eo reliqui omnes. ſic Vaſæus in Catalogo Regum Nauarræ.

XVIII. Poloni non ſunt auſi plures per annos ſuos Principes Regis nomine donare, veriti Gregorij 7. cenſuras, quibus poſt D. Staniſlaũ Cracouienſem Epiſcopum à Boleſlao 2. interfectum, vetuit Epiſcopos quemquam iniuſſu ſuo vngere, & coronare, ſed conniuentibus Sacerdotibus qui regalia ornamenta clam ad ſe tranſtulerunt. Itaque Vuladiſlaus 1. mortuo Boleſlao ſuccedens abſtinuit à Regio nomine, quia ſacratus non erat: Horrentibus, videlicet, Archiepiſcopo Gneſnenſi & cæteris Epiſcopis mandati Apoſtolici præuaricationem: quin etiam narrat Petrus Damiani in vita S. Romualdi apud Surium, Buſclavum (qui Boleſlaus iſque 3. eſſe debet: nam primus viuebat anno Chriſti 1002. iſque dicitur à Pontifice Romano, & Othone 3. Imperatore primum Rex appellatus, & à tributo Imperiali, omniumque Imperatorum iuriſdictione exemptus) eum ergo Buſclavum ſeu Boleſlaum narrat Damianus volentem regni ſui coronam ex Romana auctoritate ſuſcipere, interceſſiſſe apud Monachos S. Romualdi vt Romam ea de cauſa irent: at illos abnuiſſe, dicentes ſibi non licere ſecularia negotia tractare: miſſum tamen poſtea eſſe Monachum qui

Cromer. lib. 4. ad an. 1080. & lib. 5.
Math. de Michonia lib. 3. cap 1.
Ioachimus Curēs in annalib. Sileſiæ de Boleſlao 2.

Genebrard. ad d. an. 1002.

Digitized by Google

captus fuit ab Henrico Imperatore, vias obſidente, vt conſilium Boleſlai quod non ignorabat, interciperet. Quamobrem ceſſauit in Polonia hoc nomen ducentis quindecim annis vſque ad Primiſlaum, qui excelſo Princeps animo Regem ſe dici exoptans in dictis Gneſnam comitiis obtinuit vt Rex crearetur: moxque ſolemni ritu ab Archiepiſcopo Gneſnenſi diadema Regium accepit anno 1295: ſicut ſalutatus, & coronatus eſt Venceſlaus Bohemorum Rex ad regnum Poloniæ relectus, circa annũ 1306.

At huic ſuccedens Vvladiſlaus Lecticus miſit ad Ioan. 22. vt ab eo diadema, & nomen regium impetraret. exiſtimabant enim Poloni Epiſcopi inauſpicato Primiſlaum, quippe Romani Pontificis iniuſſu, id ſibi aſſumpſiſſe. Hoc vt impedirent Cruciferi omni opera contenderunt cum Ioanne Bohemo, & ſocero eius Philippo Francorum Rege. Itaque non auſus Ioannes palam quid de ea re ſentiret, declarare; ſecretò voluntatis ſuæ ſignificationem dedit Gerardo legato Polono: qua per litteras legati accepta, Vvladiſlaus coronatus, & vnctus eſt cum vxore ſua: deinceps inconſulto Pontifice coronati, & vncti fuerunt, & Reges appellati, Cazimirus Vvladiſlai filius, & ſucceſſores eius. Huc vſque Cromerus.

Veneti etiam cum à tribunitia ad Ducalem dignitatem ſtatum reipub. ſuæ tranſtulerunt, ad Deodatum Pontificem ſedentem anno 613. legatos miſerunt vt inſtituendi, eligendique Ducis ius confirmaret, vt ſcripſit Petrus Iuſtinian. lib. 7. de rebus Venetis. XIX.

Innocentius 3. Ottocaro qui Dux duntaxat Bohemiæ dicebatur, Regis nomen & titulum dedit in gratiam nauatæ operæ pro Ottone quem Pontifex Imperatorem ſalutabat contra Philippum Sueuum de Imperio contendentem: quaſi non ſatis eſſet quod anno 1158. Fredericus 1. Vvladiſlaum eo nomine donaſſet, eique ſuis manibus regalia ornamenta contuliſſet, & pro inſignibus Leonem album, cum ante nigram Aquilam haberet. XX. Ep. 49. 50. Innocent. Radenic lib. 1. cap. 13.

Honorius 3. Ioanni Hieroſolymitano Regi regnum Armeniæ confirmauit: Regique Diocliæ, & Seruiæ confirmationem regnorum petenti conceſſit. Ep. 661. Ep. 21. & 681.

Legati Innocentii 4. in Noruegiam miſſi, vt aduerſus Fredericum auxilium haberent, Hacconi eius prouinciæ Principi regium titulum dederunt. Math. Par. ad an. 1248.

Pius 4. Franciſco Coſmi Florentini Ducis filio cupiens à Phi- Thuan. lib. 26. ad an. 1560.

Digitized by Google

lippo Hiſpaniæ Rege ſororem eius, Regis Luſitaniæ viduam, dari vxorem, & præſentiens Philippum in has nuptias, tanquam diſpares, ægrè conſenſurum, promittebat ſe Coſmum Etruriæ Regem creaturum, ſiquidem eo coniugio donaretur. at hæc tunc effectu caruerunt. Sed cum poſt aliquot annos Alphonſus Ferrariæ Dux de gradus prærogatiua Coſmo controuerſiam moueret, & cauſam inde Cæſar, inde Pontifex Pius 5. ad ſe traheret, is pro Coſmo inſigne præiudicium faciens, eum Etruriæ magnum Ducem creauit, id ſe facere dicens exemplo Alexandri 3. Innocentij 3. & Honorij 3. qui Portugalliæ, Vualachiæ, Bulgariæ, & Hiberniæ Reges olim creaſſent: atque illi coronam regalem exquiſita & noua forma confectam dedit: iſtiſque & aliis huiuſmodi exemplis id Pontificum Romanorum iuris eſſe probans apud Cæſarem, qui hoc indignè ferebat tanquam ad ſuam, Imperiique iniuriam factum: iuſſit etiam milites conſcribi in Germania, qui niſi Imperator æquis conditionibus rem confici pateretur, Pontificem eius potentiæ parem oſtenderent. Ac licet ſub Gregorio 13. Imperator, & Philippus Hiſpaniæ Rex inſtarent, vt prædeceſſoris ſui decretum induceret promittente Imperatore ſe, aut eodem, aut alio æquiualente titulo ſatisfacturum Coſmo, integra tamen remanſit in poſterum collata qualitas, vt deinceps Etruriæ Princeps, dictus ſit Dux magnus ad inſtar Moſcouitarum Principis.

Idem lib. 44. ad an. 1569.

Lib. 54. ad an. 1572.

Baſilius magnus Moſcouitarum Dux perſuaſus à Paulo centurione, quem ad eum Leo 10. miſerat, vt Romanæ Eccleſiæ inſtitutis adhæreret, non ſe difficilem præbuit, quia tunc ſe facile impetraturum à Romano Pontifice regium titulum, regiaque inſignia ſperabat: ſed Leonis ac deinde Pauli obitus benè incubata conſilia corrupit.

Petrus Bizarus Sentinas in Genuenſi hiſt.

XXI. Angliam notiſſimum eſt, ſi non eodem titulo ab eodem expreſſe donatam, ſaltem quod eodem ferè recidit, tributariam ei fuiſſe procurante Offa, qui tamen non totius Angliæ, ſed Merciorum duntaxat Rex dicitur, pro ſatisfactione ingentium ſcelerum ab eo commiſſorum, vt vult Polydor. Vergil. quanquàm ab Henrico Huntindonienſi dicatur ſtrenuiſſimus, & religioſus. Fertur vero Ina ante Offam id vectigal ſpopondiſſe circa annum 740. at Offa regnabat anno 756. Sed quod illi inchoauerunt, impleuit Ethelvulphus Egberti filius, qui accepta regnandi diſciplina apud Gallos, ad quos transfugerat (hos ait Malmeſbu-

De Offæ ætate Ethelunerd. lib. 2. cap. 19.

Lib. 2. de geſt. reg. Angl c. 1. & 2. ad an 837.

Digitized by Google

rienſis exercitatione virium, & comitate morum facilè Principes cunctorum occidentalium,) quatuor regna Britanniæ in vnum compoſuit, & compoſito regno tributum B. Petro coram Leone 4. obtulit profectus Romam, vbi etiam Leo Elfredum filium eius inunxit. Atque id tributum Anglia deinceps perſoluit vſque quo hæretica diuiſionem fecit ab Eccleſia Romana. Hinc legati Henrici 1. pro inueſtituris aduerſus Anſelmum Cantuarienſem coram Pontifice diſceptantes, aiebant, Angliam eſſe Romanæ Eccleſiæ peculiarem prouinciam. Deinde Henrico defuncto cum Stephanus Theobaldi Comitis Bleſenſis filius Henrici nepos ex ſorore, regnum vſurpaſſet aduerſus Mathildem iſtius filiam, confirmationem à ſummo Pontifice Innocentio 2. expetiuit, iam licet electus ab Anglis & coronatus ab Archiepiſcopo Cantuarienſi, vt ipſe teſtatur in quodam reſcripto. Idem hiſtor. nouel. lib. 1.

At ſub Innocentio 3. Ioannes ſuorum rebellione coactus, quibus Pontifex adhærebat ob cauſas alibi citatas, abſolutis ſubditis ſacramento fidelitatis, palam aſſeruit eam poteſtatem. ſiquidem reſignauit ſummo Pontifici regna Angliæ, & Hiberniæ non vi, vt dixit, aut metu interdicti, ſed ſpontanea voluntate, & pro ſatisfactione ſuorum peccatorum, profeſſus ſe debere homagium, & fidelitatem: ac pro annuo cenſu mille libras: de liberrima regione ancillam faciens per chartam omnibus lugubrem, vt ſcribit Matheus Vveſtmonaſterienſis; & ante illum Matheus Paris, Famoſa, inquit, non formoſa ſubiectione: quę antequam ab eo exhiberetur, ita ei diſplicuit, vt quò ſe ab illa liberaret, tentarit infidelis Regis opes ſibi conciliare: Sed repulſam paſſus ſe prorſus poteſtati Innocentij tradidit, à quo ita protectus eſt, vt qui hoc regnum Franco Regi occupandum, & poſſidendum conceſſerat, poſtea interdixerit ne à quopiam occuparetur, quod diceret dominium illius directum ad Eccleſiam pertinere. Harum vero marcharum 700. erant pro Anglia, & 300. pro Hibernia, vt refert Thomas Vvalſingh. in Neuſtria ad an. 1213.

Verùm Henricus Ioannis filius & ſucceſſor miſit ad Cōcilium Lugdunenſe qui huic cenſui ſuo Anglorumque nomine reclamarent, quoniam de regni conſenſu non proceſſiſſet: imò ei cōtradixiſſet omnium vice Cantuarienſis Archiepiſcopus. Papa autem hoc maturiore deliberatione egere dicens, negotium poſuit in ſuſpenſo. Deinde cum Vrbanus 3. decerneret Edoardum 3. Romam euocare ob fidem, & pēſionem non præſtitam ad XXII. Idem Vvalſing. ad an. 1245.

Digitized by Google

quam Ioannes ſe, & ſucceſſores ſuos adſtrixerat, Elienſis Epiſcopus regni Cancellarius in maximis regni comitiis hac de re retulit, & ſummo omnium conſenſu reſponſum eſt, à ſponſione illa Ioannis quæ priuatim profecta eſſet, Regem liberum & ſolutum eſſe; & ſi quid Pontifex ob id tentaret, omnibus viribus reniti oportere.

Nicol. Harpsfeld. ad 14. ſecul. cap. 5 hiſtor. Anglic.

XXIII. Ea nempè fuit in partibus Angliæ ſummi Pontificis præſumpta authoritas, maximè in Hibernia, cuius incolæ iam ſub Henrico 2. negauerunt eam ſibi hunc poſſe adtribuere niſi conceſſione Pontificis: quòd iam inde ab initio, poſt acceptam religionem Chriſtianam ſe ſe ac omnia ſua in eius ditionem dediſſent, atque conſtanter affirmauerunt non alium habere ſe dominum præter ipſum Pontificem. quibus auditis Rex per legatos Alexandrum orauit vt Hiberniam quam ipſe nuper domuerat regno Angliæ ſua authoritate adiungeret: vt eſt apud Polydor. Virgil. & diù poſt Paulus 4. Hiberniam regni titulo donauit, licet ab Henrico 8. iam donatam vt crederetur Maria Regina eo vti tanquam à Pontifice accepto. Deniq; cum Elizabetha Mariæ ſucceſſiſſet, & de ſua inauguratione eumdem Paulum 4. certiorem feciſſet: is reſpondit regnum Angliæ eſſe Eccleſiæ feudatarium, cui illa vt illegitima nequiret ſuccedere: neque à decretis Clementis 7. & Pauli 3. in Henricum eius patrem recedi poſſe: intolerabilis verò eam eſſe audaciæ quæ adminiſtrationem regni Pontifice non approbante aſſumpſiſſet. Quæ verba Reginam prorſus auerterunt, nihilque profecerunt: adeo vana eſt ſine viribus ira: vnde iſtis deficientibus diſſimulari ſatiùs fuerat.

Lib. 17.

Hiſtor. Cōcil. Trid. lib. 5. p. 1318.

XXIV.

Ibid. eod. lib. p. 554.

XXV. Vtque hanc inſulam penitus peragremus, iamdiù Scotiam Pontifex Romanus S. Sedis beneficiariam reputat: vnde cum Rex Angliæ anno 1251. poſtularet ab Innocentio 4. ne Regem Scotiæ ſineret ſe inuito & inſcio invngi, & coronari quod eum diceret ſuum ligium eſſe, Pontifex iſtud negauit. Atque Bonifacius voluit interdicere Edoardo Anglorum Regi, ne ampliùs poſthac Scotos bello vexaret, quod id regnum in Romani Pontificis fidem & poteſtatem à Scotis ipſis miſſum fuiſſet: & ideò aſſeuerabat ſibi ſoli integrum eſſe id cuicumque luberet dare, auferreve. At Edoardus de ſententia conſilij Principum docens terræ Scotiæ proprietatem ad ſe pertinere, & propterea non paſſurum ſibi eam auferri, Bonifacij præſumptionem fregit. Sic Polydor. Virgil.

Ep. 479.

Lib. 17.

Atque

Digitized by Google

Atque ita ſummi Pontificis Maieſtas omnia ferè regna perua- XXVI.
ſit non ſpirituali duntaxat iure, hoc enim illi indubitatum eſſe debet, ſed temporali: paucis exceptis in quibus noſtrum eſt, quod vix ac ne vix domitum à Romanis rerum Dominis perpetuam libertatem ſeruauit: obſequentiſſimum ſummis Pontificibus, ac Eccleſiæ vbi de legitima ſpirituali poteſtate agitur, inſolentiſſimi vero vbi temporalis præſumitur: eam vero libertatem jamdiù notauit Otho Friſingenſis: Exhinc, inquit, videlicet à donatione Conſtantiniana, Eccleſia Romana occidentalia regna tanquam ſui iuris à Conſtantino ſibi tradita affirmat, in argumentumque vſque hodie tributum ab illis exigere non dubitat, Ep. ſ lib 8.
exceptis duobus Francorum regnis Germania, & Gallia. Hæc
ille. Gregorius tamen 7. reſcribebat ſuis legatis, vt omnes Gallos XXVII.
per veram obedientiam admonerent ſoluendum eis eſſe ab vnaquaque domo ſaltem vnum denarium B. Petro ſi eum recognoſcerent patrem, & paſtorem ſuum more antiquorum: Nam, inquit, Carolus Imperator, ſicut legitur in tomo eius qui in Archiuo Eccleſiæ B. Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille & 200. libras ad ſeruitium Apoſtolicæ ſedis: id eſt Aquiſgrani, apud Podium S. Mariæ, & apud S. Ægidium: & Saxoniam ab eo deuictam obtulit B. Petro ſicut Saxones habent ſcriptum. Sic Gregor. Sed nullo documento: deinde illa à Carolo tot librarum collectio, oblatio foret & deuotio, non ſubjectio.

Porrò habuit Eccleſia Romana quædam patrimonia in Gallia,
quorum meminit Nicolaus 1. ac Innocentius 3. quaſdam ciuita- XXVIII.
tes Romanæ Eccleſiæ cenſuales fuiſſe ſcripſit. Ep. 55. Ep. 113. & ſequent ib.

Sed hæc nihil ad ſubiectionem regni, regiſque: quam, cum
Henricus 4. abſolutionem à ſummo Pontifice peteret, tentatam XXIX.
eſſe in arcano refert Auguſtus Thuanus, videlicet an vellet co- Lib. 113.
ronam ad pedes Pontificis deponere, ac per iſtud ſignum quaſi regnum Franciæ in eius manu conſignare, vt eam deinde hac ſummiſſione facta Pontifex in capite Procuratorum mox reponeret. Sed Procuratores magno animo reluctauerunt, profeſſi Regem Franciæ quantum ad iuriſdictionem, nullum ſuperiorem agnoſcere: nec laturos Francos præſertimque nobilitatem vt ſe alicui ſubmittat. Quin etiam cum rurſus tenderent Pontificij vt per eam abſolutionem reuocatis Sixti 5. & Gregorij 14. cenſuris Rex habilis ad regnum reputaretur, reſtitit Oſſacus Regis Procurator, qui deinde Cardinalis fuit, Nunquam paſſus vt bullæ

Bbbbb

Digitized by Google

verbum rehabilitationis, vt vocant, insereretur, ne iniuriam Regi, regnoque faceret.

Sic ab iſta Eccleſiaſtica in temporalibus poteſtate intacta Gallia fuit. At vt vidimus in alijs regionibus plenior fuit ea poteſtas,
XXX. adeò vt Nicolaus 3. conſtitueret in Italia duos Reges creare, vtrumque Vrſinum (nam ipſe Vrſinus erat, adeo plerique Pontifices propenſi in ſuos fuerunt) alterum Etruriæ, alterum Lombardiæ, qui inde Germanos partem Alpium incolentes, hinc Gallos Siciliam & regnum Neapolit. tenentes armis in officio continerent.

XXXI. Atque iſta, quaſi eo iure quo Roma, Romanuſque populus, & Imperatores quondam Romani vſi ſunt: Reges conſtituentes, vt Maſſiniſſam in Africa, Pruſiam in Bithynia, qui deinde beneficiarij & vectigales eſſent. Nec ſecus Perſeus patre Philippo defuncto legatos Romam ad amicitiam paternam renouandam, petendumque vt Rex à Senatu appellaretur miſit. Num etiam bellicoſæ genti Parthorum plures Reges dati ab Imperatoribus? nonne illorum Principi Tiridati impoſitum vt apud effigiem Cæſaris regium inſigne poneret, nec niſi manu Neronis reſumeret? At vis armorum præpollebat: ſed vbi authoritas Imperatoria deprimi cœpit, religionis & cenſurarum metus ea iura in Pontificem tranſtulit, adiunctis tamen temporalibus etiam armis quæ ambitione ſuadente prætextui religionis plurimùm inſeruierunt. Vnde non mirum quòd tantæ poteſtates, religio, videlicet, arma, & ambitio tantoperè valuerunt vt Gregorius 7. & 9. Innocentius 4. Ioannes 22. & Clemens 6. Imperatoribus Henrico 3. ſeu 4. Frederico 2. & Ludouico Bauaro, ac Innocentius 3. Ioanni Anglo edicerent ſua vt ſceptra eorum voluntati reſignarent, nec reſumerent niſi eiſdem iubentibus.

Tacit. lib 6. 12. 15.

Grande profectò ſecretum quod religionis Chriſtianæ Pontifex in eam maieſtatem provectus legatur; an idem aliis aliarum religionum Pontificibus, & Sacerdotibus? Equidem notauimus
XXXII. ſupra qualis fuerit authoritas Pontificis Iudæorum: eamque per aliquot exempla probant aliqui tantam fuiſſe vt Reges deponeret; & crearet: ſed volunt alij hæc exempla non eſſe trahenda in conſequentiam, vt quæ probant non ipſum Pontificem, ſed alios Dei miniſtros ſacraſſe futuros Reges non ſua ſponte, ſed expreſſo Dei iuſſu, neque verò depoſuiſſe: Namque ea creatio, deſignatio tantum fuit in locum viuentis cum primùm diem objiſſet, vt

conſtat exemplo Saùlis & Dauidis: & ſanè nullus Pontifex conſtituendi, aut deponendi Regis authoritatem exercuit: vnde conjicere licet mandatam fuiſſe potius Prophetis, aut aliis miniſtris Dei, quam huic Pontifici, eam Regis futuri deſignationem; vt ſciretur non ex vi Pontificia eam procedere, ſed ex puro expreſſoque Dei nutu, extra quem non præſumenda eſſet. Nam quod Iojadia Athaliam Reginam depoſuit coniuratiõne facta, hoc fuit non in legitimum Principem, imò vt legitimus Princeps reſtitueretur.

Sed de hac re ſatis eò loci: pluribus dictis tractatu in Marianam. XXXIII.
Pontifex verò Romanorũ ob ſuam authoritatem Maximus dictus eſt, & à Tertulliano Rex ſeculi: Vt enim Cicero pro domo ſua dixit, Non ſolùm religionibus ipſe aliique Pontifices, ſed & ſummæ reipub. præfuerunt: atque Pontificis maximi authoritati datum eſt poſt exactos decemviros vt tribunos plebis crearet: non tamen ſolus, ſed eo comitia habente tribunos plebis creauerunt, Decad. 1. lib. 3.
ait Liuius, id eſt Romani. At quod quemquam magiſtratum depoſuerit, aut ius deponendi haberet, non legitur. De auguribus verò, qui alij erant Sacerdotes præpoſiti diuinationibus ex auium volatu: Cicer. Quid grauiùs, inquit, quam rem ſuſceptam dirimi, ſi vnus augur aliter dixiſſet? quid magnificentiùs quam poſſe decernere vt magiſtratu ſe abdicent Conſules? quid religioſiùs quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare, aut non dare: legem, ſi non iure rogata ſit, tollere: nihil domi, nihil foris per magiſtratum ſine eorum authoritate quidquam probari? Hæc Cic. de Auguribus. Sed certum eſt non plenariam fuiſſe eorum authoritatem vt cum placeret legem antiquarent, magiſtratum deprimerent, ſed vitioſam legis promulgationem, vitioſam magiſtratus creationem dicerent: ea verò ſeu ſuperſtitio, ſeu Plutarch. in Marcello.
religio fuit Romanorum vt eis fidem adhiberent.

Equidem Gymnoſophiſtæ Regum Æthiopiæ Iudices fuiſſe XXXIV.
dicuntur: cumque apud Heliodorum Hidaſpes in iudicium vocatus à Chariclea, diceret eis authoritatem dari ex lege patriæ Heliodor. hiſtor. Æthiop. lib. 10.
tunc duntaxat quando controuerſia eſſet inter Regem & ſubditos, reſpondebat Syſimethres vnus ex Gymnoſophiſtis: probos viros non diſcernere debere perſonas cum quibus negotium habent, ſed animæ ſuæ & conſcientiæ rationem habere eos oportere. Sapientes equidem in falſa religione viri. At vix credibile eſt quod de Sacerdotibus eiuſdem regionis, nempe Æthiopiæ

Digitized by Google

Lib. 4. cap. 1. narrat Diodorus Siculus, Qui licet inferiores Regibus, ait ille, eam tyrannidem illorum mentibus non vi, non armis, ſed ſuperſtitione victis impoſuerant, vt quoties eis denuntiarent moriendum ipſis eſſe, ſtatim ad mortem ſubeundam ſe pararēt: ita enim iubere Deorum reſponſa fingebant quæ à mortali homine contemni fas non eſſet. Sed Ergumenes qui Græcis doctrinis, Philoſophiæque deditus fuit, hanc tyrannidem aboleuit, Sacerdotibus ipſis interemptis, & pro voluntate regnum tenuit.

Philoſtrat. in vita Appollon. lib. 2. & 3. Brachmanos adibant Reges ita vt quaſi viderentur inferiores: ſiquidem ab illis excepti conuiuio non excelſiore loco, quem veriſſimile eſt reſeruatum fuiſſe primo eorum Pontifici, ſed inter alios promiſcuè ſedebant: nec Regis filium aut fratrem menſa dignabantur; quod præuiderentur futuri ſucceſſores regno: quò Cæſar de bello Gallico lib. 6. & 7. ſic neglecti admonerentur humilitatis, eique ita aſſuefierent, vt huius etiam Reges facti, meminiſſent. Denique Sacerdotes Heduorum magiſtratus creabant: ac vllorum omnium non tanta fortaſsè extitit poteſtas quam noſtrorum Druidarum, ſed qui ſub Regibus non viuebant.

XXXV. Verùm quæ comparatio iſtorum falſi cultus Pontificum & Sacerdotum ad eum qui miniſter eſt veri Dei cœlo, terræque imperantis, & à quo verè poteſtates procedunt, quas erigit, & deprimit vt lubet? Neque tamen legem ab eo habemus qua vtrāq; poteſtatem ei Pontifici permiſerit. Quoquo tamen iure, eam exercuit: iſtius autem poteſtatis præter ea quæ notauimus non

XXXVI. minimum eſt documentum, quod voluerint ſummi Pontifices Regum inter ſe controuerſias ad ſuum tribunal deferri, ibique componi. Profectò vidimus primos Pontifices, eoſque ſanctos ſtatuiſſe vt Epiſcoporum cauſæ, maioraque negotia ad apoſtolicam Sedem transmitterentur: ſed non creditur illorum mens fuiſſe de aliis negotiis quàm purè Eccleſiaſticis. Neque comperimus vllum de regnis, & dominationibus ad eos delatum ante Zachariam, qui nouitate rei (erat enim de tranſlatione coronæ ab ignauo Childerico ad Pipinum) non audebat initio, ait Paulus Æmil. tam magni momenti cognitionem ſuſcipere: nec ſuſcepit niſi quando Francorum voluntates mira conſenſione erga illum ferri perſpexit. Ac fortaſsè dici poteſt illud qualecumque exemplum (quod tamen conſultatio potiùs, & opinionis ſuæ declaratio, quam authoritas ſeu poteſtas erat) ſucceſſoribus animos dediſſe vt maiora auderent.

Digitized by Google

Vnde Adrianus 1. poſt mortem Lotharij Imperatoris ſuas partes interpoſuit vt conſeruarentur Ludouico filio eius Imperium, iuraque defuncti: cumque Carolus Caluus illa vſurparet anathema comminatus eſt, venturumque ſe dixit vt de contumacibus dignam vltionem ſumeret. At Galliæ Epiſcopi reſponderunt ſecularem ſcripturam dicere, quia omne regnum ſeculi huius quæritur bellis, propagatur victoriis, & non Apoſtolicis, vel Epiſcoporum excommunicationibus obtinetur: & ſcripturam diuinam dicere, quia Domini eſt regnum per quem Reges regnant, & cui voluerit dat illud miniſterio Angelorum, & hominum, vt ait Hincmarus epiſtola ad eumdem Pontificem. Ioannes 8. Adriani ſucceſſor cum Ludouicus aduerſus Caluum ſuam tutelam imploraret, reſcripſit ſe non poſſe niſi vtraque parte audita iudicare de controuerſiisquæ inter illos erant: admonens interim Ludouicum vt pacem cum omnibus præſertim cum Imperatore, ſcilicet Caluo, haberet. Gregorius item 7. reſcripſit ſe in Germaniam venturum, vt ibi notionem ſuſciperet controuerſiæ quæ inter Henricum, eique oppoſitum Rodulphum erat: quia, inquit, Apoſtolicę Sedis eſt maiora Eccleſię negotia diſcutere: illud autem tanti eſſe momenti, vt ex eo neglecto magnum ſit redundaturum Eccleſiæ detrimentum. Innocentius 3. ſe conſtituit Iudicem inter Philippum Auguſtum, & Regem Angliæ, eo prætextu quaſi de iuramenti tranſgreſſione, proindeque de peccato iudicaturus, non de feudo, iuxta illud: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum; quod ſi te non audierit, dic Eccleſiæ. Tamen Philippus parui ſe eo caſu facere cenſuras à Legato Apoſtolico promulgatas dixit, vt nullas: quia non pertineret ad Romanam Eccleſiam in regnum Franciæ animaduertere, quando Rex ſuas iniurias perſequitur: addebatque legatum iam olfeciſſe ſterlingos Regis Angliæ.

Ep. 16. & ſeq. vſque ad 23. Aim. lib. 5. c. 24

Cap. 13. de iudic.

Sed alter Philippus D. Ludouici filius, licet bona in cauſa religioſior fuit, ne dicam ſuperſtitioſum: cauſa erat quod Ferrandus Caſtellæ Regis filius cum Blancha Ludouici filia, ac Philippi ſorore nupſerat, lege nuptialibus tabulis inſcripta, vt ſi Ferrando pater ſuperſtes eſſet, auus tamen ex eo factus, regnum mandaretur nepoti, ſi quis extaret. Contigerat Ferrandi obitus ſuperſtite patre, & relictis ex Blancha filijs, quorum proinde maiorem repræſentationis iure Caſtella reſpiciebat. At perfidus auus eam Sanctio minori defuncti fratri voluntate inter viuos deſtinauit,

Digitized by Google

nihilque prorſus terræ, aut ditionis ſuis nepotibus diſtribuit. Quapropter Philippus in Caſtellanum arma parabat cum Nuntij à Martino 4. venerunt qui Reges ad pacem cenſura Eccleſiaſtica compellerent: cuius metu Philippus cœpta non eſt proſequutus. Magna in excelſo Principe, ait Gaguinus monachus, vel humilitas, vel ſocordia, ad ſacerdotis Imperium cauſam innocentis, ſororis, & pupilli deſerere.

Fortior Philippus Pulcher: nam iubenti Bonifacio 8. vt ille compareret apud ſe cauſam dicturus quare non reſtitueret Flandri Ducis filiam pactam Regi Angliæ, reſpondit, Non ad Epiſcopum Romanum pertinere iudicia de rebus temporalibus (de republica enim Gallica agebatur ne Flander Regis vaſſallus affinitatem ſociaret cum Anglo tunc perpetuo regni hoſte) habere ſe ſupremam Curiam quæ Flandro, quando vaſſallus regni eſſet, ius redderet: ſe vero nullum ſuperiorem excepto Deo agnoſcere in temporalibus: Itaque Bonifacius eo reſponſo accepto non vltrà proceſſit. Nec rurſus cum audierunt Philippus idem, & Anglus cum eos cenſuris adigere vellet, vt fœdus inirent. in eum verò compromiſerunt, at non vt Papam, ſed vt priuatam perſonam, ac ſub nomine Benedicti Cajetani, non vt Bonifacij; ne id tribueret dignitati Apoſtolicæ: neque in forma, & figura iudicij, vt Edoardus Rex Anglus aiebat, Ne regum Iudex videretur. Cum tamen Bonifacius ſententiam pronuntiaſſet, vt Reges fœdus inirent contractis nuptijs, ſcilicet Edoardi Regis cum Margareta Philippi ſorore, & dote quindecim mille librarum, ac Edoardi filij, & Iſabellæ Philippi filiæ, doteque octodecim mille librarum, eam ſententiam promulgauit in pleno Conſiſtorio, & pro executione delegauit Epiſcopum quem Reges exceperunt, & iuxta ſententiam, pacem fecerunt. Hæc Ioan. Tilius in ſua collectione fœderum inter Reges Galliæ, & Angliæ: & quid ſimile referunt Gaguin. in Philippo Valeſio, & Vvalſingh. ad an. 1343. Citauit item Bonifacius coram ſe Venceſlaum Bohemiæ Regem, & Andræam Margaretæ Siciliæ Reginæ filium de regno Hungariæ cauſam dicturi. Gregor. 11. cum inter ſe Reges Caſtellæ, & Arragoniæ bellum mouerent, miſit legatos ſuos qui eos ad pacem hortarentur. Hortati delegauerunt vtrimque ſuos, vt cum Pontificijs de pace ageretur: itaque in vnum conuenerunt: ſed vbi reſciuit Caſtellanus inter illos conueniſſe vt concordiæ, pactionũq; ſummam tractandam,

Deinde lege regni prohibentur vaſſalli affinitates contrahere cum extero Principe inſcio Rege. Ioã. Tilius annot. *ſur le Recueil des droicts de France.* Chopp. lib. 2. juris Andeg. parte 1. cap. 2. tit. 2. artic. 9. & lib. 3 dom. Frãciæ tit 19. art. 11 Gaguin. in Carolo 6 & Ludouico 11.

Hiſtor. Auſtral. 2. ad an. 1302.

Hieron. Blanca in comment. rer. Arrag. ad an. 1372. Bovadilla lib. 2. polit. ca. 17 n. 5 Surita lib. 3. indicũ de reb. ab Arrag. Regib. geſt. ad an. 1372

& conficiendam Reges ad Pont. Max. & ampliſſimum Cardinalium ordinem rejicerent, ſummoperè anniſi ſunt, vt ſuo potiùs ipſi Reges, conſilio, & arbitrio, quam alieno iudicio componerent. Eademque ratione Alphonſus noluit permittere Archiepiſcopo D. Iacobi à Papa delegato notionem controuerſiarum quæ inter eum & regnum erant.

Paulus 4. anno 1467. audiens grauem commotionem, vel ſeditionem Caſtellanorum quorum præcipua capita erant Toletanus Epiſcopus, & ſupremus magiſter D. Iacobi contra Henricum 4. pro Alphonſo eius fratre: denuntiauit eis per ſuum legatum, vt in obſequium ſui Regis redirent. laudabilis certè denuntiatio. Magiſter tamen pro cæteris reſpondit: deceptum eſſe Papam ab illis qui ei perſuaſerant eum de rebus, & adminiſtratione regni ſe ingerere poſſe. Namque ad optimates incolas hoc ius pertinere: cumque legatus cenſuris eos obligare vellet, ipſi ad futurum Concilium prouocauerunt, delegauerunt tamen ad Pontificem qui vix legatos admiſit: admiſſos verò ſub ea conditione, Ne Alphonſum nominarent Regem; auditoſque grauiter increpuit, admonuitque quaſi ſpiritu prophetico inſtantis Alphonſi mortis. Turquet li. 14.

Nec alio conſilio cum Angliæ grauis eſſet exorta ſeditio contrà Regem Edoardum 3. & ad illam ſedandam Pontifex legatos miſiſſet cum litteris ad eos: illi reſponderunt ſe militares viros ignorare litteras: & cum vrgerent legati vt ſaltem audirentur, dixerunt ſe domi habere viros à quibus conſilium peterent, & non ab exteris quibus negotia regni incognita, & inexplorata eſſent. Nicol. Harpsfeld. ad 14. ſecul. cap. 3.

XXXVIII.

Famoſum eſt de ſucceſſione Portugalliæ litigium, cum Henricus 4. ante Principatum Cardinalis ſpe liberorum eſſet deſtitutus: ad eam inter alios aſpirabat Antonius qui dicebatur illegitimus, Sebaſtiani in acie contra Mauros occiſi: Ipſe vero ſe legitimum aſſerebat, cupiebatque ſuam cauſam agi Romæ. Tamen Henricus obtinuerat à ſummo Pontifice, vt fineret eam iudicari in regno, atque Pontifex Iudices dederat, in primiſque Henricum qui cum illis cauſa cognita contra Antonium pronuntiauit. Is vero queſtus apud Pontificem impetrauit reſcriptũ quo mandabatur non conceſſum fuiſſe iudicium cauſæ, ſed duntaxat inſtructionem: ac proinde vt iudicanda remitteretur ad conſiſtoriũ. Verùm Henricus illo offenſus Antonium ablegauit, commiſſa-

Digitized by Google

riique Pontificij officio repudiato, ipſe poteſtate Regis, & Cardinalitia vſus, propriaque authoritate eum regno priuatum & fulminatum declarauit. Defuncto dehinc Henrico plures competitores extiterunt, quorum potentiſſimus fuit Philippus Hiſpaniæ Rex, qui conſultis Theologis an ei liceret ſuum ius armis proſequi, an verò teneretur ſe cuiuſquam arbitrio ſubmittere, reſponſum habuit, & licere, & non teneri ne quidem ſummo Pontifici, quoniam res purè temporalis erat, nulla circũſtantia ſpiritualitati affecta. Quapropter cum Pontifex ſuum legatum miſiſſet qui cognoſceret, obteſtatus eſt Philippus nolle ſe eum Iudicem, cenſens videlicet antiquis exemplis quibus adſtruitur ſedem Apoſtolicam in controuerſijs regnorum arbitram eſſe, nouum non temerè addendum. Erat etiam Caſtellanorum murmur dicentium non conuenire, vt Pontifex ſub prætextu fungendi munere communis patris, ad ſe ſupremum de regnorum controuerſiis iudicium transferret. Hæc Comeſtaggius de Portugalliæ, & Caſtellæ vnione, & Anton. Viperan. de obtenta Portugallia. At domeſtico exemplo Margareta Arragonum Regina, Comitis Montiſpeſſulani filia, patre defuncto litem de hoc Comitatu Romæ produxerat.

XXXVIII. Notabiliùs verò iſtud eſt. Henricus Caſtellæ Rex, inhabilis ad mulieres, nupſerat primùm Blanchæ Nauarræ Regis filiæ, quæ aliquot annis impotentiam viri experta, cum tandem Rex præſentiret tædere eam illius, præuenit apud ſummum Pontificem, ac ſeparationem prætextu ſterilitatis obtinuit: rurſuſque nupſit Ioannæ Alphonſi Portugalliæ Regis filiæ inſigni pulchritudine mulieri, ſed concubitus auidæ: Cui cum Rex non poſſet ſatisfacere, ac horreret impotentis opprobrium, facilè conſenſit vt Bernardus à Cueua intimus ei, Reginæ votum impleret: ex eaq; coniunctione dicebatur ſuſcepta filia quæ Ioanna appellata eſt, ac ne ſuppoſita cenſeretur voluit eam Rex in lucem venire præſentibus Henrico Albæ Comite, Archiepiſcopo Toletano, & Marchione Villenæ. Sed cum modeſtiæ linteo non velarent ſuos amplexus Regina, & Bernardus: ac Rex, dum aliis mulieribus quin etiam vulgaribus vult congredi, ſuum defectum manifeſtiorem facit, inde Principes muſſitare cœperunt, ac velut certi Ioannam Henrici filiam non eſſe, non ferendum cenſuerunt vt regno ſuccederet; Quapropter Alphonſum, & Iſabellam Regis fratrem & ſororem occupantes; Iſtum nempe Alphonſum Regem

Digitized by Google

gem declarauerunt: ac comitiis habitis effigie Henrici in medium producta, eam velut præſentem Regem exauctorauerunt ablatis ornamentis quæ ei dederant, videlicet corona ab Archiepiſcopo Toletano, enſe à Comite Placentino, & ſceptro à Comite Beneuenti: hiſque factis eam throno Regio eiecerunt, ac illi Alphonſum impoſuerunt. Habuit tamen Henricus ſuos fautores, & congregato exercitu cum rebellibus pugnauit incerta victoria: adſuitque pugnæ Archiepiſcopus Toletanus cum ſtola candida armis ſuis ſuperinducta: excellens profectò Eccleſiaſtici viri oſtentatio. Pontifex Antonium Venerium Leonis Epiſcopum ad iſtos motus componendos delegauit: ſed cum ſub excommunicationis pœna iuberet ab armis diſcedi, Proceres ab hoc iuſſu ad Concilium prouocauerunt. Interim mortuo Alphonſo, Iſabella ſoror ſuccedens nupſerat Ferdinando contra voluntatem Henrici, qui propterea exoſas illas nuptias habens eam omni iure, quod in corona Caſtellæ prætendebat, priuauit: Ioannam pronuntiauit ſuam filiam & hæredem, atque Carolo Ludouici 11. fratri in matrimonium locauit: ſed antequam hoc fœdus ſtabiliri poſſet ceſſerunt è viuis Henricus, & Carolus non conſummato matrimonio. Ergo cum Ioanna non deſinens ſe Reginam iactare, ad ſpem ſui thori Alphonſum Portugalliæ Regem allexiſſet, negotium ei fuit cum Ferdinando & Iſabella qui ſui iuris ſecuri controuerſiam voluerunt ad ſummum Pontificem reijci. Pacis tamen & concordiæ decus Beatrici Iſabellæ amitæ debetur, eaque oblatum eſt Ioannæ, vt aut regno cederet, aut Infanti Ioanni Ferdinandi & Iſabellæ anniculo filio nuberet, vel Monaſterio recluderetur: Iſtud poſtremum elegit, proindeque ob generoſum faſtus mundani contemptum, excellentis meruit cognomen. Atque ex hac hiſtoria vides modo neglectum, modo expetitum ſummi Pontificis iudicium: vt ſemper contigit apud Principes provt ſuis rebus neceſſarium duxerunt.

Nicolaus 5. Auſtrios anathemate percuſſit, quòd à Frederico Imperatore Ladiſlaum Ducem ſuum, cuius ille tutelam gerebat, repeterent iam adoleſcentem. Ipſi autem, ait Æneas Syluius, ſceleratum propoſitum tenuere. docta eo tempore Viennenſis ſchola ſententiam indoctam protulit: videlicet per appellationem ad ſummum Pontificem interponendam ſuſpendi poſſe XXXIX.

Romani Pontificis mandata. florebat eo tempore Sigiſmundus Saltzburgenſis Epiſcopus, qui in ſua Eccleſia non ſiuit litteras Apoſtolicas, quibus in Auſtrios fulminabatur, publicari: ſed quorſum fulminandi qui ſuum Ducem repetebant, cuius forſan præſentia inteſtini motus comprimi poſſent?

XL. Denique Henricus 4. Galliæ Rex de Saluciano Principatu apud Pontificem Max. compromiſit cum Sabaudo Duce: ibique aliquot menſibus controuerſia ventilata eſt: ſed cum Oratori Ducis excidiſſet dicere Pontifici fore, vt ſi ſuam cauſam probaret, de iſto Principatu diſponere poſſet in aliquem ex fratris filiis: hoc verbo ſuam integritatem tentari ſentiens Pontifex æquiſſimus, ſtatim ſe omni arbitri poteſtate exuit.

Thuan. lib. 122. ad an. 1599.

Atque hæc ſunt aliqua ſuſceptarum aut præſumptarum à Romano tribunali magnarum cauſarum exempla. Tantæ maieſtatis
XLI. eſt iam Pontificatus Maximus vt liberè Paulus 4. aſſeruerit Albano Vegam Regis Catholici Oratorem ab ipſo in vincula coniectum repetenti, ſe liberum Principem eſſe, qui propterea nemini ſuarum actionum rationem reddere teneatur: imò ſibi ius eſſe in omnes terræ Principes vtpote ſe inferiores & ſibi ſubiectos, proindeque adſtrictos ei rationem reddere. Ac ſine dubio Maximi-
XLII. lianus Imperator tantam authoritatem reſpiciens agitaſſe fertur, cum cœlebs eſſet, conſilia quibus abiurato Imperio ad Primatum totius Eccleſiæ promoueretur, vt quem illo excelſiorem, &
XLIII. auguſtiorem videbat, velutque moderatricem, tranſlatis in eum iuribus quæ olim Imperatoris erant: ac horum præcipuè regium conferendi titulum: Quòd ius olim dubitans Pontifex ad ſe pertinere Mieſlaum Poloniæ Ducem à ſe coronam regalem petentem noluit exaudire, ſed reiecit ad Imperatorem Othonem 3. à quo deinde filius eius regium nomen impetrauit, vt ſcripſit Ioachimus Cureus in annalibus Sileſiæ. Adeo excreuit hæc maieſtas, quæ tamen in primitiua etiam Eccleſia tanta fuit, vt Pretextatus Conſul deſignatus ſoleret dicere Damaſo Pontifici: Facite me Romanæ vrbis Epiſcopum, & protinùs ero Chriſtianus. Sic
XLIV. D. Hieron.

Carol. Burgũd. & Flãdriæ, aliarumq; ditionũ Dux nouiſſim' ad Imperatorẽ Fredericum 4. perrexit ano. 1473. coronæ, regiique tituli impetrãdi cauſa. ſed Imperator nõ cõceſſit.

Ep. 61.

CAPVT V.

DE GLADIO TEMPORALI ET materiali vt eius ſtringendi & recondendi poteſtas adtributa ſit nutui, & iuſſui Romani Pontificis ad bellum inferendum, & pacem ſanciendam.

Lectio.

1. *Sacerdotum gentilitiorum in res bellicas authoritas.*
2. *Item Iudaicorum.*
3. *De rationali Pontificali quod oraculi inſtar erat.*
4. *Gladius materialis inſolidum pendet à Principe temporali ex lege Chriſtiana, & Apoſtolica.*
5. *Vt ſit intelligenda Eccleſia in qua dicuntur eſſe duæ poteſtates.*
6. *De gladio Eccleſiaſtico quis ſit ex ſententia ſanctorum Patrum.*
7. *Sunt duo gladij in Eccleſia, ſed largè ſumpta pro cœtu omnium fidelium; ordinati non ſubordinati.*

   Ita vt vterque Princeps libertatem habeat ſui gladij.
8. *Dictum D. Bernardi quod Papa habet gladium temporalem in nutu.*
9. *Vnde prodijt dogma quo dicitur Pontificem habere illum gladium in iuſſu.*
10. *Carimonia priſca in equite creando.*
11. *Quondam nemo eques dicebatur niſi ſpecialiter factus.*
12. *Introductus mos vt fierent equites initio vel ſub finem pugnæ.*
13. *Solis ſupremis Principibus datum vt equites facere poſſent.*
14. *De inſtitutione equeſtrium ordinum: eaque innixa Pio 2.*
15. *Gregorius magnus non credidit hunc gladium à ſuo iuſſu pendere.*
16. *Adrianus 1. & Greg. 7. hanc authoritatem ſibi adtribuerunt.*
17. *Recondendi iſtius gladij poteſtatem Pontifex Roman. ſibi adtribuit: id eſt vt pacem cum infidelibus, aut hæreticis non poſſet habere Princeps temporalis ſe inconſulto.*

   Falſa eorum ratio qui Imperatorem, omneſque Principes vaſſallos S. Sedis dixerunt.
18. *Primi Imperatores Chriſtiani fœdus cum infidelibus habuerunt, nec conſulto Pontifice.*
19. *Nec ſecus in hiſtoria ſacra Reges Iudæorum. non enim Deus prohibuerat.*
20. *Ioannes 8. vult diſcedi à fæ-*

Digitized by Google

dere ſe inſcio cum Sarracenis facto.

Item Gregorius 9.

21. *Calamitates quæ ex huiuſmodi fœderum violatione contigerunt.*

22. *Veneta reſpub. & Franciſcus Britanniæ Dux à ſummo Pontifice veniam petierunt fœderis cum infidelibus contrahendi.*

23. *Non item Franciſcus 1. Galliæ Rex, & Carol. 5. Imperator.*

24. *Temeraria & nociua vox Sicharij Dagoberti legati dicentis Sarraceno Principi, Non debere Chriſtianos cum Sarracenis fœdus habere.*

25. *Putauerunt etiam aliqui Pontifices Romani ſuæ poteſtatis eſſe iubere Principibus Chriſtianis, vt bellum inferrent hæreticis, aut infidelibus.*

Inde decretum Lateranenſis Concilij ſub Innocentio 3.

26. *Non ea fuit primorum Conciliorum diffinitio.*

27. *Veterum Patrum ſententia, ad religionem cogendum eſſe neminem, & quatenus D. Auguſt. vim inferendam cenſuit.*

28. *Differentia in hoc legis Chriſtianæ, & Mahumetanæ.*

29. *Quid de lege Iudaica, & Imperatorum Chriſtianorum edictis.*

30. *Vana plerumque fuerunt aduerſus infideles bella: vanaque contra hæreticos coactiones.*

31. *Itaque relinquendus eſt gladius temporalis arbitrio ſecularis Principis.*

SVPRADICTIS inhæſerunt Pontifices ſummi (non tamen primi) quia poteſtatem gladij materialis ad ſe pertinere voluerunt: indeque duo velut axiomata conſtituerunt; vnum nutu ſuo Imperatores, & Principes gladium ſtringere, & condere debere: alterum, ipſis etiam licitum eſſe illius vſum, & vt ita dicam, exercitium.

I. Sanè aliqua authoritas fuit Sacerdotum Gentilitiorum, & Iudaicorum ſuper ea quæ ad bellum pertinebant, ſed non ſuprema. Puta penes fœciales Sacerdotes Romanorum belli indicendi, & pacis ſanciendæ munus fuit: at mandato Regis, ac deinde populi. Etenim antequam munere fungeretur fœcialis Regem ſic interrogabat, Faciſne me tu regium nuntiũ Pop. Romani Quiritium: iubeſne me Rex cum patre patrato populi Albani fœdus inire? Deinde Cic. de auguribus loquens, ait, Nihil domi, nihil foris per Magiſtratum geſtum ſine eorum authoritate. Verum iſtud non principali iure, ſed quia per auſpicia conſulebantur, an vel non ſuſcipiendum eſſet bellum: aut aliquod aliud negotium publicum. Denique iſtos Sacerdotes, aut ipſum etiam Pontificẽ

Digitized by Google

maximum, licet eius magna eſſet authoritas, abſolutam poteſtatem habuiſſe in res bellicas non legimus.

II. Iudæorum autem Sacerdotum maior in hoc poteſtas videtur fuiſſe: ſiquidem Leuitarum erat clangere tubis dum caſtra mouebantur: & præceperat Deus vt Pontifex pro Ioſuë conſuleret Dominum: ac ille & omnes filij Iſraël, & cætera multitudo ad verbum Pontificis egrederetur, & ingrederetur, videlicet belli gerendi cauſa. Verùm Ioſuë Rex non erat, proindeque non ſupremus, imò ſpecialiter ſubditus fuit Pontifici vt ab eius nutu penderet: quod non item de vllo Rege præcepit Dominus. Num. 10.

III. Deinde Pontifici miraculoſum rationale inerat in quo non Pontifex, ſed Deus de bello conſuleretur, cuius notionem habentes etiam gentiles, id ea voce, quæ oraculum ſignificabat, appellauerunt. Namque 12. lapides progreſſuro ad pugnam populo claritate admirabili victoriam denuntiabant, obſcuritate verò cladem. quapropter Dauid ab eo conflictum inchoabat. At hoc extraordinarium fuit, nec ſemper viguit: ſiquidem notat Ioſephus id defeciſſe ducentis ante ſuam ætatem annis: D. autem Epiphanius ſcribit, tunc deſiiſſe Sacerdotes reſponſa reddere populo ex Dabir, & in Ephod per ſigna, & portenta, ac Angelorum viſiones habere ex eo duntaxat tempore quo Zacharias alter occiſus eſt ab Herode tyranno inter tempus, & altare. Sed quandocumque iſtud oraculum viguerit, & finierit, non perpetuam indicebat neceſſitatem conſulendi Pontificis: nam & aliquando propheta conſulebatur. Denique nulla tanta Pontificis in Reges authoritas fuit vt in bellis gerendis ab eo penderent. Ioſeph. lib. 3. antiq. cap. 4. Et Biblia ſacra. Paralip. 2. c. 18. 1 Reg. 28. 4. Reg 3.

IV. Quoad verò noſtrum Pontificem, tantum abeſt vt Chriſtus gladij materialis poteſtatem ei dederit, quin è contra prohibuerit: ac magnus Apoſtolus voluntatis magiſtri ſui non ignarus, cenſuit eum totum à Principe ſeculari pendere, in hoc dicens, Illum eſſe miniſtrum Dei vt gladium portaret.

V. Profectò duas eſſe poteſtates, proindeque duos gladios in Eccleſia nemo neſcit: ſed Eccleſiam intelligere oportet, eam non quæ ſolis Sacerdotibus ſit compoſita: at omniũ fidelium cœtum, vt in ſacris ſcripturis denotatur. Corpus autem totius huius Eccleſiæ in duas eximias perſonas diuidi, ait apud nos Synodus Pariſienſis ſub Gregorio 4. & Ludouico Pio: In Sacerdotalem videlicet, & regalem vt in Eccleſia ſtrictè ſumpta, & quoad res Eccleſiaſticas nemo Pontifice potior ſit: in ſeculo Chriſtiano,

Digitized by Google

nemo Imperatore potior: quippè, (quod Tertullianus dixit) ſolo Deo minor.

VI. Vtrique verò poteſtati ſuus gladius adtributus eſt: Eccleſiæ videlicet, ſpiritualis quo impias, & rebelles legi Dei diuidit optimo iure à cœtu fidelium. Principi ſeculari materialis quo in corpora hominum impiorum ſæuiat. de primo omnes Eccleſiaſtici Doctores intellexerunt quotquot verba Chriſtus de gladio loquutus fuerit, & præceperit ſuis diſcipulis, vt fuſiùs tractatu in Marianam diſſeruimus: eum nempe gladium eſſe ſpiritus, & tribulationis: nec ſecus virgam interpretati ſunt correctionis ſpiritualis, non offenſionis corporalis. Nam ſcribente Origene, voluit ſuos diſcipulos eſſe pacificos, vt bellicum hunc gladium deponentes, alterum pacificum acciperent, quem dixit ſcriptura gladium ſpiritus.

Orig. tract. 7. & 35. in Math. D. Auguſt. de conſ. Euangel. ca. 29 D. Chryſoſt ad cap. 26. Math. D. Ambroſ ad cap. 10. Lucæ. Victor Antioch. ad ca. 6. Marci. to. 1. Biblioth. Patrũ. Anaſtaſ. Epiſc. Nicæn. quæſt. de patient. & in ſcript. 9. 71. Titus Boſtror. Epiſcop. ad cap. 22. Lucæ. eodem tomo 1. Tertull. lib. idololat. Socrates lib. 4. cap 29. hiſtor. Eccleſ.

VII. Sunt igitur iſti duo gladij diuiſi, vt membra Chriſti diuiſa ſunt à ſeipſis licet eidem corpori cohærentia. membrum enim Chriſti, ſacerdos: membrum Chriſti, Rex: & gladius eſt Regis: gladius ſacerdotis, aiebat Hildebertus Cœnomanenſis: ordinati quidem in eodem Eccleſiæ largè ſumptæ corpore: ſed non ſubordinati, niſi quatenus alter inferior eſt altero. Ordinati vero vt ambo concurrant in iſtius corporis tutelam, & defenſionem: ſicque ſacerdos temporalem gladium inuocare poſſit, (quod tamen non omnibus placuit propter ſanguinis effuſionem,) vel Princeps eum ſtringere debeat pro illa defenſione, etiamſi à ſacerdote non inuocetur: ac temporalis etiam Princeps exigere à ſpirituali viro queat, vt, cum opus erit, ſuum mucronem exerceat. verùm ita vt vterque Princeps & ſacerdotalis & temporalis liber ſit in vſu gladij. Quod ſi alter alteri officium ſuum iniuſtè denegat, quis vindex erit niſi is à quo vterque procedit, quique ſibi vindictam reſeruauit? Mihi, inquit, vindictam, & ego retribuam.

VIII. Ergo rectè Ioannes Pariſienſis Theologus explicans D. Bernardum dicẽtem, Quòd Papa habet gladium materialem in nutu: habet, inquit, in nutu vt innuat Principi temporali quatenus exercere debet iuriſdictionem temporalis poteſtatis, propter neceſſitatem boni ſpiritualis. Si tamen nolit ille Princeps, vel non videtur ſibi expediens, Papa nihil aliud facere habet, quia non

Digitized by Google

habet iſtum gladium in iuſſu, ſed Imperator tantum hæc ille. Neque verò in purioribus Eccleſiæ ſeculis auditum eſt, Pontificem habere vtriuſque gladij poteſtatem, vt ad nutum eius vel potiùs ad iuſſum (ſic enim cœpit intelligi nutus ille) ſtringeret & reconderet Princeps ſecularis ſuum gladium.

Vnde igitur prodijt hoc dogma? Ego puto ex quo cœperunt à Pontifice, ſeu Eccleſia coronam, ſacramque vnctionem Principes accipere. Namque ſenſim inoleuit conſuetudo, vt vncto Principi gladius ſuper altare iam poſitus daretur ab Epiſcopo, vt ſe tunc equitem Eccleſiæ intelligeret, & qui ab ea gladium acciperet, reputaret ſe eum ab illa tenere proindeque ſtringendum, & recondendum ad eius libitum. Neque id obſeruatum in Principum ſupremorum duntaxat coronatione fuit: ſed etiam cum quiſpiam nobilis equeſtri dignitate decorabatur: deductum fortè ab Anglis quos Ingulphus, qui anno 1066. viuebat, conſueſſe ait, vt militiæ conſecrandus, & equeſtri dignitate donandus, apud Epiſcopum, vel Abbatem, vel monachum, vel ſacerdotem aliquem contritus & compunctus de omnibus ſuis peccatis confeſſionem faceret, & abſolutus in Eccleſia pernoctaret orationibus & afflictionibus deditus. Manè verò miſſam auditurus gladium ſuper altare offerret, & poſt Euangelium Sacerdos benedictum gladium collo militis cum benedictione imponeret: deinde communicatus ſacris myſteriis miles legitimus permaneret. Hæc Ingulphus: quæ confirmat Ioannes Sareſberienſis in Polycratico: Vt ſic, ait, quaſi celebri profeſſione facta ſeipſum altaris obſequio deuoueret: & gladij, id eſt officij ſui iugem Domino ſponderet famulatum: quin etiam fertur in vſu maioribus noſtris fuiſſe, vt adoleſcentem filium nobilem parentes ad Eccleſiam ducerent: atque in medio ſacræ miſſæ ad oblationem cum illo præirent: tuncq; ſacerdos ſumptis ex altari Zona, & enſe illum eo cingeret, præfatus primùm aliquot precationes: quibus peractis, Hoc te, aiebat, enſe accingo ad tuitionem honoris Dei, Eccleſiæ, regni, orphanorum, & afflictorum: faxit Deus vt iſtis rectè fungaris.

IX. X. Lib. 6. cap. 10.

XI. Laudabilis ſanè mos ex quo etiam tractum erat vt Principes licet ſupremi non cenſerentur, quondam à natiuitate & principali ſtemmate equites, ſed ab Eccleſia inſtituendos eſſe. Vnde Otho Friſingenſis de Frederico Ænobarba ſeu Barbaroſſa: Rex, inquit, ad quamdam ligneam Eccleſiam acceſſit (nam eò Lib. 2. cap. 33.

Digitized by Google

vſque in puerilibus annis conſtitutus nondum militem induerat) & accepta Sacerdotali benedictione ad hoc inſtituta, armis accingitur. Sic Conradus Frederici 2. filius militiæ cingulo donari voluit. Regeſque Franciæ, & Angliæ curauerunt Comitem Prouinciæ ab eodem Frederico 2. militem fieri, licet quinquagenarium: indignum reputantes ſuum ſocerum militem non eſſe: quippe refugerat eam dignitatem, quoniam neſcio quis error eius familiæ Proceres ſeduxerat, vt pro certo haberent non diù eos viuere poſtquam militiæ gradum adepti eſſent. Nec ſecus Ferdinandum 1. Arragoniæ Regem equeſtri enſe, antequam chryſmate & corona, inſigniretur, cinxit filius eius magiſter equitum S. Iacobi, quaſi neceſſe eſſet Regi illam dignitatem aſſumere: quod exile, friuolum, & ex ignorantia natum ait L. Valla. Sic denique noſtrum Carolum 7. Dux Alenconius militem equitem fecit eo die quo Rhemis conſecrabatur. Ergo non iam ab Epiſcopo, ſed à ſeculari aliquo Principe eques fiebat: quemadmodum & noſtrum Franciſcum 1. factum eſſe ab illuſtri ſtrenuitate, & virtutibus aliis Bajardo in die memorabili cladis Heluetiorum circa Mediolanum produnt hiſtoriæ.

Ep. 20. lib. 3. Petri Vineæ.

Annal. Godefridi monachi ad an. 1235.

Trithem. in chronica Hirſang. ad d. an.

Lib. 2 de Ferdinando Rege.

Bellefor. tom. 2 ad an. 1429.

XII. Namque veterem cæremoniam alia leuior obliterauerat, vt equites fierent, vel inſtante pugna, vel ea peracta, qui fortiter ſe geſſerant. Hinc quod Froſſartes refert de leporariis equitibus, ſic dictis, quia facti ſunt cum aciebus Gallis, & Anglis ſub Philippo Valeſio, & Edoardo 3. ſeipſas reſpicientibus, lepus exortus clamorem militum excitauit, qui à poſtremis exceptus quaſi ſignum pugnæ, nonnullos inuitauit, vt equeſtrem dignitatem peterent, obtinerentque: ac deinde nullo glorioſo facinore illuſtres: quippe abſque pugna induciis inter Reges contractis.

Ioan. Til. in ſua collect. de regib. Galliæ cap. de equitibus.

XIII. Demùm ea prærogatiua ſummis Principibus relicta eſt, vt eis ſolis ſua cuique in ditione liceret equites facere: ac ne quidem Imperatori in alia. Quapropter Carolus 6. grauiter indignatus eſt in Senatum Pariſienſem, quod Sigiſmundum Imperatorem, cui honoris cauſa Curiæ habendæ ius datum eſſet, ſiuiſſet vnum ex litigatoribus equitem creare, vt præfecturam Bellocarenſem de qua tunc erat controuerſia, equiti tantum dari ſolitam, obtineret. dicunturque Comites Flandriæ, & Niuerniæ mulctati quod equites auſi eſſent facere.

Monſtrel. li. 1. cap. 155. ad an. 1416.

Pith. ad conſuetud. Treceſ. artic. 1.

Sed

Sed huiuſmodi mos equitum faciendorum obſoleuit: eique ſucceſſit alius vt Principes aliquos ordines inſtituerint ſub nomine, titulo, & auſpicijs ſeu Dei, ſeu alicuius è cœleſtibus: ac in illis cooptatos appellarint Equites ordinis: quorum licet inſtitutio fiat inter ſacra præhabitis aliquot cæremoniis quibus ſe Deo, ac Principi ſpecialiter deuinciunt inſtituendi Pius tamen 2. dicitur eos Ordines iudicaſſe potiùs cõiurationes, quàm religiones: ideoque facilis abſoluere ab eo nexu Robertum Sanſeuerinum Neapolitanum quem Ioannes Lotharingus Renati filius de Regno Neapolitano cum Ferdinando contendens, ordine ſuo qui Lunæ corniculatæ ſeu creſcentis vocabatur, cohoneſtauerat. Verùm Pius malè Gallis affectus fuit: libertati, vt fertur, Italiæ conſulens, quàm ab illis opprimi metuebat. Portò poſtremus ille mos Equitum creandorum non iam fortitudini & virtuti vt prior, ſed fauori conceditur: quò reſpiciens Claudius Tiercellinus Rupimanius antiqui moris Eques mordaci dicterio dixiſſe dicitur, Torquem cõchyliatum poſtquam indignis promiſcuè communicari cœpiſſet, non iam eſſe fortium virorum inſigne, ſed omnium beſtiarum collare. Sic Thuanus. XIV.

Pontan. lib. 1. de bello Neapolit.

Lib. 16. hiſtor.

Cum igitur iſtæ apud nos, & vbique apud Catholicas gentes cæremoniæ valuerint, maximè verò in conſecratione Regis, & Imperatoris Germanorum, credibile eſt, vt iam diximus, inde ductum vt gladius ex nutu Pontificis pendere crederetur. Nec enim antequam ſe ab Eccleſia coronari cuperent Principes, hæc opinio audita fuerat. Nec Gregorius magnus cum pacem exoptaret fieri inter Romanos, & Longobardos, eiuſq; voto ſe aduerſarium præberet Exarchus nomine Romanus, eam authoritatem aſſeruit. Denique nulli Pontifices ſummi ante tranſlatum ad Francos Imperium præſumpſerunt iubere Imperatori, aut alijs Principibus, vt vel cohiberent arma, vel ea ferrent in hæreticos, & infideles: ante verò illam tranſlationem, conſecratio, & coronatio ab ijſdem Pontificibus non petebatur. XV.

Sed Adrianum 1. legimus non diù poſt voluiſſe Carolo Caluo interdicere arma aduerſus Ludouicum Lotharij nuper defuncti Imperatoris filium. Sic Ioannes 8. Carolum Regem excommunicauit, niſi à rebus Boſonis, quem ſe in filium adoptaſſe dicebat, abſtineret. Gregorius item 7. iuſſit Henricum pacatos XVI.

Digitized by Google

relinquere Saxones rebelles: & eumdem Henricum ac Rodulphum de Imperio contendentes arma ponere controuerſias eorum iudicaturus. Denique plures Pontifices ea vſos authoritate ſupra notauimus, licet à Principibus parui habita. Equidem procurandæ pacis zelus laudabilis eſt: ac beati pedes euangelizantium pacem: verùm vt ille zelus in authoritatem, iuſſum, & Imperium vertatur: hoc eſt, quod non facilè admittitur: neque benè ſucceſſit eis qui huiuſmodi cogitationem habuerunt.

XVII. Vltrà tamen proceſſit iſta authoritas, vt recondere gladium Princeps non deberet inconſulto Pontifice, atque illum ſtringere teneretur eo præcipiente.

Vide in pract. cancellar. apud Rebuf. in praxi benefic.

Primò caſu placuit fas non eſſe pacem cum infidelibus habere, aut hæreticis niſi permittente Romano Pontifice: maximè verò Imperatori quem fidelitatis ſacramento obſtrictum Papæ hominem aiunt: nec licere homini, id eſt vaſſallo, abſque Domini ſui licentia, cum hoſtibus eius pacem habere: quod ſi habeat, committere illum crimen Maieſtatis. Quin & cæteros Principes eidem ſacramento obſtringendos eſſe, quia ſucceſſerunt Imperatori in ſuis regnis. Itaque conſulti quidam Doctores à Rege Arragoniæ, deciderunt non poſſe Regem inexpectato Papæ conſenſu fœdus icere cum Rege Tuniſio Sarraceno. Sed friuola eſt hæc ratio: neque credo Pontificem exiſtimare Catholicos Reges ſibi exinde beneficiarios eſſe quod ſucceſſerint Imperatori: quem etiam non eſt auſus Adrianus 4. ſuum hominem aſſerere. Nam ſi ſucceſſerunt, vi ſanè, & armis ac iure gentium ſucceſſerunt: quod nouum ius dat, non vetus continuat: idque etiam antequàm Imperium Occidentale à Pontifice Romano pendere creditum ſit: vel poſtquam nullius iam iuris apud eas gentes Imperialis Maieſtas eſſet. Ergo ſatiùs eſt credere Pontifices Romanos ſui iuris ea fœdera feciſſe, quod præcipua capita forent Eccleſiæ, cuius hoſtes ſunt hæretici, & infideles. Sed quæcumque ratio fuerit, non poſſunt iſtius iuris primordia altiùs deduci quam ab illa, vt notauimus, coronatione, & conſecratione.

XVIII. Siquidem ante illam, pactorum à Principibus Chriſtianis cum infidelibus fœderum nec requiſito Romani Pontificis conſenſu, non pauca leguntur exempla: ac horum illuſtriſſimum quo Arcadius moriens Theodoſio iuniori filio ſuo tum infanti Iſdigerdem Perſarum Regem nominauit teſtamento tutorem. Is verò egregiam & fideliſſimam pupillo tutelam præſtitit. in iſtis autem

quæ paſſim occurrunt fœderibus, nulla interuenit authoritas
Pontificis maximi, quoniam nulla lege diuina fulcitur, nulloque
exemplo, nec etiam veteris teſtamenti.

Quapropter Dauid, & Salomon fœdus habuerunt cum Hyram XIX.
Rege Tyri: imò ipſe Dauid coactus ad Achim Philiſtinorum Reg.3.cap.5. Reg.1.cap.29.
Regem transfugere non exhorruit velle cum illo pugnare ad-
uerſus Iſraëlitas. Nec reprobatus eſt Salomon quod cum Pha-
raone dextram iunxerat ducta eius in vxorem filia. Nam & ſcri-
ptura teſtatur illum placuiſſe Deo etiam poſt huiuſmodi nuptias.
Atque non dicuntur requiſito, & conſentiente Pontifice in hæc
fœdera veniſſe, quæ etiam non ſemper Deo diſplicuere: aliâs
Abraham non pepigiſſet cum Abimelech, & cum Eſau repro- Geneſ.21.23.
bato: neque Machabei cum Romanis & Lacædemonijs, vt
conſtat ex illorum hiſtoria. At Deus ſocietatem infidelium pro- Exodi 34.
hibuerat, ſed quorum terras Iudæis poſſidendas dederat, nimi- Deuter. 7. Ioſue 9.
rum Amorrhei, Chananei, Ethei, Phereſei, Enei, & Iebuſei: Ioſeph. lib. 5.
aliorum verò neutiquam. Vnde cum Gabaonitæ, qui de iſtis cap. 1. antiq.
erant, cupientes dolo circumvenire Iudæos, vt ſic in fœdus ad-
mitterentur ſe ſimulaſſent de terra longinqua eſſe, reſponde-
runt Iſraëlitæ: Ne fortè in terra quæ nobis ſorte debetur habite-
tis, & non poſſimus fœdus inire vobiſcum. Ergo ſi non habitaſ-
ſent, potuiſſent inire. Denique Deus ipſe permiſerat eis pacem Deuter.20.
vrbibus infidelium offerre, & cum illis fœdus percutere contenti
duntaxat tributum ab eis exigere: & quod magis eſt adeò proba- 2.Reg. cap. 21.
tum fuit cum Gabaonitis, & Rege Nabuchodonoſor ictum fœ-
dus, vt illius violatores grauibus ſupplicijs commiſerit. Aliquan-
do tamen Anani Propheta obiurgauit Aſan Iudæ Regem, quod Paralip.cap.16.
cum Rege Syriæ amicitiam contraxiſſet: Sed an quia priùs ad
eum quàm ad Deum confugiſſet? Nec enim ſimiliter obiurga-
tus eſt Iudas Machabeus, quod auxiliares Arabum copias acce- 1. Machab.5.
piſſet. Sic ergo in veteri lege fœdera icta, & licita fuerunt nec
conſulto Pontifice: nec, quod legatur, contradicente eo præ-
textu quaſi debuiſſet conſuli.

Vnde igitur ſummus Pontifex Chriſtianorum hanc authori- XX.
tatem ad ſe voluit pertinere, eique à nonnullis attributa eſt? Ioan.8.ep.270.
Ioannes enim 8. Amalfitanis, & Neapolitanis, atque etiam Epiſ- cum epiſt.67.
copo Athanaſio (qui Princeps Neapolitanæ vrbis dicitur, electus & vita Marini 1.
quippe rector, & Iudex à ciuibus) injunxit vt fœdus ab eis cum tom. 3. Concil. parte 1.
Sarracenis ſancitum rumperent: ac non parentes excommuni-

cauit. Hinc eſt etiam quod Gregorius 9. ſimile fœdus Frederici 2. cum Soldano improbauit, quia ſine Apoſtolici legati conſenſu pactum erat. Et auorum noſtrorum ætate Iulianus Cardinalis egit apud Ladiſlaum Hungariæ Regem vt rumperet pacem

XXI. cum Amurathe Turca ſancitam, eamque toti regno honorificam, & vtiliſſimam: ſiquidem iſte de omnibus Prouinciis Hungariæ contiguis ceſſurus erat ad interiorem vſque Græciam, & redditurus Regi quindecim fortiſſimas arces, ac præterea totam regionem quam Deſpoto Raſciæ ademerat. prætextus violandi fœderis quod nullum eſſe diceretur fœdus cum Turca inſcio Pontifice factum, vt ſcripſit Ioachimus Cureus in annalib. Sileſiæ de hiſtor. cladis Varnenſis. Sed quam funeſtus fuerit iſtius conſilij exitus, notiſſimum eſt. Nec ferè minus Sigiſmundo Ba-

Thuan. lib. 110. thorio Tranſſiluaniæ Principi, qui hortantibus quibuſdam religioſis, & impetrata in hoc Pontificis gratia ſimili errori impegit:

Geneſ. cap. 49. quippè Deo vindice fidei violatæ. Vnde Iacob de Simeone, & Leui quos appellat Vaſa bellantia iniquitatis: In cõſilium, inquit, eorum non venit anima mea: & in cœtu illorum non ſit gloria mea, quia in furore ſuo occiderunt virum: & in voluntate ſua ſuffoderunt murum: maledictus furor eorum. nimirum quia contra pactum inter-fecerant Sichem & filios eius. Itaque cautiores Poloni cum anno 1595. Pontifex per legatos in comitiis Cracouiæ habitis anniteretur vt poſthabito fœdere in belli ſocietatem aduerſus Turcas ſe adſcriberent; Nullatenus ei adquie-

Idem Thuan. lib. 114. uerunt reclamantibus prudentibus, & in primis Samoskio Cancellario.

XXII. Porrò aliquos religio tenuit vt fœdus cum infideli percutere timerent niſi impetrata à Pontifice venia: puta Veneti cum Ba-

Petr Iuſtinian. lib. 4. de reb. Venet. byloniæ Rege contrahentes, vt eis Alexandriam commercij cauſa petere liceret, huius negotiationis confirmationem à Romano Pontifice petierunt, quoniam Chriſtiana profeſſione infidelium commercia prohibita eſſe dicerentur. Nec ſecus anno 1479. Franciſcus Britanniæ Dux à Sixto IV veniam impetravit hujusmodi negociationis cum Turcis et Infidelibus, vt refert Argentræus in hiſtoria Britannica.

XXIII. Verùm nouiſſimo ſæculo duo potentiſſimi Principes Franciſcus ſcilicet I. Galliæ, & Carolus Hiſpaniæ Rex, alter cum Turca, alter cum Perſa dextras junxerunt non explorato ſummo Pontifice: vt ſic non ea ſemper authoritas prævaluerit, nec omni-

Digitized by Google

nò fuit noſtrum inutile: ſiquidem tutiùs eſt mare omnibus ſub Galliæ vexillo nauigantibus: ac Ieſuitæ domicilium Peræ fixerunt intercedente Henrico 4. Vt verò ſciatur non ſemper reprobandum eſſe fœdus cum infideli, exemplum eſt memorabile quod ſub Dagoberto noſtro contigit.

Nempe Samoni Sclauorum Principi amicitiam coire cum noſtris volenti reſpondiſſe dicitur Sicharius Dagoberti legatus: Non eſſe poſſibile vt ſerui Chriſti cum canibus fœdera iurgant. Ad quæ Samo: Quia, inquit, vos profitemini ſeruos Dei: & nos eius canes ſumus, ideo ea quæ nequiter contra eius geritis voluntatem vt inutiles famuli, nobis conceditur morſibus frequentibus vlciſci. hæc ille: quæ cum magno reipub. Chriſtianæ detrimento vera nimium effecit. tantùm obfuit inſolentia verbi. XXIV.

Aimoin. lib. 4. cap. 23. Paul Æmil. in Dagoberto.

Rurſus Pontifices aliqui ſuarum partium eſſe putauerunt non ſolum ea fœdera prohibere: ſed etiam Principibus præcipere, vt arma vltrò hæreticis & infidelibus inferrent, vique eos cogerent ad fidem orthodoxam: hoc eſt quod dicitur ſtringendi gladij ad iuſſum Pontificis neceſſitas. Hinc quod Innocentius 4. & Greg. 9. tot cenſuris Fredericum 2. compulerunt vt bellaturus contra Sarracenos in Palæſtinam proficiſceretur: quod Bonifacius 8. à Philippo Pulchro exigeret belli Hieroſolymitani expeditionem: quod denique ante iſtos Innocent. 3. anno 1215. in Concilio Lateran. vniuerſali, iuſſerit omnibus Principibus & dominis temporalibus vt pro viribus hæreticos exterminare ſtuderent. aliâs negligentes priuarentur à ſummo Pontifice ditionibus ſuis · abſolutis etiam à fidelitate, & obſequio ſubditis. XXV.

At nec primi Pontifices, nec prima Concilia quid hujuſmodi definierunt: ſatis quippe fuit illis hæreticos extra limen Eccleſiæ habere. Neque Nicæna 1. Synodus contra Arrium, neque Calchedonenſis contra Dioſcorum, & ſequaces eorum, aliud pronuntiauerunt quam vt eſſent alieni ab omni Sacerdotali munere. Imperatores verò ne quidem admonuerunt vt pro viribus eos exterminarent: id nempe illorum arbitrio relinquentes, vt qui precarium gladium non haberent, ſed eo liberrimè vti poſſent. XXVI.

Quid quod apud Sanctos Patres non indubitatum eſt an liceat vti religionem exigere? Imò ſi pleroſque conſulas, [a] edoceberis non eſſe exigendam, quia voluntariè ſacrificandum eſt: & noua eſſet prædicatio quæ verberibus exigeret fidem, vt dixit D. Gre- XXVII

[a] Tertull. in Scapu. D. Cyp. de hæret. & ſchyſm. cap. 30

quens: Alia, inquit, eſt cauſa Prouinciæ, alia Eccleſiæ: illius terribiliter gerenda eſt adminiſtratio, huius clementer commendanda eſt manſuetudo. Maximè verò temperandam legum ſeueritatem cenſuit vbi per graues diſſenſionum ſciſſuras non huius, aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages iacere poſſunt. Cui etiam ſententiæ adſcribit D. Thomas. Atque ex verbis D. Auguſtini colligere licet, vim licitam eſſe modo à ſanguine puram. Ac in eam mentem D. Chryſoſtomus: Dominus, inquit, prohibet ne fortè ſimul cum zizania herbam etiam tritici euellant. Quod dicebat vt bella, & ſanguinis effuſionem prohiberet. Nam ſi trucidarentur hæretici, atrox & irreconciliabile bellum orbi inferretur: & infrà: non prohibet conciliabula hæreticorum diſſipare, ora obſtruere, libertatem loquelæ cõcidere, verùm interficere, ac trucidare. Hæc ille. Denique Leo magnus non maiorem pœnam de hæreticis poſcit quam vt Sacerdotio, & vrbe excludantur. Quid verò profuit ſanguis effuſus hæreticorum, niſi vt ipſi ſuos etiam martyres haberent, licet falſos? quemadmodum Optatus notauit, & pluribus poſt ſeculis D. Bernardus qui ideò fidem ſuadendam non imponendam dixit. Eccleſia enim Sp. S. gubernata ſanguinem abhorret: longè differẽs vt pura, veraque eſt ab impuro, falſoque Mahumeti Alcoraniſmo, de quo Richardus Monachus Ordinis Prædicatorum: Ille, inquit, aduerſus non credentes Alcorano clamat interimite, interimite: Atque Alcoraniſmi Sacerdotes verba pro illo facturi nudant enſem, eumque manu tenent. Noſtrum verò Euãgelium docet orandum pro inimicis: ac noſtri Sacerdotes non enſem, ſed crucem tollunt: non violentiæ, ſed manſuetudinis ſignum oſtendentes. Sic Richardus; quanquam non ſibi conſtet in hoc Mahumetus: Namque modo iubet omnes ad impietatem ſuam conuerti nolentes interimi: quin & ſuo auunculo mortem minatur, niſi credat: quamobrem ille ad impietatem accommodatus, Sequar te, inquit, quocumque volueris lingua tantum, ſed non corde, timore enſis: modo verò incredulis nihil mali, ſeu contumeliarum inferri iubet, licet per iram, & inſcientiam de Deo malè loquantur. Namque, ait, ſi Deus vellet omnes terræ eandem religionem haberent. An tu gentes ad fidem, & credulitatem credulitate cogere ſtudes? Niſi Deo volente nemo credere poterit qui malos, & indiſcretos in ſua ſorditia dimittit: conſtat euidenter nihil cœleſtium, ſeu terreſtrium, nec

d. ep. 160.
d ep. 50.
2. 2. qu. 10. artic. 11. ſub f.
Homil. 47. in cap. 13. Math.
Ep. 73.
Eod. lib. 3.
Serm 66. in Cant. ſub f.
XXVIII.
Cap. 10. confutat. Alcoraniſmi.
In Alcorano Azoara 19.
Azoara 15. & 20.

Digitized by Google

miracula , nec virtutes incredulis quidquam proficere poſſe. Hæc ille : quæ licet ab impio dicta, non tamen prorſus à vero abhorrent, ſi rerum experientiam inſpiciamus. Quoties enim hæretici de obſtinatione diaboli participantes, tormenta, & miracula ſpreuerunt?

XXIX. Sed aduerſus eam indulgentiam non ſum neſcius allegari pœnas & ſupplicia legis veteris contra idololatras : at quis neſcit legem eam cum tonitru , & fulgure ideo datam vt ſciretur ſeueritatis eſſe, velut apud Athenienſes Draconis quæ ſanguine pro atramento ſcripta dicebatur ? Nonne ideo lex cruoris dicitur à D. Ambroſio , Euangelica vero gratiæ ? Videlicet quoniam à cruore auerſa eſt. Nec tamen adeò dura hæc lex quin tolerarct Idumæum quia frater erat licet idolis ſeruiens: & Ægyptium quia in terra eius Iſraël aduena fuerat: & Iebuſeum, & Chananæum, & quoſdam alios vt exercerent Iſraëlem : ac extremis temporibus Phariſæos, Saduceos, & Eſſeos licet prauè ſentientes. Quin etiam Samaritanis & infidelibus templum Iudaicum patebat, vt ſcripſit Ioſephus : & oblationes illorum ſic admittebantur vt excludere illas volentibus Eleazaro, & alijs ſeditioſis reſtiterint Ananias, Simon, Saulus, Antipas, & plurimi ex Pontificum, nobiliumque collegio.

Orat. contra Auxent.

Allegantur etiam Imperatorum Chriſtianorum ſeuera edicta quibus comprimerentur hæretici, ſed exilium duntaxat, priuationem bonorum, & ſimilia : nulla verò inferentia mortem niſi in Manichæos, idque conſtitutione Theodoſij, qui forſan primus eſt iſtius legis ſancitor : quanquàm paganis adeò indulgens vt illorum cæremoniis non negaret impenſas : quod tamen fieri non debuit : vt neque Nouatorum noſtrorum miniſtris æquum eſt ex fiſco ſtipem dari, quanto minus ex redditu Eccleſiæ erogare inimicis eius? Verum etſi Theodoſius aduerſus hæreticos graues pœnas promulgaret, eas vt ait Sozomenus, non exequebatur : neque enim vt pœnas irrogaret, ſed vt metum incuteret, ſubditis ſuis ſtudebat. At nec Imperatoribus incongruum eſt aduerſus hæreticos ſæuire, quippe miniſtris gladij in iram eis qui malè agunt. quanquam quid profuerunt tot in hæreticos armata ſupplicia? Mehercle ſi veteribus relictis nouiſſima ſecula inſpiciamus planum erit incaſſum laboraſſe Principes vt hæreticos, & infideles exterminarent. Quid enim non egit Carolus 5. in Germanos Proteſtantes? Quid non eius filius in Mauros Grauatenſes?

Symmach. lib. 1. ep. 40.

Lib 7. cap. 12.

XXX.

tenſes? Nempe illos quondam Ximenius Cardinalis coëgerat ſuſcipere baptiſma, ſed cum ea rerum difficultate vt furore potiùs quam prudentia procedere diceretur: eiuſque etiam belli Ferdinandum Regem pœniteret, propterea malè affectus Ximenio. at ſimulatio fuit hoc baptiſma: clam enim Mahometano ritu viuere dicebantur: quapropter aduerſus eos Inquiſitio inſtituta eſt: cuius odio illi bellum exitiale ſuſcitauerunt, adeo vt eius expenſæ immenſum auri pondus conſumerēt: in hoc triginta mille Catholici perierint, atque patens regio vaſtata fuerit: ac tandem coactus ſit Philippus cum illis conuenire ea conditione, ne quidquam iuris in eos Inquiſitio haberet. Num etiam idem Rex Philippus coactus fuit, cum inſulanis Belgis toties ob hæreſim aggreſſis paciſci indecoris ita conditionibus vt eis, ſupremum quod in illos habebat dominium, remiſerit: mariſque nauigationem liberrimam conceſſerit? Nec nos meliore iure fuimus in Caluiniſtas pſeudoreformatos, quos tandem neceſſe fuit libertati ſuæ conſcientiæ relinquere non ſolum, at etiam pari ferè iure cum orthodoxis ad honores, magiſtratuſque capeſſendos donare, vbi pro religione tot aduerſus eos adita diſcrimina vana fuerunt. Quæ verò illos debellandi maior fuit occaſio, quam quæ nouiſſimis annis ſub Ludouico noſtro effulſit? Et ſanè omnium fuit rumor quod debellati forent, & in ordinem redacti, ſi votis & fortitudini piiſſimi Regis reſpondiſſent illi quorum muneri incumbebat: adeò præclaris conatibus ambitio, rapacitas, ſuique amor ferè ſemper obſtiterunt, ſanctiſque conſilijs peruerſitas hominum ſuas res gloriæ Dei præferentium præualuit. Ac neque minus bella ſacra contra Mahumetanos ſuſcepta calamitoſa fuerunt. Quis verò generoſior, & ſanctior noſtro Ludouico? Ei tamen expeditiones in Sarracenos infœliciter ſucceſſerunt: rationem quærenti in his & ſimilibus exemplis quid alleges niſi cum Apoſtolo, O altitudo diuitiarum ſcientiæ, & ſapientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius?

Gomet. de reb. geſt. Xim. lib. 1. & 7. Turquet lib 4. ad an. 1559.

XXXI. Cum igitur dubius ſit Martis euentus, & non omnibus ſanctis Patribus perſecutiones, bellaque aduerſus hæreticos & infideles placeant, eaque funeſta plerumque extiterint, durum videtur Pontificis Romani, licet Eccleſiæ Principis ſpiritualis, in poteſtates ſeculares imperium, & decretum quo, vt diximus, iubentur ad illius nutum & iuſſum haſtam in hæreticos & infideles iacere.

Digitized by Google

Pium equidem opus Eccleſiam Dei aſſerere: ſed eo prætextu Principes arbitrio ſummi Pontificis committere, periculoſum eſt, ne dicam, aliquoties impium: quando ipſi ſummi Pontifices affectibus ſuis, vt ſunt homines, ducti ea authoritate in illos Principes non zelo religionis, ſed vt vindictæ cupidini ſatisfaciant, vtuntur. Ergo ſuæ voluntati relinquantur, rationem Deo reddituri ſi religioni, ac reipubl. non vt debent, ac poſſunt, prouideant: ceſſet aduerſus hæreticos, modo in obſequio permaneant, violentia quæ nimias tragœdias etiam fidelibus conflatura eſt. Denique in zizania eradicanda ſit diſcretio, vt ſi abſque frumenti iactura euelli poſſit, euellatur: ſin ſecus, vtraque concreſcere ſinantur, ſeparanda duntaxat in tempore meſſis ab illo ſupremo, & prudentiſſimo agricola qui nouit alterum ab altero diſcernere, nec præ ignorantia alterum cum altero perdet. Cauti ſint tamen, & ſolliciti Principes naſcentem hæreſim, debilemque velut in cunis ſuffocare, atque, vt ait Pſalmiſta, Paruulos ad petram allidere.

CAPVT VI.

DE BELLATORIBVS ECCLESIASTICIS, ET PONTIFICIBVS ROMANIS.

LECTIO.

1. *Sacerdotibus ethnicis armorum vſus fuit licitus.*
2. *Quid de Iudaicis.*
   Leuitæ inter bellatores non numerantur.
3. *Moſes, Ioſue, Dauid non ædificauerunt domum Domino.*
   Ratio.
4. *Sacerdos Chriſtianorum immunis eſſe debet prorſus ab armis.*
5. *Conciliorum, & Pontificum Romanorum decreta aduerſus bellatores Sacerdotes etiam ex religioſa & neceſſaria cauſa.*
6. *Fuerunt tamen apud omnes ferè gentes Chriſtianas.*
7. *An liceat Sacerdotibus pro Chriſti cauſa armatos eſſe.*
   Sacerdotum arma, lachrymas eſſe dixit D. Ambroſ.
8. *Salonius, & Sagittarius Epiſcopi bellatores, ſed vitioſi homines.*
   Item Vala Metenſis Epiſcopus ob id ab Aimoino notatus.
9. *Sacerdotes ſequi debent caſtra non vt pugnent, ſed vt orent.*

Digitized by Google

10. *Plurimi tamen ſequuti ſunt, vt pugnarent,*
11. *Pro vrbis cuſtodia excubias agere debent Sacerdotes: an etiam pugnare.*
Exempla qui pugnauerunt.
12. *Pro rebus temporalibus illicitum Sacerdotibus pugnare.*
Pugnauerunt tamen.
13. *Milites eſſe cœperunt Sacerdotes ex quo feuda militaria poſſidere cœperunt.*
Vnde agitatum vt eis auferrentur ne per illa bellis vacare cogerentur.
14. *Albertus magnus Epiſcopatum recuſauit quoniam oportebat eum armis tueri.*
15. *Pia Pij 2. admonitio ad Petrum Fulgoſium Archiepiſcopum Genuenſem ne Archiepiſcopatui Ducatum Genuæ iungeret.*
16. *An deceat, & expediat reipub. Sacerdotes caſtellis fortiſsimis incumbere.*
17. *Irriſi Balua Cardinalis, & Ximenius Toletanus Primas, præfecturam bellicã affectantes.*
18. *Primi Pontifices Romani abhorruerunt ſe bellis immiſcere.*
19. *Sed ſucceſſoribus non fuit mens eadem.*
20. *Hiſtoria apocrypha de Gregorio 6. vt approbetur expeditio in Pontifice bellica.*
21. *Gregorij 7. bellicoſus animus.*
22. *Bellorum ſacrorum ſummam ad ſe per ſuos legatos pertinere voluerunt ſummi Pontifices.*
Inde maxima clades.
23. *Bonifacius 8. ſibi vtriuſque gladij vſum voluit competere.*
24. *Infœlices ferè ſucceſſus bellicoſorum Pontificum.*
25. *Iulius 3. & Marcellus 2. ſe profeſſi ſunt ab armis auerſi.*
Iulius tamen non tenuit propoſitum.
26 *An debet ad arma recurrere Pontifex pro conſeruanda ſua ditione temporali.*
27. *Quid eſt quod defenſores ab Imperatore petierunt Carthaginienſes Patres.*
28. *Licet Sacerdoti implorare armatam Principis manum, perſonæ, & patrimonij ſui conſeruandi cauſa.*
Sed animo à ſanguine auerſo.

IAM verò ſi vix ac ne vix quidem gladius materialis pendet ex nutu vel iuſſu Pontificis, quanto minùs Sacerdoti licet illius vſus, id eſt ſua manu gladium ſtringere, eoque cædem committere, nec etiam in bello legitimo? equidem non ea fuit aliarum religionum ſanctitas, & puritas vt ſuos Sacerdotes armis prohiberent: quanquàm notiſſimum ſit eis apud Romanos belli vacationem eſſe conceſſam, niſi quando ad Gallorum tumultus 1.

ciuitas expaueſceret. Verùm ea vacatio non obſtabat quin bellis adeſſe poſſent, adeò vt Pont. Max. Licinius Craſſus magiſter militum, & Conſul crearetur: atque pugna Cannenſi tres Pontifices cecidiſſe legantur. Denique vt iam notauimus Imperatores
Suet. cap. 9. ethnici Pontificatum, etiam bellantes, geſſerunt. Quanquàm Titus ideo ſe Pontificatum maximum accipere profeſſus ſit vt puras ſeruaret manus, fidemque adeo præſtiterit vt nec author poſthac cuiuſquam necis, nec conſcius fuerit, quamvis interdum vlciſcendi cauſa non deeſſet.

II. Conſtat autem Leuitas & Sacerdotes bellis interfuiſſe, ac cædes
Ioſeph. lib. 5. cap. 11. Reg. 1. cap. 2 15. commiſiſſe, quippe filij Eli ſummi Pontificis occubuerunt in acie contra Philiſtinos: ipſe Samüel de ſtirpe Leuitica, licet miniſtrans ante faciem Domini accinctus Ephod lineo, in fruſta concidit Agag Regem Amalech. non verò moror Heliam occidiſſe falſos Prophetas: non enim erat Sacerdos, nec Leuiticus. Sed planum eſt quot bella geſſerint Matathias ac filij eius, ipſi quidem de genere Sacerdotali, quanquàm non Pontifices maximi: nam-
Ioſeph lib. 12. cap. 8. 15. & alibi paſſim. que tunc Pontificatum ſummum Onias obibat. At Oniæ poſt Alcimum ſuccedens Iudas, Iudæ Ionathas, Ionathæ Simon, & Simoni Hircanus, omnes rebus ſacris & bellicis, ac politicis præfuerunt. Non tamen vſquequaque placuiſſe videtur Deo, vt ſuus Sacerdos ſanguini hominum immiſceretur: ſiquidem licet ei rerum ſummam videatur, nondum electis Regibus, conſtituiſſe: præpoſuit nihilominus bellis peragendis non eum, neque
Num. 27. Sacerdotem aliquem aut Leuitam: ſed alium ex altera Tribu: puta Ioſuë ne populo deeſſet paſtor, ait ſcriptura: quamvis Eleazarum Pontificem haberet, ſed ſacris præpoſitum. Nec ante Machabæos quiſquam Pontifex, aut Sacerdos, aut Leuita exer-
Reg. 4. cap. 11 Paralip. 2. c. 23. citus duxiſſe legitur: niſi Iojada producatur armatos homines inſtruens, interque illos etiam Leuitas, aduerſus Athaliam Reginam vt Ioas in regnum reſtitueretur: verùm ita diſpoſitos, vt nec ipſe, nec Leuitæ extra templum procederent, hoc duntaxat in eoque Ioam defenſuri: vt ſic centurionibus, & cæteris ex vulgò quibus ingreſſum templi prohibuerat, res bellica, manuſque con-
Num. 1. & 2. ſertio relinqueretur. Quid quod Leuitas noluit Deus inter bellatores numerari, quippe deſtinatos ferendo tabernaculo, &, vt ait Ioſephus, cultui diuino reſeruatos, proindeque immunes quibuſ-
Lib. de ſpecialib. legib. cumque aliis oneribus? ipſi nempe qui, vt Philo notauit, Sacerdotium meruerant ex quo voluntariam militiam aduerſus fra-

trum ſuorum ſacrilegam malitiam ſuſceperant, ſecernuntur
deinde à militibus & pugna, quoniam Sacerdotes puros eſſe
oporteret ab omni cæde, ſaltem voluntaria. Denique quantum III.
placeret Deo incruentus homo ſatis liquet quod templum ſibi à 1.Paralip.c. 22. 18.
Dauide, licet dilectiſſimo, extrui noluerit, expreſſa addita ratio-
ne, quam ipſe Dauid renunciauit, quia multũ ſanguinem effude-
rat, & plurima bella bellauerat Vnde miror quod D. Hieronym. Lib. 1. aduerſ. Iouinian.
dixerit Dauidi non propter bella, vt plerique exiſtimant, ſed Lib quæſt. ſeu
propter homicidium hanc interdictionem factam eſſe: quan- tradit Hebraic.
quam Dauid contra expreſſerit: & ipſe Hieronym. ſcripſerit, in lib. reg.
nec Moſem, nec Ioſuem potuiſſe Domino ædificare domum,
eo quod viri fuiſſent ſanguinum. Bellatori tamen Leuitæ, aut
Pontifici Iudæorum noxium fortaſſe non debuit eſſe, quia nec
lege, nec præcepto prohibebatur: ſeparatus quidem à bellatori-
bus honoris potiùs, & prærogatiuæ cauſa, quàm interdictionis.

Noſtrum vero Pontificem & Sacerdotem rectior quondam IV.
fuit ſententia prorſus ab armorum vſu ſe motum eum eſſe debere
ex quo Petrum iuſſit Chriſtus in vagina gladium reponere. Qua- Ad Ageruchiã de monog.
propter D. Hieron. illo tempore, id eſt veteris teſtamenti, bella-
toribus dicebatur, Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potẽ-
tiſſime. Nunc vero Petrus audit, Conde gladiũ tuum in vagina.
Et D. Ambroſius: Ideo, inquit, Petro duos gladios offerenti, ſat Ad c.22. Lucæ.
eſt dicit Dominus: quaſi licuerit vſque ad Euangelium (videlicet
vti gladio) & ſatis ſit huc vſque illius vſum licitum fuiſſe: vt ſit in
lege æquitatis eruditio, in Euangelio bonitatis perfectio. Mul-
tis hoc iniquum videtur, ſed non iniquus Dominus qui cum
ſe poſſet vlciſci maluit immolari. hæc ille. Nec eſt quod repe-
tamus authores præcedenti capite citatos qui gladium materia-
lem non intelligi verbis Domini docuerunt.

Quapropter qui ſinceriores dominicæ voluntatis interpretes V.
fuerunt Apoſtoli, & Diſcipuli, iuſſerunt deponi Clericum militiæ Can. 83 Apoſt.
vacantem: Idque Patres firmauerunt in Conciliis, atque etiam can 7. Calche. Innoc 1. epiſt.
ipſi ſummi Pontifices in ſuis conſtitutionibus quando edixerunt, adSynod Tol. can 2
Ne clericus deinceps militiæ vacaret, ne ſeculari militiæ deditus Can. 3 Matiſc.
ad clerum admitteretur: ne vllo modo clericus cum armis depre- Concil. cap pe-
henderetur, aliâs velut laicus puniretur. Cenſueruntque illum, titio de homicidio extra. c. 2.
qui etiam aduerſus Sarracenos, & infideles neceſſitate immi- c. 6 § illi eod.
nente, vel ſui defendendi cauſa, pugnaſſet, irregularitatem con- c 3 cap. 4. de Cle. percuſſore
trahere quæ cum ſacris celebrandis arceat, quovſque à ſummo pract. cãcellar.

Digitized by Google

Pontifice veniam impetrarit, & diſpenſationem: nec vult Papa militantem Epiſcopum dici filium Eccleſiæ. Quæ Græci ſtrictè obſeruauerunt, vnde plures depoſiti Epiſcopi ob neces factas cum ſe defenderent: atque ex conſtitutione Chliareni Patriarchæ Conſtantinopolit. Clerici quomodocumque occidentes deponuntur nulla habita differentia hoſtium, vel latronum, vel aliorum. Et cum Phocas vellet eos martyribus adnumerari qui in bello cecidiſſent, huic reclamauerũt Epiſcopi dicentes: Quomodo eos inter Martyres cenſebimus, quos magnus Baſilius per triennium à ſacramentis prohibuit, vt qui non eſſent manibus puris etiamſi pro pietate, & pudicitia decertaſſent? Cum autem multi Sacerdotes, & ex eis Epiſcopus ad Synodum vocati confiterentur ſe in bellis verſatos eſſe, plurimorum fuit ſententia vt deponerentur: alij autem qui magis erant militares, cenſebant illos præmijs dignos, ait Balſamo. Refert vero Zonaras quendam Clericum fortiter aduerſus Turcas pugnãtem, ob id à Patriarcha Conſtantinop. excommunicatum eſſe. At quis hæc non approbet, ſciens etiam in gentilitio Sacerdotio Veſtalem impuram dictam eſſe, quod homicidium, licet inuoluntarium, commiſiſſet, vt eſt apud Senecam in controuerſiis?

apud Rebuf. in praxi gl.: in ſumma. Balſamo ad can. 43 Baſilij ad Amphilochium. conſtit. Synod. Conſtantini Chliareni lib. 2. iuris oriental. Idem Balſamo ibid. ad can. 13. Math. Paris ad an. 1196. de Epiſcopo Belnacenſi.

In Leone Conſtantini filio recuperata poteſt.

VI. His tamen nonobſtantibus neſcio quæ licentia apud omnes ferè Catholicas gentes Sacerdotium inuaſit, vt armis accingerentur, ac in bellis, cædeque verſarentur Sacerdotes: quod Gallorum, Hiſpanorum, & aliarum nationum teſtantur ſcriptores. ac primùm ex pietate, & religione placuit poſſe illos pro fide hoſtem aggredi.

Gallorũ Greg Turon. lib 4. Aimoin. lib. 5. cap. 40. vel 41. Froiſſartes li 1. cap. 40. 55 54. 57 61. & de fortitudine canonici Robezarti cap. 102 Germanorum: Annales Fuldenſ. ad an. 872. Godefrid. monach. ad an. 1167. ad an 1157 Otho Samblaſius in appendice ad Oth Friſing. cap. 20. Auent. lib. 7. annal Boiorum.
Hiſpanorum: Rodericus Archiepiſc. Tolet. de reb. Hiſp. lib. 8. c. 3. cap. 9. 10. lib 9. cap. 10. Gometius lib. 4. de geſtis Ximenij.

VII. Sed an licitè quæſtio eſt, quandoquidem non ipſe Chriſtus religionis caput defendi voluerit ab ipſo Apoſtolorum Principe Petro: quanquam reſponderi queat iſtud ita eſſe, quia voluntatem Patris perfici, & ſcripturas impleri oportebat, vt ipſe teſtatus eſt Chriſtus. At dicente D. Ambroſio contrà Auxentium ad Marcellinam ſororem, Sacerdotum arma eſſe lachrymas: ſeque ipſum habere arma, ſed in Chriſti nomine: Sacerdotis tyrannidem, infirmitatem eſſe. Cum autem hæc dicebat, agebatur maximè de religionis cauſa: Itaque licet plura per ſecula contra

Digitized by Google

infideles, & hæreticos geſta ſint bella ab orthodoxis Imperatoribus, non tamen leguntur Epiſcopi & Sacerdotes ad ea proceſſiſſe, quamvis neutiquam eis deeſſet zelus veræ fidei & religionis; ſiquidem canonum ſeueritate retinebantur: nec eſt quod allegetur Germanus Antiſſiodorenſis Epiſcopus ſanctitate ſua inter diuos relatus aciem duxiſſe contra Saxones infideles à Scotis vocatos: Namque certus fuit aciem illam ſanguinis expertem fore, vt fuit: verſis quippe in fugam hoſtibus non clangore tubæ, ſed clamore totius exercitus Alleluya reſonantis. Ado chron. ætas.6.ad an. 451. Boet. ex Beda lib. 9. hiſtor. Scot.

VIII. Sed apud nos Salonius & Sagittarius Epiſcopi non cruce cœleſti, at galea, aut lorica ſeculari armati aduerſus Longobardos hoſtes Eccleſiæ prodierunt, & multos, quod, vt ait Gregor. peiùs eſt, manibus propriis interfecerũt: ipſi poſtea plurium criminum rei, damnatique in Synodo, ac inter illa homicidij. notat deinde Aimoinus Valam Metenſem Epiſcopum contra ſacramentum, authoritatem, & Epiſcopale miniſterium armatum & bellantem aduerſus Nortmannos à quibus occiſus eſt. Porrò Nortmanni, tum infideles erant, quippe non conuerſi niſi anno 917. cædes autem Valæ contigit anno 882. Ac ne per ſingula iſtius generis exempla diuagemur, in vſum tandem abiit quaſi licitum vt Sacerdotes aduerſus infideles, & hæreticos armarentur. Quapropter ſimul atque Vrbanus 2. in Concilio Claromontano fidelium animos aduerſus Mahumetas excitauit pia vehementique oratione, primi omnium ad pedes Pontificis maximi duo Epiſcopi acceſſerunt, Ademarus Auicenſiũ, & Guilielmus Arauſienſium, petentes, vt ſibi liceret arma pro pietate ſuſcipere. nec deinceps ſcrupulus fuit, quin ad hæc bella ſuum nomen darent Sacerdotes. Lib. 5. cap. 40. ſeu 41. annal. incerti auth. à Pithœo editi., Fragm. hiſtor. Franc. ab eod. Paul. Æmil. in Philippo 1.

IX. Sed an exercitum ſequebantur vt inſtante pugnæ tempore ſecederent, orationi duntaxat vacantes pro exercitu? equidem hoc vt ſanctiùs proponitur à D. Hieronymo, nempe vt Sacerdos Moyſem, Aaronque imitaretur: & faceret quod Moyſes qui ad bella non ibat, non pugnabat contra inimicos, ſed orabat. & Nicolaus Papa, Seculi milites, inquit, militiæ ſtudent: quid ad Epiſcopos, & milites Chriſti niſi vt vacent orationi? Itaq; Innocẽtius 3. non cenſet eos, etiam qui bellum ſacrum vouiſſent, cum clericatus officio reddantur inhabiles ad pugnam, cogendos votum implere niſi vel conſilio ſtrenui, vel gratia prædicationis inſtru- Can. ſi quis vult diſt. 56. Cauſa 23. q. 8. can. reprehenſibile.

Digitized by Google

Cap. 9. §. f. de voto & voti redempt. ęti, aut magnatum ſint obſequio deputati, aut vſque adeò diuites fuerint & potentes vt ſuis expenſis bellatores ſecum ducere poſſint. Sic illuſtris apud Hiſpanos Ximenius Cardinalis Toletanus cum aduerſus Mauros expeditionem ſuſcepiſſet, rei militari Petrum Nauarrum præfecit Imperatorem totius exercitus: inſtante verò conflictu ſe recipiebat in quoddam ſacellum Deum oraturus.

Gomet. lib. 4.

X. At non omnibus eadem religio fuit plurimis videlicet conſertioni manus, & cædibus immixtis, cuiuſmodi aduerſus Albigenſes narrantur: & notiſſimæ ſunt non minus quàm infœliciſſimæ contra Hungaros Amurathis, & Solymanni victoriæ, in quibus plures Epiſcopi bellantes occubuerunt: maximè in altera Iulianus Cardinalis author violatæ fidei, in poſtrema Tomores Archiepiſcopus quem Colocenſes è Monaſterio extrahendum curauerant à Rege vt armis ſpiritualibus, & temporalibus eos protegeret ab incurſu Turcarum: Ipſe etiam cladis præcipua cauſa, nempe auſus temeritate & præſumptione nimia cum parua manu ingentem hoſtium globum adgredi, ſpreto ducum veteranorum conſilio. Atque ſic placuit licitum eſſe vt Sacerdotes armarentur in ea bella.

Rigord de geſt. Philip. Auguſti ad an. 1213.

Stephan. Broderith. de clade in campo Mohach.

Paul. Iou. li. 25.

XI. Placuit etiam vt pro vrbis cuſtodia Clerici agerent excubias cum laicis, idque Gregorij 1. ſententia: cui deinde Gregor. 9. adſcripſit. Quid ſi agentibus illis excubias hoſtis vrbem inuaderet, num per cædes & ſanguinem eum repellere iure poſſent? Profectò magna vis neceſſitatis & charitatis in patriam: cuius ratione laudatur apud Theodoritum Eunomius Theodoſiæ vrbis Epiſcopus qui hoſtibus Perſis ſe oponendo vrbem ſeruauit incolumen: iuſſitque in quemdam ex illis Deo conuiciantem ſtatui baliſtam ex eaque emitti grandem lapidem, qui impij capitis cerebro aſperſit humum. Celebrantur quoque apud Hiſpanos duo Ciſtercienſis Ordinis Monachi, quod Calatrauam vrbem aduerſus Mauros propugnandam ſuſcepiſſent, cum nullus ex Magnatibus laicis huic ſe periculo offerret: vnde origo equitum Calatrauenſis Ordinis. Verùm hæc rara exempla, & ſumma neceſſitate excuſanda. Vnde cum ſub noſtro Carolo 6. Abbas D. Dionyſij Philippus Gamachius, cumque illo tres monachi vrbem Dionyſianam acriter defendentes aduerſus Anglos capti fuiſſent, eoſq; in diſcrimen capitis vocaret Epiſcopus Beluacenſis, abſoluti fuerũt, quia defenſionem naturalem eſſe iudicatũ eſt, vt eſt in hiſtoria

Lib. 2. ep. 32.

Cap. 2. de immunit. Eccleſ.

Lib. 5. cap 36.

Roderic Tol. lib. 7. de reb. Hiſp. cap. 14. Mariana lib. 11. cap. 6. Turquet lib. 9. de origine idē Bodericus li. 8. cap 3.

Ad an. 1420.

ria Iuuenalis Vrſini. Quod ſi pro patria pugnare licet Sacerdoti, quanto magis pro religione? Verum nec pro religione licere cenſuerunt iam citatæ authoritates.

Ergò multo minus pro rebus prophanis, & temporalibus. non XII.
tamen iſtis bellis abſtinuerunt, vt paſſim produnt hiſtoriæ. ex eo
nempe tempore quo ab Imperatoribus, & Principibus gladij po- XIII.
teſtatem acceperunt: id eſt feudorum dominium cum iuriſdictione ſuprema. ſicut dicitur Carolus magnus Epiſcopum Syon apud Heluetios Valeſios donaſſe principatu vrbis: & iure gladij in ſignum iuriſdictionis illis conceſſæ, ob reuelatam ei à Theodoſio tunc vrbis Epiſcopo veniam diuinitus impertitam peccati cuiuſdam ſecreti in quod ceciderat. Eoque gladio ſic quibuſdam in locis nonnulli Epiſcopi gloriantur, vt ſacra facientes habeant ſuper altari enſem nudum vitæ, neciſque indicem. qui mos proculdubio improbandus eſt. quid enim commercij cruoris ſymbolum habet cum incruento ſacrificio? quid res cœleſtes cum temporalibus? Qui verò gladij poteſtatem dederunt, quomodo dici poteſt eam precariam eis eſſe ab illis quibus dederunt, ac ipſi etiam ſummo Pontifici?

Ioſias Simlerus lib. 2. de repub. Heluet.

Chopp. lib. 2. de ſacra polit. tit. 1. n 7.

Hæc igitur feuda, & principatus donati Eccleſiæ potiſſima cauſa fuerunt, vt bella capeſſerent Sacerdotes coacti etiam ad ea progredi iubentibus principibus à quibus feuda tenebant. Quapropter Paſchalis 2. cum Henrico 4. ſeu 5. conuenerat vt Eccleſiaſtici ciuitates, Ducatus, Marchionatus, & cætera ad regni ſeruitium pertinentia abiurarent, quoniam per illa comitatum aſſiduè frequentare, & militiam exercere cogebantur: ac miniſtri altaris, fiebant miniſtri curiæ. Verùm hæc illis conuentio diſplicuit, vt amplius videbimus ſuo loco. quanquam ab ea conuentione non aliena Hildegardis virgo quæ plurima ſanctitate, & dono prophetiæ celebratur: quamque Eugenius, Anaſtaſius, & Adrianus Pontifices in pretio habuerunt, ac D. Bernardus ei contemporaneus epiſtolis dignatus eſt: ſcriptaque eius comprobauit ipſe, & Eugenius Pontifex, vt refert Trithemius in Chron. Hirſangienſi. Porrò hæc virgo laicos cum Eccleſiaſticis de iſtis dominationibus, & iure gladij diffidentes, ſic introduxit. Nunc autem dicamus eis (aiunt Hildegardis voce laici Eccleſiaſticis) quod officium ſuum compleant, quemadmodum antiqui Patres conſtituerunt; & à nobis recedant, quæque habent, relinquant. Nolumus hos regnare ſuper nos cum prædiis & agris, & reliquis

Inter Doctores quæritur an clericus feudo ſuccedere poſſit. ratio quæſtionis, quoniã per illud militari officio obligatur. Vide ampliſſimè Chaſſan ad cõſuetud. Burg. Rubr. 3 §. 5. in textu ibi, *excepté les Religieux.* vſque ad f. §. Olaſcus deciſ. 27. vbi ait contra clericum iudicatum eſſe in Senatu Pedemontano 1.

ad an. 1148. 1149.

ſecularibus rebus ſuper quas principes conſtituti ſumus: & quomodo decet vt tonſi cum ſtolis ſuis & caſulis plures milites, & plura arma quam nos habeant? Sed non conueniens eſt quòd miles clericus ſit, & clericus miles. Vnde abſtrahamus eis quod non rectè, ſed iniuſtè habent. diligenter enim conſideremus quòd cum magna diſcretione pro animabus defunctorum relictum ſit, quoniam hoc rapina non eſt: ſic laici. At Pontificales dignitates (proſequitur Virgo) & omnes in ſpirituali habitu ſub eis degentes illis cum clauſura cœli primitus reſiſtere plurimùm laborant. Cum verò tandem perſenſerint quod nec poteſtate ligandi, & ſoluendi, nec ſtrepitu armorum, nec blanditiis, nec minis reſiſtere eis poterunt, diuino iudicio territi, inanem & ſuperbam fiduciam, quam priùs in ſemetipſis ſemper habuerant, deponentes, & in ſe redeuntes coram illis humiliabuntur: atque vlulando clamabunt, & dicent: Quia omnipotentem Deum in ordine officij noſtri abiecimus: idcircò ſuper nos iſta confuſio inducta eſt. Hæc Virgo, quæ Albertus Stadenſis tranſcripſit ex eius operibus.

In Chron. ad an. 1152.

Sed non æquum eſſet auferri Eccleſiæ Ducatus, & terras, cæteraque ei fidelium deuotione collata. Quapropter Fredericus I. non diù poſt examinatis poſſeſſionum titulis reliquit Eccleſiaſticis Ducatus, Marchias, Comitatus, Conſulatus, & quæcumque principalia iura documentis legitimis probata: ademit verò eis qui ſine titulo poſſidebant. At non ferendum fuit huiuſmodi dignitatum prætextu Sacerdotes cruentos eſſe. Indeque laudandus eſt Albertus magnus qui Ratiſponenſem Epiſcopatum abnuit quem tumultu, & armis gubernare interdum opus erat.

Otho Friſing. lib. 2. cap. 5. Gunther. lib. 8.

Plat in Vrb. 4.

XIV.

XV.

Et nouiſſimis ſeculis cum Paulus Fulgoſius Archiepiſcopus Genuæ Ducatum Genuenſem vſurpaſſet, ſeque confirmari à Pio 2. petiiſſet, ille reſcripſit nouam rem eſſe. Nam, aiebat, & ſi poteſt idem homo & Ducis, & Archiepiſcopi perſonam gerere ſanguinis modo abſit effuſio: neſcimus tamen an Archiepiſcopus Genuenſis ante te alius Ducatum inierit: maximam eſſe oportet cauſam quæ hanc nouitatem induxerit: & infrà. Vide quid agas: non eadem eſt Sacerdotalis, & ſecularis imperij norma: paternam, & omni clementia plenam eſſe Pontificalem adminiſtrationem oportet, non tyrannicam: multa in ſeculari principe ferunt homines quæ abhorrent in Eccleſiaſtico. Sic Pius, quibus ille non prudentior factus à principatu minimè abſtinuit, quem interpoſito modico tempore furentibus in eum ciuibus deſerere

Gobell lib. 11. commentar. Pij 2. Petrus Bizarus in Genuenſi hiſtor. lib. 13. 14. 15.

Digitized by Google

coactus eſt. Is enim ſacra prophanis miſcens, & tyrãnica dominatione vtens ſe Pontificia dignitate tutum fore arbitrabatur. Itaq; Pio non aliâs placuit vt principatus homini Eccleſiaſtico cõpeteret, niſi vbi ſanguinis effuſio abeſſet. At quomodo poteſt abeſſe? nec enim omnes Eccleſiaſtici ſancti ſunt vt ſua poteſtate temporali non abutantur, commoueantque ſuorum ſubditorum rebellionem quam deinde armis compeſcere opus ſit. num etiam in hoc ſolliciti ſunt, vt principatum conſeruent conſtructis caſtellis fortiſſimis quæ deinde milite complent inſolenti? quod aliquãdo ſcriptor vitæ S. Altmanni Epiſcopi Paſſauienſis ſic arguebat: Attendite Pontifices ſeculi noſtri quæ vobis memoria ſuccedat, non de conſtructione Eccleſiarum, ſed caſtellorum, quæ vos in excelſis & præruptis montibus pauperum ſudore, & viduarum lachrymis inſtauratis. Cumque apud Anglos Epiſcopi quidam caſtella ædificaſſent, eaque Rex dirui, vel ſibi tradi iuſſiſſet, quidam dicebãt; his eos iure priuatos qui præter ſcita canonum ædificaſſent illa. eos enim euangeliſtas pacis eſſe debere, non architectos domorum quæ forent refugium authoribus maleficij. Hæc vero longè à Marianæ doctrina, qui vult Epiſcopis firmiſſimas arces tradendas eſſe, errareque dicentes eis ditiones, & oppida auferenda quaſi pondus inutile, & ſacrato ordini conuenientem minimè curam. Verùm ſi opus fuerat ſacratos viros ſic munitos eſſe, quorſum Deus Leuitas ſuos fermè extorres eſſe voluit? quorſum filius Dei non habet tectum in quo reclinet caput? Quæ vero Marianæ cautio, aut quos vades nobis ille dabit non abuſuros his arcibus Eccleſiaſticos? Num è contra ipſe Hiſpanæ hiſtoriæ ſcriptor fidem facit Toletanum Archiepiſcopum ingenti, qua præualet, ditione. confiſum, pleroſque motus in Hiſpania excitaſſe, adeò vt neceſſe fuerit aliquando eum iſtis ditionibus ſpoliare, vt quietior eſſet?

XVI.

Lib. 1. de inſtit. princip. cap. 9.

Cõfirmat. Anton. Nebriſſ. lib. 3 decad. 1. cap. 4. & 7. lib. 5. cap. 9. & lib. 6. cap. 5.

Nihilominus Eccleſiaſtici obtinuerunt præcipuas reipubl. Chriſtianæ poteſtates: iuxtaque illas ius gladij. Vnde putauerunt ſibi licitum eſſe ad quæcumque bella progredi, quod notius eſt quam exemplorum probatione indigeat: res profectò Chabani generoſi equitis ſcommate digniſſima. Is verò vbi audiuit Balluam Cardinalem recenſendi militis munus ſibi contra profeſſionem ſuam committi curaſſe: petiuit à Rege vt permitteretur Ebroicas proficiſci (id eſt ãd vrbem eo nomine Cathedralem cuius Ballua Epiſcopus erat) vbi de Sacerdotibus ſacrandis ſcru-

XVII.

Gaguin. in Ludou. 11.

Digitized by Google

tinium faceret. Tam enim hæc mihi cura, aiebat, quam Epiſcopo militum recognitio conuenit. Nec ſecus magnates Hiſpani aduerſus Ximenium Toletanum primatem indignati, ſpectaculum iucundum eſſe dicebant cernentibus Gonçaldum Fernandem, cui tot victoriæ Magni Ducis nomen pepererant, iam ſuffragijs, & orationibus vacantem in otio, & ſolitudine: ac è contra Toletanum Sacerdotem inter milites lorica indutum, vt eſt apud Gometium. Ac ſimile quid notat Guichardinus de Iulio 2. & noſtro Ludouico 12. illo in Mirandulæ oppugnatione nullum omittente muneris, & officij militaris genus: iſto interim, licet de rebus eius ageretur, otiante. Atque hæc de inferioribus Sacerdotibus ſatis ſint.

XVIII. Pontifices autem maximos bella, & ſanguinem plurima per ſecula abhorruiſſe, vt qui etiam edicta proponerent contra bellantes, Sacerdotes, indubitatum eſt: ac vulgare eſt illud Gregor. magni: Si in mortem Longobardorum miſcere me voluiſſem, hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Ducem haberet: ſed quia timeo Deum, in mortem cuiuſlibet hominis miſcere me formido. Ac tantum abeſt vt Conſtantinus 1. ſe Ducem præberet Chriſtophoro primicerio, qui cum firma ciuium manu aditum Romanæ vrbis occludebat Petro à Philippico Imperatore hæretico venienti, vt ipſum etiam Pontificem perderet: quin è contra cædem auerſatus accitis Sacerdotibus cum ſacris Euangelijs, & cruce Domini pugnam diremit.

Sigon. de regno Ital. lib. 3. ad an. 713.

XIX. Primùm verò quem pugnantem Pontificem maximum legimus, Leo eſt 4. à Petro Damiano non in hoc probatus aſſerente, ne quidem pro fide licere Sacerdoti arma capere. Is autem contra Sarracenos pugnauit, eoſque prælio ſuperauit Pontifex ſanctiſſimus, & miraculis clarus. Sed, vt Damianus ait, nec Petrus Apoſtolicum obtinet Principatum quia negauit: nec Dauid idcircò prophetiæ obtinuit oraculum, quia thorum viri alieni inuaſit: cum mala vel bona, non pro meritis conſiderentur habentium, ſed ex proprijs debeant qualitatibus iudicari. Ioannes deinde 8. & 11. pugnauerunt aduerſus eoſdem Sarracenos fœliciter.

Ep. 9. lib. 4.

XX. Quartus bellator Gregor. 6. ante Gratianus dictus, qui ſedebat anno 1045. Pontifex magnæ religionis, & ſeueritatis, arma tuliſſe contra rebelles Romanos, ipſe inter milites armatus dicitur, vt Eccleſiam Romanam ab iniquitatibus, & rapinis eorum vindi-

earet, & patrimonia Eccleſiæ vſurpata recuperaret: vnde pacem Eccleſiæ reddidit, & ablata reſtituit. Romani vero aſſueti rapto viuere ſanguinarium illum vocabant, & indignum qui ſacrificium offerret Deo, tot pollutum cædibus. Ipſi quoque Cardinales extremum ſpiritum agentem monebant, ne ſe in Eccleſia S. Petri cum cæteris Apoſtolis tumulari præciperet, qui tot hominum mortibus officium fœdaſſet: At ille eos increpans, & narrans quot latrocinijs obviam ijſſet, quot violentias amouiſſet, ait ſe priùs armis ſpiritualibus tentaſſe ad ſaniorem mentem illos reuocare: cumque duæ ſint perſonæ in Eccleſia Dei ad reſecanda vitia, vna quæ exacuet eloquium, altera quæ portet gladium, ſe armaſſe linguam: cum vero, cuius intereſt gladio agere, monuiſſe, accepiſſeque vt quoniam altero bello occupatus eſſet, non grauaretur ipſe latronum conciliabula deturbare. Deinde probauit exemplo Phinees, & Matathiæ, fas eſſe Sacerdoti contra delinquentes arma ſuſcipere: & (quod mirere) Azarias, inquit, Sacerdos Regem Oziam thurificantem expulit, & proculdubiò non dubitaſſet occidere, niſi ille acceleraſſet cedere: & infrà: Sed quoniam & meæ, & veſtræ ratiocinationes falli poſſunt, committamus omnia diuino examini: corpus autem meum anteceſſorum meorum more compoſitum ante ianuas Eccleſiæ ſiſtite, eaſque ſeris & repagulis damnate: ſi Deus voluerit vt ingrediar, applaudetis miraculo: ſin minus de cadauere meo facite quod potiùs veſtris inſederit animis. Hac permoti oratione cum ille animam efflaſſet, ante portas ſeris occluſas præſulis exanimis exuuias deportauerunt: tumque mox diuinitùs turbo emiſſus omnia repagulorum obſtacula dirumpens, valuas etiam ipſas vehementi patefactas impetu ad parietem impulit. populus adſtans acclamauit in gaudium: Pontificis corpus cum presbyteris celebri veneratione locatum eſt. Hæc Malmeſburienſis ijſdem propè verbis: Sed apocrypha creditur hiſtoria, ex eo quod conſtans ſit plurimorum ſcriptorum lectio non ab vllo Gregorio, verùm ab Imperatore Henrico 2. ſeu 3. caſtigatos eſſe tum Romanos per ſchyſmata inter Benedictum 8. Silueſtrum 3. Ioannem 21. & ipſum Gratianum debacchantes: neque hunc in Pontificatu mortuum eſſe, quippe velut ſymonia infectum, eo priuatum, & Cluniaci relegatum vbi defunctus ſit. Quàm verò apocryphum Azariam occiſurum fuiſſe Oſiam, niſi ceſſiſſet? Vbi enim id ſcriptum eſt? Num è contra Oſiam Sacerdotibus comminatum

Digitized by Google

eſſe mortem? At liquet Leonem 9. aduerſus Nortmannos decertaſſe pro ditione Beneuentana quam ab Henrico 3. dono acceperat, ſuperatumque eſſe, & captum ab illis.

XXI. Sciunt omnes quanti ſpiritus fuit Gregorius 7. adeò vt inter dictatus ſuos poſuerit imperialia ornamenta licita eſſe Romano Pontifici: ergo & gladium. Ac ipſe quidem ſcribitur ante Pontificatum, cum Archidiaconus eſſet ſub Alexandro 2. acceptis à Mathilde Comitiſſa auxiliaribus copijs, repreſſiſſe hoſtes, & coëgiſſe quæ de Eccleſia cœperant, reſtituere: Sed Pontifex creatus nulla bella geſſit. Plurimorum verò fuit author aduerſus Henricum 4. ſeu 3. non quòd putaret à Pontifice gerenda non eſſe: profitetur enim arma, & milites ſe concitaturum, & cum illis venturum, vt Rauennatem vrbem de pſeudo-Epiſcopi manibus eripiat, & legitimo reſtituat. Sequentibus deinde ſeculis perpetua ferè leguntur ſummorum Pontificum arma pro temporalibus Eccleſiæ Romanæ ditionibus: eaque modo per ſe præſentes egiſſe, modo per ſuas legatos Cardinales & Epiſcopos, paſſim ex eorum geſtis apud Platinam, Blondum, & alios authores deprehenditur.

Plat. in Alex. 2.

Lib. 8. ep. 7.

XXII. Quin & bella ſacra adeò ſui iuris fecerunt, vt his voluerint adeſſe legatum Eccleſiaſticum cuius conſilium, & authoritas præcipua eſſet. Indeque conteſtatio inter Brennum Hieroſolymit. Regem, & Pelagium Honorij 3. legatum. Hic namque iure ſacroſanctæ legationis primas partes ſibi omnium rerum, & vniuerſorum exercituum dominium vendicabat: Vnde magna clades contigit anno 1220. quoniam eo iure peruicit, vt Sultani conditiones quas cæteri Chriſtiani æquas, & vtiles cenſebant, rejicerentur: ſicque non niſi vnius anni obſidione Damiata caperetur: eaque capta vt ditionis Pontificiæ fieret, quod Brennum alienauit, quanquam dicatur ex Honorij reſcripto Brenno Damiata aſſignata: ſed res pretioſas eiuſdem vrbis legatus diuiſit inter cruceſignatos provt mandauerat Honorius. Eoque facto coëgit Duces Chriſtianos verſus Chairum tendere, execratus qui refugiebant, licet rerum vſu peritiores diſſuaderent: ac cenſerent Syriam potius conficiendam eſſe. Sed dirarum metu parentibus omnibus, & Ægyptum ingreſſis, ac Nili inundatione obſeſſis neceſſe fuit, quas voluit Sultanus conditiones accipere, Damietamque reſtituere. Vnde irriti tot labores redierunt: dicique poteſt eam legati præſumptionem grandis momenti fuiſſe, vt

Paul. Æmil. in Philippo Augusto.
Naucl. vol. 2. generat. 41.

Ep. 664 Honorij.

Digitized by Google

deinceps noſtrorum conatus in Palæſtina, totaque ditione ſancta ſucceſſu caruerint: adeò verum eſt pictoris dicterium, Ne ſutor vltra crepidam.

Sic ergo Pontifices maximi Chriſtianorum tandem voluerunt gladij materialis vſum ſibi competere, quod Bonifacius 8. exemplo, & conſtitutione aſſeruit: dicitur enim in die ſolemni gladio ſe accinxiſſe, capitique cum tiara Pontificia Imperialem coronam imponens ſe pro Imperatore vt Pontifice iactaſſe: quæ vt vera credantur, facit eius decretalis, qua ſanxit, In Eccleſia, eiuſque poteſtate duos eſſe gladios, vnum pro Eccleſia, alterum ab Eccleſia exercendum: illumque huic ſubeſſe: ac demum Petro temporalem gladium fuiſſe. Sed quam infœliciter ei ſucceſſerit, hæc iactantia norunt omnes, nec fœliciùs alijs ſi omnium bellatorum Pontificum acta ſincero animi iudicio legantur, & æſtimentur. Maximè vero nouiſſimorum ſeculorum, Iulij 2. & Clementis 7. quorum mentes bellis deditæ anxiam, & miſeram traxerunt vitam: ac dici verè poteſt beneuolentia potiùs & armis noſtrorum Regum, vt primitus Pipini, & Caroli magni; ac nouiſſimis ſeculis, Ludouici 12. & Henrici 2. conſeruatam eſſe & auctam temporalium S. S. ditionem, quàm iſto Pontificum materiali gladio, quem poſtremis temporibus auerſati Iulius 3. & Marcellus 2. propoſuerunt ſe bellis non vacaturos: ac propoſitum iſte adeò ſeruare voluit vt cogitarit, ſi non præcipiti morte raptus fuiſſet, de exauctorandis militibus corporis cuſtodibus: vt ſcripſit Onuphr. Iulius autem præter animi ſui ſententiam, vt ipſe dicebat, coactus à propoſito diſcedere bellum Parmenſe, vel imprudens ſuſcepit, quo Italia omnis, & Europa deflagrauit.

XXIII. — Extrauag. vnã ſanct. de maiorit. & obed. in extrauag.com. — XXIV. — XXV.

At num Pontifices ditionem Eccleſiaſticam vſurpari ſiuiſſent? Verùm, vt Damianus dixit, Si pro fide qua viuit Eccleſia nunquam ferrea corripi arma conceditur: quo modo pro terrenis, & tranſitorijs Eccleſiæ facultatibus loricatæ acies in gladios debacchantur? Et ante illum D. Ambroſius licet in fidei cauſa: aliter quam per lachrymas, nec debeo, nec poſſum reſiſtere. Atque ſi Gerſonio non placet, gladij ſpiritualis vſus pro rebus Eccleſiæ temporalibus, quanto minus placere materialis poteſt? Nec reclamant iſta Nicolai 1. ſanctam Dei Eccleſiam gladium non habere, niſi ſpiritualem qui non occidit, ſed viuificat: & Cæleſtini 3. poſt anathema non habere Eccleſiam vltrà quid faciat. Maximè verò quis cum D. Bernardo non deteſtetur vnius eſſe perſonæ

XXIV. — d. ep. 9. — Can. inter hæc. 23 q. 1. — Cap. cum non ab homine de iudiciis.

Digitized by Google

Ep. 78. ſub f. armatum armatam ducere militiam: & alba ſtolaque indutum in medio Eccleſiæ pronuntiare Euangelium, tuba indicere bellum militibus, & iuſſa Epiſcopi populis intimare? Itaque non abs re Guichardinus de Iulio 2. ſic loquitur: Princeps equidem, ſi ſecularis fuiſſet, non exigua gloria dignus: aut ſi qua viguit cura & prudentia ad amplificandam Eccleſiæ temporalem dignitatem armis ſecularibus, eadem viguiſſet ad augendas res ſpirituales pacis artibus: cum tamen ſupra cæteros prædeceſſores eius luxerunt illi qui obliti omnia ſuis vocabulis, & qualitatibus diſcernere, iudicant potiùs eſſe officium Pontificum armis, & ſanguine Chriſtianorum propagare dominationem ſedis Apoſtolicæ: quàm eniti bonis exemplis, rectaque morum cenſura, vt procuretur animarum ſalus, licet earum cauſa ſe in terra glorientur Chriſti Vicarios. Sic Guichardinus. Ergo vt concludamus, addatur Gregorij magni, Epiſcoporumque cum illo ſentientium Synodalis ſanctio, qua dixerunt, Anathema Eccleſiaſtico qui prædia Eccleſiæ non iudicio, ſed manibus defendere voluerit.

Cauſa 16. q. 6. can. conſuetudo.

XXVII. Quid ſi inuaſores iudicium repudient, adeò potentes vt id facilè negligant? an tunc licebit manum armatam inuocare? equidem licitum eſſe videntur deciſiſſe Carthaginienſes Patres, quando eis viſum eſt vt propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigabatur Eccleſia, defenſores eis peterentur ab Imperatoribus cum Epiſcoporum prouiſione aduerſus potẽtias diuitum. ad quid enim iſti defenſores, niſi vt vim vi, ſi opus eſſet, repellerent? quanquam defenſores plerumque ſumpti pro illis qui in cauſis forenſibus adeſſe debebant. Nec hoc dicit canon: defenſores videlicet petẽdos eſſe vt vim vi repellant: ſed id vult Gratianus in appendice iſtius canonis: & ſanè vix potentiæ diuitum reprimi poſſunt ſine armis: deinde ſi neceſſe duntaxat erat pauperibus & afflictis ſubuenire in cauſis forenſibus, quorſum defenſores ab Imperatore petere cum ipſi Epiſcopi, aut per ſe, aut per clericos ab eis commiſſos defenſionem, ſeu aduocationem huiuſmodi perſonis præſtare poſſent? Itaque ſatiùs eſt Patres cenſuiſſe implorandam ab Imperatore manum armatam, quæ ſine eius voluntate, & conceſſione illicita fuiſſet. eoque ſenſu Pontifices Romani Pipini, & Caroli magni vires contra Longobardos excitauerunt: Nec meo iudicio ea ſcrupuloſa religione, ſi non ſuperſtitioſa (vt Iudæorũ qui ne Sabbatũ violarent nolebant ſe defendere, licet ad occidionem peterentur, quo vſq; Matathias

Can. 9. Carthag. 5.

XXVIII.

Machab. cap. 2. Dion Niceus in Pompeio.

Matathias erexit eos ab ea ſuperſtitione) vt credamus illicitum eſſe Eccleſiæ excitare Principum laicorum arma aduerſus tyrannides & violentias Magnatum, qui vel Eccleſiaſticis rebus, aut perſonis, vel pauperibus, & infirmioribus inſidiantur, & inſultāt. Hoc enim & D. Auguſtino placet: & ipſi charitati quam frater pro fratribus, & paſtor pro ouibus habere debent: modo à ſanguine mens abſit: id eſt vt coërcendos duntaxat non interficiendos cenſeat: quemadmodum Sacerdoti licet ſuam ſuorumque iniuriam perſequi in iudicio etiam criminali, modo ſanguinem non habeat in votis. ac ſupra vidimus, cum de iuriſdictione agebamus, ſic Iudicem Eccleſiaſticum de reis Sacerdotibus cognoſcere poſſe vt nullam capitalem inferat pœnam. & ſi inferenda ſit, eos ad ſecularem remittat, non tamen eo animo vt necentur: ſed quia ſic præualet vſus vt remittantur: imò remittentes obſecrare debent Iudicem ſecularem vt parcat eius qui remittitur ſanguini, quemadmodum D. Auguſtinum ſolitum eſſe vidimus.

Can. Maximianus & ſequentib. d. q. 5.

Digitized by Google

HISTORIÆ IVRISDICTIONIS PONTIFICIÆ.

LIBER VIII. ET VLTIMVS.

CAPVT I.

DE GLADIO SPIRITVALI SVMMI PONTIFICIS: ID EST, EXCOMMVNICATIONE.

1. *Nemo exemptus eſt ab eo gladio.*
2. *Etiam à capite correctio inchoanda eſt, vt reſpondit Ludouicus Pius.*
3. *Proprium eſt animæ excommunicari, & abſolui.*
4. *Excommunicationis pœna viſibilis, eſt prohibitio à templorum ingreſſu.*
5. *Maximè quando ſacra myſteria celebrantur: eis enim excommunicati adeſſe non debent.*
   Varia exempla.
6. *Obſeruatum aliquando vt Orthodoxi & Heretici in idem templum conuenirent.*
7. *Orthodoxi vetiti cum hæreticis aut infidelibus, ac etiam Iudæis preces iungere: aut coram illis ſacra myſteria celebrare.*
   Exempla, & conſtitutiones Synodales.
8. *Quondam Epiſcopis in ſua cuique Diœceſi libertas erat gladij ſpiritualis in omnes nullo excepto. Exempla.*
9. *An Arcadius Imperator ab Innocentio 1. fuit excommunicatus.*
10. *Quomodo Anaſtaſius excommunicatus eſt à Symmacho.*
11. *Libertas ſermonis Euphemij Patriarchæ Conſtantinopol. ad eumdem Anaſtaſium.*
12. *Iuſtiniani 1. errores.*
13. *Gregorij magni de Mauritio Imperatore querela.*
14. *Plures hæretici Imperatores intacti à Pontifice Romano.*
15. *A quo tempore cœperunt Pontifices Romani excommunicare liberè Principes.*
   Initio facto ab Imperatoribus Græcis.
16. *Baſilius timuit Nicolai 1. in Photium, eiuſque ſequaces anathema.*

Digitized by Google

17. *Murmur Gallorum in Gregor. 4 quod crederent eum velle excommunicare Ludouicum Pium. an id verum fuit.*

18. *Nicolai 1. in Lotharium Imperatorem ob eius adulterium, cenſura.*

Ac in eumdem Lotharium vindicta diuina ob ſumptum ab eo indignè corpus Domini.

19. *Adrianus 2 Carolo Caluo: & Ioanne 8. Carolo Craſſo excommunicationem minitantur.*

20. *Miſera ſedis Romanæ conditio poſt hæc tempora, integro propè ſeculo. florente interim Imperio, ac ei Sedi dominante.*

21. *Reſtituta in ſuam dignitatem ea Sedes ſub Alexandro 2. & Gregorio 7. qui ab Henrico 3. ſeu 4. exemplum funeſtum poſteris ſuis fecerunt deponendi Principes non contenti excommunicatione.*

22. *Notabilis hiſtoria Roberti Galliæ Regis excommunicati ob adulterium.*

Quanto horrori erat tunc excommunicatio.

Monſtrum edidit ei concubina.

23. *Romanus Pontifex id ſibi tandem iuris adtribuit, vt Principes ſupremi non excommunicentur niſi à ſe, vel ſuo iuſſu. Ac inde lex Saxonica.*

24. *Quod etiam Principes velut priuilegium impetrauerũt ab eo.*

Nec ſolum pro ſe, at etiam pro ſuis miniſtris & familiaribus.

Errauerunt Principes qui modum gladio ſpirituali voluerunt ſua authoritate imponere.

25. *Rex non eſt exemptus à cenſuris Apoſtolicis.*

Exempla recentia.

26. *Vt excommunicare ſic abſoluere vbique, quoſcumque, & ex quacumque diœceſi poteſt Romanus Pontifex.*

Querela tamen Africanorum Epiſcoporum, & Lemouicenſis Synodi, ob abſolutos ab illo Pontifice qui à ſuo Epiſcopo excommunicati fuerant.

Modeſta Pontificis excuſatio.

27. *De iniuſta excommunicatione: quomodo ligat.*

28. *An mortuus excommunicari & abſolui poſſit. Exempla.*

29. *Duo memorabilia.*

30. *Non eſt facilè Princeps excommunicandus.*

Ratio.

31. *De interdictis, an poni debeant ob mala quæ ex illis procedunt: nec innocentes pro nocentibus pati debere.*

32. *Vnde, & à quo tempore illorum vſus.*

Ac nimia ſeueritas.

33. *An pro re temporali excommunicatio ſit danda.*

34. *Aduerſus iniuſtas Pontificis excommunicationes quòd remedium.*

De abſolutione ad cautelam.

Praxis Hiſpana.

Digitized by Google

I. GLADIVM materialem, vt vidimus, Principi Eccleſiarum conuenire non extra dubium eſt: ſed indubitatum nemini debet eſſe quin ſpiritualem poſſit ſtringere in omnes fideles cuiuſcumque ſint conditionis: quippe dicens Chriſtus, Quemcumque ligaueris, quemcumque ſolueris, neminem exemit ab hac ſpirituali poteſtate. Quaſi vero, ait D. Bernardus, non eodem vtantur Medici ferro ſecandis Regibus, quo & popularibus hominibus: aut capiti fiet iniuria ſi ipſis forcipibus capilli excreſcentes detondeantur, quibus & vnguium fuerunt reſecata ſuperflua. Quod ſi dedignantur pari feriri ſententia, dedignentur, & cum ipſis eadem involui culpa. Qua ratione Ludouicus Pius Fredericum Denouium Traiectenſem Epiſcopum ab eo deſignatum admonebat, vt ſeuerè peccata hominum argueret, nec vllius perſonæ rationem haberet, & peruicacibus etiam anathemata infigeret: ad quæ Epiſcopus piſcem tenens (tum enim epulabantur) interpellato Rege qua ex parte eum potius feriret an à cauda, an à capite: cum reſpondiſſet ille à capite, primus expertus eſt admonitionis ſuæ effectum: ſiquidem Epiſcopus eum liberè increpuit ob inceſtuoſum illius cum Iuditha coniugium. Itaque non minus caput quam cauda, id eſt nobilis, quam ignobilis, Princeps quam ſubditus, obnoxius eſt cenſuræ & correctioni Epiſcopi.

II. (margin)

Nicol. Harpsfeld. in hiſtor. Anglic. ad 9. ſecul. cap. 15.

III. Iſtud autem ligare, & ſoluere excommunicatio, & ab ea abſolutio dictum eſt, vt ſic referatur ad animam cuius hæc peculiaris gratia, & pœna eſt. Nec enim ligatur corpus, ſed anima, vt dum ligata eſt nequeat ad Deum accedere: qui vera eſt, & proxima, & immediata, & ſpecialis animæ fruitio, eiuſq; vnicũ & ſummum bonum. Ergò ſolutio ad hoc ligamen pertinet, vt ſoluatur anima quæ ligata eſt, & ſoluta Deum aliquãdo videat.

IV. Sed excõmunicati pœna viſibilis eſt, vt tẽpli ingreſſu, ſacriſq; prohibeatur. Quam pœnam ethnici etiam in ſua falſa religione obſeruabãt, vt ex illorum monumentis notiſſimum eſt. Immundos enim, & ſceleratos templis excludebant: hinc illud Ouidij,

Innocui veniant procul ô procul impiùs eſto.

Sic Hebraicis Synagogis arceri ſolebant, qui improbi putabantur. Vnde apud Ioannem Euangeliſtam: Conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis confiteretur eum eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret.

Digitized by Google

Quantò verò perfectior, & verior iſtis eſt noſtra religio, tanto magis ab eius templis remoueri debent impij & alieni ab ea. Quapropter cum Numerianus Cari Imperatoris filius Antiochiam Orontis veniſſet, & Eccleſiam Chriſtianorum ingreſſus vellet ibi quaſi per tranſennam inſpicere arcana eorum myſteria, Babylas Epiſcopus magno animo in faciem ei reſiſtens, id prohibuit: non licere dicens eum cruore ex idolorum ſacrificijs pollutum tam præcipitanter ingredi, & diuina myſteria tam contaminatis oculis intueri. Vnde Numerianus offenſus excruciatum illum necauit, vt refert Nicephorus. Quanquam paulò aliter D. Chryſoſt. à Babyla Antiocheno excluſum eſſe ait, quendam Imperatorem, nec nominat, ob interfectum ab eo Regis cuiuſdam filium quem velut pacis inter alios compoſitæ obſidem acceperat. Et quidem Diuus Paulus: Si is, inquit, qui frater nominatur inter vos eſt fornicator, aut auarus, aut ebrioſus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumite: Quod ſi nec cibum temporalem, quanto minus illum qui diuinus & æternus eſt? Et ſi in Leuitica lege prohibentur immundi, & exteri de ſanctificatis comedere, quanto magis in Euangelica cuius cœleſtis cœna realitas eſt Iudaicæ quæ illius duntaxat vmbra fuit? Itaque Fabianus Papa Philippum 1. Chriſtianum, vt creditur, Imperatorem arcuit templo quouſque inter pœnitentes collocatus pluribus delictis, quæ ab eo ferebantur perpetrata, ſatisfeciſſet: quod ille alacri & libenti animo impleuit. Ac D. Ambroſius palam profeſſus eſt Theodoſio magno, poſt cædem illam immanem, quam Theſſalonicæ exercuerat, in templum venienti non audere ſe ſacrificium offerre ſi vellet adeſſe. tamen Conſtantinus magnus verè Catholicus Princeps, adeoque de vera religione meritus, iubebat orthodoxos & hæreticos in idem templum conuenire, demolitis iſtorum templis, vt cogerentur Catholicis intereſſe; vnde fiebat vt plurimum dogmatum homines in eumdem locum coirent: nec Conſtantino placebat, ſi quis ob hæreſim excluderetur. Quò factum dicitur, vt ſic plures hæreſes extinguerentur: atque idem voluiſſe Gratianus Imperator fertur: quin etiam ipſi Epiſcopi orthodoxi ab exilio, in quod iuſſu Valentis miſſi fuerant, eo mortuo reuerſi reperientes ſuas

V.

Hiſtor. Eccleſ. lib. 6. cap. 33.

Lib vn. contra gentiles.

1. ad Corinth. 5.

Leuit. cap. 22.

Euſeb. lib. 6. c. 27. Niceph. lib. 5. cap. 25.

VI.

Niceph. lib. 8. cap. 52.

Socra. de Grat. lib. 5. cap. 2.

Niceph. lib. 12. cap 4.

Sic in tumultibus Belgicis prioribus dicitur tranſactũ pro Antuerpienſibus orthodoxis, & hæreticis, vt illis chorus Eccleſiarum remaneret, iſtis cætera pars.

cathedras ab Arrianis occupatas, cum eis, licet fidelium præualerent numero, agere voluerunt, vt ſimul in eodem templo miniſtrarent, ne illis ſecedentibus maiores orirentur diuiſiones. Neque ipſum Valentem hæreticum in templum Cæſarienſe venientem Baſilius Epiſcopus prohibuit ingreſſu, & muneris ad ſacram menſam oblatione quanquam Præſbyteri recuſarent id accipere neſcientes an Epiſcopo gratum eſſet. Atque idem ſenſiſſe videntur Patres aliqui, & inter eos D. Auguſtinus qui arguerunt hæreticos, quod ab Eccleſia ſecederent: Non enim conuenire aiebat ille, vt qui communiter agnoſcerent Chriſtum Eccleſiæ caput, Eccleſiam illius non agnoſcerent.

Greg. Nazianz. in orat funebri de laudib. D. Baſilij. Theodorit. lib 4. cap 17. Niceph. lib. 11. cap. 18.

D. Aug. ep. 154. 165. 166.

VII. Nihilominus Synodus Laodicæna, & Carthaginienſis 4. prohibuit fideles orare cum hæreticis, aut ſchyſmaticis: Quaſi iuxta illud Pſalmiſtæ: Deus in loco ſancto ſuo: Deus qui habitare facit vnius moris in domo. Neque Iudæi voluerunt infideles ſecum in ædificationem templi concurrere. Quanquam ex Euangelio Ioannis conſtet gentiles etiam venire ſolitos in templum Hieroſolymitanum vt orarent, nec ſanè veniſſent, niſi liber eis aditus fuiſſet, & quidem certis tantum nationibus, ſpecialique cauſa hic aditus prohibetur Ammonitis, Moabitis in æternum, Idumeis vero & Ægyptiis ad tempus, ſed non alijs. Ergò quod prohibentur fideles orare cum hæreticis, aut cum infidelibus, non eſt quod prorſus vetentur orthodoxi iſtos admittere in templa ſua; at ne ſacras ſuas preces cum illarum precibus miſceant, quaſi ne conueniant in eumdem orandi modum. Deniq; eadem Carthaginienſ. 4. ſanxit, Ne Epiſcopus vllum prohibeat ingredi Eccleſiam & audire verbum Dei, ſiue gentilem, ſiue hæreticum, ſed vſque ad Miſſam Cathecumenorum. Quò reſpicientes plurima poſt ſecula Chriſtiani fratres qui ſunt in Pera cum aliquando ſacram ædem introiſſet Turcarum Imperator, & cuperet cæremonias Eccleſiæ noſtræ videre; ſic eius curioſitati ſatisfecerunt, vt velut miſſam acturi ea quæ ſunt de cæremonijs oſtenderent, & hoſtiam eleuarent, at non conſecratam: id vnum iudicantes coram infideli peragere nefas: vt proculdubio eſt. Quapropter cum Michaël Paleologus Arſenium Patriarcham gradu mouendum curaret, huic objiciebat quod paſſus eſſet Sultanum Azatinem ſæpè intereſſe dum ſacra peragebantur.

Laodic can. 33. Carth can. 72. & 73. Pſal 67. Eſdræ 1. cap 4. Ioan. 12. Deuteron. cap. 23. Can. 84. & Synod. Valent. in Hiſpan. ex Burchardo li. 3. cap 28. tom 2. Concil. Author libel. de origine, & moribus Turcarum inſertus poſt Alcoranum. Niceph. Greg. lib. 4.

Porrò Græci etiam nunc præfractè retinent hunc morem, vt Armenios, & huiuſmodi ſectarios ferant ſecum verſari, ita vt

Digitized by Google

ſeparatam habeant in vrbe regionem: eos verò ſecum orare non patiantur, ac ne quidem Latinos quos ipſi ſchyſmatici & hæretici pro orthodoxis non habent. At iſtud omnibus fidelibus ſtrictè prohibetur ne Synagogam Iudæorum, aut conuenticulum hæreticorum ingrediantur, vt preces cum illis coniungant. Sic enim habet, ſi verus eſt, Canon Apoſtolorum.

Can. 63. Apoſt.

VIII.

Sed vt ad gladium ſpiritualem reuertamur cuius præcipua vis eſt vt aduerſarios, & contumaces à communione fidelium reſecet proindeque aditu Eccleſiæ prohibeat, dum ſaltem myſteriis diuinis vacant Sacerdotes: liberior quondam illius vſus erat penes Epiſcopos vt eum exercere contra quemlibet potentem, vel etiam Imperatorem, & Regem poſſent: indeque D. Ambroſij in Theodoſium cenſura: & apud nos S. Germani Epiſcopi in Guntcramnum Galliæ Regem quod viuente vxore aliam duxiſſet: Moguntini Præſulis in Othonem Imperatorem eiuſque patrem quoniam Adalahaidem, quæ ei commater erat, vxorem ſuſcepiſſet, ſi Petro Damiano fides. Ac ne pluriùs immoremur ijs recenſendis quæ apud hiſtoricos frequẽtia ſunt, illud notabile eſt apud Cromerum: nimirum Henricum Vratiſlauienſem Ducem à ſuo Epiſcopo excõmunicatum eſſe, totiq; eius ditioni interdicta ſacra quod omnia bona, decimas, redditusſque Vratiſlauienſis diœceſis occupaſſet: iratum ob id Henricum, cum Ratiſbonam ſe Epiſcopus quaſi in exilium recepiſſet, vrbem obſediſſe: illum vero ne ſua cauſa innocentes paterentur, huic obuiam occurriſſe indutum ſacras, & Pontificales veſtes, cum aliquot Sacerdotibus, eoque ſpectaculo Ducem attonitum ad pedes eius occubuiſſe veniam deprecantem, & abſolutionem. Itaque nihil mirum quod Conſtantinopolitani Patriarchæ adeò conſtanter illo gladio ſuos Imperatores percuſſerint, & adegerint ſupplici habitu ad fores templi procumbere vt paſſim proferuntur exempla apud Zonaram, Nicephorum Gregoram, Cedrenum, & alios hiſtoriæ Græcæ ſcriptores.

Greg. Turon. lib. 4. cap. 25.

Ep. 14. de multis ſacræ Euchariſtiæ miraculis cap. 12.

Nempe ſcripta lex erat, vt quæcumque diœceſis eſſet in poteſtate ſui Epiſcopi, proindeque in ſpiritualibus ei ſubjacerent omnes fideles nullo excepto, ac ne quidem Rege, aut Principe regionis, licet quoad temporalia ſubditus ei eſſet idem Epiſcopus: ac ne quiſquam alius Epiſcopus extra ſuam Prouinciam aliquid auderet. Quæ tamen lex non videbatur neceſſitatem imponere Epiſcopo Romano, cuius Principatum non vna ditione

contineri, ſed ſuprà omnes extendi creditum eſt, vt iam notauimus. Verùm parcè extenſionis eius priuilegio vtebatur. Vnde licet Conſtantius, Valens, Iulianus Apoſtata, & alij contrà Catholicos, & veram religionem furerent, non tamen eos Epiſcopi Romani excommunicauerunt. Sed qui primus Orientis Im-
IX. peratorem ſacris proſcripſit, dicitur à Nicephoro Innocentius I. videlicet Arcadium ob ea quæ Eudoxia Imperatrice ſuadente iniquè contra Ioan. Chryſoſtomum egerat: nec ſolum ipſum Arcadium, ſed & Theophilum Alexandriæ Epiſcopum, & Arſacium qui in depoſiti Chryſoſtomi ſedem intruſus fuerat. Neque Arcadius tanti Pontificis cenſuram ſpreuit: ſiquidem ad eum reſcripſit deprecatorias litteras quibus ſe excuſabat, aſſerens nulla ſua voluntate, aut iuſſu Chryſoſtomum depoſitum fuiſſe. Sunt tamen qui meram fabulam id credunt, quod nec Sozomenus, nec Socrates, nec Cedrenus, nec ipſi etiam geſtorum à ſummis Pontificibus ſcriptores eius meminerint. Sed nunquid homo Græcus epiſtolam, quam refert, commentus fuiſſet in gratiam Epiſcopi Romani? Præterquam quod Glycas & Gennadius ei adſtipulantur. Arcadio ſucceſſerunt in Oriente Theodoſius iunior, & Martianus fideliſſimi Imperatores: ac Martiano Zeno qui cum diceretur impugnare Synodum Calchedonenſem adhærens Acacio Conſtantinopolit. vna cum Petro Mongo aduerſus illam Synodum ſentienti, admonitus eſt à Fœlice Romano Pontifice. Is vero non eſt auſus ſe hæreticum profiteri: ſed reſcriptis litteris aſſeruit ſe decreta Calchedonenſia obſeruare. An quia ſi contra reſcripſiſſet, non magis ei pepercisſet Fœlix quam huic Acacio, & Mongo, alijſq; fautoribus quos diris vouit?

Zenonis obitus tradidit Imperium Anaſtaſio quem à Symma-
X. cho, qui poſt Gelaſium, & Anaſtaſium ſedem Romanam poſſe-
Ep. tom. 3. Biblioth. patr. dit, ferunt excommunicatum eo quod Acacij memoriam foueret. Anaſtaſium tamen ſic alloquitur Symmachus: nos non te excommunicauimus Imperator, ſed Acacium: recede ab Acacio, & ab illius excommunicatione recedis: tu te noli miſcere excommunicationi eius, & non es excommunicatus à nobis: ſi te miſces non à nobis, ſed à te excommunicatus es. Hæc Symmachus; quæ denotant Anaſtaſium non ſpecialiter & nominatim comprehenſum eſſe excommunicatione in Acacium, & fautores eius lata.

XI. Nec verò mirum ſi Epiſcopus Romanus Eccleſiarum Princeps iſta

iſta potuit in Zenonem, & Acacium quandoquidem Euphemius Conſtantinopolit. auſus ſit eumdem Anaſtaſium ſic minitari: aut cum Eccleſia conſentiret, aut nequaquam eam ad peruertendos ſimpliciores ingrederetur. Si ſecus, inquit, feceris, reſecta tua coma te in triumphum ducam cum populo. Generoſa quidem verba, ſed in quibus modeſtiam Symmachi deſiderare licet: namque cum Principe mitiùs agendum eſt, nec debet Eccleſia facem ſeditionis excitare in populo. Suidas.

XII. Anaſtaſio Iuſtinus, Iuſtino Iuſtinianus ſucceſſerunt, ab iſtoque impellente Theodora Auguſta hæretica variis moleſtiis affecti ſunt Agapetus, Siluerius, & Vigilius quod Anthimi Conſtantinopolitani electioni ſuffragari nollent: nec tamen cenſura Eccleſiaſtica notatus eſt: quanquam auſi Agapetus, & Vigilius dicere ſe non ad Iuſtinianum, ſed ad Diocletianum veniſſe. Verùm Iuſtinianus orthodoxus fuit: itaque vbi ab Agapeto edoctus eſt duas eſſe voluntates in Chriſto, ac cõuictus Anthimus qui vnam tantùm ſtatuebat, tunc Imperator Pontificem adorauit. Quod ſi perperam in Pontifices quid egit: hoc coniugis Theodoræ blanditiis fecit. Sunt vero qui eum à Triboniano ethnico illo, quem leges pretio fixiſſe, & refixiſſe aiunt, imbutum praua opinione ſcribant: nempe corpus eius moriturum non eſſe, ſed cum anima in cœlum abiturum: indeque ſibi æternitatem adſcripſiſſe. Sed profectò quoniam æternitatis elogium ad animam propriè pertinet, nec de corpore quidquàm dixit Iuſtinianus: credendus eſt non ea ſtoliditate fuiſſe vt cum omnia corpora interire videret, ſuum fore æternum crederet: Itaque de æternitate loquens, cenſendus eſt de animæ æternitate intellexiſſe, per quam in æternum victurus eſſet, aut de memoria geſtorum ſuorum quæ æterna foret. At certiùs eſt quod ſub finem vitæ in hæreſim lapſus eſt, qua credi volebat Dominum Ieſum affectionum humanarum omnium expertem fuiſſe: eiuſque corpus ante & poſt reſurrectionem eodem ſtatu extitiſſe: atque Epiſcopos adigebat huic hæreſi ſubſcribere: contra nitentibus Eutychio Conſtantinopol. & Anaſtaſio Antiocheno: at præuentus morte, nec ipſe in Epiſcopos, nec Epiſcopi in illum quidquam vltrà ſtatuerunt.

Platina. Aimoin. lib. 2. cap. 32. Anaſtaſ. in Agapeto. Suid. in Tribon. l. vlt. §. f. C. de Epiſc. & Cler.

XIII. Iuſtinianus Iuſtinum, Iuſtinus Tiberium, Tiberius Mauritium habuit ſucceſſorem, ſub eoque floruit Gregorius magnus qui de illo aliquando queſtus eſt, quod ab eo fatuus appellaretur: quod ambitionem Patriarchæ Conſtantinop. vniuerſalem ſe dicentis

Digitized by Google

fouerct: & maximè quod ſymoniam quamdam exerceret dona ſibi pro electione Epiſcoporum offerri præcipiens: ac præſertim ab Epiſcopo Romano: ſicque turpiſſimi lucri cupiditate illectus Eccleſiam faceret ancillam: ac in tantum ſuæ temeritatem veſaniæ extenderet (hæc ſunt eius verba) vt caput omnium Eccleſiarum Romanam Eccleſiam ſibi vindicaret: & in domina gentium terrenæ ius poteſtatis vſurparet. ſic Gregorius: nihil tamen contra Mauritium decreuit.

XIV. Heraclio, & Conſtanti Mauritij poſt Phocam ſucceſſoribus impunè fuit ab iiſdem Epiſcopis Romanis quod Monothelitæ hæretici eſſent: & Conſtans variis cruciatibus Martinum 1. afficeret quia hæreſim illam, & Paulum Conſtantinop. eius promotorem damnaret.

XV. Sed cum huic hæreſi alia de imaginibus tollendis ſucceſſiſſet, eamque foueret Philippicus, qui Iuſtiniano minore, eiuſque filio Tiberio occiſis imperium inuaſerat, ac iam ſeneſceret Romæ Imperatorum Græcorum authoritas, Pontificum verò adoleſceret protegentibus eos Romanis, & militibus, vt ſuo loco videbimus: tum liberiùs iſti in illos cenſuras protulerunt: initio ſumpto à Conſtantino 1. ſedente anno 708. Is enim vetuit Philippici nomen in ſacris lithurgiis recitari. Gregorius 2. Conſtantini ſucceſſor Leonem Iſaurum eiuſdem hæreſis promotorem excommunicauit Synodo habita Romæ, vt tradit Zonaras: ac tandem diuiſo Imperio, eiuſque Occidentali parte ad Francos tranſlata, Græci Imperatores plerumque ſeorſim ſuas res habuerunt, neglecti etiã ab Epiſcopo Romano vt ſchiſmatici, & hæretici: iſteq; viciſſim aliquando neglectus, aliquando obſeruatus eſt ab eis: vt in cauſa Ignatij contra Photium vbi reſciuit Baſilius Imperator

XVI. Nicolaum 1. anathema dixiſſe Photio circa annum 863. (licet intacto Michaële Imperatore quamvis peſſimo religionis hoſte, ac ipſius Nicolai aduerſario) nec ſolum Photio, ſed omnibus qui reſtitutionem Ignatij impedirent: Iſte, inquam, Baſilius coram patribus Conſtantinop. 8. profeſſus eſt ſe hoc anathema expauiſſe, ob idque Ignatio proprium thronum reſtituiſſe: exhortans ipſe eos, qui cum Photio fecerant ſchiſma, vt ad fores Synodi ſe proijcerent, veniamque deprecarentur. tantum verò abeſt vt Michaëlem Nicolaus afflaret cenſura, quin ad eum verbis deprecatoriis reſcriberet illum appellans piiſſimum, & clementiſſimum Imperatorem contentus ei mortem æternam oſtentare

Digitized by Google

niſi ſuis monitis obediret: Nec iraſcaris, inquit, ſi te tantùm diligimus vt temporale regnum quod aſſequutus es, te velimus habere perenne, & qui imperas nunc hominibus, regnes cum Chriſto.

Baſilio qui ſucceſſerunt traducti in ſectam Photij & ſuccedentium Epiſcoporum Conſtantinopolit. ſchiſmaticorum & hæreticorum flocci fecerunt authoritatem Romani Pontificis ſuo Patriarcha contenti, cuius cenſuras, ac ille tyrannidem eorum ſæpiſſimè experti ſunt: nec vltra quidquam legitur decretum à Romana Sede in Orientis Imperatores, niſi quod Michaël Paleologus excommunicatus dicitur à Martino 4. ſedente anno 1281. de qua excommunicatione videbimus in hiſtoria ſchyſmatis Conſtantinopolit.

Sic igitur Romani Pontifices in Græcos Imperatores ſe geſſerunt: ac neque deinceps ſpeciali nota opus fuit quandoquidem ipſo iure vt hæretici, & ſchyſmatici excommunicati erant. Latini verò Imperatores, & Principes eamdem authoritatem experti ſunt, licet ipſi in illos Imperatoriam Maieſtatem aliquando exercerent.

Secundus Imperator Ludouicus Pius fuit, in quem cum filij eius arma nefanda cœpiſſent, creditus eſt Gregor. 4. Galliam aduenire, vt tam Imperatorem quam Epiſcopos ei adhærentes excommunicationis retiret vinculis, ſi qui inobedientes eſſent ſuæ, filiorumque Imperatoris voluntati. ſic Aimoin. at quæ cauſa excommunicandi? An ſufficiens erat quod acciperet patrem contra filios inexorabili diſcordia laborare? Quæ vero pietas, aut religio filios protervos contra religioſiſſimum & piiſſimum patrem fouere? Quapropter credibiliùs viſum eſt mentem adeò impiam Gregorio non fuiſſe: ſed revera adueniſſe, vt filios patri reconciliaret: quod cum nequiſſet, cum maximo mœrore Romam eſſe regreſſum: ideo verò apud Ludouicum ſuſpicionem incurriſſe, quod priùs ſe ad eius filios contuliſſet, quodque in exercitu illorum erat, eo tempore quo pater à ſuis deſertus in poteſtatem eorum venit, vt referunt annales à Pithœo editi: tamen ex ſcriptis Agobardi, & Gregorij epiſtola illis inſerta addiſcimus Gregorium infenſum fuiſſe Ludouico, quod ille diſcederet à diuiſione regnorum ſuorum quam inter filios fecerat, & Ludouicum vnum ex illis Imperatorem dixerat, idque à Romano Pontifice confirmandum curauerat. Cumque Galliæ Epiſ- XVII.

Lib. 5. cap. 14.

Vide epiſt. Agobardi de diuiſ. Imper & opuſcul. eiuſd. de comparat. vtriuſq; regim. Eccleſiaſtici & polit. in quo eſt Grego. epiſtola.

Digitized by Google

copi de Gregorio quererentur propter quamdam præſumptuoſam, vt aiebant, & omni ratione carentem excommunicationem faciendam, quæ pertineret ad iniuriam, & dehoneſtationem imperialis poteſtatis: reſpondebat Gregorius: Quid potiùs pertinet ad dehoneſtationem imperialis poteſtatis opera digna excommunicatione, an ipſa excommunicatio? Quibus verbis videretur contra Ludouicum ſtetiſſe, eumque excommunicaſſe; niſi potiùs ſit illam epiſtolam ab Agobardo ſuppoſitam eſſe vt rebellioni ſuæ obtenderet quaſi Pontificiam authoritatem: niſi quod Nitardus, inſuper, inquit, & Gregorium Romanæ ſedis Pontificem, vt ſua authoritate liberiùs quòd cupiebant perficere poſſent, ſub eadem ſpecie magnis precibus in ſupplementum ſuæ voluntatis aſſumunt: videlicet filij contra patrem. E contra verò Albertus Abbas Stadenſis ait Gregorium depoſuiſſe Ebbonem Rhemenſem Archiepiſcopum, quoniam diſcordiæ incentor filios contra patrem armaſſet. Ergo non approbabat eam diſcordiam Gregorius; ſi non approbabat, Ergò excommunicationem non dederat pro cauſa quam non approbabat. Sic variæ fuerunt ſcriptorum opiniones, vt vix quid certi ex illis habeatur.

In chron. ad an. 841.

XVIII. Nicolaus 1. vehementibus epiſtolis Lotharium Galliæ Regem, & Imperatorem redarguit ob ſuperinductam vxori legitimæ Tetbergæ Valdradam, ac Romam vocauit: cumque ille non adquieſceret excommunicatus eſt à Nicolao, vt ait Albertus Stadenſis in chronico. Sed Sigebertus, Excommunicata, inquit, pellice Valdrada à legato Apoſtolico vidēs Lotharius Rex etiam ſibi excommunicationem intentari, Tetbergam vxorem ſuam recepit. Sed non multum id profuit: quia non multo poſt repudiata vxore pellicem recepit: nec vltrà vllo correptionis modo ab ea ſeparari potuit. Verùm ad Adrianum Papam profectus eſt, à quo dum pro comprobatione innocentiæ ſuæ ad examinationem corporis, & ſanguinis Domini tam ipſe quam Optimates regni inuitati eſſent: qui corpus Domini cum eo temerè præſumpſerunt accipere, omnes intra annum perierunt; Lothario etiam dum reuertitur Placentiæ defuncto. Hæc Sigebert. ad an. 864. 870. & Regino lib. 2. chronic. ad an. 869.

XIX. Adrianus deinde 2. Nicolai ſucceſſor, & Ioannes 8. anathema minitati ſunt, alter Carolo Caluo quod Ludouico Lotharij Imperatoris defuncti filio Imperium præcipere vellet: alter Carolo Craſſo, niſi reſtitueret quæ Monaſterio cuidam abſtulerat. Ne-

Digitized by Google

que verò minitabantur niſi confiſi poteſtate ſua.

Pauci imperauerunt ex domo Gallica: ſiquidem Italis proceribus nihil non tentantibus vt ad ſe, ſuamque gentem Imperium auocarent. Fruſtrà tamen: ſiquidem poſt varias ſtrages fixum penes Germanos remanſit. Sed qui interea ſederunt Romæ Pontifices, aut ſeditionibus Romanorum agitati, aut breuitate vitæ dignitati ſanctæ Sedis conſulere haud potuerunt: ac plurimi etiam moribus infames magis corrigendi erant (ſi ſuperiorem habuiſſent) quàm alios corrigere poſſent. Indigni namque homines tantum faſtigium vſurpauerunt, ſeipſos inuicem expellentes: ac non ſecus quàm ſæuiſſimi tyranni inimicitias inter ſe exercentes. Floruerunt autem magni profectò Imperatores magnis virtutibus commendati, qui in reſtituenda aduerſus ſeditioſos Romanos Sedis Epiſcopalis authoritate non parum profecerunt: Sed ita tamen vt Pontifices ab illis penderent, ac vbique Epiſcopi vt quibus ſuam electionem deberent: prout alibi notauimus de inueſtituris loquentes: quarum odio Henricum 3. ſeu 4. primùm aggreſſi Alexander 2. ac deinde Gregorius 7. capta occaſione belli Saxonici exemplum poſteris fecerunt non ſolum excommunicandi, ſed etiam deponendi aduerſarios Imperatores, Reges, & Principes: licet non ſine funeſtis, & calamitoſis caſibus, ac ancipiti Marte, vt videbimus hiſtoriam huiuſmodi depoſitionum retexentes, adeò vt ſatiùs eſſet intra fines excommunicationis ſe continere iuxta Patrum antiquorum morem. XX. XXI.

Notiſſima ergo ſunt in ſequentibus ſeculis exempla Imperatorum, Regum, & Principum excommunicatorum ab Epiſcopis Romanis: ac iſtud illorum telum tantum viſum, vt cum Gregorius 5. Robertum Galliæ Regem circa annum 998. excommunicaſſet, quod commatri ſuæ nupſiſſet (quanquam Petrus Damianus epiſtola ad Deſiderium Abbatem author ſit ipſum excommunicatum eſſe à ſuis Epiſcopis, ſed impellente Gregorio: at qui per alios facit num ipſe facere videtur?) per eam excommunicationem adeo cunctos ab eius latere deterritos eſſe, vt ei ſolum duo ſeruuli ad victus obſequium ſupereſſent: quin etiam cum tanto faſtidio vt vaſa quibus Rex comederat, & biberat, igni traderent. Quod ſi verùm eſt, mirum id obmiſſum eſſe & ab Helgaldo, & ab illo fragmenti authore, alijſque hiſtoricis qui eam rem ignorare non potuerunt, quæ in tanto Rege non poterat XXII. Fragm. hiſtor. Franc. ex Pithœo.

Digitized by Google

non eſſe vulgaris famæ. Sed hoc ſtupendium quod in fragmento refertur, nimirum non ante ab iſto coniugio deterritum eſſe Robertum quam ei præſumpta vxor dum ſperat infantem, horrendum monſtrum peperiſſet.

XXIII. Tandem tanta Epiſcopi Romani authoritas agnita eſt, vt Reges & Principes non excommunicarentur, niſi ab eo vel eius legato, aut excommunicati abſoluerentur ſi Epiſcopi interdicti eos excommunicare, excommunicaſſent. Quapropter D. Bernardus queritur Regem Galliæ confidentem Honorij tum ſedentis reſcripto, quo retinebat Epiſcopis ne in eum ſpirituali iuriſdictione decernerent, minus paratum fuiſſe Epiſcopo Carnotenſi ſatisfacere. Sic Alexander 3. Thomæ Cantuarienſi permiſit publicam iuſtitiam, id eſt cenſuram exercere in perſonas, & Eccleſias quæ ad eius pertinerent iuriſdictionem, excepta Regis perſona, vxoriſque & filiorum eius. Quanquam Thomas reſcribens ad Regem diceret: ſe quidem illi vt Regi debere reuerentiam, & commonitionem: vt Domino conſilium: ſed vt filio ratione officij caſtigationem, & cohortationem. At ſummus Pontifex, ne hac poſtrema vteretur, impediebat.

Ep. 42.

Math. Paris in Henrico 2.

XXIV. Ergo ſolidum ius fuit Pontificis ſuum gladium ſpiritualem in quemlibet nullo excepto vibrare, quod ita licere Germani quoad Imperatores cenſuerunt, vt id lege ſanxerint: ſed tribus tantum caſibus, videlicet hæreſis, matrimonij diſtracti, & ſacrilegij, id eſt Eccleſiarum conſecratarum demolitionis. Denique cum Reges inficias ire non poſſent ſe quantumlibet temporalium rerum dominos ſuis tamen Epiſcopis quoad ſpiritualia ſubditos eſſe: eam ſubiectionem fortaſsè ducentes maieſtati ſuæ non conuenientem (quod tamen ducere non debuerunt) priuilegia impetrauerunt à ſummo Pontifice noſtri, ne ab vllo Antiſtite excommunicari poſſent, regnumve interdici abſque Apoſtolicæ ſedis mandato. Quod Innocentius 4. primùm conceſſiſſe dicitur D. Ludouico. Deinde pro aliis Regibus Alexander 4. Clemens 5. & Ioannes 22. confirmauerunt. Nec ſolum pro Regibus, ſed etiam pro miniſtris eorum, Iudicibus, & Magiſtratibus hæc priuilegia valent vt nequeant excommunicari ob ea quæ dum miniſterio, & iuriſdictione funguntur, egerunt vt alibi diximus. Sic Reges noſtri ſpiritualem poteſtatem obſeruauerunt, vt ab eius ſupremo diſpenſatore exemptiones illas quærerent: non ſibi huius inhibendæ authoritatem adtribuentes, vt quondam

Artic. 57. lib. 3. ſpecul. Saxon.

Papyr. Maſſon. in Alex. 4.

Sextum priuilegium regni Francor. in ſtylo Parlam.

Rebuff ad tit de interdictis in concordat.

Digitized by Google

Henricus 4. Angliæ Rex qui in comitiis Clarendonenſibus tulit, Ne vllus qui de Rege teneret in capite, nec aliquis dominicorum miniſtrorum eius excommunicaretur, nec alicuius eorum terræ ſub interdicto ponerentur, niſi priùs Rex, ſi in regno eſſet, vel iuſtitiarius eius, conueniretur, vt rectum de eo faceret. Sic Math. Paris. Itaque Edoüardus 3. ægrè tulit aliquos de ſuo conſilio excommunicatos eſſe à ſummo Pontifice: Et apud nos Ludouicus junior Theobaldum Campaniæ Comitem bello aggreſſus eſt, quod Comitem Vermanduum à ſummo Pontifice excommunicari feciſſet: eoque velut exemplo Carolus 9. querens apud ſummum Pontificem de illis qui Ioannam Alebrettam Nauarræ Reginam ab eo excommunicandam procuraſſent: orat illum ne ægrè ferat ſi eos caſtiget. Nec ſanè Toletani Patres quid diuerſum ſanxerunt, quando dixerũt, Neminem eorum à Sacerdotibus habendum extraneum quos principalis pietas habebat acceptas, aut in gratiam benignitatis ſuæ receperit, aut participes menſæ ſuæ effecerat. ergò non debebant excommunicari. Quin etiam Doctores nonnulli vt Baldus & Alexander auſi ſunt aſſerere Principem interdicere Epiſcopo poſſe, ne quemquam excõmunicet niſi priùs excommunicationis cauſa oſtendatur. vt refert Oſaſcus.

Ad an. 1164

Vvalſing. in Neuſtria ad an. 1358.

Can. 3. Tolet. 12

Deciſ. 30. n 15. & 18.

Denique Mathias Pannoniæ Rex item edixit, ne inconſulta Regia maieſtate liceret ex anathemate in nobilitatem ſæuire. Sed vereor ne hæc placita ſatis pia ſint. Quæ enim authoritas Principi prophano in abſolutum illud Imperium ligandi, & ſoluendi quod directè à Chriſto proceſſit, nec ab eo ſoluere licet, niſi illius quibus ius ligandi & ſoluendi conceſſit? Ergo religioſiùs noſtri Reges qui quod è ſua iuriſdictione, & authoritate temporali promanare non poterat priuilegium, à ſummis Pontificibus mutuare ſatiùs duxerunt: Sicque ſe huic ſpirituali poteſtati, & gladio obnoxios certò crediderunt: nec enim aliâs id priuilegium impetraſſent, nec qui quondam cenſuras incurrerunt, ab ijs vt expedirentur, tantopere curaſſent.

Bonfin. Decad. 4. lib. 7.

XXV.

Vnde mirum quod refert hiſtoriæ rerum à ſeculis aliquot toto orbe, & præſertim apud nos geſtarum locupletiſſimus ſcriptor Thuanus Præſes: videlicet cum in diplomatibus Pontificiis, quæ Cardinalis Lotharingus pro Academia Rhemenſi obtinuerat, inſerta eſſet ex more clauſula, qua Rex noſter à cenſuris abſoluebatur: ſic ea diplomata Senatum publicaſſe vt propter illam clau-

Parte 1. hiſtor. lib. 5. init.

Digitized by Google

ſulam Rex non intelligeretur potuiſſe & poſſe ex quacumque cauſa cenſuris Apoſtolicis ſubijci: aut per eam Regi, regnique iuribus, libertatibus, & prærogatiuis derogari.

Namque vt ſupra dicebamus, nemo ab hac iuriſdictione exemptus eſt. Itaque cum Sacerdos qui Henrico 3. in extremis agenti ex diabolico ictu pſeudo Iacobitæ aderat, eum in ſacra confeſſione auditum monuiſſet de quadam cenſura Pontificia aduerſus eum promulgata percrebuiſſe, & opus eſſe diceret ad abſolutionis beneficium efficaciter percipiendum, vt ei cenſuræ ſatisfaceret: Henricus ſe eam ignorare affirmauit: & ſi ita eſſet, religiosè ſatisfacturum promiſit, qua de re publicum inſtrumentum biduò poſt confectum eſt à Cardinali Gondio, multiſque Proceribus confirmatum. Nec ſecus Henricus 4. non vna voce abſolutionem exorauit à ſummo Pontifice: tandemque obtinuit adiectis plurimis conditionibus quas recenſet Thuanus: noluerunt tamen Procuratores eius concedere, vt abſolutio quam ab Epiſcopis quibuſdam Gallicanis obtinuerat ad cautelam (videlicet ob mortis imminens periculum verſanti quotidiè inter gladios) irrita eſſet. Quod Pontifex volebat, dicens fruſtrà abſolutionem à ſe peti, ſi valida illa eſſet. Sed controuerſia ſic temperata eſt, vt Pontifex cuncta religioni acta quæ in perſona Regis ſequuta, & quæ per ipſum facta erant, vi abſolutionis in Francia conceſſæ probaret, & confirmaret perinde: atque ſi iam tunc à Pontifice Rex abſolutus fuiſſet.

Idem Thuan. lib. 96.

Idem lib. 113.

XXVI. Ea eſt ergo prærogatiua Epiſcopi Romani, vt quoſcumque excommunicare vbicumque locorum, & abſoluere ab alijs excommunicatos valeat, quia ordinarius eſt ordinariorum. Quanquam id diſplicuerit Africanis Patribus in Apiarij cauſa, ſed perperam vt ſuo loco vidimus: & apud nos extat Lemouicenſis Synodus acta anno 1028. cuius ex actis liquet conquiſitum eſſe in ea de excommunicatis Aquitanis, qui ignorantibus Epiſcopis ſuis à Romano Papa pœnitentiam, & abſolutionem acceperant: quoniam hac de cauſa pax & Concilium in Aquitania deſtrueretur, dum quos iſti iuſtè ligant, ille iniuſtè abſolueret. Itaque recitata eſt Papæ epiſtola qua querenti apud eum Aruerno Præſuli, quod à ſe ligatum Comitem Aruerniæ ob repudiatam vxorem, & aliam ſuperinductam, abſoluiſſet, reſpondit: Quod neſcienter egi frater chariſſime non mea, ſed tua eſt culpa. Scias enim quod quicumque de vniuerſa Dei Eccleſia, quæ eſt in toto

Ex Bochello lib. 1. decret. Eccl. Gallic. tit 14 cap. 142. Habeturque in tomis Concil.

terrarum

terrarum orbe ad me cauſa remedij recurrerit, impoſſibile eſt mihi eius curam negligere, dicente Domino ad beatum ſpecialiter Petrum, Paſce oues meas. Quo ergo modo poterit Sedes Apoſtolica aliquem ejicere de medela niſi rationabili cauſa? debueras certè mihi, antequam ouis illa mortua Romam veniret eius cauſam tuis innoteſcere apicibus: & eam omnimodò abjicerem, tuamque firmando authoritatem, eam anathematis ictu repercuterem. profiteor quippe omnibus con-Sacerdotibus meis vbique terrarum adiutorem me, & conſolatorem potiùs eſſe, quam contradictorem. abſit enim ſchiſma à me, & co-Epiſcopis meis. Ergo illam pœnitentiam, & abſolutionem quam tuo excommunicato ignoranter dederam, & ille fraudulenter accepit, irritam facio, & quaſſam vt de illa nihil aliud ſperet quam maledictionem, quoad ſatisfactum iniuſtè abſoluas: ſic Papa. ſed ita vt curam vniuerſi non deponat quaſi ad ſe non pertinentem: nec denegare ſe debere dicat abſolutionem ei qui excommunicatus eſt ab alio niſi ex rationabili cauſa. Denique ſi poteſt, vt Gerſonius reſpóndit, concedere facultatem alicui Sacerdoti abſoluendi aliquem ab omnibus ſententiis, tam à iure, quam ab homine latis, quanto magis poterit abſoluere? Sed ſupra pluribus de ea poteſtate vidimus. Dialogo de poteſt. ligandi & ſoluẽdi to. 1.

Quid verò ſi aliquis ligatus à ſuo Sacerdote, ſolutionem verè compunctus à ſummo Pontifice acceperit, an eam irritam idem Pontifex ſummus facere poteſt, ea ſola de cauſa quòd queratur proprius Sacerdos à ſe, qui ligarit, ſolutionem petendam fuiſſe? Sanè hoc dici non poteſt, aut ſequeretur illum non eſſe ordinarium ordinariorum: ea enim qualitate eſt vbique ordinarius. Idque Orientales Epiſcopi Athanaſius, aliique, vt ſæpiùs notauimus, approbauerunt quando à Synodis Prouincialibus iniuſtè excommunicati, illum de abſolutione interpellauerunt.

Quid ſi iniuſta eſt abſolutio iſtius Pontificis? idem reſpondendum eſt quod de iniuſta excommunicatione vt valeat nihilominus & teneat apud homines, licet fortaſsè ſecus ſit apud Deũ. Qua de re variæ tamen ſunt Patrum opiniones quas Gratianus collegit, partim dicentium iniuſtam cenſuram timendam eſſe, partim non timendam ac ſufficere ſi conſcientia recta ei opponatur: vt enim, ait Clemens Pontifex, Iuſtus à quopiam iniuſtè occiſus, erit apud Deum in ſempiterna requie: ſimiliter eueniet ei qui ab Epiſcopo fuerit ſine cauſa excommunicatus. Et nota- XXVII. Tota cauſa 11. q. 3. Apoſtolic. conſtit. lib. 2. ca. 26.

Opuſculo 2.

bilia ſunt Gaufridi Vindocinenſis verba: Sunt quidam, inquit, credentes omnia licere Romanæ Eccleſiæ: & infrà. Romanæ Eccleſiæ poſt Petrum minimè licet quod Petro non licuit. Petro quæ liganda erant, ligandi: & quæ ſoluẽda, ſoluendi eſt à Chriſto data poteſtas, non quæ liganda, ſoluendi: vel quæ erant ſoluenda, ligandi conceſſa facultas. ſic Abbas. & quidem verè. Sed ſi liget non liganda; an proinde ligatus pro non ligato erit? Durum videtur, inquit Balſamo, iniuſta ſententia quemque ligari. Nam inde Epiſcopi tyrannidem exercebunt, & in omni re dominium obtinebunt: & nemo erit qui eis reſiſtet propter metum ſegregationis. Fortè etiam pietati inſultabunt, & diuini Canones erunt multorum malorum authores: quod eſt abſurdum: Ego autem non habeo quid ſequar. Nam & pietate trahor, ſed ab eo quod fit contra Canones retrahor. Sic Balſamo, & veriſſimè: Epiſcopos nempe in tyrannidem vertere aliquando ſuum gladium, non ſecus ac Principes temporales materialem. proinde dura lex, ſed lex. Nec ampliùs dubitatur quin liget cenſura etiam iniuſtè lata, modo ab eo qui competens eſt, quamvis peccet qui ligat, ſed ferenti eam moderatè prodeſt ad gratiam: Nam ſi contemneret contumax eſſet, ex eaque contumacia, qui antè inſons erat, contraheret peccatum ſuperbiens aduerſus claues Eccleſiæ. Vnde laudatur Theodoſius Iunior, quod excommunicatus à quodam Eremita, qui proinde cenſeri poterat incompetens, quia diœceſanus non erat, aut proprius Sacerdos, & leui de cauſa, non neglexit tamen ab eodem exorare abſolutionem: adeoque credita eſt non negligenda excommunicatio, vt etiam mortuo diceretur procuranda: perſuaſerat enim quondam opinio non putreſcere eorum corpora qui non abſoluti deceſſerant: quovſque defunctis exhiberetur abſolutio. quod compertum aliquot exemplis refert [a] Crantſius in metropoli; & ante illum Albertus Stadenſis ad an. 1051. at neceſſe eſt corrumpi corpus vt reſurgat in incorruptione, quemadmodum Apoſtolus docuit: niſi vbi ſpecialis apparuit gratia Dei, provt in corpore diuino Chriſti ac deiparæ virginis Mariæ. [b] Itaque Ludouico Bauaro iam à 12. annis ſepulto petita eſt abſolutio. ac Iulius 2. conceſſit ſepulturam mortuis in interdicto ſi pro illis peteretur. Ergo mortuis abſolutio [c] concedi poteſt, ſed ſi pœnitentes deceſſerint. Vnde [d] cum aliquando Officialis Epiſcopi Cœnomanenſis excommunicaſſet appellantem ab eius ſententia, mortuumque interim curaſſet, terræ prophanæ com-

Ad Can. 12. Synodi Carthag. vide etiã Photij nomocan. ex cod. Balſam. cap. 11. tit. 9. de peccatis Epiſcopor.

D. Thom in ſuppl. quæſt. 21. artic. 4. Vide Ioan. Maiorium ad hæc verba, Si peccauerit in te frater.

XXVIII.

a Lib. 3. cap. 42. Lib. 4. cap. 33. 1. ad Corinth. 15 b Annal. Hẽrici Rebdorſ. ad an. 1339. c Can. de communione. Can. nec quiſquam cauſa 24 q 2. Innocẽt. 3 cap. 28. de ſent. excommunicat. d Papon. li. 19. tit. 2. arreſto 12.

mitti noſtra curia damnauit Epiſcopum huic etiam defuncto abſolutionem impartiri, extractumque loco prophano in ſacrum transferre, idque anno 1394. At Gelaſius 1. cum Vitalem, & Miſenum præuaricationis in legatione Apoſtolica apud Imperatorem Conſtantinopolitanum reos excommunicaſſet, deinde Vitali mortuo Miſenum in gratiam reciperet, pronuntiauit ſe quidem eum abſoluere authoritate qua viuentes abſoluere poſſet: ſed Vitalem non poſſe, quia dictum ſit, Quæ ligaueritis ſuper terram. Quos ergò iam conſtat non eſſe ſuper terram non humano, ſed ſuo iudicio Chriſtum reſeruaſſe: nec audere Eccleſiam ſibi vindicare, quod ipſis beatis Apoſtolis non eſſet conceſſum. hæc Gelaſius. Quibus & abſoluendi. & excommunicandi defunctos videretur Sacerdotibus inconceſſa facultas. Atque in eam ſententiam Iuo Carnotenſis conſultus reſpondit: Ep. 41. Defunctis communionem interdicendam non eſſe quibus viuis non eſt interdicta: ſicut nec defunctis communicandum eſſe, quibus viuis non communicauimus. Tamen Euſtathius in Concilio vniuerſali aduerſus hæſitantes, an liceret iam defunctis anathema dicere, probauit eam quæſtionem nulla egere deliberatione: & deſipere eos qui non licere aſſererent. Quod ſi excommunicari poſſunt mortui, cur non & abſolui? Sed communior eſt Theologorũ opinio, defunctos extra Sacerdotum iuriſdictionem eſſe, proindeque indulgentias ab eis conceſſas prodeſſe mortuis, non per modum abſolutionis, ſed per modum ſuffragij. At quomodo proderunt niſi iam abſolutis? Vnde eos abſolui poſſe videretur vbi de illorum pœnitentia & contritione conſtaret. Nec

Euagr. lib. 4. cap. 17. Vide ampliſſ. d cauſa 24. q. 2. can. ſanè.

XXIX. verò moror duo memorabilia exempla quæ in eam rem facientia præſes Burdegalenſis Neſmondus ex Petro Palude, & Bonfinio rerum Hungaricarum ſcriptore recenſet. Videntur enim eſſe inſtar fabularum & auilium commentorum: Videlicet linguam iuſti Iudicis Pagani in longos annos imputrem conſeruatam eſſe, in eaque animam eo vſque reſediſſe quo baptiſmo ſacro in Chriſtianorum cathalogum adſcriberetur. Sic Deo placuiſſe, quoniam ea lingua nunquam iudicium iniquum pronuntiaſſet. Itaque baptiſatam eſſe, moxq; in puluerem redactam. Aliud exemplum eſt. Poſt pugnam Varnenſem in qua Sigiſmundus Imperator de Turcis victoriam reportauit, repertum eſſe caput hominis Chriſtiani inter mortuos iacentis, quod nomen Ieſus, & ſanctæ Mariæ inuocabat: & appropinquantibus dixiſſe, animam defun-

Digitized by Google

cti, quoniam ille abſque ſacra confeſſione deceſſerat, in ſuo capite remoratum eſſe precibus D. Mariæ, cui viuens deuotus fuerat, itaque orare vt Sacerdos aduocaretur. Quod vbi factum eſt, & auditum Sacerdos abſoluit, in perpetuum conticuit.

Sed his ſeu hiſtorijs, ſeu fabulis relictis, beati qui ita ſaluti animæ ſuæ inuigilant, vt nunquam mors veniens tanquam fur in media nocte imparatos occupet: Atque vt ad excommunicationem redeamus, beati rurſus qui ita cum Eccleſia conſentiunt, vt nunquam eius cenſuras valdè timendas incurrant. Quin etiam prudentes mehercle Pontifices, qui eo gladio non temerè, ſed ſumma cum diſcretione vtuntur: ne in contemptum
XXX. abeat, ſcitum eſt nimio & temerario vſu hebeſcere aciem. Maximè verò non leuiter excommunicandus eſt ille qui, vt dixit D. Auguſt. epiſtola ad Parmenianum, in opere malo obſtinatam habiturus eſt ſecum multitudinem: & Abbas Vindocinenſis non eum excommunicandum eſſe, qui multitudinem habet ſecum, ne dum corrigere eum nituntur Sacerdotes, perditio fiat multorum. At rarò accidit quin Princeps habeat ſibi conſentientem multitudinem ſi non in opere malo, ſaltem in obſequio cum plurimis ijſque religioſis perſuaſum ſit ex D. Petri ſententia, Principibus etiam diſcolis obediendum eſſe. Ergò ne multi in diſcrimen ſalutis adducantur ſatiùs eſſe videtur proteruum Principem negligere. Quod ſi obſeruatum fuiſſet non iam tot annos lugeremus regnum florentiſſimum ab Eccleſia diuiſum eſſe, totque animas perditas, & perdituras niſi in meliorem mentem redeant: idque ob excommunicationem præcipitem, & indiſcretam in Henricum 4. Anglorum Regem latam, ac eam à ſummo Pontifice extortam factione Hiſpanorum, ac fermè vi & minis. Ergo ſapienter Gregorius Nazianzenus officium Epiſcopi deſcribens docet ab eo vt medico noſcendos eſſe diuerſorum hominum, quibus imperat, motus, & affectiones: ac ita cum nonnullis agendum, vt non nimis crebris obiurgationibus tanquam fluctibus eos obruens ad deſperationem incitet: & vt dixit noſter Abbas Vindocinenſis: habeat Eccleſia ſuam libertatem: ſed ſummopere caueat, ne dum nimis emunxerit, eliciat ſanguinem, & dum rubiginem de vaſe conatur eradere, vas ipſum frangatur. Denique Origenes: Cæterum, inquit, non ita inſanimus vt in nos irritemus Reges, aut poteſtates publicas ſæuituras per tormenta, & ſupplicia: legimus enim in noſtris litteris, omnis anima.

Orat. 1. Opuſcul. 4. Lib. 8. in Celſum.

Itaque cum multitudinis ſalus non ſit vnius delicto implicanda, imò ſatiùs videatur hoc delictum diuinæ vindictæ relinquere, quam in illud animaduertendo cæteras animas in ſalutis diſcrimen vocare: mirum eſſe poteſt quod poſteriora ſecula induxerunt rem à prioribus incognitam, nempe propter Principis culpam interdici ſacris totum illius populum licet innocentem. Quod aliquando D. Auguſtino diſplicuit. Nam ad Epiſcopum auxilium reſcribens, admonet eum, vt aut anathematis ſententiam reſcindat, aut doceat quibus adductus cauſis putet ob vnius peccatum totam familiam excommunicari oportere. Et Petrus Damianus queritur omnes Anconitanos excommunicatos eſſe propter vnius culpam, cum non debeat ſæuire gladius, niſi in paucos pro multitudine. Et quidem neque cum Theodoſius ab Ambroſio, neque cum Arcadius ab Innocentio, neque cum tot Epiſcopi Conſtantinopolitani & Imperatores excommunicati fuerunt, eadem excommunicatione inuoluti fuerunt ſubditi, niſi qui illorum hæreſi adhærerent. Dixit enim Deus, Anima quæ peccauerit, ipſa morietur, & impietas impij ſuper eum. Filius non portabat iniquitatem patris. Nunquid vero morte corporali peior eſt ſacrorum interdictio quæ vitæ æternæ ſpiritualibus donis priuat innocentes? Vnde fidelium tepeſcit deuotio, hæreſes pullulant, & multiplicantur animarum pericula, vt Rebuffus ait, & dixerunt Epiſcopi in Synodo Rhemenſi, & Trecenſi: atque ipſe ſummus Pontifex, nempè Bonifacius 8. in reſcripto quod refert Bzouius. Sic periclitantur vnius ob crimen tot animæ quas certum eſt tanto pretio eſſe ſaluatori, vt ſub parabola ouis errantis, aut margaritæ amiſſæ, docuerit paſtorem nihil non conari debere, vt quæ ſit extra ouile, intra illud reducatur. Quod ſi vnius cura tanti eſt, quanto magis plurium ne ob illam errantem proſcribantur cæteræ ex ouili? XXXI.

Ep. 75. Ep. 7. lib. 15. Ezech. cap. 18. Rebuff. tit. de interdict. in concord. Synodi Rhem. & Trecenſ. ex Bochello lib. 2. cap. 4. decret. Bzouius ad an. 1298. num. 10.

Vnde vero primùs interdictorum vſus neſcio, niſi quod lego Epiſcopum Rothomagenſem ob occiſum Prætextatum eiuſdem ciuitatis quondam Epiſcopum, Eccleſias Rothomagenſes accepto conſilio clauſiſſe, vt in his populus ſolemnia diuina non ſpectaret donec indagatione communi reperiretur author huius ſceleris. Videtur deinde is vſus approbatus in Concilio Nicæno 2. ſiquidem non prohibentibus Patribus claudi à Sacerdote templum, ne in eo fierent diuina myſteria, niſi quando per auri exactionem, vel alicuius alterius ſpeciei, vel propter aliquam XXXII.

Greg. Turon. lib. 8. cap. 31. Can. 4.

Digitized by Google

Goffrid.epi.16. 17. Iuo epi 50. 94. 111. D. Th. in ſupplem.qu. 21. ſic Fulbert. Carnot.viuens circa an. 1017. Vide tamen contra hæc interdicta eumd. Iuonẽ ep. 265.

affectionem propriam clauderet. Ac demum præualuit vt interdicta locum haberent, quæ etiam promouebant Goffridus Abbas, Iuo Carnotenſis, & D. Thomas probat: & ex Concilio Lemouicenſi in Gallia ſumma cum ſeueritate pronuntiatum eſt interdictum anno 1034. videlicet niſi de pace acquieſcerent Principes militiæ Lemouicenſis, omnis terra Lemouicenſis ligaretur publica excommunicatione eo modo, Vt nemo niſi Clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus adueniens, aut infans à trimatu, & infrà in toto Lemouicino ſepeliretur: nec in alium Epiſcopatum ad ſepeliendum portaretur: diuinum officium per totas Eccleſias latenter ageretur, ſed baptiſmus petentibus tribueretur: circa horam 3. ſigna ſonarent in Eccleſiis omnibus, & omnes proni in faciem pro tribulatione, & pace funderent preces: pœnitentia, & viaticum in exitu mortis tribueretur: altaria per omnes Eccleſias ſicut in paraſceue nudarentur: cruces & ornamenta abſconderentur, quia ſignum luctus & triſtitiæ omnibus eſt: ad Miſſas tamen, quas vnuſquiſq; Sacerdotum ianuis Eccleſiarum obſeratis faceret, altaria induerentur, & iterum poſt Miſſas nudarentur: nemo in ipſa excommunicatione vxorem duceret: nemo alteri oſculum daret: nemo Clericorum, aut laicorum, vel habitantium, aut tranſeuntium in toto Lemouicino carnem comederet, nec alios cibos quam illos quibus in quadrageſima veſci ſolitum eſt: nemo Clericorum, aut laicorum tonderetur, aut raderetur quovſque dicti Principes, & capita populorum Concilio obediant. ſic ea Synodus. Atque ex ea interdictorum ſeueritate nonnunquàm plures per annos omnis populus ſacris priuatus eſt, puta Luſitania per 12. nec aliam ob cauſam quam quod Rex Alphonſus ſpreto coniugio pellicem haberet. Erat tamen multis virtutibus laudabilis, ait Mariana. Sic ſub noſtris Philippis 1. & Auguſto: ſic ſub Ioanne Anglorum Rege per aliquos etiam annos, adeò vt corpora defunctorum de ciuitatibus, & villis efferrentur, & more canum in biuijs & foſſatis ſine orationibus, & Sacerdotum miniſterio ſepelirentur, inquit Mathæus Paris, & ante illum Gaufridus Vindocin. ac Iuretus ad epiſtol. 50. Iuonis. Namque interdictis, & excommunicatis ſepulturam negari in vſu perpetuò fuit omnium gentium, vel ethnicarum.

Lib.13.cap.11. hiſtor.Hiſpan.

Math. ad an. 1208 Gaufrid. epiſt. 16.17. Diodor. Sicul. lib.16.biblioth. de Phocenſib. Heliodor.hiſt. Æthiop.lib.7. Plutarch.de10. orat. in Hyperide & Solone.

Is ergo interdictorum rigor quem ſacra Baſileenſis Synodus confirmauit, hoc ſolum vetans ne ea ponerentur niſi ex cauſa,

ſeu culpa Vniuerſitatis, vel domini, ſeu rectoris locorum, vel officialium: non autem propter culpam, ſeu cauſam alterius cuiuſcumque perſonæ niſi domini, ſeu rectores, vel officiales ipſorum locorũ hanc requiſiti ejicere, negligerent. Quod Leo 10. repetijt in concordato. Quorſum ergo potiùs ob domini, vel officialium delictum quam alicuius priuati, niſi vt inde commoti ſubditi, vel hunc cogerent Eccleſiæ ſatisfacere, vel huic rebelles fierent? At quam funeſta ſit iſta cogitatio, quamque infœlices exitus produxerit, ſatis patebit ex hiſtoria quam de Imperatoribus, & Principibus depoſitis promittimus. Solent verò Principes omni arte, omnique vi adigere Sacerdotes, vt non obſtante interdicto vacent diuinis, provt de Ioanne Anglo refert Mathæus Paris. Quin eò proceſſerunt interdicta, vt eis finis non eſſet, niſi populo ſatisfaciente ciuiliter pro Principe qui cauſam illorum fuerat, etiamſi in exilium iſſet: Quod ſi Eccleſiaſtica perſona occiſa eſſet, totum oppidum in quo cædes contigerat, excommunicabatur, quovſque ſatisfeciſſet pro homicidio, etiãſi cauſam ei non dediſſet: vt refertur inter centum grauamina in comitijs Norembergenſibus expoſita Oratori ſummi Pontificis anno 1522. Sed hoc quantum duriùs, ſi non iniquiùs, interdici mulieres debitum naturale præſtare maritis? Eo tamen vſque venit per legatum ſuum Pius 2. in Cazimirum animatus, vt refert Cromerus tomo 2. Polonicarum rerum. Sanè Bonifacius 8. eam interdictorum ſeueritatem aliquatenus temperauerat, idque temperamentum ſequutæ ſunt Synodi Rhemenſis, & Trecenſis: nempè vt ad pœnitentiam omnes admitterentur, exceptis excommunicatis, quibus ſacra non miniſtrarentur, niſi in articulo mortis: & ſacrum officium celebraretur ianuis clauſis, præterquam in feſtiuitatibus Natalis Domini, Paſchæ, Penthecoſtes, & Aſſumptionis B. Mariæ: in quibus diebus ſoli excluderentur excommunicati.

Seſſ. 10.

Bſouius d. loco.

Ex Bochel. lib. 2. decret. tit. 15. cap. 4.

XXXIII. Iam verò an excommunicatio, & interdicta pro qualibet re, etiam temporali poni debeant, & pro rebus quæ non ſunt ſpirituales quærit Gerſonius illuſtris famæ, pietatis, doctrinæque in Theologia præcipuæ quaſi recordatus Imperatorum, & Principum toties pro temporalibus Eccleſiæ excommunicatorum, quæ nemo dixerit purè ſpiritualia eſſe, ſed ſpiritualibus annexa: ponenda non eſſe ex eo probat quod excommunicatio ſit baculus purè ſpiritualis, proptereaque non aſſumendus ad protectionem

Lib. de vita ſpirituali animæ corollar. 11. Propoſit. 5. ac tit. de Eccleſiaſt. poteſt cõſiderat. 4. ſub f.

Digitized by Google

Goffrid. epi. 16. 17. Iuo epi. 50. 94. 111. D. Th. in ſupplem. qu. 21. ſic Fulbert. Carnot. viuens circa an. 1017. Vide tamen contra hæc interdicta eumd. Iuonẽ ep. 265.

affectionem propriam clauderet. Ac demum præualuit vt interdicta locum haberent, quæ etiam promouebant Goffridus Abbas, Iuo Carnotenſis, & D. Thomas probat: & ex Concilio Lemouicenſi in Gallia ſumma cum ſeueritate pronuntiatum eſt interdictum anno 1034. videlicet niſi de pace acquieſcerent Principes militiæ Lemouicenſis, omnis terra Lemouicenſis ligaretur publica excommunicatione eo modo, Vt nemo niſi Clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus aduenicns, aut infans à trimatu, & infrà in toto Lemouicino ſepeliretur: nec in alium Epiſcopatum ad ſepeliendum portaretur: diuinum officium per totas Eccleſias latenter ageretur, ſed baptiſmus petentibus tribueretur: circa horam 3. ſigna ſonarent in Eccleſijs omnibus, & omnes proni in faciem pro tribulatione, & pace funderent preces: pœnitentia, & viaticum in exitu mortis tribueretur: altaria per omnes Eccleſias ſicut in paraſceue nudarentur: cruces & ornamenta abſconderentur, quia ſignum luctus & triſtitiæ omnibus eſt: ad Miſſas tamen, quas vnuſquiſq; Sacerdotum ianuis Eccleſiarum obſeratis faceret, altaria induerentur, & iterum poſt Miſſas nudarentur: nemo in ipſa excommunicatione vxorem duceret: nemo alteri oſculum daret: nemo Clericorum, aut laicorum, vel habitantium, aut tranſeuntium in toto Lemouicino carnem comederet, nec alios cibos quam illos quibus in quadrageſima veſci ſolitum eſt: nemo Clericorum, aut laicorum tonderetur, aut raderetur quovſque dicti Principes, & capita populorum Concilio obediant. ſic ea Synodus. Atque ex ea interdictorum ſeueritate nonnunquàm plures per annos omnis populus ſacris priuatus eſt, puta Luſitania per 12. nec aliam ob cauſam quam quod Rex Alphonſus ſpreto coniugio pellicem haberet. Erat tamen multis virtutibus laudabilis, ait Mariana. Sic ſub noſtris Philippis 1. & Auguſto: ſic ſub Ioanne Anglorum Rege per aliquos etiam annos, adeòvt corpora defunctorum de ciuitatibus, & villis efferrentur, & more canum in biuijs & foſſatis ſine orationibus, & Sacerdotum miniſterio ſepelirentur, inquit Mathæus Paris, & ante illum Gaufridus Vindocin. ac Iuretus ad epiſtol. 50. Iuonis. Namque interdictis, & excommunicatis ſepulturam negari in vſu perpetuò fuit omnium gentium, vel ethnicarum.

Lib. 13. cap. 12. hiſtor. Hiſpan.

Math. ad an. 1208 Gaufrid. epiſt. 16. 17. Diodor. Sicul. lib. 16. biblioth. de Phocenſib. Heliodor. hiſt. Æthiop. lib. 7. Plutarch. de 10. orat. in Hyperide & Solone.

Is ergo interdictorum rigor quem ſacra Baſileénſis Synodus confirmauit, hoc ſolum vetans ne ea ponerentur niſi ex cauſa,

Digitized by Google

ſeu culpa Vniuerſitatis, vel domini, ſeu rectoris locorum, vel officialium: non autem propter culpam, ſeu cauſam alterius cuiuſcumque perſonæ niſi domini, ſeu rectores, vel officiales ipſorum locorũ hanc requiſiti ejicere, negligerent. Quod Leo 10. repetijt in concordato. Quorſum ergo potiùs ob domini, vel officialium delictum quam alicuius priuati, niſi vt inde commoti ſubditi, vel hunc cogerent Eccleſiæ ſatisfacere, vel huic rebelles fierent? At quam funeſta ſit iſta cogitatio, quamque infœlices exitus produxerit, ſatis patebit ex hiſtoria quam de Imperatoribus, & Principibus depoſitis promittimus. Solent verò Principes omni arte, omnique vi adigere Sacerdotes, vt non obſtante interdicto vacent diuinis, provt de Ioanne Anglo refert Mathæus Paris. Quin eò proceſſerunt interdicta, vt eis finis non eſſet, niſi populo ſatisfaciente ciuiliter pro Principe qui cauſam illorum fuerat, etiamſi in exilium iſſet: Quod ſi Eccleſiaſtica perſona occiſa eſſet, totum oppidum in quo cædes contigerat, excommunicabatur, quovſque ſatisfeciſſet pro homicidio, etiãſi cauſam ei non dediſſet: vt refertur inter centum grauamina in comitijs Norembergenſibus expoſita Oratori ſummi Pontificis anno 1522. Sed hoc quantum duriùs, ſi non iniquiùs, interdici mulieres debitum naturale præſtare maritis? Eo tamen vſque venit per legatum ſuum Pius 2. in Cazimirum animatus, vt refert Cromerus tomo 2. Polonicarum rerum. Sanè Bonifacius 8. eam interdictorum ſeueritatem aliquatenus temperauerat, idque temperamentum ſequutæ ſunt Synodi Rhemenſis, & Trecenſis: nempè vt ad pœnitentiam omnes admitterentur, exceptis excommunicatis, quibus ſacra non miniſtrarentur, niſi in articulo mortis: & ſacrum officium celebraretur ianuis clauſis, præterquam in feſtiuitatibus Natalis Domini, Paſchæ, Penthecoſtes, & Aſſumptionis B. Mariæ: in quibus diebus ſoli excluderentur excommunicati.

Seſſ. 10.

Bſouius d. loco.

Ex Bochel. lib. 2. decret. tit. 15. cap. 4.

XXXIII. Iam verò an excommunicatio, & interdicta pro qualibet re, etiam temporali poni debeant, & pro rebus quæ non ſunt ſpirituales quærit Gerſonius illuſtris famæ, pietatis, doctrinæque in Theologia præcipuæ quaſi recordatus Imperatorum, & Principum toties pro temporalibus Eccleſiæ excommunicatorum, quæ nemo dixerit purè ſpiritualia eſſe, ſed ſpiritualibus annexa: ponenda non eſſe ex eo probat quod excommunicatio ſit baculus purè ſpiritualis, proptereaque non aſſumendus ad protectionem

Lib. de vita ſpirituali animæ corollar. 11. Propoſit. 5. ac tit. de Eccleſiaſt. poteſt cõſiderat. 4. ſub f.

rerum temporalium, quoniam res temporales non debent conſeruari, vel repeti cum maiore detrimento eorum à quibus repetuntur, quàm ſit vtilitas proueniens apud repetentes. Sed excommunicatio maius damnum infert quam ſit vtilitas vlla temporalis: ergò non eſt inferenda pro re temporali. Neque videri æquum vt Eccleſia in ſceleribus vindicandis atrocior ſit iuſtitia ſeculari, cui ſufficit in corpora ſæuire. Et ſi non pro qualibet contumacia infligitur mors apud Principes ſeculares, quæ eſt iſta Eccleſiaſticæ libertatis manſuetudo vt paſſim pro ſimilibus, aut minoribus culpis ſpiritualem inferat mortem? Hæc ille; poſtquam propoſuit expediens eſſe, vt nulla ſententia excommunicationis ferretur niſi pro contumacia facta in rebus purè ſpiritualibus, & vbi tranſgreſſor vergit manifeſtè in diſſipationem fidei & ſuæ libertatis, ſicut eſt de hæreticis, & ſchiſmaticis, eorumque fautoribus.

Can. 72. Verùm Apoſtoli præſcripſerunt licitam eſſe, ſi ex illis eſt canon quo ea mulctatur, Si quis deprehendatur vas aureum, & ſanctificatum in vſus prophanos aſſumere. deinde Vrban. 1. Anathema Maranatha (quod eſt ſummum execrationis genus) illis dixit, qui prædia vſibus ſacrorum cæleſtium dedicata vexarint. denique Gregorius Magnus, Nicolaus 1. & quotquot Pontifices priuilegia Eccleſiis, & Monaſteriis irrogauerunt, tam pro perſonis, quàm pro bonis illorum, adiecerunt perpetuò in violatores pœnam excommunicationis: quam etiam Epiſcopi Galliæ petierũt à Ioanne Papa in eodem caſu confirmari: atque ipſi priuilegium concedentes Monaſteriis anathematis pœna terrebant temporalium, quæ ad ea pertinebant, violatores vt tribus annis à Communione eſſent alieni, referente Marculpho in formulis. nec eſt quod his adjiciamus quæ à ſanctis Patribus pro conſeruatione huiuſmodi temporalium ſancita compilauit Gratianus. Namque extra dubium eſt res temporales, quæ ſacræ ſunt, maximæ venerationis eſſe, & ſemper fuiſſe etiam apud Gentiles quorum lex erat: Qui ſacrum, ſacrove commendatum clepſerit, rapſeritve parricida eſto. At parricidas excludi ſacris, temploque teſtatur illud Statij,

Gregor. epi. 10. lib. 11. epiſt. 117. lib. 7. indict. 2. Nicol. 1. epi. 25. Innocent 4. Alexand. 4. pro Monaſter. Bozaunienſi apud Laugium in Chronic. Citizenſi ad ann. 1248. 1256. Aimoin lib. 5. cap. 57. Marculph. lib. 1. formula 1. Cauſa 17. qu. 4.

Lib. 5. Syluar.

----------- adeſte
Dijque, hominesque ſacris: procul hinc procul ite nocentes:
Si cui corde nefas tacitum: feſſique ſenectus
Longa patris.

Itaque

Itaque debellatis Phocenſibus impoſitum, eſt vt neque ſacrorum, neque Amphyctionici conſilij participes eſſent donec ſubreptas pecunias Appollini Delphio perſoluiſſent, vt refert Gemiſtius. & apud Thucydidem Megarenſes quod ſacrum ſolum colerent aratro, ſicque prophanum redderent, ab Athenienſibus interdicti ſunt ſuis portubus, & Attico foro, quod erat illos pro excommunicatis habere, ob id ſe ab eorum ſeparantes communione. Ergò iure, meritoque excommunicatione feriuntur qui temporalia Eccleſiæ ſubripiunt, vel vſurpant, & inuadũt. Hinc Ioan. 8. iubet ſub pœna excommunicationis Carolum Craſſum Imperatorem reſtituere intra 60. dies quæ Monaſterio abſtulerat.

Gemiſt. lib. 1. de geſtis Græcor. Thucyd. lib. 1.

Epiſt. 42.

XXXIV. Quoniam verò iam diximus excommunicationem, vel iniuſtam timendam eſſe, reſtat videre quodnam ſit remedium aduerſus illam: & quidem ſi ab inferiore lata ſit, prouocandi ius eſt ad ſuperiorem vel Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, vel Primatem, & ab illis ad ſummum Pontificem. quod ſi ipſe Pontifex excommunicauerit, quia regulariter non habet ſuperiorem in terra, ab eodem abſolutio petenda erit: nec enim Iudicis licet iniqui detrectanda eſt ſententia: quemadmodum & in foro prophano ſupremorum Iudicum Senatuſconſulta quantumvis æquitati repugnantia ſuam vim obtinent quovſque ſupplici libello reformentur per eoſdem Iudices. Sic ſe habet rerum ordo, qui non ſubſiſtit niſi obedientia: & quod aliquando priuatorum decreſcit commoditatibus, vtilitate publica compẽſatur: Quid ſi iniquum ſe præſtet in abſoluatione recuſanda? num perpetuò ſacris priuabitur aliquis? ſanè hoc durum. Sed aduerſus tantam poteſtatem difficilè eſt remedium, maximè quando omnes Eccleſiaſtici ita pendent ab illo vt plerumque formident contra eius decretum quidquam audere. Mehercle ardua hæc ſunt, nec modicum ſcrupulum faciunt: vnde vt homines ad peiora non cogantur præſtat ſummum Pontificem inexorabilem ſe non præbere vbi de conſcientia, ſtatuque animæ agitur: quandoquidem verum ſit plures nimia ſeueritate Antiſtitum ad hæreſim prolapſos eſſe. & rectè Vindocinenſis Abbas: tunc à Sathana quis circumuenitur quãdo ſub ſpecie iuſtitiæ illum per nimiam triſtitiam perire ſinit, qui potuit liberari per indulgentiam.

Noſtri verò maiores aduerſus nimiam illam ſeueritatem cen-

Digitized by Google

ſurarum Apoſtolicarum duo remedia introduxerunt, videlicet prouocationis ad Concilium quod Pontifice ſuperiùs crediderunt, vel ad ipſummet Pontificem meliùs conſultum: & prouocationem ab iſta cenſura tanquam ab abuſu ad ſupremam Curiã. & quoniam hoc poſteriùs remedium priori ſucceſſit quod iam ferè antiquatum eſt niſi fortè in cauſa ſupremorum Principum, hinc fit vt Curia non ita de appellatione cognoſcat, quin quod eſt maieſtatis ſummi Pontificis, reſeruet. Solet enim decernere vt excommunicatus ſe ſiſtat apud eum quamprimum poterit per ſe, aut procuratorem abſolutionem exoraturus: interim verò vt ab Epiſcopis inferioribus impetret abſolutionem ad cautelam ob caſum mortis hominibus ſemper imminentis: præſertimque Regibus qui mille inſidiis, maximè dum bella gerunt, expoſiti ſunt. Quod ſi alicuius inferioris perſonæ impulſu quis excommunicatus ſit ab eodem Pontifice iniuſtam ob cauſam, ſolet ead. Curia appellantem ab abuſu ſuſcipere, & iubere aduerſario vt ſuis ſumptibus abſolutionem illi procuret; ni pareat, grauibus pœnis coërcetur. Interim verò iubetur diœceſanus Epiſcopus excommunicatum abſoluere ad cautelam. Quod & aduerſus iniquas aliorum Epiſcoporum cenſuras præcipere ſolet nonobſtante Concilij Tridentini contraria ſanctione, & aliquibus Synodis Gallicanis antiquatis quæ cenſuras pronuntiauerunt in Iudices temporales de excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententiis, an iuſtæ ſint, notionem ſuſcipientes. apud Hiſpanos autem praxis eſt legibus Regiis ſancita, vt qui opprimuntur cenſuris Iudices Regios adeant: ipſi verò compellant Iudices Eccleſiaſticos vt vim auferant, & niſi obediant, ſuis temporalibus priuentur. Atque id potiſſimum obſeruatur pro Eccleſiaſticis ipſis quando appellantes à Iudice Eccleſiaſtico ad ſummum Pontificem non audiuntur, &, vt appellationi renuntiare cogantur, excommunicantur.

Styl. Parlam. pars 6. nu. 55. 57. pars 7. nu. 18. Cõſtitutio Ludouici 11. ead. parte 7. Papon. tit de appellat. ab abuſu lib. 19 arreſto 5. cum additam.

Seſſ. 25. cap. 3. in decret. de reformat. Côcil. Pictauienſi & Bituricenſi ex Bochello lib. 8. decret. cap. 55. 25. & 38.

Couarr. tom. 2. pract. quæſt. cap. 35.

CAPVT II.

PONTIFEX ROMANVS NVLLIVS gladio ſpirituali ſubiectus eſt, quia in hæreſim cadere non poteſt, ex qua ſola animaduertere in eum liceret.

LECTIO.

1. *Etiam Epiſcopi agnouerunt Pontificem Romanum à nemine iudicandum.*
2. *Non auſi fuerunt condemnare Marcellinum. Alia exempla.*
3. *Ioannes dictus 12. ab Epiſcopis depoſitus: ſed non fuit legitimus Pontifex.*
4. *Imperatorum in Pontifices Romanos tyrannis pro iudicio eſſe non debet.*
5. *Inanis quæſtio an ob hæreſim iudicari, & deponi queat Pontifex Romanus.*
   Quia errare in fide non poteſt.
6. *Argumentum quo D. Auguſt. Marcellinum à fama idololatriæ vindicauit, prodeſt alijs eiuſdem Sedis Pontificibus hæreſis calumniatis.*
7. *De Honorio cui vt Monothelitæ anathema dictum eſt in Concilio Conſtantinop.*
8. *Plurimi Epiſcopi licet verè orthodoxi, ſanctique pro hæreticis diffamati fuerunt. Exempla.*
9. *Chriſti promiſſa de certitudine fidei D. Petri: ideoque ſucceſſorum eius.*
10. *Adeo creditum Pontifices Romanos errare in fide non poſſe vt orthodoxi, aut hæretici reputati fuerint, qui cum illo ſentirent, aut diſſentirent.*
11. *Ad eos referri debent fidei quæſtiones.*
    Teſtimonio D. Bernardi, & ante illum D. Cypriani.
12. *Inde hæretici confirmationem ſuæ ſectæ ab eo conati ſunt extorquere: ſed fruſtrà.*
    Exemplum à Liberio.
    Is tamen hæreſis calũniatus eſt.
13. *De abnegatione D. Petri.*
14. *Reprehendi non iudicari poteſt ab inferiore ſuperior.*

ERGO Maieſtati Pontificis Romani, vt Principis Eccleſiarum, iure meritoque gladius ſpiritualis competit in omnes quoſcumque: in eum vero nulla eſt gladij eiuſdem poteſtas, quia non habet ſuperiorem à quo exerceatur. Quod ipſi etiam Epiſcopi ſenſerunt, quando vna voce toties proclamauerunt, A nemine I.

Digitized by Google

iudicandum eum eſſe, ſed ipſiuſmet iudicio reſeruandum: vt in Synodo Romano ſub Sylueſtro 1. præſente etiam Conſtantino magno, qui huic ſententiæ ſubſcripſit: Atque ante illam Synodum, Marcellinum, licet idololatriæ conuictum (ſiquidem vera
II. eſt hiſtoria, falſam enim aſſerit D. Auguſt.) declarauerint tamen ſe non iudicaturos, at ipſe cauſam ſuam iudicaret. Quod verò additur (iacentem eum in terram damnauerunt,) hæc damnatio fuit approbatio damnationis quam in ſe eo geſtu, eaque proſternatione pronuntiabat. Vel potiùs damnauerunt crimen quod ille fatebatur non item hominem: adeò enim non damnauerunt, vt non deſierit eſſe Pontifex: quanquam ſatis notum ſit alios Epiſcopos in idololatriam lapſos ſedibus ſuis deponi ſolitos eſſe. Et cum ſub Valentiniano 1. Xiſtus falſo ſtupri inſimularetur, ipſeque vellet cauſam ſuam diſcuti, Maximus exconſul reſpondit, & dixit: Non licere aduerſus Pontificem dare ſententiam. Denique Synodorum quæ aduerſus Symmachum, Pelagium 1. Leonem 3. & Paſchalem congregatæ ſunt, eadem fuit proteſtatio. Quod ſi Ioan. 12. legimus atrocibus vitijs accuſatũ in Concilio Romano tum imperante Othone 1. & depoſitum illum fuiſſe Concilij ſententia: præterquam quod reprobatur hoc Concilium à Baronio, & Conciliabulum vocatur, (licet alia Onuphrij ſit ſententia, aſſerentis Leonis electionem ex eo Concilio validam, & legitimam fuiſſe) nihil ea depoſitione quidquam præiudicij factum eſt Romanæ Sedis: dignitati quæ violata cenſeri non debet in eo, qui dici non potuit verus & legitimus Pontifex: conſtat enim Ioannem intruſum & ſymoniacè promotum fuiſſe: vt qui Alberici patris tunc Romæ tyrannidem exercentis potentia fretus occupauerit Pontificiam ſedem. At Symonia non in pretio ſolo conſiſtit, ſed in gratia, & fauore: maximè vero electio iudicatur irrita ſi per vim non liberè fiat. Vnde famoſum illud ſchyſma, quod tot annos Eccleſiam afflixit enatum ex electione Vrbani qui 6. dictus eſt, minis & violentia populi Romani facta.

Anaſtaſ. in Leone 3. Aimoin. lib. 4. cap. 90. Plat. in Leone. Paul. Æmil. in Carolo magno. Regino in Chron. Chronicon Reichſperg. Annales à Pithœo editi.

III.

An autem Concilio generali poteſtas ſit in eumdem Pontificem ad iudicandum & deponendum illum, (nam Eccleſijs & Synodis particularibus id iuris non eſſe omnes fermè orthodoxi
IV. conſentiunt,) iam ſuprà illam quæſtionem profectò ſupprimendam, ſobriè attigimus. Porrò nihil morari nos debent perſecutiones, quas ſubierunt Pontifices Romani ab Imperatoribus

Digitized by Google

ethnicis, vel etiam Chriſtianis, verùm aut hæreticis, aut ſua poteſtate temporali abutentibus quoniam Romæ dominabantur: hoc enim non ius, ſed tyrannis fuit: quæ non impedijt quominus Eccleſia pro Pontificibus habuerit, quos illi iniuria depoſuerunt: puta Liberium à Conſtantio, & Vigilium à Iuſtiniano Imperatore: adeò vt nec Pelagium Vigilij ſucceſſorem admittere voluerint Romani, quod eum conſcium afflictionum eius putarent, quovſque coram & publicè ſacramento ſe innocentem aſſeruit, vt referunt Anaſtaſius, Luithprandus, & alij authores: tantumque diſplicuit Liberij depoſitio, & Fœlicis in eius locum ſubrogatio, vt inde magna contigerit in Clero ſeditio, quæ per cædes Clericorum, & Præſbyterorum graſſata eſt. Sic Anaſtaſius: ampliúſque Theodoretus, Sozomenus, Socrates, & Nicephorus ſcribunt coactum Imperatorem reuocare illum ab exilio, quia niſi reuocaretur, Populus Romanus tendebat ad rebellionem.

Quid ſi ſummus ille Pontifex in hæreſim prolabatur, nonne obnoxius erit iudicio eccleſiaſtico, vt deponatur? Inanis equidem quæſtio ſupponens quod, Deo ſuam Eccleſiam protegente, nunquam fuit, nec futurum eſt: quidquid gannire ſoleant etiam inter orthodoxos nonnulli de Marcellino, Liberio, Honorio, alijſque, ac ipſa D. Petri abnegatione: ſed D. Auguſtinum audiant de Marcellino, & cum audierint, taceant etiam de cæteris. V.

Quid, inquit, iam opus eſt vt Epiſcoporum Romanæ Eccleſiæ, quos incredibilibus calumnijs inſectatus eſt (nempè Petilianus) obiecta ab eo crimina diluamus? Marcellinus, & Præſbyter eius Melchiades, Marcellus, & Syluеſter traditionis codicum diuinorum, & thurificationis crimine ab eo arguuntur: ſed nunquid etiam ab eo conuincuntur, aut conuicti aliqua documentorum firmitate monſtrantur? Ipſe ſceleratos & ſacrilegos dicit: ego autem innocentes fuiſſe reſpondeo: quid laborem probare defenſionem meam, cum ille nec tenuiter probare conatus ſit accuſationem ſuam? Sic D. Auguſtinus: & quidem argumento pro Liberio, Honorio, alijſque Pontificibus Romanis quibus hæreſis calumnia impoſita eſt. Vbi enim conuicti, & condemnati fuerunt? VI. De vnico baptiſmate contra Petilianum cap. 16.

At Honorio velut Monothelitæ anathema dictum eſt in Concilio Conſtantinopol. 6. ſed poſt mortem eius cum defendere ſe non poſſet, & abnegare epiſtolam, vel corruptam dicere vnde VII.

Digitized by Google

Monothelita dicebatur. Quoad vero vixit nemo eum hæreticum dixit, nemo abrogandum. Quod ſi hæreticus extitiſſet, an in tanto capite obſcurum fuiſſet: quin potiùs omnium oculis patuiſſet, vnde ab omnibus orthodoxis execratus fuiſſet? Et ſi eum errorem habuiſſet, potuiſſetne ſe continere quin ea qua poterat authoritate illum vbique diſſeminaſſet, ad eumque confirmandum Synodos coëgiſſet, maximè cum ei Conſtantinopolit. Patriarcha, & complures alij Epiſcopi eadem tunc hæreſi laborantes ei ſuffragati eſſent? Denique ridiculum eſt ab exteris diffamatos eſſe de hæreſi aliquos Pontifices Romanos, cum in ſua ipſi Eccleſia pro orthodoxis culti fuerint, tantum abeſt vt damnarentur: & profectò damnauiſſet ea Eccleſia, quam ſancti Patres intemeratæ fidei agnouerunt, vt ſuprà notauimus.

VIII. Sanè & Liberius, & Honorius, alijque potuerunt ab inimicis velut hæretici diffamari, non ſecus ac Victor Theodoti coriarij (qui Chriſto diuinitatem auferebat) hæreſi conſenſiſſe calumniatus eſt, quamvis ipſum Theodotum Chriſtiana communione interdixiſſet: nec ſecus Græci Symmachum pro Manicheo reputauerunt, vt ipſe refert, licet Manicheos adeò deteſtaretur, vt illos exilio relegaret, & illorum codices combureret. Nec aliis quibuſdam Patribus parcitum eſt. Nam D. D. Baſilius, Martinus & Hieronymus de eadem ſibi inuſta calumnia queſti ſunt. Deinde ſcitum eſt, & iamdiù notatum à Rufino in apologia quam ſcripſit pro Origene, corruptos fuiſſe aliquando orthodoxorum libros, vnde poſtea hæretici ſuam opinionem velut illorum authoritate faciliùs diſſeminarent: cuiuſmodi plurima recenſet ille exempla, & inter alia Hilarij Pictauienſis Epiſcoporum Synodo damnati, quaſi authoris errorum quos in eius libro inſeruerant hæretici. Quod exemplum de Hilario licet refellat D. Hieronym. teſtatur tamen plurima Apoſtolicis viris adſcripta eſſe ab hæreticis. maximè verò Epiſcoporum Romanorum epiſtolas corruperunt, vnde querela Clericorum Apamenſium ad Conſtantinopolit. 2. Patres. Sic Clementis libris, qui recognitio dicuntur, Eunomij dogma inſertum eſt: atq; eumdem Rufinum notat idem Hieronym. auſum eſſe ſub nomine Xiſti Pontificis Romani librum edere plenum erroribus, præſertimque Pelagiſmo. cui libro (tanta eſt tanti Pontificis authoritas) D. Auguſtinus contra Pelagianos ſcribens non auſus fuerat directò contradicere: videlicet ne hæreſis argueret Sixtum qui credebatur

Euſeb. lib. 5. hiſtor. Eccleſ. cap. 17.

Epiſt. ad Anaſt. Imperat.

Baſil. ep 75. Hieron. ep. 77. Sulpit. lib. 2.

Lib. 1. aduerſ. Rufin.

Idem lib. 4. ca. 22. in Hierem.

Photius in Bibliotheca meminit cuiuſdã hæretici Andreæ Recluſi ſoliti hæreticorum libros inſcribere nomine alicuius doctoris orthodoxi, vt ſic velut Catholici legerentur.

Digitized by Google

illius author: at ſi hæreſis capax eſſet Pontifex Romanus, quare non auderet arguere? verùm prauas ſententias in rectum interpretabatur: cognitoque deinde nomine ſeipſum retractauit. Lib.1.cap.46. retract.

Itaque cum liqueat impoſitum eſſe, & imponi poſſe piis Epiſcopis, inde procedere potuerunt falſi rumores de nonnullis Pontificibus Romanis: vt tandem concludere liceat cum nihil certi de iſtis rumoribus habeamus, eos credendos eſſe potiùs falſos, quam veros: id enim vult charitas vt in meliorem partem & famam inclinemus vbi contrarium non apparet.

Tum etiam quod id conforme eſt verbo Chriſti promittentis Petro, quando ſuper eum fundauit Eccleſiam ſuam, Non præualituras portas inferi aduerſus eam: & ſpeciali priuilegio dantis ei, Vt non deficeret fides eius proindeque confirmaret fratres ſuos. quomodo enim non præualerent ſi caput eius in hæreſim labi poſſet, vnde maxima foret Eccleſiæ labes? & quomodo confirmaret qui ipſe in ſoliditate fidei non perpetuò ſtaret? IX.

Sed ea fuit omnium vbique Eccleſiarum ſententia in eo capite fidei certitudinem eſſe, adeò vt pro orthodoxis haberentur qui cum eo ſentirent, & pro hæreticis qui non ſentirent. X.

Indeque hæreſis ſuſpecti, aut accuſati non meliore via hanc calumniam, aut ſuſpicionem auertebant, quam ſi ſe profiterentur idem credere quod Romanus Epiſcopus. Sic Rufinus eodem crimine inſimulatus ad Anaſtaſium vrbis Romæ Epiſcopum reſcripſit, ea ſe tenere quæ Apoſtolica ſedes docere, & tradere conſueuit: & Flauianus Antiochenus Paulinum & Appollinarem prauæ opinionis ſuſpectos habens interpellauit eos duntaxat an Papæ Damaſi fidei adhærerent. & ad Appollinarem, Melitius conuerſus: Miror, inquit, quod à veritate reclames, cum Damaſus apertè dicat, Verbum Deum integram noſtram naturam aſſumpſiſſe. ergo aſſertio Damaſi pro veritate illi erat, cur niſi quia eum falli non poſſe cenſebat? ſic etiam cum in Calchedonenſi Synodo, Theodoritus Epiſcopus diceretur Neſtorianus, non reſpondit vt obiecta refelleret, ſe decreto Concilij ſubſcribere: at Leonis epiſtolæ. hocque audito omnes ſucclamauerunt Epiſcopi Theodoritus dignus eſt Eccleſiæ Sede: Archiepiſcopo Leoni multos annos. Quid vero non molitus eſt[a] Anthemius Conſtantinopolit. vt probatus eſſet Romano Pontifici? adeo vt cum initio clam hæ-

D. Irenæus ait confundi eos qui præter quã oportet colligũt, per fidem quæ à Petro, & Paulo in Eccleſia Romana fũdata ad ſucceſſiones Epiſcoporùm peruenit lib. 3. cap. 3. Ætate Liberij Epiſc. ob hæreſim ſedibus pulſi non eas ante receperũt quam legatis Romam miſſis profeſſionem fidei feciſſent. Athanaſ. apol. 2. Baſil. epi. 74. de Euſtathio Sebaſtiæ in Armenia Epiſcopo. D. Epipha. hæreſi 75. nec abſimili modo Petrus in Alexandrina Sede confirmatus eſt contra Lucium cum Roma rediens, litteras attuliſſet quibus confirmabatur eius fides.

a Refertur in 5. Synodo act. 5.

reticus eſſet, nolletq; ſe prodere, palã promiſerit ſe omnia factur ũ quæcũq; ſummus Pontifex magnæ ſedis Apoſtolicæ decerneret: & ad Patriarchas ſcripſerit, ſe per omnia ſequi Apoſtolicam ſedẽ.
Facundus li. 2. pro defenſ. cap. tulor. Nec ſecus Menna huic ſubrogatus cum inſtante Iuſtiniano Imperatore ſubſcripſiſſet tribus capitulis, quæ Romana Eccleſia improbabat, vt ſuo loco in lib. de ſchyſmate Conſtantinopolit. exponemus, ob idque à legato Romani Pontificis conueniretur: non auſus eſt quod fecerat aſſerere: quid niſi quia fecerat contra voluntatem Principis Eccleſiaſtici, quæ in ea re potior erat decreto Principis ſecularis. Imò ne illum offenderet, cenſuraſque incurreret, & depoſitionem declarauit ſe non priùs ſubſcripſiſſe quam iuramentum ab illis exegiſſet, qui chirographum ſubſcriptionis ab eo receperant, ſe id ei reddituros ſi Romanus Epiſcopus non probaret. Denique Epiſcopi ituri ad Imperatorem pro neceſſitatibus Eccleſiarum ſuarum accipiebant à Synodo Prouinciali formatas, ſic vocabant, epiſtolas ad Romanum Pontificem, ab eoque ad Imperatorem, vt apparet ex Concilio Africano ſub Innocentio 1. ex quibus verè orthodoxi cenſerentur, Can. 73. quia nempè communicabant cum orthodoxorum Principe, qui aliùs quam orthodoxus eſſe non poteſt. Quod ſi ab alio Epiſcopo accepiſſent commendatitias litteras, hæ non impediebant quin lator illarum de fide interrogaretur, vt ſcripſit Zonaras, licet ſchyſmaticus, ad can. 32. Apoſtolorum. Quidquod etiam in Concilijs generalibus Epiſcopi proteſtati ſunt ſe idem credere quod Pontifex Romanus, & deciſionum fidei, quæ ibi cœptæ fuerant, confirmationem ab eodem petierint, vt ſuis locis vidimus? Sanè ridiculum fuiſſet ei tantoperè, & abſque vlla hæſitatione deferre, niſi indubitatum eſſet eum in fide errare non poſſe.

XI. Ergò non magis verè quam piè D. Bernardus ad Innocentium: Ad Apoſtolatum veſtum referri oportet pericula quæque & ſcandala emergentia in regno Dei, ea præſertim quæ de fide contingunt. dignum namque arbitror ibi potiſſimum reſarciri damna fidei vbi fides non poſſit ſentire defectum. Hæc quippè huius prærogatiua ſedis eſt. Cui enim alteri aliquando dictum eſt, Ego pro te rogaui Petre ne vnquam deficiat tua? ſic Bernardus: Idque plura ante ſecula probauerat aliquatenus D. Cyprianus ſcribens ad Cornelium, vt habito ipſe Concilio confirmaret decretum Carthag. Concil. de lapſis pœnitentibus: vnde ſciretur Ep. 57.

eum

eum (id eſt Cyprianum) non leuiter egiſſe. itaque Cornelius ad omnes vbique Eccleſias ſuam confirmationem ea de re direxit: quod nemo alius vix auſus eſſet, ob defectum poteſtatis. Atque idem Cyprianus ad Stephanum Pontificem ſcribens, ait, conferendum illi oportuiſſe de eo quod in Concilio, nempe Africano, ſtatutum fuerat: nempe de lapſis: ac tandem ex aliis eius epiſtolis videre licet quantum in ſua de iſtis ſententia confidat, ex eo quod Cornelio, & Lucio probata fuerit. vt mirum videatur quod eiuſdem Pontificis authoritati reluctatus fuerit in praua opinione quam imbiberat de hæreticis rebaptizandis, vt alibi vidimus.

Epiſt. 72.
Epiſt. 67. 68.

XII. Poſtremò non ipſi hæretici conati eſſent, aut ſua dogmata adtribuere quibuſdam Pontificibus Romanis, vt iam notauimus, aut eorum calculum ſuæ ſectæ mendicari, ſed fruſtrà, ſiquidem non errante cathedra, niſi quod ſcirent valitura eſſe ea dogmata pro veris ſi crederentur eſſe horum Pontificum. Qua ratione cum viderent Arriani Liberium oſorem ſuæ ſectæ, & putarent ſe omnes in eam facilè tracturos ſi hunc Pontificem ad ſuas partes allicerent, obtinuerunt à Conſtantio vt litteras & dona mitteret quibus induceretur Athanaſij condemnationi ſuum conſenſum dare: ex quo ſequeretur non eum eſſe orthodoxum. At Liberius poſtulatis non annuit, dona reiecit, grauiterque obiurgauit oſtiarium quod reiecta paſſus eſſet à miſſo Imperiali Romanæ Eccleſiæ conſecrari. Is tamen eſt Liberius quem ferunt tandem exilij tædio eidem condemnationi ſubſcripſiſſe, & cum Arrianis communicaſſe licet eorum hæreſim damnaret, quanquam locupletiſſimi authores Theodoretus, Sozomenus, Socrates, & Nicephorus eum forti animo perduraſſe in vera fide ſcribant: tantumque abfuiſſe vt exilij tædio coactus Arrianis ſubſcriberet, quin contra illos ſcriberet. Sed erroris in quem nonnulli prolapſi ſunt vt Liberio imponerent, Arriani authores fuerunt, qui cum nulla vi, nulliſq; opibus ad ſuas partes eum traducere potuiſſent, libellos ediderunt in quibus mentiti ſunt Liberium aſſeruiſſe filium patri diſſimilem eſſe, quæ illorum erat nefanda hæreſis. Ac ea fuit temporis iniquitas, vt quod Fœlici in eius locum intruſo competebat nimirum cum Arrianis communicatio ei detraheretur: & imponeretur Liberio quem ſancti etiam Doctores prædicauerunt Beatiſſimum.

Athanaſ. ad ſolitar. Socrat. lib. 4. cap. 11. Baſil. ep. 74. Epiph. hæreſ. 75.

Vide Baron. ad an. 357.

Lib. 2. cap. 17. Lib. 4. cap. 14. Lib. 1. cap. 29. Lib. 9. cap. 37.

Photius licet ſchiſmaticus excerpſit vitam D. Athanaſij in qua dicitur Fœlici vindicta diuina cōtigiſſe, vt ſtatim oculis priuaretur, & poſtea peſtilenti morbo conſumeretur.

Superſedeo alias in alios Pontifices Romanos coniectas de hæreſi calumnias recenſere, & refellere. Nam hoc opus fuit opus

Digitized by Google

orthodoxorum Doctorum ac præcipuè Bellarmini qui euidendentibus rationibus has calumnias, meras nugas ita probant vt pudere debeat impudentiæ & obſtinationis eos qui contradicũt. Et profectò ſi errare poſſent in fide Pontifices Romani, & aliqui errantes fuiſſent, num dixiſſent Patres Romanam fidem labefactari non poſſe? Num cenſuiſſent referri oportere ad iſtos Epiſcopos de fide quæſtiones, & hæreticos eos eſſe qui cum eis non crederent? Nam quæ cautio ad eum referendi qui ipſe quoque

XIII. errare potens deciſionem erroneam reddere poſſet? Nec eſt quod abnegatio Petri obijciatur: Nam, vt animaduertit D.

homil. 83. in Math. Chryſoſtomus, non dixit ei Chriſtus, Oraui pro te vt me non neges, ſed vt non deficiat fides tua. Quapropter non vſquequaque,

Conc. in Pſal. 118. ait D. Auguſtinus, ex ore Petri in quo typus erat Eccleſiæ, verbum veritatis ablatum eſt, ſed cura & fauore Chriſti factum ne omninò fides eius euaneſceret. Denique quod notatur reprehenſus à Paulo velut errans alio loco videbimus, non ideo errantem fuiſſe quod reprehenderetur.

Iam verò indubitatum ſit ſpeciali Dei gratia datam eſſe Pontifici Romano vt in fide errare nequeat: proindeque fruſtrà hæreſis cauſam allegari ex qua ſola in eum animaduertendi ius ſit.

XIV. quod ſi quis dixerit reprehenſum eſſe à Paulo Petrum: reſpondebitur iudicatum non fuiſſe: ac reprehendi (non vero iudicari) ſuperiores ab inferioribus non inſolitum eſſe compertum eſt, vt Saulem, Dauidem, & alios à Prophetis: vt à D. Ambroſio Theodoſium magnum: à D. Bernardo Eugenium: ac ne in re notiſſima tempus fruſtra teramus, ſufficiet illuſtre apud Polonos exemplum quod Cromerus recenſet: Quemdam theologum hominem pium, & religioſum per reuelationem accepiſſe peccata Cazimiri tertij cauſam fuiſſe quod Poloni à Cruciferis victi fuiſſent: eumque ad Regem veniſſe: & aſſurgere, ſtareque iuſſo dum Dei mandata audiret ſemotis arbitris magna Dei in illum beneficia, eiuſque ingratitudinem, peccataque exprobraſſe: & niſi mutaret mentem, grauiter comminatum eſſe: quæ ſtans ille audiuit, & tolerauit.

Digitized by Google

CAPVT III.
DE TITVLIS ROMANO PONTIFICI DATIS.

LECTIO.

1. *Soli Petrus, & Paulus ſe Apoſtolos dixerunt.*
Iacobus autem, & Iudas ſeruos Chriſti.
2. *Sacerdotes & Epiſcopi primitus omnes, qui ſacra conficiebant, dicti fuerunt, deinde Pontifices.*
3. *Epiſcopi nomen, & Pontificis vnde apud Gentiles.*
4. *Vnde apud Chriſtianos.*
5. *Papæ nomen datum olim etiam minoribus Sacerdotibus.*
6. *De conſtitutione Carthaginienſis Synodi ne primus Epiſcopus appellaretur Exarchus Sacerdotum, aut primus Sacerdos.*
D. Auguſtini ſententia.
7. *Itaque nullus olim ſpecialis titulus fuit Romano Epiſcopo.*
8. *De Vniuerſalis titulo inter Pontificem Romanum, & Archiepiſcopum Conſtantinopolit. controuerſo.*
Vtrique tamen remanſit, ſed cum hac differentia, vt iſte Orientis diceretur Patriarcha vniuerſalis: ille abſolutè.
9. *Tandem rejectum hunc titulum à Gregorio magno ſequentes ex interuallo Pontifices ſibi ſolis deberi contenderunt.*
10. *Et iure.*
11. *Refutatus in Concilio Florentino, qui hunc titulum ex Concilio 1. Nicano datum Pontifici Romano aſſerebat.*
12. *Moderatio Romani Pontificis ſe Seruum Seruorum dicentis.*
13. *Revera eſt miniſter.*
14. *Non tamen ei dominatio interdicta eſt.*
15. *Omnis dominatio ſeruilis eſt.*
16. *In quo conſiſtit dominatio Pontificia.*
17. *De Sanctitatis, & Sanctiſſimi titulo.*
Et quomodo ea ſit intelligenda Sanctitas.
18. *Peccator eſt Pontifex Romanus, vt cæteri:*
Non tamen minus obediri illi oportet.

TITVLOS neque à B. Petro ſibi, neque à fidelibus ei impoſitos eſſe alios legimus, quàm vt Apoſtolus diceretur: quo etiam nomine cæteros vndecim donat Eccleſia: vt verè à Domino miſſos in prædicationem Euangelij: licet in canonicis quæ habemus Apoſtolorum ſcriptis ſoli Petrus & Paulus eo ſe inſcri- I.

Quanquã Apoſtolatũ & Apoſtolicam ſedem pro Epiſcopatu, & Epiſcopali quacũq; ſede dixerint veteres notati à Sauarone in ep. 4 lib. 6. Sidon Appollin.

bant. Iacobus autem & Iudas ſatis habuerũt Seruos Ieſus Chriſti ſe vocare: At ſeruire Deo, nonne regnare eſt? Atque id nomen, videlicet Apoſtolus, tanti fuit vt poſt Petrum, & Apoſtolos à nullo Antiſtite ne quidem Romano vſurpatum fuerit: quanquam illud fideles tribuerint aliquibus, verbi gratia magnus Dionyſius Gallorum Apoſtolus dicitur. Cæterum ſucceſſores Petri & Apoſtolorum nullo primitùs diſtincti fuere titulo, vel nomine. Sacerdotes enim, & Epiſcopi omnes dicebantur, vt quorum

II. eſt, & fuit peculiare officium ſacra populo dare, & verbum Domini annuntiare: Pontifices deinde dicti, & Antiſtites, qui Cathedris primariis inſederunt. quæ nomina, videlicet Sacerdotum, Antiſtitum, Epiſcoporum, & Pontificum, non noua erãt, ſed Hebræis etiam & Gentilibus cognita: Nam Sacerdotes ſuos

III. appellat Cic. Antiſtites cæremoniarum in orat. pro domo ſua: & non noua erant: ſed Hebræis etiam & Gentilibus cognita. Nam apud Hebræos dicente Pſalmiſta, Epiſcopatũ eius accipiat alter: & Domino Prophetam conſtituente exploratorem ſuper Iſraël, quod idem atq; eſt ac Epiſcopus. Qua etiam ſignificatione Gentiles denotabant eos qui alicui rei inſpiciendæ præfecti eſſent: ac ſcitum eſt illud eiuſdem Cic. vult Pompeius me eſſe quem tota hæc Campania, & maritima ora habeant Epiſcopum ad quem delectus & negotij ſumma referatur. Sic Romana iuriſprudentia vocat Epiſcopum qui præerat pani, ac cæteris venalibus rebus, quæ ciuitatum populis ad quotidianum victum vſui erant: itaq; Epiſcopi nomen, vt & miniſterium prophanis rebus & perſonis non ſacris accommodabatur: ſed auguſtiore vocabulo putabant Gentiles deorum ſuorum præcipuos miniſtros vocandos, ſcilicet Pontifices: vel à poſſe & facere, vt aiebat Scæuola, vel vt Varro, à reficiendo ponte Sublicio cuius curam habebant: quoniam eo mediante ſacra vls, & cis Tiberim fiebant.

l 18. §. 7. verſic. item Epiſcopi de munerib. & honorib.

IV. Primi autem Chriſtiani vtrumque nomen ſacris Dei miniſtris dederunt: Epiſcopi quidem vt qui panis cœleſtis conficiendi, cuſtodiendi, & diſtribuendi munere fungantur: ac explorandi quid vbique in ſua diœceſi geratur: adeò vt etiam ſimplices Præſbyteri, & Diaconi eo nomine vocarentur à D. Paulo. Sed Pontifices dici cœperunt maiores Eccleſiæ miniſtri non mehercle à ponte faciendo, ſed quod ſeipſos pontem facerent inter Deum, & homines: offert enim Deo bonus mediator preces, & vota populorum reportans illis à Deo gratiam, & benedictionem.

D. Chryſ. hom. 1. in epiſt. ad Philipp. c. 1. & ante illum D. Hieron. ep. ad Euagr. 85. ſic Paulus Præſbyteros Epheſinæ Eccleſiæ appellat Epiſcopos.

Digitized by Google

V.

Papæ etiam nomen omnibus Epiſcopis inditum cuncta teſtatur antiquitas. Quapropter à Romano quoque Clero D. Cyprianus eo ſalutabatur, vt quod nihil quam patrem Græcis ſonaret. Sed minores Clericos, vt Acoluthos, Lectores, Hoſtiarios cum Patres eſſe non poſſint, dictos etiam eſſe Papas vt in conſtit. Iſaaci Comneni de ſportulis Epiſcopo dandis pro ordinationibus, lector dicitur ſimplex Pappa, eſt illis minimè conueniens titulus. At Primatum, & Archiepiſcoporum, & Patriarcharum vocabula non omnibus paſſim adtributa fuerunt: nec etiam ſoli Pontifici Romano, ſed qui Epiſcopis pluribus præerant. Imò nec vſurpanda eſſe ea vocabula aliquando cenſuerunt Carthaginienſes Patres lata conſtitutione, Ne primus Epiſcopus appellaretur Exarchus Sacerdotum, vel ſummus Sacerdos, vel vllo alio tali modo, ſed ſolùm primæ Cathedræ Epiſcopus: quanquam hoc nomine donatus ſit in Concilio Calchedonenſi, & Sardicenſi vt annotauit Balſamo: & in Nicæno 2. & Aurelianenſi 1. Epiſcopi, & Antiſtites dicuntur ſummi: ac D. Auguſt. qui huic Concilio Carthaginienſ. interfuit, Quid eſt, inquit, Epiſcopus niſi primus Præſbyter, hoc eſt ſummus Sacerdos? Nec non Gelaſius Pontifex Romanus in epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ, Epiſcopum appellat ſummum Pontificem: ſic in hiſtoria Saxonica Vviticbindi Moguntinus Archiepiſcopus frequenter nominatur ſummus Pontifex.

Clodoueus in epiſt. ad Synod. Aurelian. his verbis alloquitur Epiſcopos: Domini ſācti, & Apoſtolica ſede digniſſimi Papæ.

Huic apud homerum in Odyſſea Nauſiceæ illa vox παππὰ φιλός, Pater chare.

VI.

Can. 42. & ibi Balſam.

Lib. quæſt. ex vtroque mixtim q. 10.

VII.

Ergò nullus quondam Epiſcopo Romano ſpecialis titulus, niſi quod à Tertulliano dictus ſit Pontifex maximus, Epiſcopus Epiſcoporum. At probatur Epiſcopos alios dictos etiam eſſe ſummos Pontifices, ſed Epiſcopos Epiſcoporū neutiquam: quippe quod nomen apud ſuos abhorruerunt Africani Patres in altero Concilio Carthaginienſi, cui Cyprianus adfuit. Verùm qui dicit ſummos, num etiam Epiſcopos Epiſcoporum?

VIII.

In Concilio autem Calchedonenſi quatuor perlecti ſunt libelli, nimirum Theodori, Iſchyrionis, Athanaſij, & Sophronij, quibus Leonem magnum interpellantes hunc excelſo titulo ſalutant; Sanctiſſimo, inquiunt, & Beatiſſimo vniuerſali Archiepiſcopo & Patriarchæ magnæ vrbis Romæ Leoni. Sic vniuerſalem dicentes titulo huc vſque inſolito: eoque nec à Leone nec à ſucceſſoribus eius accepto, vt ſcripſit Gregorius magnus, licet ſe vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum Leo dixerit epiſtola ad Martianum Imperatorem. Num vero qui vniuerſalis Eccleſiæ eſt Epiſ-

Lib. 7. e[p. 30.] Lib. 4. [e]p. 32. [ep. 38. &]

copus dici quoque poteſt vniuerſalis Epiſcopus ? Hunc tamen titulum reiecit Gregorius magnus quippe ſentiens eum ab Eccleſiaſtica ſanctitate, & modeſtia excludendum: exemplumque ſequutus Pelagij prædeceſſoris ſui, grauiſſimè obiurgauit Ioannem Patriarcham Conſtantinopolit. ieiunatorem dictum, quòd primus ſe vniuerſalem præſumpſerit inſcribere. Equidem leguntur acta Conſtantinopolit. 2. Concilij generalis quibus ille titulus Ioanni defertur: ſed falſitatis ſuſpecta ſunt Baronio in Annalibus ad hæc tempora, quoniam ſi ex acclamationibus Concilij datus eſſet Ioanni, non obmiſiſſet ille in ſui defenſionem has acclamationes allegare. At quidquid dixerit, vel ſcripſerit Gregor. non effecit tamen quin huic Patriarchæ concederetur iſte titulus. puta in Concilio Conſtantinopolit. 3. & vniuerſali 6. Cyrus qui dicitur Epiſcopus & Papa Alexandriæ reſcribens ad Sergium Conſtantinopolit. Patriarcham licet hæreticum, honorabili, ait, meo Domino, Principi Paſtorum, Patri Patrum, vniuerſali Patriarchæ Orientis Sergio. Et in Concilio Nicæno 2. Baſilius Epiſcopus Ancyræ & plerique alij ſic ſalutant Thariſium: Tharaſio Archiepiſcopo Conſtantinop. & vniuerſali Patriarchæ Orientis ſummo Sacerdoti. Denique cum ad Concilium Florentinum conueniſſet Orientalis Eccleſia, in eo Ioſephus Patriarcha eiuſdem vrbis donatus eſt eo titulo: iſque ſe Patriarcham œcumenicum inſcripſit in epiſtola quam moriens reliquit.

Quoad verò Pontificem Romanum licet, vt diximus, reiecta eſſet hæc inſcriptio à Pelagio & Gregorio: tamen Conſtantinus Pogonatus Imperator ſcribens ad Agathonem pro Concilio congregando, quod fuit vniuerſale 6. Sanctiſſimo, inquit, & beatiſſimo Archiepiſcopo antiquæ noſtræ Romæ, & vniuerſali Papæ. Sed eadem vtens ſubſcriptione ad Archiepiſcop. Conſtantinopolit. Deinde Epiſcopi Galliæ epiſtola Synodali Trecenſis Concilij anno 867. Reuerēdiſſimo, aiunt, & Sanctiſſimo Domino
IX. Patri, ac vniuerſali Papæ Nicolao. Denique Adrianus qui ſedebat anno 872. indignatur quod ab Imperatore Conſtantinopol. is titulus tribueretur Tharaſio, negans alij eum deberi quàm Eccleſiæ Romanæ quæ prima eſt vnamquamque Synodum ſua authoritate confirmans. & poſt illum Gregorius 7. Excelſo, ſi quis alius, animo (vt ſuis locis videbimus, potiſſimumque in hiſtoria ſchiſmatis Pontificum Roman. & Imperatorum) inter dictatus ſuos retulit ſolum Romanum Pontificem iure dici vni-

uerſalem, eique vnicum eſſe nomen in mundo. & quidem cum ſit ille Pontifex Præpoſitus vniuerſo terrarum orbi, cum arcem totius Eccleſiæ teneat: cum ſit Rector Vniuerſitatis, & caput ac X.
vertex Apoſtolorum, id eſt per conſequens omnium Epiſcoporum: & ei fuerit vniuerſalis gregis paſcendi cura commiſſa, vt ſupra notauimus ex variis authoribus: nonne ſequitur eum ſolum vniuerſalem dici debere qui vniuerſæ Eccleſiæ ſit præpoſitus? & cum ſit neceſſe ad retinendam Eccleſiæ vnitatem vnum eſſe præcipuum Paſtorem cui cæteri ſubſint, ac probatum ſit iſtam principalitatem Romanæ Eccleſiæ deberi, quis ſecura fronte vniuerſalem non eſſe eius Eccleſiæ Pontificem dixerit? Refutatus tamen eſt in eodem Concilio Florentino à Ioanne
pro Latinis ibi perorante Marcus Epheſinus præclarus apud XI.
Græcos Theologus, quòd auſus eſſet imponere Zozimum Pontificem Romanum qui ſedebat anno 417. ad Carthaginienſis Concilij Patres ſcripſiſſe Romano Pontifici iſtum titulum adtributum eſſe Nicæni primi Concilij decreto. Namque perlectis huius Concilij geſtis cum hoc decretum non inueniretur, compertum eſt iſtud meram fabulam eſſe.

Ergo quamvis Romanus Pontifex iure ſe vniuerſalem nomi-
nare potuerit, illius tamen ea ſemper moderatio fuit vt nullo XII.
ambitioſo titulo ſe ſupra fratres ſuos extulerit: imò infrà illos depreſſerit accepta humilitate à Gregorio magno, vt ſeruus ſeruorum diceretur: quod imitati quidam alij Epiſcopi, & Patriarchæ
ſeipſos viles, humileſque ſuis titulis dixerunt, vt refert Balſamo. Ad can. 41. Carth. Synodi.

Equidem Pontifices Romani ſunt Sacerdotes magni, ſummi
Pontifices, Principes Epiſcoporum, & Monarchæ Eccleſiæ non XIII.
comparatione meritorum, ſed miniſteriorum: ſummi planè inter miniſtros vt ad Eugenium Papam piè, veréque ſcribebat D. Bernardus, Qui enim Sacerdotalem dignitatem erexit Chriſtus ſcitis, aiebat, quia Principes Gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent inter eos: non ita erit inter vos: ſed quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter miniſter: ſicut Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare: & alia quorum recordatus B. Paulus ſic nos, ait, æſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei. Hinc etiam quod ſe factum ſcripſit omnia omnibus vt omnes lucrifaceret.

Hæc tamen non ita in ſiniſtrum detorquenda ſunt, vt omnem XIV.

Digitized by Google

dominationem interdictam eſſe viro ſpirituali opinemur. Num enim Chriſtus Apoſtolis dedit poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici? An non ipſe Paulus oſtendit ſibi dominationem ineſſe ſcribens ad Corinthios, Vultis in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? Nam virga ſymbolum eſt poteſtatis & dominationis, dicente Pſalmiſta, Deduces eos in virga ferrea, virga regni tui. Indeque dicitur ab Iſidoro, Baculus dari Epiſcopo vt
Lib. 2. cap. 6. de Eccleſ. off. ſubditam plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum ſuſtineat: ergò poteſtatis nota eſt, indeque Photio dicitur ablatus à legatis Epiſcopi Romani in Concilio Conſtantinopolit. vt ablata ei poteſtas Epiſcopalis cenſeretur. Quòd verò quidam volunt miniſterialem hanc dominationem eſſe, id profectò ſonant Chriſti verba.

XV. Sed quid ſunt aliud omnes Principes quam miniſtri Dei vt iuſſa illius exequantur inter populos, & populis potiùs proſint, quam præſint: præſint tamen vt proſint ſi revera ſunt Reges non tyranni? Vnde Seneca magnam fortunam, magnam ſeruitutem eſſe dixit: nec Timoleon ab hac ſententia abluſit quando ſupremum, quem inſtituit Magiſtratum, vocauit famulum Iouis. Verùm qui miniſter eſt Dei, quomodo ſuum miniſterium exe-
XVI. quetur niſi ſit dominatione, & poteſtate præditus? Habent Sacerdotes fidelibus miniſtrare ſacra, in hoc miniſtri: Habent edicere, & iubere quæ ex Deo ſunt, in hoc Domini & Principes. Atque vt non vana, & ſine re ſit dominatio, hanc ſpernentes ſequitur damnatio quam infligunt illi, non quidem bonorum temporalium diſpendio, ſed æternorum. Et infligunt non ferro, non armis: non poteſtate terrena (ſi iure ſpirituali vt par eſt vtuntur) ſed verbo, dantes contumacem Sathanæ in interitum carnis: hoc
Ad Tit. 1. eſt quod D. Paulus, ait Epiſcopum amplecti debere eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. Ergò potens, ſed ſermone. Hoc eſt etiam quod D. Bernardus ad Eugenium, Aggredere, inquit, dracones & ſcorpiones, non ferro, ſed verbo: euangelizare, paſcere eſt: fac opus euangeliſtæ, & paſtoris opus impleſti.

XVII. Supereſt Sanctitatis & Sanctiſſimi titulus qui iam ſpeciali prærogatiua Pontifici Romano tribuitur, licet quondam omnibus paſſim tribueretur: vel quia ob maieſtatem & eminentem digni-
l. 8. tota cum l. 9. §. propriè de rer. diuiſ.
tatem

Digitized by Google

tatem ſuam, quæ eſt velut ſagmen fœcialium, ab iniuria hominũ defenſus atque munitus eſt: inde enim ſanctum quid dici, vult Iuriſconſultus: vel eius eſt leges & conſtitutiones ad rem Eccleſiaſticam pertinentes ſancire: vel quia illius eſt Eccleſiæ ſponſus, quæ, vt de muliere fideli dixit Apoſtolus, ſanctificat abſque dubio ſuum ſponſum: quod vulgari exemplo probatur, nempe Vigilij 1. reſtituti in meliorem ſanctioremque mentem ſimul atque huic Eccleſiæ nupſit. Siquidem Anthimo hæretico ante Pontificatum fauens, execrari eum cœpit ſimul ac ſolio Pontificio inſedit: nec vllis cruciatibus, vt ei conſentiret, adduci potuit. Quapropter rectè Ennodius pro Symmacho aduerſus Laurentiũ ſchiſmaticum eique adhærentes: Quis, inquit, ſanctos eſſe dubitat quos apex tantæ dignitatis attollit? in quo ſi deſint bona adquiſita per meritum ſufficiãt quæ à loci deceſſore, id eſt B. Petro, præſtantur: aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtrat. ſic Ennodius: Eoque ſenſu intelligendus eſt Gregorij 7. dictatus, quo aſſeritur Romanum videlicet Pontificem, ſi canonicè fuerit ordinatus, indubitanter effici ſanctum meritis B. Petri: id eſt ſanctam eſſe eius dignitatem: vel inuiolabilem eius fidem in quam nulla hæreſis immitti poſſit, provt à Iureconſultis muri ciuitatum dicuntur ſancti, ideoque prohiberi in eos quid immitti. Cæteris autem cum peccatis obnoxium eſſe non dubitatur: quippe, vt dixit Apoſtolus, aſſumptus ex hominibus qui condolere poſſit ijs qui ignorant & errant, quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec ideo tamen nobis minus eſſe debet ſanctus: vt rectè piéque Gennadius Patriarcha Conſtantinopolit. ſic Græcos exhortabatur: reſipiſcite fratres, & pro ſalute veſtra certate: hoc pro certò ſcientes quod qui Romano Pontifici non ſubijcitur, Chriſto non ſubijcitur, qui Petro dixit, Tu es Petrus & cætera: ac nunquam ſalutem conſequetur. Nam cum dicitis vos illi ſubjici nolle quia peccator eſt: id ſtultorum eſt hominum, & omnis prorſus ſenſus expertium. Si verò peccator quid ad nos? nos verò ſcimus eum hominem eſſe: & peccato, & probris poſſe demergi: ſed à nobis antea dictum eſt, hoc nihil eſſe, quoniam neceſſe eſt nos aliquem ſequi paſtorem.

Tom. 1. Cõcil.

XVIII.

Digitized by Google

CAPVT IV.

DE HONORIBVS DEBITIS Eccleſiaſticæ dignitati ac ſpecialiter Epiſcopo Romano.

LECTIO.

1. *Veneratio Sacerdotum, illorumque præcipua honoris prærogatiua apud Gentiles.*
2. *Pontifex tamen eorum maximus infimum conuiuij locum occupabat. Ratio.*
3. *Iudaicorum Sacerdotum, & præſertim Pontificis maximi prærogatiua.*
4. *Excellentia Sacerdotij Chriſtiani tum in cæteris, tum præcipuè quod. Chriſti corpus conficiant.*
   Rabbinorum veterum de illa poteſtate cogitatio.
5. *Quatenus dignitatis ſuæ gradum ſeruare debet Epiſcopus ex decreto Concil. 8. generalis.*
   Vt ſe abjicere Regibus non debeat.
6. *Baſilij Imperatoris in Patres iſtius Concilij reſpectus.*
7. *Iuliani Apoſtatæ reſcriptum de Maieſtate & grauitate à ſuis pſeudo-Sacerdotibus ſeruanda.*
8. *Leontij Epiſcopi admonitio ad Euſebiam Auguſtam de honore ſibi deferendo.*
9. *Eudoxia Auguſta ſe excuſat Epiſcopis quod eis aſſurgere non poſſet.*
10. *Valentinianus Imperator vt coactus miraculo diuino aſſurgere D. Martino.*
11. *Vt Epiſcopi honorare debent Sacerdotes inferiores exemplo D. Martini.*
12. *Licet miniſterio debeatur honos: tamē ſanctitas miniſtri eum magis prouocat.*
13. *De adoratione D.D. Petro, & Paulo alijſque ſanctis viris exhibita.*
14. *De proſternatione ad pedes Pontificis maximi: & oſculatione pedum illius.*
    Ea non fuit vſitata in primis Pontificibus Romanis.
    Ratio.
15. *Philippus 1. Imperator Chriſtianus, an ſe Fabiani Pontificis pedibus proſtrauit.*
16. *Gregorij magni humilitas, in illa tamen humilitate fortitudo ad tuendam Pontificiam Maieſtatem.*
17. *Iuſtinus Imperator Ioannem 1. Pontificem adorauit.*
    Calumnia, quod Ioannes adhæſit Arrianis.
    Eius ſanctitas miraculis comprobata.

Digitized by Google

18. *Iuſtinianus iunior Conſtantinum Pontificem adorauit.*

19. *Adorantur Pontifices in Orientali Eccleſia.*

20. *Caroli magni, & Ludouici Pij coram Pontificibus Romanis proſternatio.*

21. *Falſa relatio de Leone 3. quoad oſculationem pedum.*

22. *Hæc oſculatio in neceſſitatem verſa eſt.*

Hiſtoria de Zozimo Turca eam præſtare recuſante.

23. *Vnde crux calceis Pontificis affixa.*

24. *Aliud obſequij & honoris genus, vt Pontifici equum aſcendenti Imperator & Rex ſtrepam [a] teneat: eumque pedes aliquantum via ſequatur.*

Controuerſia ob iſtud obſequium inter Adrianum 2. & Fredericum 1. Decreto Germanico hoc obſequium confirmatum.

25. *A'ijs etiam Epiſcopis à ſuis Regibus is honos & ſimilis redditus. Exempla.*

26. *Veneratio huiuſcemodi ethnicorum in ſuos Sacerdotes, & homines virtute inſignes.*

Exempla.

27. *Modeſti eſſe debent Pontifices maximi, & Epiſcopi in his honoribus admittendis. Exempla.*

Et conſtitutio ex libro cæremoniali.

[a] Sic authores qui hoc factum recēſent. Strepa autem in veteribus inſcriptionibus, vt ait Iunius in Nomēclatura, eſt ſtapia: à D. Hieron. ſubex pedaneus: à Budæo ſtapes: & à Plinio ſtaticulum, quòd in ea pedes firmentur, & velut ſtent.

CVM tanti habitus fuerit iure poteſtatis apud omnes orthodoxos Pontifex Romanus in legibus conſtituendis, iure dicendo, denique in decidendis grauioribus Eccleſiæ negotiis, & quæſtionibus fidei, indeque meritò cenſitus ſit Princeps, & Monarcha vniuerſalis Eccleſiæ, non dubium eſt, quin ſumma veneratione excultus fuerit à primis fidelibus, quorum, vt zelus feruentiſſimus fuit in Deum, ſic in eius miniſtros.

I. Quidni enim fuiſſet non ignorantibus quanta Ethnici ſuos Sacerdotes in veneratione habuerint? quam enim non detulerunt noſtri Galli Druydibus? ac vt cæteras nationes prætermittamus, quam non Romanis ſuis item Sacerdotibus? Namque Flaminem Dialem faſces præibant: carpento Sacerdotes capitolium ingrediebantur, quod adeo Auguſtum erat, vt Agrippina Imperatrix ſuum faſtigium altiùs extollere diceretur eumdem ſibi honorem arrogans. prima quoque illis ſedes. Vnde cum in theatro Romano eſſent diſtincti gradus pro qualitate perſonarum Auguſtæ datum eſt, velut inſtar, & indicium ſummi honoris, ius ſedendi inter Veſtales. primi quoque illis accubitus in conuiuiis, ex Feſto. Quapropter apud Lucianum Epicureus qui-

De Flamine Plutarchus q.f. quæſt. Romanar.

De Agrippina Tacit. lib. 12. annal.

De Auguſta, Dion in Auguſto cap. 16. hiſtor. Auguſtæ ſub f.

In conuiuio.

dam Sacerdos iure Sacerdotij primam ſedem ſibi vendicat, nec controuerſam à Stoico, niſi quod non exiſtimaret Sacerdotio dignum Epicureæ ſectæ magiſtrum. Quod ſi Sacerdotibus eum
II. honorem detulerunt, quanto magis Pontifici illorum maximo. Hunc tamen in conuiuio locatum fuiſſe poſt cæteros Sacerdotes, ait idem Feſtus. quod mirum: ſiquidem habebatur Iudex, atque arbiter rerum diuinarum, & humanarum : in eius poteſtate erant Sacerdotes: eumque in ſumma dignitate fuiſſe , ſummiſq; dignatum honoribus ex eo licet conijcere quod maximis contentionibus Pontificatus ambiretur, ac deinde Imperatores eum ſuo throno adijcerent. Denique tantus fuit vt à Tertulljano Rex ſeculi diceretur. Vnde credibile eſt Romanos voluiſſe tantam maieſtatem hoc inferiore gradu aliquatenus eleuare.

III. Iudæorum verò Sacerdotio præcipuas honorum prærogatiuas adtributas fuiſſe facilè creditu eſt, ex eo quod Moſes id deferens Aaron fratri ſuo teſtatus ſit ſe eam dignitatem expetere potuiſſe velut pro ſuorum laborum præmio: ſed placere Deo vt ei committeretur: ex hoc etiam quod voluit Deus eum capite plecti qui Sacerdotis Imperio non obediret : quod Sacerdotibus omnium rerum primitias, velut tributa Regibus, reſeruauerit: quod denique tanto ad res ſacras apparatu inſignes & vnctos, ac ſanctificatos eſſe voluerit. nec tamen legimus in ſacra ſcriptura Sacerdotis etiam ſummi pedibus accidere ſolitos eſſe Iudæos. Sed Ioſephus refert Iaddum Pontificem maximum humili, & prona reuerentia adoratum eſſe ab Alexandro. Ac Diodorus Siculus ſcribit tantum fuiſſe apud Iudæos eiuſdem Pontificis reſpectum, vt eo loquente ſtatim caderent in terram. nihil tamen huiuſmodi prodit ſcriptura, quanquam adoratos à Sacerdotibus, atq; ipſo etiam ſummo Pontifice Reges prodat.

Ioſeph lib.3. antiq.cap.9.

Lib.11.cap 8.

Lib.40.apud Photium in Biblioth.

IV. Quanto verò certiùs, & ſanctiùs eſt Iudaico Sacerdotio noſtrum Chriſtianum, tanto ſanè excultiùs haberi debuit. Quis enim ſi apprimè cogitet excellentiam miniſterij quod illis commiſſum eſt, adeo hebes ac impiæ, & duræ ceruicis ſi non omninò perditæ, vt non fateatur Sacerdotibus eius quodcumque officij & obſequij genus præſtandum? Miſſa faciamus cætera quæ ſingularia, quæ eximia : at illorum ore confici veriſſimum corpus Chriſti quale conceptum in vtero ſemper Virginis, natum in præſepe, viſum in terris, paſſum & immolatum in cruce , hoc omnem tranſcendit admirationem: &, vt eſt admiratio reue-

Digitized by Google

rentiæ mater, ad ſummum nos cultum efferre debet in conficientes. Id enim tanti meriti eſt, vt quidam ex illis Rabbinis Hebræis (quos pluribus ante ſeculis ſacrificium corporis Meſſiæ ex pane, & vino tranſmutati ſucceſſurum cruentis immolationibus præuidiſſe recenſet Galatinus) ſcripto mandauerit Angelos cum primum viſuri eſſent Sacerdotes hoc ſacrificium facientes quæſituros à Deo, & queſturos his verbis: O Domine mundi quam magna eſt laus iſta quam dediſti Iſraël, qui peccatis obruti ſunt: nobis verò peccati expertibus remouiſti? Deum vero illis ſatisfacturum, dicentem ſe ideo eam rem ita diſpoſuiſſe, quia homines peccare ſoliti egent expiatione huiuſmodi: neutiquam vero Angelos egere, vt ad peccandum minimè procliues. Sic ille Rabbi, quod licet quoad illam querelam Angelorum referendum videatur inter ſolita Rabbinorum deliria, probat tamen quanti fecerint noſtri Sacerdotij dignitatem ex illo ſacrificio, vt ſibi perſuaſerint eximiam illam poteſtatem Angelos inuidere hominibus. O ſacerdos (exclamat aliquis ex ſanctis Patribus) ſi altitudinem cœli contemplaris, altior es: ſi pulchritudinem ſolis, & lunæ reuereris, pulchrior es: ſi Angelorum diſcretionem, diſcretior es; ſi omnium dominorum ſublimitatem, ſublimior es: ſolo tuo creatore inferior es. Itaque meritò D. Clemens, & poſt illum D. Ignatius commonuerunt religiosè fideles non ambitiosè, (quis enim aliter credere auderet de tantis, & tanta ſanctitate prædicatis viris?) vt Sacerdotes reputarent ſuos Præſides, hos putarent Reges, his quaſi Regibus vectigalia offerrent: & quanto anima corpore præſtantior exiſteret, tanto Sacerdotium excellentiùs eſſe Regno, vt quod ligaret, vel ſolueret ſupplicio, vel remiſſione dignos: Deum vocaſſe Sacerdotes, Chriſtos ſuos & dixiſſe Deos: denique contumeliam illis factam ad ſe reuocaſſe: Qui vos, inquit, ſpernit, me ſpernit. Nec igitur mirum videri V.
debet legenti, quod ſtatutum eſt Concilio 8. vniuerſali Conſtantinopol. Ne abjiceret ſe Epiſcopus coram Principibus ſecularibus, ne in occurſum pedes iret è mulo deſcendens, ſed omni modeſtia quæ ſpiritualem decet dignitatem redderet omnibus debita, cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem: dummodo pij Principes, & Imperatores agnoſcant Epiſcopos ſibi æquales. Quæ ſanctio facta eſt præſente Baſilio Imperatore, qui tanta VI.
tunc fuit religione, & reuerentia in ſacratos viros, vt exhortans eos qui cum Photio ſchyſma fecerant, veniam deprecari ſe pro-

Lib. 10. de arcan. Eccleſ. Cathol. cap. 7. vbi & cap. 4. 5 6 mira teſtimonia de approbat Sacroſãctæ Euchariſtiæ ex ipſis Rabbinis profert.

Can. 4. Vide etiam Can. 15 Cõcil. 2 Matiſcon.

Digitized by Google

jicientes ante fores Synodi: Deo, inquiebat, procidunt qui Eccleſiæ, & ſpiritualibus illis viris procidunt: ego vobis præambulus ero: ego memet ſuper pauimentum projicio purpura, & diademate poſthabitis. ſic ille. Cuius etiam ad filium legitur libellus in quo ei maximè honorem Sacerdotalem commendat: ac dici poteſt hoc iſtius Concilij decretum iamdiù obſeruatum fuiſſe.

Cap. 5. tomo 5. Biblioth. Patr.

VII. Nam Iulianus Apoſtata ſciens qua Maieſtate ſe gererent Epiſcopi Chriſtiani, ac cuperet eãdem eſſe in ſuis pſeudo-Sacerdotibus, reſcripſit ad Arſacium Pontificem Galatiæ, vt Præſides domi raro inuiſeret, ſed ſcriberet ad eos litteras ſæpiſſimè: Ingredientibus illis vrbem nemo Sacerdos obuiam prodiret, niſi quando ad templa Deorum accederent, & intra veſtibula: Siquidem, inquit, vt noſti, his, qui intus ſunt, tu præes.

VIII. Sed generoſum hoc eſt Leontij Tripolis Lydiæ Epiſcopi ad Euſebiam Auguſtam, quæ eum accerſierat: Si me, ait, ad te venire volueris debita Epiſcopi reuerentia conſeruata, ego quidem ingrediar: tu autem ſtatim de ſublimi iſto ſolio deſcendens veneranter mihi obuiam procedas, & caput meis manibus ſupponas benedictionem acceptura: de inde ego ſedeam, tu verecundè aſtes ſeſſura cum iuſſero dato ſigno: ſi hæ conditiones placuerint, veniam ad te: ſin alio modo, non tam multa dabis, non tam magna poteris, vt nos honore Epiſcopi neglecto diuinum Sacerdotij inſtitutum violemus. Sic Leontius.

Suidas.

IX. Nec ea neſciens Eudoxia Auguſta, cum venirent ad eam Epiſcopi ſalutatis eis deſuper aureo lecto cui inſidebat, ignoſci ſibi poſtulauit quod propter partus dolores, qui tunc eam premebãt, non potuiſſet eis ad veſtibulum, vt debebat, occurrere.

X. Cum verò Valentin. Imperator dedignatus eſſet D. Martino aduenienti aſſurgere, ſenſit curæ Deo eſſe ſuorum honorem: namque afflatus eſt ea corporis parte qua ſedebat igne diuinitùs excitato, vt ſic excuſſus ſolio cogeretur honorem ſancto habere, & in eius complexus gratãter ire.

XI. Porrò is eſt D. Martinus cui vocato ad ſuam menſam cum Maximus tyrannus qui ſe pro Imperatore in Gallijs oſtentabat, poculum priùs quam ſibi dari iuſſiſſet expectans, vt id ſecundus reſumeret: pateram prælibatam Sanctus Præſbytero ſuo eadem aſſidenti menſa propè illum, confeſtim tradidit, neminem exiſtimans digniorem qui ſecunda potione honoraretur. Quod omnes, ait Sulpitius, qui cum illo aderant, admirati ſunt adeo, vt hoc ipſum in quo contempti fuerant, placeret: ac etiam ipſa Maximi

Digitized by Google

coniux pia mulier voluerit in conuiuio ſubſeruire Sancto. Atque ex ipſo D. Martini facto pudeat etiam noſtros Epiſcopos, qui non perpendentes ſuam principalem dignitatem eſſe in Sacerdotali charactere, alios inferiores Sacerdotes deſpiciunt, quod non præfulgeant violaceis, & purpureis veſtibus, nec emineant tot facultatibus temporalibus: & ſi quos habent ad eleémoſinam diſtribuendam, parce eos huic charitati, ad quam neceſſariò obligati ſunt, occupantes, illos fimbrijs poſterioribus veſtium ſuarum ſuſtinendis, alijſque indecoris ſeruitijs addicunt, exemplum præſtantes laicis & ſecularibus, non ea qua par eſt reuerentia Sacerdotes proſequi quos ipſi adeò contemnunt. Sed horreant illud Domini Principis Sacerdotum: Qui vos ſpernit, me ſpernit.

Profectò non tantum homini, aut etiam eius ſanctitati honor ille defertur: at miniſterio quod in quacumque perſona honorandum eſt. Verùm vt ſinceriore, & ampliore honore cumuletur facit ſanctitas miniſtrantis. Nam ſi ab ea deficiant num eos Deus Chriſtus ſali comparauit, qui, ſi euanuerit, nihil valet niſi vt projiciatur, & conculcetur ab hominibus? Et quomodo honorandi erunt, qui ſi non placent Deo, hunc non placant; vt ait D. Bernardus: qui licet ſæpiùs dicant Pax vobiſcum, pacem tamen dare nequeunt quam cum Deo non habent? vt religioſa meditatione Potho Præſbyter Prumienſis dixit. Itaque Sacerdotes imitentur ſaltem C. Valerium Flaminem dialem ethnicum, vt laici etiam imitentur Romanos Gentiles, qui permoti adeò fuerunt ſanctis eius moribus, quos, ex praua adoleſcentia, induit ſimul atque Flamen creatus eſt, vt conſeſſus ei in ſenatu daretur ſanctitate vitæ potiùs quam Sacerdotij iure: res quippe intermiſſa plures per annos quam ille vt vetuſtum ius repetebat. Sed quod mirere magis inuitus Sacerdotium accepit: non quod non opinaretur expotandum: ſed quod ſibi conſcius turpem huc vſque vitam ſe inuiſum ſuis dijs exiſtimaret. At qui nunc potiùs initiari vero Deo cupiunt quam flagitioſi & propudioſi homines? Non equidem vero Deo, ſed dignitatibus & facultatibus ei dicatis. Vtinam vel tunc ſaltem conſideratione tanti miniſterij ad meliorem frugem redirent. XII.

Cùm verò Sacerdotium Chriſtianum præcipuis dignandum ſit honoribus, nemini dubium eſſe poteſt quin à primitiuis Chriſtianis Sacerdotes fuerint maximè honorati: ac potiſſimum Princeps illorum, totiuſque Eccleſiæ nempe D. Petrus, eiuſque ſuc- XIII.

ceſſores. Sed qua honoris ſpecie? ea ſcilicet vt ad pedes eius velut adoraturi prociderent. exemplo eſt Cornelius Centurio. Sed hanc ſubmiſſionem non eſt paſſus Petrus. namq; ad illum, ſurge, inquit, & ego ipſe homo ſum. Nec verò Cornelius ignorabat eum hominem eſſe, & Petrum: ſiquidem eum accerſierat. ergò illum ſic procidens adoraſſe credendus eſt, non vt Deum ſed vt hominem Apoſtolatus dignitate fungentem. Petrus tamen non ſic ſe adorari voluit. At Paulus cuſtodem carceris ſimiliter ad pedes eius procidentem non dicitur retinuiſſe: vnde probaſſe ille videtur, quod Petrus improbauit: quanquàm ab vtroque ſalutis expectaretur ratio: ergo vterque agnoſcebatur Dei miniſter. Verùm cum eam adorationem Paulus non arguerit, ſatis docuit non illicitam eſſe, quatenus in adorato Dei maieſtas agnoſceretur: hic autem cuſtos recenti miraculo ſtupefactus Deum adoraſſe credendus eſt in miniſtro eius cuius cauſa id fecerat. At fortaſsè Centurio plus ratione Petri quam Dei inclinabatur. prima ratione nunquam adoratio reprobata fuit; hinc D. Hieronym. Paulam laudat, quod ſanctorum Monachorum pedibus aduolueretur, quia per ſingulos Sanctos Chriſtum ſe videre arbitrabatur. ſimiliter D. Chryſoſtomus exaggerans Monachorum ſui temporis virtutes, ieiunia, & cilicia hortabatur, vt ad eorum pedes, velut qui Chriſtum in ſe haberent, iretur. Denique tota ſcriptura & ſacra & prophana teſtis eſt adorationem non inuiſam fuiſſe, nec etiam ſanctis Patriarchis, quatenus in homine ad Deum referretur, aut reuerentiæ exterioris in eos, quibus debetur ob maieſtatem, & dignitatem ſuam, inditium eſſet.

In eius vita.

In epiſt. Pauli ad Timoth. ca. 5 homilia 14.

XIV. Quod verò non in promptu ſint exempla delatæ primis Pontificibus Romanis reuerentiæ vſque ad inclinationem ad pedes eorum, cauſa eſſe potuit quod primitiuæ Eccleſiæ fideles à ſuperſtitione potiùs reuocandi, quàm ad religionem incitandi erant: ea enim illis abundabat. Succeſſores verò degenerantes in contemptũ, ac præſertim Principes, retinendi fuerunt in officio per huiuſmodi ſubmiſſionem vt meminiſſent quantus eſſet Deus cuius famulis ita ſe proſternerent: quantaque ea religio, quam non violanda, cuius miniſtris ſe inclinarent. Addi etiam poteſt primos Pontifices fortaſsè humilitatem exemplo Petri præſtitiſſe, vt eam religioſis fidelibus imprimerent: ſcientes Sathanam ex ſanctitate, & religione plerumque ſuperbiam elicere: quippe reſeruantem illud poſtremum tanquam fortiſſimum telum

Digitized by Google

telum, vt ex fiducia virtutum ſuarum religioſos erigat in ſuperbiam, & mentis elationem, ac cupidinem gloriæ, quæ, vt dicit Tacitus, Nouiſſima exuitur etiam in ſapientibus: vnde cætera illorum opera bona confodiat.

Quidquid ſit nihil de proſternatione ad pedes, pedumque oſcula proditum habemus de primis Epiſcopis, ac neque Romanis: niſi quod Genebrardus refert Philippum 1. ſe reuerenter prouoluiſſe Fabiani pedibus: licet quos citat Euſebius, & Nicephorus quod ſe prouòluerit non dicant expreſsè: at ſolummodo, cum inter pœnitentes à Fabiano ſtatueretur, non recuſaſſe num verò pœnitens Sacerdotis pedibus ſe abijcere debet veniam accepturus? Quæ cauſa erat vt Valentin. Imp. Epiſcopos admoneret Antiſtitem ſedi Mediolanenſi dare ita inſtructum doctrina, & præclara viuendi ratione vt ei verè & ex animo caput ſuum inclinaret, quaſi non inclinaturus niſi huiuſmodi eſſet: atque ea inclinatio non vbique fiebat, verum duntaxat ad pœnitentiæ locum & tempus, cuiuſmodi etiam nunc ad cuiuſcumq; Sacerdotis genua à quocumque homine etiam Principe inclinatur. XV. Chron.lib 5. Fabian. ſedebat an. 237.

Quam autem inſolitum fuerit extra illud tempus accidere pedibus Pontificis docuit Gregor. magnus, qui Monacho volenti eum huiuſmodi proſternatione reuereri, primus ſe inclinauit, nec ante ſurrexit quam illo prius erecto. eximia in tanto Pontifice humilitas, ſed eius qui ſe Seruum ſeruorum primus dixit: qui vt Diaconus refert, Sacerdotes fratres appellare, clericos filios, omnes autem laicos dominos, ſolebat. necnon ægrè ſuſcepit quod aliquando Ruſticia patricia ad eum ſcribens his vſa eſſet verbis, Ancilla veſtra. Is tamen fuit qui diſciplinam Eccleſiaſticam, & dignitatis Sacerdotalis authoritatem fortiter tutatus eſt aduerſus rebelles, & ſchiſmaticos Epiſcopos Conſtantinopolit. Rauennatem, & alios necnon ipſum Mauritium Imperatorem ad quem de hac dignitate ſacerdotali: patienter quæſo accipe libertatem noſtram: ſcio te eſſe ouem gregis mei à Chriſto mihi ſummo paſtore annumeratam, & à Sancto ſpiritu conſignatam: Scito te inter ſacra altaria cum veneratione manibus ſubijci Sacerdotis. hæc ille. ſed vt profeſſus eſt non pro ſe duntaxat, verum pro cunctis Sacerdotibus ſuggerebat. XVI.

Refert tamen Anaſtaſius Ioanni 1. Conſtantinopolim aduenienti iuſſu Theodorici Regis vt à Iuſtino 1. Imperatore reuocationem edicti impetraret quo Arrianos proſcripſerat, templiſ- XVII.

Digitized by Google

que priuauerat, ipſum Imperatorem ſe pronum in terram demiſiſſe, illumque adoraſſe, multum exultantem quod videre meruiſſet ſucceſſorem S. Petri. Atque id fortaſsè primum eſt iſtius à Principe in Pontificem adorationis exemplum. Porrò Ioannes Gregorium præceſſit, quippe tunc ſedens anno 526. Gregorius vero ſedit anno 590. Is autem eſt Ioannes quem hæretici calumniantur quaſi Arrianorum fautorem: tametſi hanc legationem ſuſcepiſſet ſeruiens tempori, imò religioni, quam ſe deſtructurum Theodoricus minabatur, excuſandus eſſet. exorabat enim Iuſtinum, vt volunt aliqui, iuxta Theodorici mandatum, vt in Arrianos clementior eſſet, ne iſte furens rabiem ſuam in gentem innoxiam conuerteret: numen ipſum cauſam ſuam defenſurum dicens quandoquidem pietas humana non poſſet. At ſunt qui ſcribunt illum adactum ire, non pro Arrianis, ſed è contra interceſſiſſe: Ideoque Imperatori ſuaſiſſe nulla illis templa tradenda eſſe: & quæ antea poſſederant, conſecraſſe ipſum vt orthodoxæ religioni ſeruirent. quod ipſe etiam in epiſtolis teſtatur: ac fertur ea cauſa fuiſſe vt reuerſum carceri manciparet Theodoricus, ibique ſitu, & pedore conficeret. Cæterùm Sanctitas eius duobus miraculis eo in itinere factis comprobata dicitur à Gregorio magno in dialogis: vno quod commodatus ei equus à viro nobili Corinthio, huicque remiſſus, non paſſus fuerit ſe deinceps inſideri ab alio: vnde commotus equi Dominus eum ad Pontificem remiſit: altero quod ad portam Conſtantinopolit. cæco lumen reddiderit.

Aimoin. lib. 2. cap. 1. Gregor. Turon. de glor. martyr. cap. 40. Diaconus in Iuſtino cap. 10. Paul. Æmil. in Clodoueo. Plat. in Ioan. Sigon de regno Italiæ.

XVIII. Ergò Ioannem ſic Iuſtinus adorauit: ſic deinde Iuſtinianus iunior Conſtantinum Pontificem ad ſe vocatum anno 710. adeò vt coronam in capite geſtans ſe ſe ad pedes eius deijceret, ac illos

XIX. oſcularetur: quod deinde Græcis Imperatoribus vſitatum fuit, vt Patriarchæ ſui plantas deoſcularentur, quemadmodum de Andronico refert Nicetas in Alexio filio: & etiam nunc hodie Maronitæ apud Orientem Chriſtiani procumbunt ad Patriarchæ, & Epiſcoporum ſuorum pedes quantumvis viliſſimis pannis indutorum, necnon etiam Monachis id reuerentiæ genus præſtant.

Villamont lib. 3. cap. 7. peregrinat. Hieroſolymit.

XX. Acceptum verò ab Imperatoribus Græcis morem Latini Imperatores & Principes coluere: ac illorum primus Carolus magnus in Adrianum 1. licet renitentem, vt ait Platina. Anaſtaſius verò eum deoſculatum eſſe omnes gradus B. Petri Eccleſiæ, & ita vſque ad Pontificem perueniſſe ait. Sed præcipua humilitate

Digitized by Google

fuit Ludouicus Pius in Stephanum 4. Is enim, ait Theganus, omni corpore ſe proſternens tribus vicibus ante pedes Pontificis reſalutauit eum hac voce: Benedictus qui venit in nomine Domini: Reſpondit autem Pontifex, Benedictus ſit Dominus Deus noſter qui tribuit oculis noſtris ſecundum Dauid Regem videre. Atque ex illis exemplis de proſternatione ad pedes, non de oſculatione pedum conſtat: vnde quidam fabulantur eam oſculationem inuentum eſſe Leonis 3. illam manuum oſculationi ſubrogantis, quod ſtimulos carnis ſenſiſſet dum eius manus formoſa mulier oſcularetur. At vetuſtiorem eſſe pedum oſculationem ex ſuprà notatis vidimus.

XXI.

De eod. Flodoard. lib. 2. cap. 19 Rhem. hiſt. Sic Frederici trina refertur proſternatio, lib. 1. ſacrarum cærem. ſect. 13 c. 1.

Nec eſt quod plura exempla iſtiuſmodi obſequij referamus, cum adeò præualuerint oſcula pedum, vt qui ſcriberent ad ſummum Pontificem, ſic illum ſalutarent: Philippus Dei gratia Francorum Rex deuota pedum oſcula Beatorum. Ac nouiſſimis temporibus Rex Æthiopiæ ad Clementem 7. Exoſculor, inquit, pedes ſanctos, nec ſolum laici, ſed & Cardinales eodem ſtylo ſalutarent qui ad eos ſcribebant, vt refert Papyrius in Clemente 6. denique id obſequiū verſum eſt in neceſſitatem, & cęremoniam, cultumque exteriorem potiùs quam deuotionem, quando cœptum eſt quaſi ex ſtricto iure exigi. Vnde cum Zozimus Imperatorem Turcarum fratrem ſuum fugiens Romamq; adductus ad conſpectum Innocentij 8. neque deflecti vllo modo, neque deoſculari veſtigium eius vellet, vt edocebatur ab illis qui præſunt ritibus ſacris & cæremonijs, ira perciti qui aderāt ſpectaculo, indignabantur quod non vi incuruaretur à ſtipatoribus armatis, aut barba raptaretur ad ſacros Pontificis pedes ne impunè Chriſtianam dignitatem, & diuinam rem noſtram contemneret. Sic Papyr. in vita Innocentij 8. ex Mathæi Baſſi epiſtolis.

Papyr Maſſon. in Benedicto 1, Clem. 6. Clem. 7.

XXII.

Quo verò acceptior eſſet iſta reuerentia vt Chriſto non homini facta ſericis calceis ſummi Pontificis intextum eſt ſignum ſanctæ crucis, vt hoc adorare crederentur homines, non cuiuſcumque viri pedes. Quemadmodum in hiſtoria Veneta legimus, cum Laurentii Celſi Venetorum Principis pater eum publicè vitaret, ne filium nudo capite adiret: Celſum prudenti conſilio vſum eſſe: crucem enim paruam auream ducali capitis inſigni iuxta frontem appoſuit, vt ſi quando pater filio in eo faſtigio publicè nudo capite occurreret, non ei, ſed cruci honorem exhibere videretur: at in fronte gerebat: Pontifex in pedibus: quod non

XXIII.

Digitized by Google

ſatis aptè Maſſonius arguit quaſi contra Iuſtiniani prohibitionem ne humi poſita crux haberetur. Mens enim prohibitionis ſcrutanda eſt, ne videlicet pedibus irreligioſè tantum ſignum calcaretur, & fœdaretur vt dictum eſt in Concilio 6. Conſtantinopolit. generali.

XXIV. Introductum deindè eſt aliud obſequij genus, nimirum, vt Princeps Pontifici equum aſcendēti ſtratoris officium exhiberet ſtrepam tenens: ac pedes Pontificem equo ſedentem aliquantum viæ ſequeretur. Quod tamen antiquiſſimum fertur, repetitum nempè à Conſtantino 1. qui baptiſmate à Syluestro 1. expiatus ſtratorem ſe ei præbuiſſe, eumque pedes comitatus eſſe vſque ad Lateranenſe Palatium dicitur. Sed cum hæc ſcripta ſint duntaxat in donatione Conſtantiniana minus pro veris habentur, quandoquidem & hæc donatio ſuſpecta ſit, à Græcis potiùs conficta quàm à Latinis, vt ſic inducerent amplitudinem Romani Pontificis, Romanæque Eccleſiæ potiùs ab homine, quam à Chriſto proceſſiſſe: credibile tamen eſt Imperatorem illum tot pietatis elogiis commendatum ab antiquis ſcriptoribus potuiſſe eam reuerentiam Principi Epiſcoporum ac ſucceſſori S. Petri, qui ei in ſomniis apparuerat, præſtare: quandoquidem ex probatis authoribus certum ſit ea in Epiſcopos humilitate extitiſſe, vt ſæpiùs Paphnutium Epiſcopum illa capitis parte qua oculus illi pro Chriſti fide auulſus fuerat, auidioribus oſculis demulceret: & in Nicæno Concilio ſtans non ante conſederet quam accepta ab Epiſcopis licentia. Sed plura poſt illum tranſierunt ſecula in quibus iſtiuſmodi obſequij nullus vſus fuit. Namque Pipini noſtri erga Stephanum 3. religioni & reuerentiæ primitus adtribuitur ab Anaſtaſio, quod videlicet eum equitantem ipſe pedes deduceret: ac ſimiliter Ludouici 2. in Nicolaum 1. atque vt diximus de oſculatione pedũ, ita hoc obſequium in neceſſitatem verſum eſt, ita vt cum Fredericus 1. Adriano 4. circa ann. 1155. hunc honorem non redderet, Cardinales eum crediderunt infenſo eſſe animo: vnde ſibi timentes ad ciuitatem Caſtellanam confugerunt, Pontificem ſolum relinquentes. Is verò noluit Fredericum ad oſculum pacis admittere, licet ad pedes, eorumque oſcula procidentem, quod honorem conſuetum præſtari à Principibus, non præſtaret. Porrò Fredericus negabat ſe ad hoc teneri: indeque mota controuerſia ad Principes, qui aderant, delata eſt. Hi vero inueſtigata diligenter antiqua conſuetu-

Rufin. lib. 1. c. 4
Euſeb. in vita Conſt. lib. 3. ca. 10.

Digitized by Google

dine,& veribus monumentis decreuerunt ex totius exercitus cõſenſu, Fredericum debere ſtratoris officiũ exhibere, & ſuppedaneum tenere dum conſcẽderet Pontifex equũ, aut deſcenderet. Quod ille mox præſtitit: ſic anonymus author de geſtis Adriani 4. Albertus autem Stadenſis refert Fredericum feſtinum Adriano occurriſſe,& deſcendenti equo tenuiſſe ſtrepam: ſuccenſuiſſe verò Adrianum quod ſiniſtra manu tenuiſſet. Additque Crantſius Pontificem hunc errorem pro irriſu accepiſſe: Fredericum vero ſtomachanti ſimilem in cachinum ſolutum dixiſſe minimè ſe ſtuduiſſe ſtrepis apprehendendis: Tu, inquiens, primus es Pater cui tali officio deſeruimus: tamen experimento doctiorem qua debuit manu ſtrepam apprehendiſſe: Sed idem Stadenſis, & iiſdem propè verbis Helmoldus, ex quibus Crantſius longè poſterior addiſcere potuit, aiunt Fredericum non ſolutum eſſe in riſum: at cum ſe nouitium huic miniſterio profeſſus eſſet, adjeciſſe: vellem inſtrui mos iſte vtrum ex beneuolentia, an ex debito ſit? Si ex beneuolentia, cauſari non potero ſuper eo quod feci non iure, ſed de arbitrio: Si ex debito, quid refert inter ſtrepam dextram & ſiniſtram, dummodo ſeruetur humilitas, & Princeps ad pedes ſummi Pontificis incuruetur? Sic illi atque ita tranſegit hæc controuerſia etiam ex iudicio Principum Germaniæ, quod verùm fuiſſe probari poteſt ex eo quòd velut inſtar legis retulerunt inter ſtatuta ſua: nempe Chriſtum duos gladios poteſtatem ſcilicet ſpiritualem & temporalem ad defendendum ſuum populum in ſua approbaſſe Eccleſia: ex quibus Apoſtolicum ſpiritualem: & Imperatorem habere ſecularem non ambigi: atque ob earum figurationem Apoſtolico ſuper equum candidum equitare conſtitutum eſſe: & in aſcenſu eius à Principe eum tenendum ne decidat ſella: in eoque ſignificari vt ſi qui Apoſtolico inobedientes fuerint, à Principe ad obediendum compelli eos oportere. Quidni dicamus eo miniſterio admoneri Imperatorem, in eoque cæteros Principes, prouidere eos debere ne cadat Eccleſia quam idò ſuſtinere ex officio debeant?

ad an. 1155.

Artic. 1. ſpeculi Saxonici lib. 1.

XXV. Sic viſum eſt tantam maieſtatem honorandam eſſe: vt aliquando etiam duo Reges, Gallus videlicet & Anglus, ſtratoris officio fungerentur Alexandro 3. dextra læuaque frænum illius equi tenentes, ſicque pedites eum comitarentur, vt refert Robertus de Monte. Quin etiam legitur Danus Rex alio obſequij genere lauanti manus Pontifici peluim præbuiſſe. Quid non autem Pon-

In appendice ad Sigebert. an. 1163.

Digitized by Google

tifici tanto cum & aliis quoque Epiſcopis ſimilia præſtita ſint à ſuis etiam regibus, quorum quoad corpus & temporalia ſubditi erant? Sic Guilielmus Rex Angliæ Altredo Eboracenſi Archiepiſcopo ad pedes procidit, veniam petens quod inconſideratè eum aliquid petentem repuliſſet. Vnde Archiepiſcopus maledictionem pro benedictione ei comminatus erat: ac Optimatibus Archiepiſcopum interpellantibus vt Regem erigeret: Sinite, aiebat, eum iacere ad pedes Petri. Sic apud Mathæum Paridem cum Rex, & Archiepiſcopus (is fuit D. Thomas Cantuarienſis) bis equos aſcendiſſent, bis Rex habenam equi Archiepiſcopi tenuit. Sic denique Crales magnus apud Græcos Princeps frænum equi, quo Triballorum Archiepiſcopus vehebatur, apprehendit, & ad locum quo deſcendere ſolebat, perduxit, vt eſt in hiſtoria Cantacuzeni. Et apud nos Robertus Rex cum videret quemdam Epiſcopum mole carnis grauatum malè ſe habere quod altiore ſcabello ſedens pedes à terra pendentes haberet, non eſt dedignatus ipſe facere quod alij iubere poterat: nempè ſubpedaneum quærere, ac repertum ſub pedibus Epiſcopi ponere. Nec etiam obmiſerim quibuſdam moribus apud nos teneri Barones Epiſcoporum clientes, ſublimes illos efferre per mediam ciuitatem, cùm primùm vnuſquiſque creatus eam diœceſis ſuæ ſedem introierit: atque id eis honoris eſt vt qui huic officio ſeruiunt cæteros Barones gradu deinde præcedant. Sic Epiſcopali dignitati etiam inferiori ſuus redditus eſt honos, vel ad pedum vſque deoſculationem vt vidimus: Vnde mirum quod Gregorius 7. ſi dictatus ex illo eſt, ſtatuerit ſolius Papæ oſculandos eſſe pedes. Quomodo enim reuerentia & deuotio fidelium erga ſuos Antiſtites cohiberi, aut inuideri poterit?

Guiliel. Neubric. lib. 1. c. 1.

In Henrico 2. ad an. 1170. intio.

Helgaldus in epitome vitæ Roberti.

Chopp. lib. 2. de feud. Andeg. parte 2. c. 1. tit. 4. artic. 1.

XXVI. Perperam vero faciunt qui iſtis obſequiis detrahunt quæ religioſa pietas ſuaſit. An ipſi proteruiores Dionyſio tyranno qui non infrà ſuam dignitatem duxit aurigam ſe eſſe Platonis quem curru vectum excipiebat? An L. Aluanio Romano qui capta à Gallis Roma cum Veſtales habuiſſet obuias pedibus fugiẽtes, ipſe plauſtro cum vxore, & liberis impoſitus, ſtatim licet in magno periculo deſcendit, ac vt cæteri deſcenderent imperauit: eodemque plauſtro illas exceptas pedes ipſe quo migrabant perduxit: nimirum Ethnici etiam exiſtimauerunt ponenda eſſe omnia poſt religionem: neminemque ab huius obſequio immunem eſſe quantavis dignitate conſpicuum. Quapropter, ait Valerius, non

Ælian. lib. 4.

Lib. 1. cap. 1.

Digitized by Google

dubitauerunt ſacris imperia ſeruire: ita humanarum rerum proſperum regimen fore credentia, ſi diuinæ potentiæ benè atque conſtanter fuiſſent famulata. At quæ Sacerdotis Chriſtiani cum Platone, aut quæ noſtræ diuinæ religionis cum adulterina Paganorum, comparatio?

Quod ſi quidem Pontifices hunc ſibi non Chriſto honorem arrogent malûm illis, vt non abſimilibus væcordi Caligulo qui paucos oſculabatur, pluribus manus ſuas & pedes oſculandos præbebat. Nam ad hoc tyrannica, & impudenti arrogantia ducebatur. cui confines erunt qui nimium ſuperbè hoc reuerentiæ genus exigent, in eoque gloriabuntur, non veri diſcipuli Pauli dicētis, Abſit à me gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quò fortè reſpicientes quidam Pontifices etiam ætatis poſtremæ, ea modeſtia fuerũt, vt nollent Principes ad tantam humilitatem demitti. puta Eugenius 4. Imperatorem Conſtantinopolit. ad Concilium Florentinum œcumenicum venientem, cum genu flectere vellet, retinuit ſtantem amplexus ac non infrà manus oſculationem exceptus: oſculato etiam in genas Archiepiſcopo: cæteris Antiſtibus admiſſis ad oſculum dextræ, & genæ: laicorum vero aliis ad dextræ, aliis ad oſcula pedum. Similiter Leo 10. non eſt paſſus Franciſcum 1. ad vſque calcei ſui oſculum abiici: ſed ſe abijciētem erexit manu præhenſum dextera: neque Clemens 7. Strepam equi ſui à Carolo 5. dum aſcenderet, teneri. Denique etiam ex libro cæremoniali Pontifex modeſtiæ admonetur, vt dum vult Imperator hæc ciuilitatis aut reuerentiæ officia exhibere, aliquatenus ea recuſet: & tandem cum aliquibus bonis verbis honorem non in perſonam ſuam, ſed illius cuius locum tenet recipiendo, permittat illum aliquantulum progredi: tum firmet ſe vt nullo pacto Cæſarem vlterius ire ſinat. XXVII.

Ionius lib. 16. & 27.

Ex lib cærem. lib. 1 ſect. 5. c 4. vbi de huiuſmodi ſtratoris officio, & oſculo pedum.

Malum etiam idq; horrendum eis qui Chriſtum in ſuo Pontifice venerari contemnunt: ſed Chriſto ſuæ iniuriæ: Mihi, inquit, vindictam, & ego retribuam: ne qui nimiam ſeueritatem, & operam in iſtis honoribus exigendis adhibeat, videatur ſibi non Chriſto conſulere.

Digitized by Google

CAPVT VLTIMVM.

DE VESTITV, ET ORNATV SACERdotum ac præcipuè Pontificis Romani.

LECTIO.

1. *Neceſſarius viſus eſt veſtis ſplendor ad dignitatem conſeruandam, & reuerentiam conciliandam.*
2. *Principibus ex Homero.*
3. *Neglecti Principes qui hunc ſplendorem neglexerunt.*
4. *Ideo admonitus Ximenius Cardinalis illum curare.*
   Ac de interiore eius auſteritate.
5. *Sacerdotum Ethnicorum magnificentia, vt etiam coronam & diadema ferrent.*
   Ac de veſte quæ prætexta dicebatur.
6. *De veſtitu & pompa Pontificis Maximi Iudæorum.*
   Eum coronatum fuiſſe negat Tertullianus.
   Triplex eius corona, quæ fuit.
   Vitta, & faſcia inſtar coronarum fuerunt.
7. *Pontifex Maximus Iudæorum pro Rege deſtinatus fuerat.*
   Sed auguſtior per Ephod quam ex triplici corona.
8. *Sacerdotalia & ordinaria veſtimenta Pontificu & Sacerdotis Iudaici.*
   Sanctitas etiam in Ordinarijs vt nec ea ſcindere liceret.
9. *Sic in Sacerdote Chriſtiano duplex habitus.*
   Quæ mundities in Sacerdotali eſſe debet.
10. *Interioris habitus, ideſt, conſcientia quam exterioris potior eſt cura Deo. & n. ſ.*
11. *Veſtium ſplendor non abſolutè interdictus Sacerdoti.*
   Clementis Alexandrini, & D. Hieron. opinio.
12. *Primorum fidelium & Apoſtolorum cuiuſmodi potuit eſſe veſtis.*
13. *Luxus & faſtus ſeculari poteſtati conueniens, damnatus in veſtitu Sacerdotum.*
   Ex decretis Conciliorum.
14. *Clerici Hieroſolymitani ſerica & ſplendida veſte induebantur.*
15. *Luxus Sacerdotum in Gallia ſub Ludouico Pio prohibitus.*
16. *Pompa ſummi Pontificis ætate D. Bernardi eam arguentis.*
17. *De corona quam Silueſter I. recuſaſſe dicitur.*
   Notabilis humilitas Gothofredi primi Regis Hieroſolymitani in recuſanda corona.
18. *Mitram Silueſter accepit.*

Ac de

Digitized by Google

Ac de ſplendida mitra D. Ambroſij.

19. *Aetate Ammiani Marcellini magnificentia Pontificis Romani Chriſtianorum.*

20. *Gregorij magni habitus ex imagine illius.*

21. *Lamina in fronte primorum Pontificum. Ratio.*

22. *Primi Epiſcopi auerſabantur coronas.*
Quam coronam expotauit D. Paulus.

23. *De corona, & pompa exteriore iudicium Tertulliani.*

24. *Illa lamina licet pro corona eſſet, nō tamē inſtar coronæ. Ratio.*

25. *Cenſura D. Bernardi in pompam Pontificiam.*

26. *De equo albo,*
Cohorte militari,
Et corona triplici Pontificis.
A quo tempore hæc cœperunt.
Et cenſura eiuſdem D. Bernardi.

27. *Pauli 4. in exornanda mitra nimia vanitas.*

28. *Marcelli 2. de inducenda parſimonia, & exauctoranda cohorte militari pia cogitatio.*

29. *Vera ſanctitas, & integritas potior eſt veſtitus ſplendore & pompa exteriore ad conciliandam reuerentiam.*

CVM ex ſupradictis viderimus Romanum Pontificem principali poteſtate præditum quoad res ſpirituales, & de honoribus ac prærogatiuis ei redditis, non incongruum erit notare quo habitu exteriore hæc poteſtas exornata fuerit. Namque certum eſt principalem dignitatem aliqua ſpeciali pompa à cæteris hominibus quibus imperat, diſtinctam & præcognitam fuiſſe. I. quandoquidem ea ſit hominum indoles vt exterioribus permoueantur, quod non neſcius Homerus operam ſe perdere non putauit inſerendo ſuæ poëſi plurimos verſus quibus deſcriberet pretium, & elegantiam veſtitus, & armaturæ Principum Græcorum II. etiam vſque ad calceos: & ſpreta nonnullorum perſona vt Philopœmenis apud Græcos, Catonis apud Romanos ob vilitatem III. veſtium: tum & noſtri Ludouici 11. apud Hiſpanos, argumento eſt hunc cultum non prorſus negligendum eſſe: quapropter cum IV. Franciſcus Ximenius è Franciſcano ad Primatum Hiſpaniarum vocatus infrà maieſtatem tanti Præſulatus ſe in cultu haberet, cohortatus fuiſſe dicitur à Pontifice maximo, vt ſe paulò ſplendidiùs haberet: cui conſilio palam adquieuit. Vnde ſuggillatus à quodam Prædicatore laudauit quidem libertatem ac veritatem ſermonis illius, excuſauitque quod homines in faſtigio poſitos

Gomez de eius geſtis. Inde Iulianus Apoſtata præcepit in ſuis pſeudo-Sacerdotibus ſplendorem illum

Ooooo

oporteret pretioſis veſtibus apud plebem commendari. ſecretò tamen ſuper nudis tabulis, aut humi ſomnum capere ſolebat, licet lectos ſericeis ac purpureis ſtragulis ornatos haberet: necnon ſubter mollitiem huiuſmodi veſtium rigidum regulæ Franciſcanæ indumentum gerebat. Ergò apparatus exterior neceſſarius viſus eſt ad conciliandam vulgi reuerentiam, nec ſolum Regibus, & Magiſtratibus ſecularibus, ſed etiam Sacerdotibus.

exteriorem vt ſupra priuatos eminerent, tanquam, ait Gregor. Nazianzenus, id quod cõmune, & plebeium eſt facilè in contemptũ veniat: quod autẽ elatum eſt, faſtuq; plenum, atque aſſecutu difficilè, fidem. & authoritatem habeat. Orat. 1. in Iulianum.

V. Hinc meminit [a] Diodorus Panchæorum ſacerdotum vitam ducentium mundam & magnificam capite mitris auro intextis obvoluto. Sic Brachmanarum Primas mitram geſtabat, & ſedebat in throno pluribus aureis ſtatuis exornato, vt refert Philoſtratus. Sic Æthiopiæ, & Ægypti Sacerdotes ſtolis & ſceptro in aratri formam tornato, quod & Regibus conueniebat, vtebantur. Apud Ponticos Pontifex ſacerdotum regium diadema certis diebus geſtabat, ſecundus tamen à Rege habebatur: tanti verò ea dignitas vt Pompeius magnus eam pro magno munere Archelao Regi [b] conferret. Romani Sacerdotes purpura, & corona inſignes erant. Vnde Alexander Seuerus non inſcius quanto cum decore Sacerdos ſe gerere deberet accipiebat prætextam cum ſacra faciebat, ſed loco Pontificis maximi non Imperatoris, ait Lampridius. Prætexta autem vtebãtur, ait Feſtus, qui iure alicuius magiſtratus in loco publico ſacris operabantur. quapropter meminit Varro illius conceſſæ mulieribus quæ in latio Iunoni Caprotinæ ſacrificabant. erat porrò prætexta modeſtiæ, & verecundiæ inditium: ideò prætextatum appellabant ſermonem qui nihil obſcœnitatis haberet: quo ex huiuſmodi veſte ſacrificaturi admonerentur, quam caſtè, quam religioſè, & quam ſobriè accedere deberent ad aras. At quantæ cæremoniæ in Flaminum veſtitu obſeruabantur, vide ex Gellio. Pontificem verò maximum religionis Romanorum Ethnicæ ſic veſtitum repræſentat Prudentius in hymno Romani martyris.

[a] Lib. 6. rer. antiq. cap. 10.
In vita Appollon. lib 2. & 3.
Idem Diodor. lib. 4. cap 1.
[b] Strabo lib 12.
Lib. 10. cap. 15.

Summus Sacerdos ---------- & infrà.
Mitre inſulatus, feſta vittis tempora
Nexus, corona tum repexus aurea:
Cinctu Gabino, ſericam fultus togam.

VI. Iam verò quam non magnificentiam teſtatur ſacra pagina de Sacerdotalibus Pontificum Iudaicorum ornamentis? Videlicet vt eſſent in gloriam, & decorem in quibus ſanctificatus Sacerdos miniſtraret Domino: nec ſine allegorico & myſteriali ſenſu quem

Exodi cap. 28.

Digitized by Google

Gregorius magnus, Iuſtinus martyr, Clemens Alexandrinus, Ioſephus, Philo, & alij explicuerunt. Nimirum ſupra cæteros præfulgebat Pontifex maximus Ephod, non lineo, vt alij; ſed auro, hyacintho, purpura, cocco, byſſoque contexto. Præfulgebat etiam Rationali pectori admoto, cui erant infixi duodecim lapides pretioſi qui aliquando inſtar oraculi fuerunt vt vidimus. Fimbriam veſtis cingebant mala punica tintinnabulis intermixta. Denique caput eius exornabat tiara tribus coronis complexa, vt tradit Ioſephus: & poſt illum Alcuinus almæ Vniuerſitatis Pariſienſis fundator: Summus, ait, Pontifex præter pileum habebat coronam auream triplicemque, ſuper quam à media fronte ſurgebat quaſi calamus quidam aureus: Sed ea corona à diademate regio differebat, vt pote quod primus ſibi impoſuiſſe Ariſtobulus principatum Sacerdotij ad regni potentiam vertens, dicatur ab Egeſippo. At neque coronam eam geſtaſſe Pontificem maximum placet Tertulliano, dum applaudens militi geſtanti manu lauream coronam quam cæteri imponebant capiti: Quis, inquit, Patriarches, quis Prophetes, quis Leuites, aut Sacerdos, aut ἄρχων inuenitur coronatus? Quid quod negat Tertullianus arcam coronatam fuiſſe, cum tamen expreſsè dicat ſcriptura feciſſe illi Beſeleel auream coronam? Equidem in ſacro volumine nihil proditum habemus de corona Pontificis, niſi quod iubet Dominus in capite Ieſus filij Ioſedech magni Sacerdotis coronam poni: Sed in Exodo datur fronti eiuſdem Pontificis lamina auri puriſſimi, cui inſculptum erat nomen Sanctum Domini, eamque ligabat vitta hyacinthina, eratque ſuper tiaram imminens. At vitta, tiara, ipſaque etiam lamina fuerunt, inſtar coronarum, faſtigij regalis inſignia. Illuſtre documentum erit quod Tigranes prælio fugatus à Romanis duce Lucullo vittam detraxit è capite ſuo, eamque filio tradidit, qui non auſus ea vti, ſeruandam conceſſit fideli famulo, quo Romani capto gloriabantur ſe inter cætera vittam poſſidere. Quin etiam Iulius Cæſar tulit acerbè à Tribunis plebis Marullo, & Flauo in vincula ductum hominem, qui vitta huiuſmodi ſtatuam eius circumdederat, vt ſic Rex agnoſceretur: inuiſum adeò nomen Romanis.

Clemens Alex. lib. 5. ſtromat. D. Greg. ep. 24 lib. 1. Ioſeph antiq. Iudaic lib 3 c. 8 Philo lib. 2. de Monarchia. Iuſtin martyr aduerſ. Triph. cap. 6.

Lib. 3. antiq. c. 8

Lib. de diuin. off. cap. 37. in Biblioth Patr.

Lib. 1. de excidio Hieroſolymit. cap. 2.

Exodi cap. 25.

Zachariæ cap. 6

Cap. 28.

VII. Et ſanè Deus populo Hebræo Regem deſtinauerat ſummum Pontificem, vt alibi vidimus: ob idque deſtinato regalem capiti apparatum præparauit, vt eidem perſonæ cenſeretur adtributa regalis, & ſacerdotalis dignitas: ac, vt eleganter dixit D. Chry-

Digitized by Google

Annotat. quod antiqui teſtam. nouus ſit Legiſlator: & in veſtes Sacerdotum.

ſoſtom. In capite Pontifex ferebat tiaram, quia caput omnibus deſignatum oportebat capite habere poteſtatem: tiara enim poteſtatem deſignabat quam ipſe in populum habebat, & qua ille Deo tenebatur. Sed meherclè non tam eum triplex corona temporalem velut poteſtatem deſignans, quam Ephod ſic cõtextum, quod Sacerdotalẽ referebat, eum auguſtum reddebat: idque de illo Ephod in arce Antoniana curioſè à Romanis ſeruato, neque deprõpto niſi quando dies feſtus inſtabat, ſatis teſtatur Ioſephus.

Lib. 18. Antiq. ca. 6. lib. 10. c. 1.

VIII. Porrò non vbique ſacerdotalibus his veſtibus & ornamentis vtebatur Pontifex, ſiquidem facta vt his indueretur Aaron quando miniſtraret in ſanctis: Vnde quæritur an peccarit Iaddus Pontifex quando cum illis obuiam progreſſus eſt Alexandro, & defendit Toſtatus non peccaſſe illum: ſed iubebatur Pontifex ſemper & vbique habere in fronte [a] laminam ligatam vitta hyacinthina quæ erat ſuper tiaram imminens. Quotidiana tamen & ordinaria veſtimenta ſancta eſſe debuiſſe, ideoque non vilia ex eo conſtat quod ea ſcindere Sacerdos prohibebatur; cum tamen ſolitum [b] eſſet & conceſſum Iudæis laicis ſuas veſtes lacerare, vbi quid diſplicebat. Pontifex tamen ſua ſcidiſſe legitur in Euangelio, fingens horrori ſe habere quod Chriſtus ſe filium Dei, vt eſt, dixiſſet.

Exod. cap. 28. & 39.

Ad cap. 28. Exodi q. 17. & ſupra q. 7. 11. 13. aduertit quãdo his veſtibus, & ornamentis vti deberet.

a Leuit. 10. & 21.

b Eſayæ 37.

IX. Noſter vero Sacerdos, quia authorem habet Ieſum Chriſtum qui ex tribu Leuitica, & Iudæ, ſacerdotali & regia duxit originem, an ideò regalem pompam aſſumere debeat, quæri poteſt. Sed in perſona Sacerdotali duo ſunt diſtinguenda, ex quibus duo illi conueniant habitus: vnus videlicet quando fungitur ſacris: alius quando non fungitur. Neque enim eodem ſemper habitu indutus erit: & dignitas miniſterij exigit, vt quando huic vacat alio diſcernatur ornamento, eoque ſpecioſiore: quoniam id quoque obſeruauerunt non ſolum Iudæi, ſed etiam Gentiles, vt mox dicebamus: Pura veſtimenta, ait Feſtus, Sacerdotes populi Romani habebant cum ſacrificabant: id eſt, non obſita, non fulgurita, non funeſta, non maculata. Quod noſtrorum aliquos, ſi vel guttam ſanguinis haberent, pudore ſuffundere debet quoties rebus ſacris operantur cum adeò ſordidis veſtimentis, nuptialem veſtem non habentes quando ad tantam feſtiuitatem accedunt.

In verbo pura.

X. Equidem nihil de altervtro habitu lex Euangelica ſanxit, niſi ſubintelligamus ex parobola nuptiarum ad quas vocatus in tenebras exteriores miſſus eſt, quia non venerat cum nuptiali, id eſt

Digitized by Google

XI.

ſplendida, vel nitida veſte, placere Deo vt qui accedunt ad ſacro ſanctum conuiuium per nuptias deſignatum, ſint puri intus, & extus. At Deo parua cura eſt exterioris hominis * modo contemptus abſit. Tunc enim & interior vileſceret, ob idque meritò rejiceretur irreuerens in ſuum creatorem, & tanti beneficij largitorem. Quod ſi de qualitate habitus in Sacerdote nulla cautio eſt, at neque prohibitio vt ſpeciali nota non conſtet, quis ſit ei habitus prohibitus, quemadmodum nec iuſſus. Imò iubens Chriſtus diſcipulis ſuis ne eſſent ſolliciti de veſtimẽtis, rationem addebat, quod confidere in Deo deberent qui lilia agri tanto decore veſtiebat, vt neque Salomon in gloria ſua coopertus erat ſicut vnum ex iſtis. Quod ſi fœnum agri, aiebat, licet hodie ſit, & cras in clibanum mittetur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei? Ergò non eis prorſus veſtimentorum ſplendorem denegabat: ſi verò non in conuerſatione ordinaria, quanto minus in ſacra? Vnde non immeritò D. Hieronym. aduerſus Pelagium ſcribẽs, inter alios eius errores illum damnauit, Quòd diceret nitorem veſtium, & ornamentorum Deo eſſe contrarium: cum tamen ignorare non deberet Chriſtum in transfiguratione viſum eſſe indutum veſtimentis albis ſicut nix. Qua fortaſsè ratione Clemens [a] Alexandrinus Chriſtianos inſtruebat, vt candidis veſtimentis vterentur: è contra D. Hieronym. [b] Clericos vt veſtes pullas æquè ac candidas deuitarent, quaſi in primis humilitatis gloria affectaretur: aliæ delicias redolerent. Quo igitur colore, an obſcura illa purpura qua Cato Vticenſis ſe induebat, vt luxum Romanorum confunderet? Sanè lautiſſimus habitus [c] apud antiquos albatus erat, præſertim feſtis diebus, niſi quod pauperibus pullatus fuit. Sed reorum atratus erat maximè apud Iudęos, vt non ſine miniſterio factum ſit quod Ieſus innocens alba, ſeu clara veſte indueretur in tempore paſſionis.

* Gregorius Nazianzenus arguens Iulianum Apoſtatã quod in ſuis pſeudo-Sacerdotibus exteriorem maieſtatis ſpeciem per ſplendidos apparatus & habitus cõmẽdaret, quaſi vt ſe conformarent Chriſtianis Sacerdotibus: An hîc quoque, inquit, ad nos ſe dejicient, ſublimitatemque non tã in geſtu ac rerum ſpecie quam in moribus ſibi conuenire noſtrorum ad inſtar exiſtimabunt? Nos enim quid exteriùs appareat ac depingatur, parum noſtra referre arbitramur. Verum circa internũ hominem enixiùs laboramus: ſpectatoremque ad ea quæ animo & intellectu percipiuntur, retrahere conamur, ex eoque vulgus magis erudimus. Orat. 1. in Iulianum. Iubet Dominus Ieſum filium Ioſedech magnum Sacerdotem ſordidis veſtibus exui, & nitidis indui Zachariæ cap. 3.

a Lib. 2. pedag. b Epiſt. ad Nepot. lib 2. ſelect. 12.

c Turneb. lib. 21. cap. 3. aduerſar. & Lipſ. lib. 1. elect. cap. 13

XII.

Porrò primos fideles ac etiam Apoſtolos modeſtis veſtibus, vti oportuit, non ijs quæ contemptum parerent. Sicque D. Chryſoſt. [d] ait D. Paulum veſtibus indutum eſſe decenter, quemadmodum locus vbique poſtulabat: vt [e] & ipſe mulieres edocebat, ornarent ſe in habitu ornatu cum verecundia, & ſobrietate, non in veſte

d In epiſt. ad Corinth. 1. cap. 14 homil. 35. D. Baſil. interrogat. 210. in regulas breuiores.

e 1. ad Timo. 2.

Digitized by Google

preti**oſa. Sic D Auguſtini veſtis, nec nitida nimium, nec abjecta plurimum fuit, quia his plerumque vel iactare ſe inſolenter ſolent homines, vel abjicere: ex vtroque non quæ Dei Ieſu, ſed quæ ſua ſunt ijdem quærentes, vt ſcripſit Poſſidius in eius vita. Sic denique D. Greg. Thaumaturgius Cumanæ ciuitati dans Sacerdotem primarium, id eſt Epiſcopum, nempè Alexandrum Carbonarium, de quo ſuprà, eum ſuis veſtibus ornari, & indui clanculum iuſſit, vt ſic conſpectior, & acceptior Cumanis eſſet qui aliquem ex ſpendidioribus ciuibus petebant. Sic Gregor. Nyſſenus in vita Thaumaturgi.

Referunt Canoniſtæ & gl. in can. ſi adiutorium diſt. to patrem D. Pauli cõtraxiſſe cum Romanis ius ciuitatis Romanæ, ideoq; ei ius penulæ ſeu togę ferendæ datum eſſe. Nam toga certiſſimum fuit Romani ciuis inſigne. l. ſed ſi accepto. ff. de iure fiſci, & illud Auguſti indignantis, ô Romanos rerum dominos gentemque togatam: itaque D. Paulum tranſlato ad ſe Romani ciuis iure velut hæreditario illam gerere ſolitum fuiſſe patet ex eo quod ad Timoth. ſcribat vt eam, quam Troadi reliquerat, apud Carpam veniens ſecum referat.

XIII. Sed luxus & faſtus ſecularis damnatus eſt in Clericis: vnde cum modeſtiæ obliuiſcerentur Concilio Carthaginienſi 4. ſub Anaſtaſio correcti fuerunt, ac iuſſi vilem ſuppellectilem, menſam ac victum pauperem habere. Sed nimia hæc fuit ſeueritas: tolerabilior verò iſta ne veſtibus, aut calceamentis decorem quærerent. Maximè odioſa priſco ſeculo erant penes Clericos veſtimenta laicam dignitatem referentia: hincque hiſtoria notabilis quam refert Baronius ex Surio nempè D. Martianum cum duabus veſtibus tectus eſſet, quarum interior Sacerdotalis erat, rogatum à paupere de eleémoſyna cum nihil vltrà haberet quod daret, exteriorem veſtem dediſſe. Deinde ad Eccleſiam accedentem vt ſacrum faceret, eo facto viſum eſſe indutum veſte regia, & auro intertexta: qua ex re increpitum eſſe ab Epiſcopo, quod veſtem ſecularem, quæ Imperatorem deceret, haberet. Sed mox patuit miraculoſam viſionem eſſe: ſiquidem diſparuit quæ aurea videbatur. Ergò veſtitus regius diſplicuit in Sacerdote: ideoque etiam Concilio Narbonenſi anno 589. dictum eſt, Vt nullus Clericorum veſtimentis purpureis opertus eſſet, quia ſunt ad iactantiam, & laicis poteſtate præditis debentur, vt ibi dicitur. Denique in Concilio Nicæno generali 2. corrigendos eſſe dicitur Sacerdotes qui ſe ſplendidis, & inſignibus veſtibus exornant, & ſi permaneant ſupplicio tradendos: ac pœna mulctandos qui vilem habitum in Sacerdote irrideant: à ſuperioribus enim vſque temporibus virum Sacerdotalem cum moderato, & honeſto indumento verſari ſolitum eſſe: In Eccleſia tamen Hiero-

Can. 15. can 45.

Ad an. 459.

Can. 16.

Digitized by Google

ſolymitana mos fuit, vt Clericis ſerica & ſplendida veſtis licita XIV.
eſſet, neutiquam verò Patriarchæ, quod eum ſyndone ſimplici,
ad exemplum D. Iacobi primi eius Eccleſiæ Epiſcopi, indui
oporteret: vt de Anaſtaſio cor-Epiſcopo eiuſdem Eccleſiæ, & S. Ad an. 458. n. 35. & 36.
Euthymio Abbate hiſtoriam recenſet, ex Surio Baronius. Sed
fortaſſè mos ille fuit ex abuſu, in quem cum Gallicani Sacerdo- XV.
tes prolaberentur, & cingula baltheis aureis, & gemmeis cultris
onerata ferrent, exquiſitaſque veſtes: ea omnia depoſuerunt in-
ſtante Ludouico Pio, qui monſtro ſimile ducebat, ſi Eccleſiaſti-
cæ deputatus familiæ conaretur adſpirare ad ſecularis ornamen-
ta gloriæ: ſic Aimöinus: ac ijſdem verbis author vitæ Ludouici Lib. 5. cap 11.
Pij à Pithœo editus. Itaque Synodum habuit vt hæc corrige-
rentur, eaque permiſſi ſunt Præſules in digitis gemmas habere,
ſed duntaxat cum ſacrificarent. Vtinam noſtris temporibus Lu-
douice viueres ait Platina: indiget nunc Eccleſia tuis ſanctiſſimis In Gregor. 4.
inſtitutis, tuaque cenſura adeò in omnem luxum ſe ſe effundit
Eccleſiaſticus ordo.

Iam verò quid de Pontifice Romano? Et quidem D. Bernar- XVI.
dus ad Eugenium: Petrus, inquit, eſt qui neſcitur proceſſiſſe
aliquando, vel gemmis ornatus, vel ſericis: non tectus auro, non
vectus equo albo, nec ſtipatus milite, nec circunſtrepentibus
ſeptus miniſtris: abſque tamen his credidit ſatis poſſe impleri ſa-
lutare mandatum, Si amas me paſces oues meas.

Porrò fertur Sylueſter 1. recuſaſſe coronari à Conſtantino ma- XVII.
gno, ſiquidem vera eſt hiſtoria quod ei Conſtantinus coronam
obtulerit: & licet non vera, quis dubitat quin ea ætate, ijſque
ſeculi moribus, & qua fuit ſanctitate Syluester, recuſaſſet ſi obla-
ta illi fuiſſet? Num irreligioſior Gothofredo noſtro, qui Rex
Hieruſalem electus, non ſolùm negauit ſe in ea vrbe coronam
ſumpturum, vbi Dominus Deuſque ſpineam geſtaſſet, ſed re-
gio nomine abſtinuit? Eaque religione ſanctior apud animos
mortalium fuit, & ſupra Regum faſtigium gloria euectus.

Sed mitram Syluester accepit: quod ſi accepit, ad res tantum XVIII.
ſacras accepit, vt nunc Epiſcopi noſtri. Et ſanè priſcos Epiſco-
pos mitra vti ſolitos eſſe probatur ex epigrammate Ennodij, vbi
deſcribitur S. Ambroſij mitra gemmis ornata: necnon Grego-
rij Nazianzeni de ſua loquentis in Apologia 3. In Romana verò Lib. 1. de inter-
Eccleſia illius vſum non ante ſexcentos annos eſſe Onuphrius pret. vocum
putat. At ſplendidis veſtibus amiciri Pontificem Romanum, & obſcur. Eccleſiaſtic.

Digitized by Google

XIX. vehiculis procedere cœpiſſe notatur ex Ammanio vbi de ſchyſmate inter Damaſum, & Vrſicinum loquitur. Gregorij autem 1. veſtitus in imagine depictus ſic repræſentatur à Diacono illius vitæ ſcriptore. Plantea, inquit, illi ſuper Dalmaticam caſtanea

XX. fuit: Euangelium in ſiniſtra, modus crucis in dextra: Pallio mediocri à dextro videlicet humero ſub pectore ſuper ſtomachum circulatim deducto; deindè ſurſum per ſiniſtrum humerum depoſito, cuius pars altera ſuper eumdem humerum veniens propria rectitudine non per medium corporis, ſed ex latere pendebat: circa verticem verò tabulæ ſimilitudinem quod viuentis inſigne eſt, non coronam præferens. hæc ille. quæ accurata interpretatione egerent. Ergò ſimilitudo tabulæ quam credibile eſt velut

XXI. laminam fuiſſe quæ veteris legis Pontifici iubebatur, vt vidimus:

Euſeb. lib. 5. cap 25. Epiph. hæreſi 29. & 78. Quamque deinde auream geſtaſſe in fronte dicitur Ioannes Euangeliſta: & D. Iacobus Hieroſolymit. Epiſcopus: ac poſtea ſpeciali iure Romani Epiſcopi: quod ex Balſamone, licet ſchyſmatico Græco, addiſcimus. ſcribit enim D. Cy-

In Photij tit. 8. de paroch. ad decret. Conſtant. rillum Alexandrinum Epiſcopum geſtaſſe tiaram, ſeu faſciam auream in Concilio Epheſino quod Cæleſtini Epiſcopi Romani Vicaria poteſtate fungeretur, ſicque pro illo præſideret. eius autem laminæ à Pontificibus ferendæ rationem affert Epiphanius loco citato, quod Chriſtus Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, & Rex ex ſemine Dauid, ipſam regiam dignitatem vna cum Pontificia in Eccleſiam tranſtuliſſet. ea tamen lamina non ad inſtar coronæ accipienda fuit, vt notauit Diaconus.

XXII. Namque priſci Epiſcopi atque etiam fideles auerſabantur coronas mundanas vnicam cœleſtem expectantes, iuxta illud Pauli: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui: de cætero mihi repoſita eſt corona iuſtitiæ, quã reddet mihi Dominus in die illo iuſtus Iudex; nec ſolum autem mihi, ſed & iis qui diligunt aduentum eius. Eaque eſt corona quà donantur 24 illi ſeniores ſedentes in cœleſti Hieruſalem, circumamicti veſtimentis albis. Solus Magiſter Apoſtolorum, ait Tertullianus, & Diſcipulorum

XXIII. Ieſus coronatur inter homines: ſic & tu coronare licitum eſt: vel qui regnum, ſeu dominationem, cuius eſt ſymbolum corona, cupiunt, audiant priùs à regnorum Domino poteſtis & calicem bibere quem ego ſum bibiturus? vt intelligant ſi veri homines, id eſt ſpirituales, ad vnicam cœlorum coronam illis aſpirandum eſſe: ſed per afflictiones, per tribulationes, & tormenta. oportuit enim

pati

Digitized by Google

pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam. & quales, idem Tertullianus ſubiicit, faſces, & quanti filium Dei producerent, qualis purpura de humeris eius floreret, quale aurum radiaret, niſi gloriam ſeculi ſibi & ſuis alienam iudicaſſet? Igitur quæ noluit, rejecit: quæ rejecit, damnauit: quæ damnauit, in pompa diaboli deputauit: non enim damnaſſet, niſi non ſua: alterius autem eſſe non poſſent, niſi diaboli, quæ Dei non ſunt. Sic ille vt faſtum ſecularem, & præſertim coronas à miniſtris Chriſti alienas eſſe oportere, &, quod horrendum eſt, diabolo deputandas notaret. Nec ſecus Gregorius Nazianzenus comparat humilitatem Chriſtianorum cum faſtu Gentilium: quod illos purpura, & vittæ, & floridæ, ac pulchræ coronæ ornarent: illi verò interiora magis attendebant. Quod ſi Chriſtiani, quanto magis Apoſtoli, & Epiſcopi? Vnde citatus Tertullianus confidenter: quis Apoſtolus, aut Euangelizator, aut Epiſcopus inuenitur coronatus.

Orat. 1. in Iulian. Ex qua tamen videtur huiuſmodi ornatus exterior vſitat⁹ in Chriſtianis Sacerdotibus, ſiquidem Iulianus Apoſtata ſuis pſeudo-Sacerdotibus ſplendorem illum exteriorē præcipiebat, quoniam vt ibi dicitur, & teſtatur Sozomenus li. 5. ca. 10 Cupiebat eos, ſuoſq; ritus conformes eſſe quoad apparatū & ordinē exteriorē Chriſtianis.

Ergò lamina ſeu faſcia quam Iacobus, & Ioannes geſſerunt,
non inſtar coronæ credebatur, licet Maieſtatis inditium eſſet, & XXIV.
Principalis dignitatis: ſed non in coronæ formam, Ne vt Reges gentium dominari viderentur. Sed tandem opibus, & dominatione aucti Pontifices Romani (atque idem de alijs) magnificentiam exteriorem induerunt: eaque multa erat, ac propemodum quæ,
ac nunc eſt, iam ætate D. Bernardi in illam tantoperè exarde- XXV.
ſcentis & dicentis in ea ſucceſſiſſe Pontificem Conſtantino; non Petro: & admonentis non ſceptro opus eſſe Epiſcopis, ſed ſarculo, vt faciant opus Prophetæ: atque hæc verba Eſaiæ, Ecce in pace amaritudo mea amariſſima, ad Eccleſiam referentis ob illum luxum: A perſecutione, inquit, tyrannorum priùs, deinde ab hæreticorum multa amara perpeſſa eſt: ſed non æquè amara, ac quæ iam ille luxus conciliat ei mala.

De conſiderat. ad Eugen. & duob. ſermonib. in Concil. Rhem.

Vnde verò, & à quo promanarit illa pompa, vt equo albo ve- XXVI.
herentur Pontifices, ſtiparentur milite, & coronas triplices ferrent incertum eſt. Equidem lego apud Platinam de equo albo in Paſchali 2. ſedente anno 1099. & deinceps in Gelaſio 2. Alexandro 3. & alijs, atque in ſpeculo Saxonico, vt vidimus, fertur Pontificem in die conſecrationis ſuæ vehi oportere illo equo albo ad vſquè Lateranum. De coronatione Anaſtaſius vnum meminit Nicolaum coronatum, ſed refert electi pedibus oſculandis accidere ſolitos qui aderant electioni, vt in Valentino,

Digitized by Google

Leone 4. Benedicto 3. & alijs. Platina vero ait Nicolaum de more coronam Pontificiam ſumpſiſſe: quaſi prædeceſſores eam ſoliti eſſent aſſumere. Certè diù ante Nicolai Pontificatum, Clodoueus 1 qui regnabat anno 485. dedicauerat, ſuaſu D. Remigij, in honorem B. Petri coronam gemmis pretioſiſſimis inſignitam, & Romam miſerat, quæ regnũ dicta eſt: eique deinde Carolus Caluus regnans anno 841. duas addidit gẽmis quoque ornatas, eaſque ad Adrianum 2. miſit. Sic tres coronæ: an inde vel ex prima vſus emanauit coronandi primùm Pontificis vna corona, ac deinde tribus? An etiam ad eum vſum velut receptum reſpexit Gregorius 7. quando inter dictatus poſuit ſolius eſſe Pontificis Romani vti Imperialibus inſignijs? Sanè illorum potiſſima eſt corona. Tamen D. Bernardus de pompa pontificali querens nempè de equo albo, & cohorte militum, nihil de corona dixit: vnde videretur non eam adhuc receptam fuiſſe. Sed contra docet Innocentius 3. qui circiter 40. annos poſt illum vixit: loquens enim de ſua coronatione ſermone in eam habito: Eccleſia, inquit, ſpõſa in ſignum ſpiritualium contulit mihi mitram: in ſignum tẽporalium dedit mihi coronam: mitram pro Sacerdotio, coronam pro regno: illius conſtituens me Vicarium qui habet in veſtimento, & femore ſuo ſcriptum Rex Regum, & Dominus dominantiũ. hæc ille; quanquam de vna duntaxat corona. Vnde videretur cœpiſſe coronari ſummus Pontifex ab eo tempore quo ex liberalitate noſtrorum Regum cœpit eſſe Dominus temporalis plurimæ Italiæ partis, ac etiam Romæ.

Aimoin. lib. 2. c. 24 lib. 5. c. 17 Hincmarus in vita S. Remigij

XXVII. Iam verò notiſſimum eſt tres illas coronas mitram circundare, quam ob id regnum vocant: ac qui primus illud regnum maximè ornauit, vt maximè affectare dominationem temporalem, videretur, dicitur Paulus 2. ſedens anno 1464. coëmptis videlicet vndique magni pretij adamantibus, ſaphiris, ſmaragdis, chryſolitis, iaſpidibus, vnionibus, & quidquid gemmarum in pretio eſt quas mitræ affixit: ſicque velut Aaron ac forma quaſi auguſtiore humana prodibat in publicum inſpici tum ab hominibus & admirari cupidus: hancque ob rem nonnunquam in vrbe peregrinos remorari ſolitus intermiſſa oſtendendi ſudarij conſuetudine, quo à pluribus eodem tempore cerneretur. Licet pleriſque ſentientibus diminuendam eſſe pompam Eccleſiæ non augendam cum detrimento Chriſtianæ religionis. hæc Platina; qui oculatus teſtis eſt. Huiuſmodi verò opes animum dederunt furibus in mi-

Digitized by Google

tram injiciendi manus : ſurrepta enim dicitur ſub Pontificatu Innocentij 8. ſedentis anno 1484. nec tanti ſceleris authores vſquam reperiri potuerunt. An dici poteſt vt non ampliùs comparerent tot gemmæ quaſi euanuerint, opus fuiſſe Dei, non tolerantis ſic ad oſtẽtationem ſeruire tantas diuitias quæ vſibus pauperum, & Eccleſiæ impendi deberent?

Onuphr. in vita Innocent.

Sic ergo Pontificia Maieſtas à priſca primorum ſeculorum modeſtia, ad hunc ſplendorem intumuit. Nec tamen defuerunt Pontifices quibus diſpliceret vt Cæleſtino 5. qui ad inſtar Domini aſino vehebatur: atque cum primum Pontifex factus eſt habito cõſiſtorio ſtatuit, Ne deinceps Papa, aut Cardinales cum tanta pompa ſolemnibus equis veherentur, nec mulis quidem, ſed aſinis tantum ad imitationem Chriſti. Vnde offenſi Cardinales, & maximè Caietanus, qui poſtea fuit Bonifacius 8. illius reſignationem dolo extorſerunt: ſed nimia erat hæc reformatio conueniens Eremitæ qualis fuerat Cæleſtinus. Sic Vrbanus 6. in ſchiſmate ſedens Romæ, non niſi atratus incedebat, vna contentus mula ſuper qua inſidebat, & vno equo vehente quem ſolum aſſeclam habebat: quanquam Theodorus Nyem contemporaneus in lib. de ſchiſmate eum profundæ auaritiæ, ambitionis, & crudelitatis notet. Marcellus item 2. creatus anno 1555. fertur cum aliquando eius menſæ cochlear, & alia inſtrumenta aurea appoſita eſſent, dixiſſe argentea ſufficere: & de ipſis Germanis cuſtodibus corporis exauthorãdis cogitaſſe: illud ſæpè repetẽs multos Principes ſalutari ſigno crucis potiùs quam armis aduerſus hoſtes defenſos eſſe. Pontificem verò maximum, qui pro Chriſto vniuerſam Eccleſiam gubernaret, ſcutis aut gladiis indigere turpe eſſe: ſatiúſque ipſum ab impijs, & ſceleratis, ſi caſus ita tuliſſet, occidi, quam reip. Chriſtianæ tam indecorum præbere exemplum: ſed ſancto voto breuitas Pontificatus obfuit. Nempe iſtis vt & patribus primis perſuaſum fuit, quod verùm eſt, nihil æquè gratiam, amorem, & admirationem hominum promereri, quam veram, ſolidamque ſanctitatem, & integritatem vitæ quæ intra viliſſimos pannos emittens ſuæ lucis radios rapit ad ſe quoſcumque. Inde etiam Paganis tanti in plurimo diuitiarum contemptu, & ſui negligentia Epaminundæ, Ariſtidis, Fabritij, & aliorum huiuſmodi virtus. ac quid ergo mirũ ſi apud primos fideles exculti tantoperè Apoſtoli, Epiſcopi, ac etiam Anachoretæ ſub vili etiam pallio? quin etiam ipſa eorum vilia ſuppellectilia plurimi fecerũt:

Annal. Eberhardi ad an. 1290.
Paul. Lang. in Chron Citizẽſi ad an 1294.

XXVIII.

XXIX.

puta Theodoſius iunior non abhorrens induere cuiuſdam ſancti Epiſcopi defuncti tunicam, licet ſudore, & quaſi pedore fœtidam, & ſquallidam. Et Mauritius Imperator vetus, & abſoletum pallium, togam ſordidam, & ligneum ſtratum quæ Ioannes dictus ieiunator Patriarcha Conſtantinopolit. ſola mobilia in tanto Præſulatu habuerat, afferri in Palatium iubens, ijſque veſtiri, & excubare ſolitus ſolemnibus ieiuniorum diebus: quippe cum pro ſancto habuerunt Græci: quamvis Latini authore Gregorio magno inſectati ſint velut hypocritam, & qui ambitionem, vanamque gloriam velut Diogenes alter ex illa vilitate, & ieiuniorum frequentia affectaret. Sed tanti videlicet ſanctitas hominũ ſeu vera ſeu fucata(neque enim ſcrutatores cordium ſumus) qui foris pannoſi, intus ſpecioſi reſplendent? ſi abſit hypocriſis quæ diù velari non poteſt: ab operibus enim, vt ait ſcriptura, cognoſcetis eos. At cui reſplendent? ſpecioſo videlicet forma præ filijs hominum: Intus illis eſt quod delectat, quia intus eſt quem delectat, denique omnis gloria filiæ regis ab intus: & legimus quidem ſponſam ſtare in veſtitu deaurato circundatã varietate, ſed à dextris Dei, vt deferatur ille cultus gloriæ eius, non ad res exteriores: & ſponſæ ornamentum eſſe ab intus, vt intelligatur illud aurum eſſe virtutum, & illam varietatem eſſe gratiarum. Pudeat igitur illos qui monilibus fulgent, & moribus ſordent, dum vitiis indulgent: qui induuntur purpura, & byſſo, & ſubinde pannoſa conſcientia iacet: quorum tandem decor cum veſte induitur, & cum veſte deponitur: quique auro, argento, lapidibus pretioſis, & omni cultu Regio non tam ornati quam onerati ſunt, vt B. ait Bernardus. Sed probet vnuſquiſque homo ſeipſum, nihil enim exteriora faciunt modo ſcandalum abſit, ac væ illi per quem contigerit: ſatiùs enim ei eſſet ſi cum mola aſinaria in profundum maris demergeretur.

Atque finis ſit huic operi: niſi quod ſchiſmata contra Pontificem Romanum eiuſque poteſtatem exortatum ab ipſis inferioribus Epiſcopis, maximè verò Conſtantinopolitano, Rauennate, & Mediolanenſi, tum ab Imperatoribus & Principibus ſecularibus, varioſque illorum ſucceſſus, & quatenus hæc poteſtas res iſtorum temporales aggreſſa eſt, funeſtos ſubiungere iucundum eſſet. Verùm vt eſt in prouerbio, Quod differtur non aufertur.

FINIS.

Digitized by Google

RERVM MEMORABILIVM
TABVLA.

A

ABRAHAMO quo gradu conſanguinea fuit Sara. p.51.
Abſolutio peccatorum vbique & cuilibet à ſummo Pontifice dari poteſt, aut danda delegari. p.71.72.800.801
Rarò tamen primitus data eſt ab eo in aliena diœceſi. p.73.
Sed ſucceſſu temporis plurimi ad eum perrexerunt abſolutionem & pœnitentiam accepturi. p.73.74.
Reprobati ab Epiſcopis qui abſolutionem & pœnitentiam directè à Romano Pontifice obtinebant neglectis diœceſanis, aut parochis Sacerdotibus. p.74.75.800.801.
Inde notabilis Synod. Lemouicenſis. ibidem
Abſolutionis peccatorum quorumdam reſeruatio penes eumd. Pontificem vnde & à quo tempore prodiit, & quibus caſibus. p.76.77
Abſoluendi quoſlibet authoritas conceſſa monachis à ſummo Pontifice. 77
Abuſus in collationibus abbatiarum. p.209.210
Abſens & inauditus damnari non debet. p.507
Abſolutio an mortuis excommunicatis dari poſſit. p.802.803
Abſolutio ad cautelam. p.810
Academiæ an ſint inter congregationes eccleſiaſticas numerandæ. p.363
Præceptores Academici erant olim eccleſiaſtici. p.366
Ad Academiarum fundationem non eſt neceſſarius ſummi Pontificis conſenſus. p.367
Academiæ Pariſienſis duo ſunt iudices ſeu conſeruatores. p.679
Actio perſonalis realem attrahit. p.444.
Adulterium non eſt ſufficiens cauſa dirimendi vinculi coniugalis. p.45.46
Adulterij pœna. p.638.639
Adorari quare noluit Petrus, & quare Paulus adorationem non reiecit. p.832
Duplex Adoratio. ibidem
Vt Adorari poſſunt homines. ibid.
Adorati Pontifices Romani quare in primitiua Eccleſia non fuerunt, & quare deinde adorari cœperunt. p.832
De adquiſitis ab Epiſcopo, & iure illis ſuccedendi, vide in litt. E.
Adrianus 2. iniquus in protegendo Carolomanno aduerſus Carolum Regem patrem eius. p.397.
Adrianus 3. legem tulit de tranſlatione Imperij à Gallis ad Italos, eamque infauſtam. p.701

Digitized by Google

Adriani 1.contra Hincmarum ob ius appellationum cenſura. p. 504. & ſeq.
Æneas Syluius deinde Pius pro Synodo Baſileenſi ſcripſit vt retineret beneficium quod ea illi contulerat. p.122
Æneas deinde Pontifex electiones ſpreuit. p.132
Retractauit quod contra Eugenium pro Concilio ſcripſerat. p.133
Æneas deinde Pius agnoſcit Pontificem decipi in collatione beneficiorum, & diſpenſatione gratiarum, nec tamen Pontifex abuſui medetur. p.198
Non vult appellari poſſe ad futurum Concilium:vide infra de appellat.
Æthiopiæ, Sacerdotum authoritas. p.748
Ærarium fieri quid fuerit. p.541
Africani patres approbant appellationes ad Epiſcop.Roman.p.499. 500.
Africanorum Patrum ad Cæleſtinum Papam ſuppoſita epiſtola. p.500
Africanæ Eccleſiæ non defecerunt à Roman. ob controuerſiam de Apiarij appellatione. ibidem
Agapes ſeu conuiuia charitatiua. p.357
Vt interdicta, modus eis datus ac tandem prorſus prohibita. ibid.
Agapetarum virginum ordo prohibitus. p.358
Albertus magnus Epiſcopatum Ratiſponenſem recuſat quare. p.778
Alexandri 6. malæ artes in concedenda Ludouico 12. facultate diuertendi ab vxore ſua ,& nubendi alteri. p.49.50
In Alexandrina Eccleſia quomodo quondam electus Epiſcopus.p.83.
Alexandri Carbonarij ad Epiſcopatum electi memorabilis hiſtoria. p.84.
Eius ſumma cura de ſua pudicitia. ibidem.
Alexandri 3. & Frederici 1. diſſidia. p.233.& ſeq.
Alexander laudatus quod aduerſus Fredericum non cenſuerit per depoſitionem agendum. p.239
Alexandrinus primas Cyrillus pro ſummo honore habuit vices gerere Pontificis Romani. p.332
Indeque huic primati tiara adtributa. ibid.& p.848
Alexius Comnenus ſuppetias offert Romano Pontifici vt Romæ ab eo coronaretur. p.699
Alphonſi Portugalliæ Regis in ſceleribus vindicandis æquitas ſeuera etiam aduerſus Eccleſiaſticos. p.402.
Alphonſus Portugalliæ Rex citatus Romam, & comparens exhibet nudato corpore quanta pro fide paſſus eſſet. p.553
Alphonſi aſtronomi Caſtellæ Regis impietas. p.717
Altaria duo in lege Leuitica & eorum diſtinctio. p.4
L. Aluanij ethnici religio in Veſtales. p.838
Ammonius nbi amputat aurem ne ſacerdos fieret. p.26
D. Ambroſij memorabilis ad Epiſcopatum electio. p.84
Vt refugiebat Epiſcopatum ad eum ex præfectura vocatus. p.384
Poſt Epiſcopatum refugit eſſe iudex quare. p.382
De ambitu cohibendo in electionibus dignitatum Eccleſiaſticarum lex Athalarici. p.219
D. Ambroſij dictum aduerſus vſuram. p.595
Ammiani Marcellini calumnia in

Digitized by Google

Romanos Pontifices, & D. Athanaſium. p.215.216
Anglorum ad fidem conuerſio Greg. magno debetur. p.108
Anglicana lex de appellationibus & de illa controuerſiæ cum D. Thoma. 512. & ſeq.
In Angliam, Scotiam, Hiberniam, ius Pontificis Romani. p.742.743. 744
Anglia tributaria S. Sedis. ibid.
Reclamantibus Henrico Ioannis filio, & alijs deinceps regibus. ib. & p. 743
Angli rebelles ſuo Regis vt Pontificis authoritatem detrectant. p. 751
Annatæ ex reſeruatione fructuum anni quo ſacerdos defunctus, dictæ ſunt. p. 575
Annatarum temporalium quis author, & quis deinde perpetuarum. p. 576. 577
Contra illas querelæ. p. 577. 578
Decretum de illis Concilij Conſtantienſis, & Pragmaticæ ſanctionis. p. 578
De Annatis concordatum Germanicum. ibid.
Pro annatis controuerſia inter Pontificem, & Archiepiſcopum Moguntinum. p. 579
Aduerſus annatas & exactiones Rom. curiæ grauamina Germanorum. p. 580
In Annatis & aliis iuribus exigendis acerbitas eiuſd. curiæ. ibid.
Vnde diſtractiones rerum ſacrarum & exactiones in clero ab Epiſcopis vt Annatæ ſatisfacerent. ibid. & p. 581
Annatæ an ſint licitæ. ibid.
Non præſtantur in Gallia pro minoribus beneficijs. p. 585
Nec quondam in Anglia. p. 586
Eas Germani negligunt ſoluere quare. p. ibid.
Vide cætera in lect. cap. 4. & toto illo cap. lib. 5.
Antiſtites dicti ſacerdotes ethnici p. 820
D. Anſelmus inueſtituris obſtitit. p. 185. in eius cineres impietas Henrici 8. ibidem.
Annulus ſymbolum dignitatis Eccleſiaſticæ. 153
Eſt etiam ſymbolum dignitatis temporalis. ibid.
Appolinis delphici ſacerdoti quis honor deferebatur. p. 341
Appellare à Concilio an licet. p. 348 351.
Appellandi ad futurum Concilium vetus mos eſt. p. 349. 751. 753
Contra Pij 2. opinionem. d. p. 349
Vbi Appellat Eccleſiaſticus à Iudice Eccleſiaſtico & ſeculari condemnatus diuerſis ſententijs quomodo curia ſuprema de cognitione appellationis decernit. p. 422. 425
De Appellationibus ad Rom. Pontificem, vide lect. cap. 8. & 9. & totis illis capitibus lib. 4.
De modo iſtis Appellationibus date cap. 9
Tutius eſt eas Appellationes in prouincijs diſcuti. p. 504. 518
Indeque praxis Gallica. p. 518. 519
Appellare à Pontificis Romani ſententia ad alium quemvis ſeu Epiſcopum ſeu Principem non licet: vnde Conſtantini magni error. p. 495
Appellationes ad Concilium, & ab abuſu vnde introductæ. p. 810
Apoſtoli denominatio ſobriè vſurpata. p. 820
Apparitores quare olim variegato habitu vtebantur. p. 427
Archidiaconus ex collegio diaco-

Digitized by Google

norum eligebatur. p. 262
Eius olim munus. ibid.
Non poterat eſſe Præſbyter. ibid.
In Romana Eccleſia defuncto Epiſcopo ſuccedebat. ibid.
Archidiaconus oculus Epiſcopi. p. 568
Ad eum pertinent fructus minorum beneficiorum quamdiu vacant. ibid.
Archipræſbyteri Iudices erant in minoribus cauſis, maiores tamen præſumebant, quod eis eſt prohibitum. p. 607. 608.
Archipræſbyteri cuiuſdam iniquitas. p. 608
Archiepiſcopus Toletanus cum armis in pugna. p. 753
Arcadius Imperator an fuit excommunicatus ab Innocentio 1. p. 792
Armeniacus Comes nupſit ſorori ſuppoſito falſo ſummi Pontificis diplomate. p. 58
Arelatenſis Epiſcopi qualis olim authoritas. p. 96. & 106
Vt diminuta. p. 107
Arelatenſis Epiſcopi contumacia cohibita. p. 320
Arnulphus Archiepiſcopus Mediolanenſis ſuum de ordinatione Epiſcopi ius armis defendit. p. 97
Arnulphus Epiſcopus Rhemenſis depoſitus, & reſtitutus. p. 168. 510
Arnulphi Lexouienſis Epiſcopi modeſtia dum de Frederico loquitur in prædicatione pro Alexandro contra Octauianum Antipapam. p. 239
De iſto ſchyſmate, & de Alexandro 3. plura habentur. cap. 9. lib. 2. p. 2 6. & ſequentib.
Arnulphus Romam capit, Formoſum in ſede reſtituit, ab eoque coronatus eſt Imperator. p. 703
Eius prodigioſus morbus. p. 704
Imperio priuatus à Stephano 6. ibid.
Armorum geſtatio interdicta Clericis & Eccleſiaſticis vnde cum illis deprehenſi non gaudent ſuo priuilegio. p. 426
Arrianorũ in Antiocheno Concilio contra ius appellandi ad Romanum Pontificem futile decretum. p. 496
Ac de illorum calumniis contra D. Athanaſium. p. 386. & ſeq.
Arriani Liberium Pontificem decipere tentant. p. 817
In Arragoniæ regno celebris controuerſia inter Regem & equites. p. 614
Arragonum iuſtitia, id eſt ſupremus Magiſtratus inter Regem & ſubditos. ibid.
Vt in eo regno Eccleſiaſtica iuriſdictio reſtricta. p. 615.
De aſſaſſinio eiuſque criminis grauitate. p. 414. 415.
D. Athanaſij legitima electio. p. 85
D. Athanaſij perſecutio ab hæreticis: eiuſque cauſa ad Imperatorem Conſtantinum delata, calumniæ, varijque ſucceſſus, & iniquitas iudicij. p. 386. 387
D. Athanaſius Iudicem laicum non recuſauit. ibid.
D. Athanaſ. appellat ad Rom. Pontificem. p. 496. 497
D. Athanaſius prædicat D. Antonium, & vitam monaſticam. p. 359
D. Auguſtini modeſtia vt non auderet prædicare coram Epiſcopo. p. 41
D. Auguſtinus ſucceſſorem ſibi deſignat, ſed conſentiente populo. p. 9.
D. Auguſtinus ordinis canonicorum inſtaurator. p. 360
D. Auguſtinus in cauſis iudicandis quomodo ſe gerebat. p. 382

Digitized by Google

D. Auguſtin. approbauit appellationes ad Rom. Pontificem. p. 499. 500
D. Auguſtinus quid cenſuit de hæreticis perſequendis. p. 766. 767
D. Auguſtini in Pontificem Romanum reuerentia. p. 814
Augurum ſacerdotum Romanorum authoritas. p. 747
Auſtrij excommunicati: quare. p. 753
Auguſti Imperatoris teſtamentum apud Veſtales depoſitum. p. 618
Auguſtus conſuluit Pontifices num grauidæ liceret nubere nondum edito partu. p. 599

B

BAbylas Antiochenus Epiſcopus Numerianum ingreſſu templi prohibuit. p. 789
Sic D. Ambroſ. Theodoſium, ſic Fabianus Philipp. 1. ibid.
Baculus ſymbolum dignitatis Eccleſiaſticæ. p. 153. 54. 824
Symbolum etiam dignitatis temporalis. p. 153
Ab Imperatore dabatur electo Epiſcopo. ibid.
Reponitur ab Henrico Imperatore in dextra imaginis Saluatoris vt ſciretur ab eo dignitates pendere. p. 154
Bacchantium cœtus nocturni quantum pauoris fecerunt Romanis. p. 313.
Aduerſus eos graue Senatuſconſultum. ibid.
Baronij Cardinalis conſtantia ne impurus Cardinalis eligeretur Papa. p. 244
De Concilio Baſileenſi, vide infra in litt. C.
Baſilicarum ſeu titulorum in Eccleſia erectio. p. 248
Baſilicæ ſeu tituli vt ab Epiſcopo pendebant. p. 263
Baſilij Imperatoris de authoritate Rom. Pontificis ſententia. p. 794
Eiuſdem erga Epiſcopos & Sacerdotes reuerentia. p. 819
Aduerſus Belgas hæreticos anceps & irritum bellum. p. 769
Bellum ſacrum Gothofredo Duce. p. 546
De Bellatoribus Sacerdotibus & Pontificibus: & an liceat eis bella gerere: ac etiam Pontifici maximo, vide lectionem cap. 6. & toto illo cap. lib. 7.
Benedictus Bonifacij 8. ſucceſſor electiones reſtituit. p. 124
Beneficia ſeu tituli. p. 263
Beneficiorum & titulorum diſpoſitio penes Epiſcopum fuit. p. 263. 264
Duo Beneficiorum genera poſt Epiſcopatum, nempe dignitatum, & perſonatuum. p. 264. 265
Vtriſque præfuit Epiſcopus. p. 265
Dignitates ſunt electiuæ: perſonatus collatiui. ibid.
Beneficiorum, & Præbendarum origo vnde. p. 533
Vt differunt ab antiquis titulis. p. 534
D. Bernardus Lotharium à petitione inueſtiturarum reuocat. p. 159
D. Bernardus in ſopiendo ſchiſmate inter Innocentium 2. & Anacletum laborat. p. 236
D. Bernardi ad Eugen. Pontificem pia admonitio de miniſtris eius. p. 68
D. Bernardus aduerſus ambitum Eccleſiaſticarum dignitatum. p. 119
D. Bernardus aduerſus diſpenſationum facilitatem nimiam. p. 67
Aduerſus exemptiones. p. 481
Aduerſus nimias appellationes. p. 514
Aduerſus iuriſdictionem Pontificiã Romanam quod ſuſciperet cauſas ad Epiſcopos pertinentes. p. 467

Digitized by Google

Aduerſus pompam Romani Pontificis. p.847
D. Bernardi de maieſtate, authoritate & prærogatiuis eiuſdem Pontificis quoad fidem & negotia Eccleſiaſtica. p.816
D. Bernardi de poteſtate ſummi Pontificis qualis eſſe deberet ſententia. p.695
Berẽgarius de imperio certat. p.703
Bertrandus Eduenſis Epiſcopus pro iuriſdictione Eccleſiaſtica. p.630
Rationum illius refutatio. ibidem & ſeq.
Betiſachus quæſtor de peculatu accuſatus ſe finxit hæreticum: quare. p.608
Bigami non ordinandi. p.32
Ac de Bigamia, & polygamia prohibitis quoad Sacerdotium non in cæteris. p. 32
Aduerſus Bigamos & polygamos pœna Græcorum. ibid.
Pro Bigami ordinatione ad maiora diſpenſatio ſummi Pontificis eſt neceſſaria: & in minoribus, Epiſcopi. p.33
Bigamo diſpenſatio indulta reprobata eſt à Curia Pariſienſi. ibid.
Non bis in eũdem explicatur. p.419
Bonifacius 8. omnia Eccleſiæ beneficia ad ſuam diſpoſitionem pertinere dixit. p.224
Bonifacij 8. & Philippi Pulchri diſcordia. p.171
Debuit in temperantior eſſe Bonifacius, & modeſtior Philippus. ibid.
Bonifacius 8. primus ſæuiſſe dicitur in clericos. p.490
Bonifacij 8. oſtentatio vt ad ſe vtriuſque gladij poteſtatem pertinere doceret. p.719.783
Brachmanorum Indiæ ſacerdotum maieſtas & grauitas etiam erga Reges. p.748
Britannia eſt patria obedientiæ, vnde reſeruationes habent ibi locum. p.283.310
Bulgariæ diœceſim ſibi vendicant vtrimque Epiſcopus Romanus & Conſtantinopolit. p. 109
Bulla expedita ſufficit ad conſcientiam licet non publicata. p. 50
Bulla cœnæ Domini non recipitur in regno Galliæ. p. 438. 451
Bullæ Pontificiæ vbi examinatæ antequam publicentur. p. 68.273
Bulla Sixti 5. de extrahendis ex arce S. Angeli nummis quos ibi depoſuerat. p. 586
Barones Franciæ in quibuſdam locis Epiſcopum ſublimem ferunt quo primo die ciuitatem cathedralem ingreditur: ac ferentibus prærogatiua ſedis deinceps adquiritur. p. 838.

C

CÆleſtini 5. in Pontificatu nimia humilitas: vnde auerſi ab eo Cardinales. p. 851
Cæciliani Epiſcopi cauſa ad Conſtantinum delata aliorumque Epiſcoporum ad alios Imperatores. p. 386. 467
Cæleſtius hæreſis damnatus. p. 499
Ad Rom. Pontif. recurrit. ibid.
Cæremonias ſacras non licet coram infideli peragere. p.790
De cælibatu ſacerdotum, eiuſque neceſſitate, & antiquitate. p.34.35
Decreta Conciliorum de illo. ibid.
Calatrauenſis ordinis in Hiſpania origo. p. 776
Cancellarius non vult apponere ſigillum diplomati regio reuocanti edictum quo electiones reſtituuntur. p. 138
Cancellarius apud Anglos, perpetuò ferè fuit Epiſcopus. p. 192

Digitized by Google

Cancellarij Sicilienſis Stephani ſumma æquitas, in eum tamen ſeditio. p. 204
Cancellarius Romanæ ſedis eſt ipſe Pontifex. p.520
Canonicorum ordo. p.265
Ac de illius origine, plurimaque de canonicis, vide lectionem cap. 4. lib. 3. & in d. cap. canonia quid. p.359
Canones Conciliorum non omnes ſunt immutabiles, & indiſpenſabiles. p.353
Canon de mutilatis non ordinandis inter Apoſtolicos canones relatus, an ſit Apoſtolorum. p. 25.26
Non omnes Canones qui Apoſtolorum dicuntur ſunt Apoſtolici. p.26
Cantuarienſis primatia quando conſtituta. p. 108
Capitalium criminum iuriſdictio penes forum Eccleſiaſticum eſſe non poteſt. p.344
Num Clericus ſæuis adeſſe non debet. ibid.
Capitulum quid poteſt ſedere vacante. p. 253.254
Capitulum de iure communi concurrit cum Epiſcopo in collatione dignitatem & præbendarum matricis Eccleſiæ. p. 264
Capitulum etiam confert præbendas. p. 266
Capitula ſuum Epiſcopum eligebant. p. 93
Ac de ablato illis iſto iure, refixoque perperam per Concilium Contienſe, vide cap. 4. lib. 2.
Carceris pœna immunes Eccleſiaſtiſtici pro ære alieno. p. 462. non verò Senatores etiam ſupremi, neq; Pares Franciæ. p. 462
Carcerem extra ſuam Curiam conſtituere iudex Eccleſiaſticus non poteſt. p. 661. eo detineri laicus non poteſt. ibid.
Cardinalis Ferrarienſis obſtitit ne decretum Aurelianenſe & alia ad rem Eccleſiaſticam pertinentia ſortirentur effectum. p. 138
Ad Cardinales ſolos reiecta ſummi Pontificis electio. p.2 6
Cardinalium de electione iſta diuiſio. p. 237.240. ac inde ſchiſmata, vide in ſequẽtib.
De Cardinaliũ indultis, vide in litt. I.
Cardinalibus diſſidẽtibus in electione Pontificis videretur in pari numero adiungendus Imperator. p. 244
Cardinalium factiones in illa electione. p.245
Non tamen minus rata eſſe debet. ibidem.
De Cardinalium origine, progreſſu, authoritate, dignitate, & priuilegiis, vide lectionem cap. 10. & toto eod. cap. lib. 2.
Cardinalis Neapolit. ſibi vt Cardinali licere voluit vt diſpenſaret, quod aliis non liceret. p.255
Ad Cardinalatum Epiſcopi promotio etiam ſine titulo, dat locum regaliæ, quia nouum ſacramentum præſtare debet. p.257
Cardinales debent eſſe in negotiis politicis verſati. p.201
In Cardinalium fauorem introductæ commendæ. p.293.294
Cardinalem in Germania videre rarum fuit. p.293
A Carnis operibus abſtinentiæ inter coniuges olim requiſita aliquot diebus. p.34
Sed non ex iudicio Eccleſiæ Rom. ibid.
Carolus Caluus legatus, & vices gerens Romani Pontificis in Synodo. p. 24.333

Digitized by Google

Carolomanni in Carolum Caluum patrem ſuum fœda rebellio quam Adrianus Pontifex protexit. p.397
Carolus Caluus vt coronam Imperialem ambiuit & obtinuit. p.701.702
Carolus Caluus quantum tribuit Epiſcopis in ſe ſuamq; coronam. p.737
Carolus Caluus miſit duas coronas Romam. p.850
Carolus Martellus decimarum exactor: ac inde odium Eccleſiaſticorum in illum, eiuſque odij examen. p.545.546
Laudatur à Gregorio Papa. ibid.
Caroli Craſſi Imperatoris miſera conditio ad extremam paupertatem redacti. p.702
Caroli magni cura de idoneis ad dignitates promouendis. p.151
Metropolitanas ſedes erexit. p.150
Carolus Magnus in Gallia non in Germania imperij ſedem habuit. p.701
Carolus magn. proclamatus Imperator nihil aut parum temporalis dominij adquiſiuit, ſed titulum duntaxat Imperialem, & an ei ſolo nutu Pontificis collatus ſit. p.711 711.727
Patritius primum dictus eſt, ac de illa qualitate. p.711
Carolus magnus teſtamentum ſuum ad Pontificem miſit. p.713
Caroli magni in Pontificem reuerentia. p.834
Author fuit vt corona peteretur à Pontifice. p.699
Carolus 5. Imperator renuntiat Imperio non ſecus ac olim Lotharius 1. p.729
Carpento capitoliũ ingredi vt apud ethnicos ſummo in honore fuit, & Sacerdotibus conceſſum. p.817
Caſſiodorus quanti fecit Romani Pontificis authoritatem. p.670
Caſtellæ Regis perfidia in nepotes ſuos. p.749
Caſtellani rebelles regi ſuo detrectãt Pontificis authoritatem. p.751
Indeque ab eo vix admiſſi, & admoniti. ibid.
Alia exempla. p.751.752
In Caſtellanos quoſdam Reges cenſura Pontificia. p.401.806
Caſtrantium ſe ob caſtitatem error. vide. p.24
Et de diſpenſatione cum Caſtratis vt promoueantur ad ſacros ordines. ibid. & p.25
Caſtrati non prorſus ſunt illecebrarum carnis expertes. p.24
Caſtratio illicita niſi ex conſenſu Principis. ibid.
Caſtrati abſque diſpenſatione aliqui promoti. p.25
Diſpenſatio iſta quatenus à ſummo Pontifice, & quatenus ab Epiſcopis requiratur. p. . .26
Cautio poſt litem cõteſtatam fruſtra petitur. p. 285
Cazimirus 3. Polonorum Rex vt grauiter ſit increpitus à quodam theologo. p. 818
Cazimirus alter ex monaſterio ad regnum Poloniæ vocatus & quibus à Pont. conditionibus diſpenſatio conceſſa. p. 38
Cenſum Eccleſiæ Romanæ Eccleſia Bituricenſis præſtabat, quod Curia Pariſiẽſis reprobauit. p.480
Cenſoris Romani poteſtas fuit in omnes ac etiam Sacerdotes excepto ſacrorum Rege ac virgine Veſtali. p. 597
Cenſus impoſitus quibuſdam Eccleſijs in gratiam Romanæ. p. 545
D. Chryſoſtomus calumniatus. p.392
à pſeudo-Synodo depoſitus. ibidem.

Digitized by Google

Pontificem Rom. vt ſuperiorem appellat. p.497
D. Chryſoſtom. extra ſuam diœceſim ordinauit Epiſcopos. p.98
Quanti fecit Monachos. p.832
Chriſtus Sacerdotij Chriſtiani author. p.7
Ex Sacerdotali, & Regia ſtirpe natus. ibid.
omnes Chriſtiani ſunt Sacerdotes. p.9.32.
in Chriſto regni Iudæorũ finis. ibid.
Chriſtus humilitatis exemplar. p. 8
Chriſtus iudicare noluit. p.379
Chriſtus vt Petro Monarchiam Eccleſiæ dedit. p.11
Chriſtus inuocatur ab Imperatore Turca aduerſus fœdifragos Chriſtianos, nec vana fuit inuocatio. p.65
In Chriſti ſanguine indulgẽtiæ. p.78
Chriſtus quomodo Apoſtolos & diſcipulos elegit. p.81
Chriſtus quam iuriſdictionem dedit Eccleſiæ & Pontifici. p.379.& ſeq. paſſim.
Chriſtus Conciliorum caput. p.347. 349.
Chriſtus fugit regnum terrenũ quare. p.589
Chriſtus diſcreuit poteſtates. p. 590 695
Chriſtum oportuit pati, & ita intrare in gloriam ſuam. p.849
Chriſtus pompam ſeculi reiecit. ibid.
Chriſti corporis ſacramẽtum quantum. p.829
Ac de illo ſacramento Rabbinorum opinio. ibidem
erga Chriſti corpus Rodulphi poſtea Imperatoris notatu digna reuerentia. p.718
Corpori Chriſti communicaturi coniuges an à copula carnali vacare debuerunt aliquot antè diebus. p.33
Chriſti corpus ſequentibus dum defertur ad ægrotum indulgentiæ datæ. p.79
Cicuta, remedium aduerſus illecebras carnis. p.36
Ciſtercienſes Monachi vt à contributione decimarum in bellum ſacrum ſe exemerunt. p.548
Clemens Pontifex Ioannem Alberti Cæſaris patrui ſui percuſſorem noluit pœnitentem admittere, ſed remiſit ad Cæſarem. p.77
Clementis Pontificis in ſchiſmate miſeria. p.125
Clericus de Eccleſia ad Eccleſiam iniuſſu ſui Epiſcopi tranſire non poterat. p.161.535
in Clericorum pauperum gratiam mandata ſunt introducta, & in abuſum verſa. p.269
de Clericali priuilegio habetur ampliſſimè in litt. E. vide lectionem cap.3. & totum caput lib. 4.
Qui eo gaudere debent. p.433
Clericis coniugatis quomodo prodeſt hoc priuilegium. p.434
de Clericis Romanis ad forum laicum non trahendis lex Athalarici. p. 670.
Clodouei progenies ad hunc vſque diem credita regnare in Gallia. p.734.735
Clodoueus coronam pretioſam miſit Romam quæ regnum dicta eſt. p.850.
Clodoueus Mildunum caſtrum Aureliano conceſſit iure beneficij, ſeu in feudum. p.535
Clodoueo nominationis ius ad Eccleſiaſticas dignitates dicitur conceſſum ab Epiſcopis. p.177
Clodoueus coronæ ab Eccleſia accipiendæ exemplum fecit. p.698
de Collatiuis beneficiis habes cap. 11. & ſequentib. vſque ad f. lib. 2.
Collationes ſunt in fructu. p.266

Digitized by Google

Cenſura iſtius opinionis. p.311
Collationum omnium beneficiorum quæ ad Epiſcopos ſua quemque in diœceſi pertinebant, vnde derogatio. p.266.267
de Collationum Pontificis & Ordinarij concurſu. p.290
in Collationibus abuſus, eique remedium. p.297
de Collationibus apud plurimas gẽtes vt in illis obſeruetur authoritas ſummi Pontificis: vide cap.vlt. lib.2.
Collationes pro quæſtionibus fidei inter orthodoxos & hæreticos. 635
Cognitores eis dati laici, & quod munus illorum fuit. ibid.& p.636
de Commendis, vide cap. 13. lib. 2. n.13.& ſequentib.
Vt differunt ab antiquis viſitationibus vacantis Eccleſiæ. p. 292.293
Commendas eſſe in ſua ditione non vult Auſtriæ Dux: inde illi cum Pontifice ſimultas. p.293.685
Commendæ introductæ vt color daretur pluralitati beneficiorũ. p.293
Sunt in fauorem Cardinalium. ibid. & 294
Communio ſacramentalis extra diœceſim & parochiam non erat quondam licita: atque de confeſſione ſacra. p.73
Communio bonorum ſub primis Chriſtianis qualis fuit. p.526.527
Communionis virtus ac de communione Pythagorica, & Socratica, ſeu Platonica. ibid.
Communionem non omnes primi Iudæorum Chriſtiani ſeruauerũt. d.p.527
Commatri nubere illicitum. p.793
ac de affinitate ſic contracta. p.48
de Compoſitionibus ob diſpenſationes, & gratias Pontificias, illarumque examen. p.69
Compoſtellæ vrbi ſedes Epiſcopalis data. p.117
à Concilio Baſileenſi confirmatio electi Epiſcopi petita. p.124
Concilij Baſileenſis decretum pro confirmationibus ad Metropolitanos pertinentibus. p.127.128
Baſileenſe Concilium confert beneficium Æneæ Syluio. p.132
pro Baſileenſi. Concilio ſcripſit Æneas Syluius, qui fuit Pius 2. deinde ſe retractans. p.122.123
Concilium non obligari ſuis decretis quare dixit Æneas. p.132
Concilium Calchedonenſe non habuit rationem cõfirmationis Pontificis Romani. p.105
in Conciliorum Patres reuerentia Conſtantini, & aliorum Principum. p.332.333.348
de Conciliorum generalium congregatione, authoritate, atque ad ea Romani Pontificis iure, & illorum in hũc Pontificem poteſtate, habes lib. 3. cap. 2. & ſequentib.
Conciliis generalibus laïci adfuerũt & quare. p.343
in Cõciliis generalibus libertas ſermonis eſſe debet. p.344
in Conciliis generalibus agi non debet de negotiis tẽporalibus. p.345
quædam tamen tractata ſunt in Cõcilio Baſileenſi, ſed fruſtra. ibidem
non eſt Conciliorum iuriſdictio in illis rebus niſi in conſentientes. p.346
aut niſi ſint velut Comitia regni. ibidem.
an Concilio generali ſit poteſtas in Principem temporalem vt eum deponere poſſit. p.347.348
Concilium Papam iudicare, & deponere non poteſt. p.354.355
Confirmatio Conciliorum à ſummo Pontifice petenda. p.339.340.341
Concilia haberi non debent in terris Principum abſque illorum autho-

Digitized by Google

ritate: nec ad alia quæcumque ire Epiſcopi ſine eorum conſenſu. p.328.329
Conciliis præſidere Principes ſeculares incongruum. p.332.333
ad Concilium futurum appellare, vide ſupra in litt. A.
Conciliorum decreta præualere debent decretis Papæ. p.352
Conciliorum caput inuiſibile Chriſtus, viſibile Papa.p.347.349. cætera, vide in lectionibus illorum capitum.
Concordati publicationi obſtitit Curia Pariſienſis. p.136
Concordati pernicies. p.137.138
Concordatum de inueſtituris, vide in litt.I.
Concordatum ſuper beneficiis non valet niſi approbatum à ſummo Pontifice. p.296
Nec tamen valet quodcumq; ab eo approbatum. ibid.
Concordato Galliæ nullatenus derogare poteſt Papa ſecus de Germanico. p.302
in Concubinarios Sacerdotes pœnæ Eccleſiaſticæ. p.421
Concubinarij non ordinandi. p.32
Concubina vt legitima quondam fuit. p.47
Conclauis introductio. p.241
de Confeſſionibus ſacris vt ad Monachos pertinere non debeant. p.41.42. Vide ampliùs in litt. M.
in actu Confectionis Sacerdos ſolicitans vt Leui pœna punitus. p.422
Confeſſio auricularis vetus. p.72
Confeſſio publica vnde ſuppreſſa. ibidem.
pro Confeſſionis vtilitate cenſura in nouatores. p.73
Apud Græcos obſeruata. ibidem
Non licita quondam extra parochiā. ibidem.
de Confirmationibus Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Primatum vt olim fiebant, atque vt Romanus Pontifex ſibi eas in ſolidum attribuit, licet reſiſtētibus Ordinariis, vide lectiones capitum 2.3. & 4.
Confirmationes Primatum à Romano Pontifice petitas eſſe, etiam in Orientali & Græca Eccleſia probatur exēplis. p.101.102.103.& 104
Confirmationis tamen Pontificis huius non eſt habita ratio in Concil.Calchedon. p.105
de ijſdem Confirmationibus in Occidentali Eccleſia. p. 105.116.123.124
Eas relinquebat etiam ijs ad quos pertinebant. p.114.115
Confidentiæ exemplum in Conſtantinopolit. Eccleſia. p.147. 148
Confidentiarum odium: & contra illas decretum Pontificis. p.313
Confidentiæ cognitio cuius eſt fori. p.457.458
Confidentiarius ob malam fidem cogitur retrocedere ſi non adſit deuolutarius. p.458
Confratriæ illicitæ niſi permittente ſummo Pontifice. p.322
Quomodo permittebātur apud Romanos paganos. p.323
de Congregationibus Eccleſiaſticis perpetuis, vide lectionem cap. 4. & toto eo cap.lib.3.
Coniuges ad communionem accedentes an puri eſſe debent à congreſſu heſterno. p. 33.34
Conradi Imperat. in cōiugem amor. p.703.
Conſecrationēs Epiſcoporum à Pont.Rom.factæ. p.117.118
Conſeruatores Vniuerſitatis. p.679
de Conſtantini lepra hiſtoria. p.71
Conſtantini 1. reuerentia in Patres Concilij Nicæni. p.332
Conſtantini 1. ſedes in Concilio Nicæno. p.334.cum p. 332.333

Conſtantini 1. erga Sacerdotes reuerentia. p.836
Maximè in Siluestrum 1. ibid.
Conſtantinus 1. cauſam Cæciliani & D. Athanaſij ad Epiſcopos remiſit. p.386.387.467
de Conſtantinopolit. primatia conteſtatio. p.99
Ab ambitione proceſſit, & ſupra Antiochenam, & Alexandrinam Eccleſiam poſita eſt. p.100
Conſtantinopolit. Epiſcopi conſecrandi ius fuit penes Alexandrinum Epiſcopum. p.103.104
De vniuerſalis vocabulo ab eo præſumpto, vide cap.3.lib.8.
Conſtantinopolit. Patriarcha ſæpè Romanum Pontificem implorauit vt ſuperiorem. p.496.497.501.502
In fidei quæſtionibus quantum ei detulit. p.815. ſub f.816
Conſulatus patritiatu maior. p.711
Coſmus Mediceus quantum locupletatus pecunia Ioannis Coſſæ Antipapæ. p.586
Coronæ regalis à ſacerdotibus accipiendæ mos vetus. p.596
Coronam Imperatores Romani quando cœperunt aſſumere. p.697
Et quando à Pontificibus. p.698
tandem Coronam ab Eccleſia omnes Reges & Principes Chriſtiani cœperunt capere exemplo ducto à Clodouco. ibid.
Vide infrà in litt. L de Imperatoribus.
Coronatio ſpinoſa indeque præſagium funeſtum. ibid.
Coronari à Patriarcha Conſtantinopolit. Imperator debuit. ibid.
vt Corona Imperialis à Pont. Rom. expetita, atque etiam nummis redempta fuit. p.700.701.702
Coronæ Imperiali vnde pomum, & pomo crux affixa. p.707
Coronatio & conſecratio an neceſſaria vt quis electus in Papam, Imperatorem, Regem, Epiſcopũ, Abbatem dicatur Papa, Imperator &c. p.710
Corona Imperialis de pedibus Pontificis ſumpta, & ab illis deiecta. quare. p.717
Corona regalis præcedere Imperialem debet. p.718
Corona miſſa Romam à Clodouco dicta regnum. p.734
Coronam an habuerit eamque triplicem Pontifex Iudæorum p.843
quam Coronam debent optare Sacerdotes & omnes Chriſtiani. 848. 849
Coronarum inſtar non fuerunt lamina, tiara, & vitta quas primi Epiſcopi habuerunt. p.849
Coronari à quo tempore cœpit Pontifex Romanus, & de triplici Corona. p.850
Corona pro regno, mitra pro Sacerdotio datur Pontifici. ibid.
Coronis tribus mitra circundatur. p.850
Correctio eſt à capite faciẽda. p.788
Crucis ſigni effectus mirabilis. 6.414
Crucis ſigno pro ſceptro vtens Rodulphus Imperator. p.158
Crux coronæ Imperiali quando affixa. p.507
Crux calceis ſummi Pontificis affixa. p.835
Et Ducali capitis Ducis Venetorum inſigni quare. ibid.
Crux humi non ponenda. p.836
Criminum diſtinctio vt ſciatur ex quibus Eccleſiaſtici ſunt obnoxij foro laico. p.412. & ſeq.
Crimina priuilegiata pro iuriſdictione regia. p.416.417
De crimine ſimplici quoad Eccleſiaſticos. p.419.423
In eo etiam vtriuſque Iudicis eſt ali-

quando neceſſaria cognitio. ibid.
Curia Papæ vbi cenſetur. p.281
Curiæ Pariſienſis decretum pro iure confirmationis conſeruando ei ad quem pertinebat. p.134.135
Curia Pariſienſis obſtitit reuocationi pragmaticæ, & publicationi concordati. p. 36
Curia ſuprema habet ius in omnes Eccleſiaſticos. p.424
Itaque præſcribere illorum iura poteſt. ibid. & p.425
Et illos mulctare pœna honoraria & pecuniaria. Exempla. p.437.444
Curia Pariſienſis pro viſitationibus non factis vetuit exigere. p.560
D. Cypriani error,& ſchiſma contra Stephanum Pontif. Max. p.18
De illo ſchiſmate D. Auguſtini opinio. ibid.
D. Cyprianus ſententiam Pontificis Rom. de lapſis recipiendis requirit. p.30
D. Cypriani de Pontificis Romani in decidendis fidei quæſtionibus authoritate,ſenſus. p.816
Cyrillus Alexandrinus vices gerit Pontificis Romani in Concilio Epheſino, indeq; tiaram ſumpſit. p.848
D. Cyprianus queritur Pontificem Roman. rurſus cognoſcere de iudicatis in Africa. p.466.467.494

D

DAuidi plurima licuerunt quæ ad Sacerdotium pertinebãt. 2
Dauid panes propoſitionis manducans fuit figura Chriſti. p.3
Dauidi quare non licuit ædificare templum. p.771
Idem de Moyſe & Ioſue. ibid.
Dauid religioſus vt pugnam non inchoaret niſi conſulto rationali. p.757
Dauid cum infidelibus ſocietatem & fœdus habuit. p.763
Dammiani Cardinalis de bellatoribus Eccleſiaſticis ſententia. p.780
Eiuſdem de correctione quam Prælatus à ſuo inferiore reijcere non debet. p.355
Damiatam vt perdiderunt Latini Chriſtiani.
de Decimis quas Carolus Martellus exegit à clero. p.545
Decima Saladina quæ à clericis & laïcis exigebatur. p.546.547
duplicem Decimam tunc præſtabant laïci.
Decimam à quo tẽpore cœpit ſummus Pontifex imponere Eccleſiaſticis: ac de repugnantia illorum. p.547.& ſeq. vſque ad f.cap.
Decimæ exigendæ ab Eccleſiaſticis poteſtatem dedit Philippo pulchro Bonifacius 8. eiuſque acerbitas. p.554.555
Item Clemens 5. Carolo Siciliæ Regi. ibid.
Decimarum exemptio pendet à Romano Pontifice. ibid.
Clerus Galliæ ex Decimis ſatisfacit creditoribus apud quos pro Rege fideiuſſit. ibid.
Decimæ quando ſunt fori Eccleſiaſtici aut laïci. p.456.457
& de Decimis infeodatis. ibid.
Decimarum, Primitiarum, & oblationum in veteri lege diuiſio. p.542
Defenſores Eccleſiaſtici qui fuerũt. p.677.678.784
Eorum authoritas vt etiam Iudices eſſent. p.678
Ea defenſio ſeu aduocatia in Principes tranſlata eſt cum aliqua ditione. ibid. & p.679
Degradatio quid & quando non requiritur in Sacerdote capitis damnato. p.415
de iure Deportus eoque Prælatis ablato. p.569
Deuoluendæ electionis, aut confir-

Digitized by Google

mationis ad ſummum Pont.caſus. p.120.121
de Deuolutione ad Regem vel Imperat. lex Saxonica. p.163
Item ex lege Anglicana. p.191
de Deuolutionibus, & quatenus habent locum. p.284. & ſeq.
à Deuolutario cautio requiritur. p.285.
Deuolutio in Hiſpania ad quem fit. p.307
Deuolutioni quomodo locus eſſe deberet. p.299
Deus per infirmiores operatur. p.609
Diaconorum prima inſtitutio. p.82. 261
de Diaconibus Cardinalibus, vide tit. de Cardinalib.lib.2.cap.10.
Diaconorum ordo plurimi quõdam fuit. p.261
Vt auderent antecedere Præſbyteros vnde correpti. p.262
Ex illis Archidiaconus eligebatur. ibidem.
De Archidiacono, vide in litt. A.
De Diaconiſſis. p.391
Suppreſſæ fuerunt. ibid.
Atque notabile iudicium Curiæ Pariſienſis. ibidem
Dietheri Archiepiſcopi Moguntini cum Pio 2. controuerſia ob annatam. p.579
Diœceſis quid. p.659
Dignitas collatiua qua præſcriptione fit electiua. p.173
Quæ dignitates ſunt obnoxiæ nominationi regiæ, & quæ non ſunt. p.173.174
Dignitas electiua reſignari poteſt, ſed vacans per obitum conferri debet à capitulo. d. p.174
Qui digniſſimum non promouet peccat mortaliter. p.212
Dignitatum matricis Eccleſiæ pertinet de iure communi iunctim ad Epiſcop. & capitulum. p.264
Sede hodie alicubi ſolus confert Epiſcopus: & ſolum capitulum. p.265
Ad dignitatem promoti ſiue Eccleſiaſticum ſiue laicum dona faciebant populo. p.219
Modus eis impoſitus quoad Pontificales dignitates. ibid.
Vide plura in litt. E.
Diſpenſatio non ita requirebatur quondam à ſummo Pontifice vt hodie. p.24
de Diſpenſat. cum caſtratis vt ad ordines promoueantur. ibid. & p.25
Vide in litt. C.
de Diſpenſat. cum lapſis ac illorum differentia. Vide in litt. L.
de Diſpenſat. cum bigamis. Vide in litt. B.
de Diſpenſat. à voto quolibet vide in litt. V.
de Diſpenſatione ob tranſlationem Epiſcopi. Vide in litt. E.
de Diſpenſatione ob Diuortia vt alij nubere liceret. p.45. & ſeq.
Diuortia olim abhorruerunt Chriſtiani. d. p.45
Diuortia illuſtria inconſulto ſummo Pont. p.47
Diuortia ob affinitatem. p.47.49
Ob defectum conſenſus in Ludouico 12. p.49
Ob frigiditatem. ibid.
Ob affinitatem.
ſuper Diuortio Cardinalis Neapolitani iniqua ſent. p.49
ad Diuortium faciendum & nubendum alteri ſatis eſt diſpenſationem expeditam eſſe, licet non ſit tradita aut publicata. p.50
Diſpenſatio denegata Henrico 8. Angliæ Regi quantum malum protulit. ibid.
cauſa & prætextus eſſe debet in Diſpenſatione ob diuortium impetranda. p.50

de Diſpenſat. ob matrimonium contractum in contractu prohibito, vide in litt. M.
de Diſpenſat. à iuramento. Vide in litt. I.
Diſpenſationes Pontificiæ quatenus & vbi licitæ ſunt fruſtra eſt quærere. p. 66
Diſpenſare non poteſt in temporalib. vide in litt. T.
Diſpenſatio quando neceſſaria eſt. p. 67
Diſpenſationum cenſura ex D. Bernardo & alijs. ibid.
cenſura Diſpenſationis ad plura beneficia. ibid.
Diſpenſatio illicita an in conſcientia valet. ibid.
Diſpenſationes Pontificias rejicit curia Pariſienſis in pluribus caſibus. p. 68
Diuortij controuerſia ad Iudicem laicum eſt rejicienda. 623. 624
Diuortij quod Philippus Auguſtus concubinæ adhærens cum vxore proſequebatur miraculoſa diffinitio. p. 686
Ob adulterum diuortere non licet vt alij nubatur. p. 45. 46
Ac de ea re propoſita quæſtio in Concilio Trident. ibid.
Docendi munus eſt peculiare Epiſcopo. p. 40
Dominatio à tyrannide nata, & quando. p. 689. 690
Dotes modicæ olim datæ filiabus regum Galliæ, & Angliæ. p. 750
de D. Dionyſij corpore diſceptatio vt deciſa. p. 453
Dionyſius tyrannus auriga Platonis. p. 838

E

Ebbonis Rhemenſis ob crimen maieſtatis depoſiti hiſtoria. p. 504. & ſequentib.
Eccleſiæ primitiuæ vſus obſeruandus. p. 10
Eccleſiæ ſtatus viſibilis Monarchicus eſt in perſona Petri, & ſucceſſorum eius Romanor. Pont. p. 10. 11. 12
Eccleſiaſtici quoad temporalia ſunt obnoxij Principi ſeculari. p. 21
Non ſunt tributis exempti niſi ex priuilegio Principis. p. 22
Pro ſuis fundis, & bonis propriis non ſunt exempti, ſecus de Eccleſiaſticis. p. 22. 23
Ab Eccleſia ſua non licet diſcedere, id eſt ei renunciare. p. 28
Nemo hodie renunciat niſi ſpe opimioris aut vtilioris. p. 29
Non valet renunciatio niſi apud Apoſtolicam ſedem. p. 29
Multi quondam renuntiauerunt nullo authore. p. 28
Eccleſiaſticas dignitates pleno iure conferre cœpit tãdem Pont. Rom. p. 139. 211
Eccleſiaſticis dignitatibus an malum ſit præfici plebei conditionis hominis. p. 151. 152
cui Eccleſiaſticæ dignitates conferãtur intereſt Pont. & Regis: ideoque non prorſus damnandæ nominationes, & confirmationes. p. 139. 211
Sed quatenus faciendæ eſſent. ibid. & p. 140
In Eccleſiaſticos Papæ poteſtas ſumma ac veluti regia: vide cap. 1. lib. 3
Itaque decimis & alia iure eis indicere poteſt. Vide capita lib. 5.
In eos omnimodam iuriſdictionem etiam capitalem. p. 489. vſque ad f. cap.
Eccleſiaſtico viro competit imperium. p. 314. 315
Et cuiuſmodi. p. 823. 824
Vt Eccleſiaſticos ad ſe euocare poſſit Papa vetus eſt. p. 319
Idque Imperatores comprobaue-

runt. p.320
de Eccleſiæ iuriſdictione in omnes ſententia Damiani. p.355
de Eccleſiaſtica iuriſdict. vide in litt. I. & toto lib. 4. ac lectiones capitum iſtius lib.
Eccleſia duplici nomine intelligenda. vel in genere pro congregatione omnium fidelium : vel in ſpecie pro ſolis Paſtoribus & Eccleſiaſticis, vt primo modo ſit in ea duplex iuriſdictio, ſed diuiſa; & duplex gladius, ſed diuiſus. p.380. 695. 757.
dic Eccleſiæ quid ſit. p.381
Eccleſia de ſanguine iudicare non debet. p.384.385.400.486.487.489. 595. 596. 605.
Nec vindictam ſanguinis petere. p.386. 787.
nec Eccleſiaſtici iudiciis ſanguinis intereſſe abſque irregularitate. p.606.607
Eccleſiaſtici foro ſeculari primitus obnoxij. p. 385.386.387. 412. Vide infrà de Epiſcopis.
Eccleſiaſtici accuſati & condemnati ob incendium apud præfectum. p.391
Eccleſiaſtici ab Imperatore, & Iudicibus ab eo delegatis iudicati. p.39 393
De Eccleſiaſticorum cauſis decretũ Concil. Conſtant.1. p.390
Carthag.3. ibid.
Calchedon. p.392
Agath. Matiſcon. & aliorum. p.395. 396.400.403.
In Gallia huiuſmodi cauſæ ab Epiſcoporum Synodis iudicatę ſunt. p.396
inde Eccleſiaſtici quorumcumque criminum rei Iudici Eccleſiaſtico reddebantur. p.398
Eccleſiaſtici viderentur publico ſupplicio eximendi ob decus Eccleſiæ. ibid.
Sed abuſus aliud ſuadet. p.399
Eccleſiaſtici quatenus ſunt obnoxij foro laico ex criminibus. vide toto cap.3. lib.4. & lectionem cap.
Erant indiſtinctè obnoxij huic foro primitus. p. 412
Eccleſiaſticus Iudex an aliquam pœnam corporalem imponere queat. p. 488. 489. exilium ibid. quæſtionem. p.418. flagella. p.487
Eccleſiaſticus quando ab vtroq; Iudice iudicandus. p.419
De crimine ſimplici. ibidem & p.423
In eo crimine ſi leue eſt, ſtatim remiſſio fieri debet ad Epiſcop. p.422
Adde not. in litt. C. de criminibus.
Ad quem Epiſcop. remiſſio fieri debet. p.422
caſus ex quibus Eccleſiaſticus non gaudet priuilegio clericali habes cap.3. lib.4. n.35. & ſequent. p.425 & ſequentib.
Incorrigibilis. p.425
In armis deprehenſus. p.426
Abſque ſuo habitu. ibidem
Functionem inhoneſtam exercens. p.428.429
Negotia & adminiſtrationes ſeculares exercens. p.430.431
Nihil magis hodie affectant. p.431
Eccleſiaſticis adminiſtrationes publicæ maiores datæ apud Anglos. p.431
Eccleſiaſticis negotiatio & ars honeſta non interdicta. p. 428.429.
Eccleſiaſticis manibus operari non inhoneſtum, nec illicitum, imò neceſſarium eſſet. ibid.
Sed negotiis, id eſt præfecturis & adminiſtrationibus ſecularib. ſe immiſcere eis non licet. p.430.431
Eccleſiaſtici exempti apud Hiſpanos ſubijciuntur iuriſdictioni regiæ. p.433
Eccleſiaſtici qui gaudere debent priuilegio

Digitized by Google

uilegio clericali. p.433.434
an Eccleſiaſtici functionem ſecularem exercentes priuentur ſuo priuilegio abſque declaratione ſummi Pontificis. p.431.432
de Eccleſiaſtico facto poſt crimen. p. 434
Eccleſiaſtici quatenus ſunt obnoxij laïcæ iuriſdictioni in ciuilib. cauſis, habes toto cap.4.lib.4.vide lectionem cap.
Eccleſiaſticis vetitum per Concilia litigare in foro ſeculari. p.440
Eccleſiaſtici exemptio à foro ſeculari quovſque ſit. p.443
Eccleſiaſticus actor debet legi forũ. ibid. vide litt. I.
Eccleſiaſticus ex perſonali act. non eſt fori laïci. p.459.460
exceptiones: modo nihil inſit reale, aut à realitate nõ incipiatur. ibid. modo ſe in fraudem non aggregarit clero, & quomodo dignoſcitur fraus. p.460. modo actio perſonalis non naſcatur ex prophana adminiſtratione. 461.
Quid ſi coactus, adminiſtrationem hoſpitalis, aut tutelam pupilli ſuſcipiat? ibid.
Eccleſiaſticus pro re ciuili in carcerem trudi non poteſt. p.462
Mobilia eius quatenus capi poſſunt. ibidem.
Eccleſiaſticus quando excommunicari poteſt ob debitum non ſolutum. p.462.463
Eccleſiæ licet poſſidere. p.524
item Eccleſiaſticis paupertatem non profeſſis. p. 25
Eccleſiaſticarũ poſſeſſionum an habuit regimen vbicumque ſummus Pontifex. p.528
Eccleſia primitus non poſſidebat, ſed pretium poſſeſſionum recipiebat. p. 525
At tutius viſum eſt ipſas poſſeſſiones retinere. p.526
Eccleſiaſtici ſunt fructuarij rerum Eccleſiaſticarum? p.529
an Eccleſiaſticis habentibus patrimonium ſit tutum in conſcientia ali de rebus Eccleſiaſticis. ibidem.
cenſura in Eccleſiaſticos illis abutentes. ibid.
Eccleſiaſticarum rerum varia diſtributio per Concilia inter Epiſcopum & Præſbyteros, ac Clericos. p.530.531.532
Synodi Romanæ decreti de illa diſtribut. explicatio. p.530
Suppreſſa tandem eſt ea diſtributio cui ſucceſſerunt beneficia, & præbendæ. ibid.
Reſtituta aliquando in Gallia. p.535
Eccleſiaſticarum rerum alienatio quorum conſenſu facienda. p.536. & 537. & formulæ ad eam requiſitæ. ibid.
In illa alienatione Rom. Pont. conſenſus quondam requirebatur ab Epiſcopis. p.537
Quo caſu apud Gallos requiritur. ibidem.
in Epiſcopi diœceſani res Eccleſiaſt. relictæ. p.528.530
res Eccleſiaſticas attrectare illicitum Principibus, ne quidem in neceſſitate niſi cum venia Rom. Pont. p.533.538.544.555
Eccleſiaſtici vt ſe oppoſuerunt Pontifici decimas, & alia ſubſidia ab eis exigenti. p.548. & ſeq. vſque ad f. cap.
de Eccleſiæ vacantis fructibus, & redditibus ad quos pertineant. vide in litt. F.
Eccleſiæ an dedit Chriſtus regiam poteſtatem cũ Sacerdotali. p.589. 695.757
Eccleſiaſticos peritos eſſe rerum forenſium turpe eſt. p.591
Eccleſiaſticorum artes vt Eccleſiæ

Digitized by Google

relinquuntur. p.622.623
Eccleſiæ relinquere pium, ſed voluntarium eſſe debet. ibid.
Eccleſiaſticorum auaritia captans legata lege cohibita. ibid. reuocatio iſtius legis. ibidem
Eccleſia diuitiis maior, virtutibus minor. ibidem
De illa lege D. Hieron. ſententia. ibidem.
Eccleſia prohibetur adquirere. ibid.
Eccleſia territorium non habet vnde iuriſdictionem præſcribere non poteſt. p.632
Eccleſia non habet fiſcum vnde mulctæ pecuniariæ indicendæ Epiſcopo ius non eſt pro ſe aut Eccleſia. p.654.655
Eccleſiæ quatenus competit temporalis iuriſdictio. p.665.666
Eccleſia vt propter feuda eſt Principi obnoxia. ibid.
Eccleſia ex ea temporali iuriſdict. omnia poteſt quæ iudex temporalis, ideoque laicos ei committere debet. ibid.& p.667
Eccleſia nimiam ſeueritatem vitare debet. p.804.809
in Eccleſia duo gladij quomodo intelligendi. p.757
in Eccleſia duæ perſonæ eximiæ. ibidem.
Eccleſia feudis & ditionibus ſuis priuari non debet. p.778
Eccleſiæ quatenus licet auxilium armatum inuocare,& pro rebus Eccleſiæ temporalibus. p.784.785
Eccleſiaſticæ cenſuræ modum imponere regibus nefas eſt. p.799
de Eccleſiaſticis bellatoribus, vide lectionem cap. 6. ac totum iſtud cap.lib.7.
Edouärdus 8. Angliæ Rex vt publicè luit in corpore quod matrem ſuam atrocium criminum accuſaſſet. p.603
Electio Epiſcoporum id eſt Apoſtolorum, & diſcipulorum, id eſt Sacerdotum vt à Chriſto facta. p.82
Electos Epiſcopos data Petro confirmandi poteſtas. ibid.
Non tamen ea poteſtate dicitur vſus ibidem.
miraculoſa Fabiani Electio. p.85
Electionibus concurrebant laici. p.82.83.84
de Electionibus ſanctio Concilij Baſileenſis. p.93
pro Electionibus Regis Galliæ ad Martin. Pont. reſponſum.ibidem.
in Electionibus ab omni ætate abuſus irrepſit. p. 94
Eligere ſeipſum nemo poteſt vt nec inſtituere, nec præſentare, nec conſecrare. p.100
hiſtoria tamen lepida Eligentis ſeipſum. ibid.
aduerſus Electiones reſeruationes introductæ,illarumque caſus. 119. 120.123
Ac de reſeruationibus,vide in litt.K.
capitularis Electio aliquando præualuit cõtra reſeruationem. p.123. 192
Electionum ius reſtituit Ludouicus ſanctus. p.124
Electionis arbitrium ob eligentium diſcordiam Imperatores ad ſe deduxerunt. p.160.161
Electiones Fredericus 2. voluit reſtituere. ibidem.
aliud Electio, aliud cõſecratio. p.88. 203.204
ordinatio non idem quod Electio. d. p.88
Electiones ab Epiſcopis ſolis factæ. ibidem.
Electio Eadmundi apud Anglos memorabilis. p.93
Electionum memorabilium exempla. p.84.85.
cætera de Electionibus & collatio-

Digitized by Google

nibus Epiſcopalis dignitatis, vſu deſignandi ſibi ſucceſſoris improbato, & hæreditaria ſucceſſione etiam improbata: ac vt excluſo populo ad Capitulum ſolum pertinuerit Electio. Vide in lect. cap. 1.& illo cap.lib.2.
de confirmationibus Electionum. Vide in lect. cap. 2. & illo cap. atque infra in litt. C.
de Electionibus & confirmationibus ordinariis à Pont.Rom. ſuppreſſis in lect. cap.3.& illo cap.
De querelis gentium ob illam ſuppreſſionem & conatibus vt reſtituerentur electiones in lect.cap.5. & illo cap.
de authoritate qua Principes ſummi ſuppreſſerunt quoque Electiones. Vide lectiones cap.5.& ſequẽtium vſque ad cap.9.eod.lib.2.
de Elect. ſummi Pontificis variiſque in illa ſchiſmatibus. d. cap.9
pro Electionibus longæ controuerſiæ in Anglia conniuentibus inter ſe Pont. & Rege. toto ferè cap. 6. lib.2.vſque ad p. 194.
pro Electionibus contra prouiſiones Pontificias ſtatutum Anglicũ fortiter obſeruatum. p. 190. & ſeq. vſque ad p.194
in Eligendis ad Epiſcopatus & maiores Eccleſiæ præfecturas ſumma cura Iacobi Scotiæ Regis. p.194
digniſſimum qui non Eligit peccat mortaliter. p.212
de ſuppreſſis Electionibus quæ mala. p.199
Eligendi licentia aliquando à Rege petita. p.209
Electi Pontifices largitionem faciebant populo, & de modo ei dato. p.219.
Electionis ſecurior forma videtur per ſcrutinium. p.242
Electi Epiſcopi Romam ire debebant. p.189
Interrogationem ſubituri p.190. iuramentum præſtituri, & ob alias cauſas. p.320.321
Eligentes confirmationem electi ſui à ſummo Pont. ſuis ſumptibus quondam procurabant. p.189
Electionum ſupprimendarum maxima cauſa fuit, ſchiſma longum inter Pont. Rom. & Imperatores. p.161.162
Elizabetha Angliæ Regina vt in eam indignatur Pontifex. p.744
Emmæ Reginæ atrocium criminum accuſatæ notabilis purgatio incedentis nudis pedibus abſque læſione ſuper carbonibus ardentibus. p.603
de Epiſcoporum tranſlationibus an licitæ eſſent diſputatio vetus. p.26
Non requirebatur Pont. Rom. conſenſus: tandẽ neceſſarius fuit. p.27
Pœna transferri ſe permittẽtis. ibid.
Tranſlationum ſeu tranſitionum abuſus & ſcandala. p.27.28
ad Epiſcopi tranſlationem neceſſarius eſt Regis conſenſus. p.28
Trãſlatio Procli ad ſedem Conſtantinopol.conſulto Pont.Rom.p.27
Epiſcopi tranſlatio quando legitima. p.26
Epiſcopi peculiare munꝰ eſt docere, ideo illo præſente tacebant Preſbyteri. p.41
Epiſcopi & Præpoſiti Eccleſiæ cuiuſmodi eſſe debent. p.81
Epiſcoporum ordinationes quomodo ſtatutæ ex Concilio Nicæno, & aliis quibuſdam, & an ibi ordinatio ſit idem quod electio. p.88
Epiſcoporum primorum Gallorum inſtitutio. p.88.89
Epiſcopo ſucceſſorem ſibi deſignare fuit illicitum. p.89.91
Epiſcopus in ſcribere ſe debet Gratia Dei & Apoſtolicæ ſedis, ratio. p.125

Digitized by Google

Epiſcopatum fugiens irriſus in poſteriore ſeculo. p.131
Epiſcopus an fidelitatem, & homagium debet. p.156.157.158
Epiſcopi Suenonis in corripiendo Rege ſuo ſumma ſeueritas. p.195
Item Angli.
Epiſcopatus Cardinalatu maior. 256
Epiſcopi primi & ſecundi ordinis qui fuerunt. p.262.263
Epiſcoporum abuſus in collatione beneficiorum locum fecit reſeruationibus. p.269
Epiſcoporum cauſæ criminales ab Epiſcopis iudicabantur, ſed præſente miſſo Imperiali. exempla. p.387.388.392
Epiſcopus accuſatus vbi reſpondere debet ex lege Valentin. p. 38 . & ſequentium Imperatorum. p.390. 391.393.394
Sententia D. Martini. p.390
Epiſcopi Hiſpani à Rege caſtigati. p.401.402
Non tulit Pontifex. ibid.
aduerſus Epiſcopos caſtella ædificantes. p. 403. 404.779
Epiſcopus à iuriſdictione laica cap. damnatus apud Anglos. p. 406
Epiſcopi in Gallia obnoxij curiæ laïcæ ſupremæ quoad crimina.p.412. 413
in Epiſcop. Syluanectenſem graue Senatuſconſult. Pariſienſis curiæ. p.413
Epiſcopi regibus ſubditi. p.415
in Epiſcopos ſola ſuprema Curia ius habet. p.422
Epiſcopi Pariſienſis prærogatiua in vindicandis reis Clericis à cuſtodia laica in ea vrbe. ibid.
Epiſcopus pro rebus tranſitorijs non litiget. p. 442
Epiſcopos iudicare incõſulto Rom. Pont.non licet. p.469. 92.50. .508
aliqui tamen damnati fuerunt. ibid.
ab Epiſcopo adquiſita ad eius Eccleſiam pertinebant, ſi nihil patrimoniale habebat. p. 528
ſi habebat, fiebat diuiſio inter Eccleſiam, & eius hæredes. ibidem & p.529
Epiſcopus depoſitus quomodo reſtitui debet. p. 505
Epiſcopis non licuit quidquam exigere à ſuis Clericis. p. 543
quid ſi neceſſaria cauſa eſſet. p. 544
quantopere Epiſcopalis iuriſdictio de laica præſcripſit. p.591.592
Epiſcopi proſpectores Iudicum ſecularium conſtituti. p. 592
Epiſcopi quam authoritatem capiebant in Iudicem laicum. p.625
Epiſcopus non debet ſibi quidquam adiudicare de mulctis pecuniariis. p.654.655.
Epiſcoporum Galliæ quondam authoritas in Reges. p.737
Epiſcoporum cenſuræ Eccleſiaſticæ ſeu excommunicationi Reges olim erant ſubditi. p. 791
Epiſcopus vt Medicus. p.804
Epiſcopus apud Gentiles quid ſignificabat, & vera eius ſignificatio in Chriſtiana lege. p. 820.821
Epiſcopus quatenus ſuam dignitatem ſeruare debet etiam erga Principes decretum Conſtantinopolit. Concilij. p.829
Epiſcopis aſſurgere debent Principes. p. 830
Epiſcopi honorem inferioribus ſacerdotibus præſtare debent exemplo D. Martini. ibid.
cenſura in Epiſcopos qui ſacerdotes ſeruitijs indignis addicunt. p. 831
Epiſcoporum ſublimatio à ſuis clientibus cum primum vrbem cathedralem ingrediuntur. p. 838
ac de honore Epiſcopis debito, eoque à Regibus & Principibus reddito d. p. 838. & toto cap. 4. lib.8.

Digitized by Google

Epiſcopi prohibiti gemmas habere in digitis niſi quando ſacrificant. p. 847
Ephod ſacerdotum ornamentum eo tamen Dauid accinctus eſt. p.2
Ephod poteſtatis ſacerdotalis ſymbolum, ideo illud Romani ſeruabant. p.6.144
D. Epiphanius ordinat præſbyteros in diœceſi Hieroſolymit. vnde querela Ioann.Epiſcopi. p. 263
in Equite creando priſcæ cæremoniæ. p. 759.760
Equites ab Eccleſia inſtituebantur & gladium accipiebant. p.759
Equites fiebant Reges,etiam & Principes. p.760
Equites leporarij vnde dicti. ibid.
Equites facere ſolis ſupremis Principibus licet. ibid.
Equites ordinum inſtituti. p.761
hæc inſtitutio inuiſa Pio 2. ibid.
iſtius dignitatis indigna proſtitutio. ibidem.
Eremita nullus eſſe poteſt ſine Epiſcopi authorit. p. 362
Eſſenorum ſecta duplex. p.358.359
Exarchus Sacerdotum ne quis dicatur prohibitum. p.821
Excommunicari non poteſt Magiſtratus regius pro functione ſua. p.661.662.665
de inſordeſcente per annum in Excommunicatione. p. 662. 663
Excommunicationis exceptio. ibid. & p. 664
qui in Excommunicatione perdurat ſapit hæreſim. p. 665
Excommunicationis exceptio obeſt obtinenti beneficium. ibid.
Excommunicationi omnes ſunt obnoxij etiam Principes. p. 798.799. 800
Excommunicati prohibiti ab ingreſſu templi. p. 788.789
Excommunicati vitandi. p.789
Excommunicationi Epiſcoporum ſuorum Reges olim erant ſubditi. p.791
nunc ab ea exempti ſunt. p.799
Excommunicatorum Principum à Pont. Rom. rara ſunt exempla in primis ſeculis. p.792.793
Excommunicati vt olim odioſi. p.797
de excommunicati abſolutione ad cautelam. p.800
de abſolutione excommunicati. Vide in litt. A.
Excommunicatio iniuſta an & quatenus timenda. p. 801.802
non eſt negligenda. ibid.
Excõmunicari mortui poſſunt. p.803
Excommunicatio non leuiter ſtringenda. p.804
præſertim in Principes. ibid.
Excommunicandi non ſunt, aut interdicendi multi pro vnius delicto. p.805
de interdictis, vide in litt. I.
Excommunicati mortui abſque abſolutioni crediti non putreſcere. p.802
Excommunicatio an ferri debeat pro rebus temporalibus etiam Eccleſiæ. p. 807.808
aduerſus iniuſtam excommunicationem quod remedium. p.809.810
Executio non competit Papæ in Gallia. p. 180
Extraneis non patiuntur Hiſpani conferri beneficia. p. 308
Euocationum in prima inſtantia ad Roman. curiam odium, & aduerſus illas querelæ: atque vt prohibitæ fuerunt. p. 425. 426. & ſeq.
Euocatio in prima inſtantia eſt ius Principalis poteſtatis. p. 86
Eo non vſus Iuſtinianus. ibid.
Euphemij Patriarchæ Conſtantinop. libera vox ad Anaſtaſium Imperatorem. p.793

Exemptionum cenſura.p.29.481.482
Exemptionum origo, progreſſus. p. 478. 479
de Exemptionibus Concilij Vienneuſis decretum. p. 481
tractatæ Exemptiones in Concilio Trident. ſed fruſtra. p.483
de Exemptorum cauſis in partibus iudicandis decreta. p.484 485
Exemptio nihil operatur apud nos in criminibus priuilegiatis quia exempti iudicentur à Iudice laico. p.486
Exempti in Hiſpania ſunt iuriſdictionis regiæ. p.433

F

FAbiani Rom. Pont. miraculoſa electio. p.83
ob Feuda bellis adeſſe cogebantur Sacerdotes: ideoque viſum ea illis auferenda eſſe. p.777
Fidem non ſeruandam reis maieſtatis dixit Leo 10. p.491
Vt fides infidelibus ſit ſeruanda.p.64 65.763.764
Fidelitatis iuramentum quid importat. 725.726
Ab Epiſcopis debetur Regi. 157.158
Fidendum non eſt ei qui vltionis appetendæ cauſam habet. p.704
Fideles cum infidelibus & hæreticis quatenus in idem templum conuenire poſſunt. p.790
Non tamen orare cum illis debent. ibid.& p.791.
Flamini diali iurare nõ licebat. p. 318
Flaminis dialis nuptiæ quo ſacrificio fiebant, & dirimebantur. p.598
in Flandria vt reſeruationes, & expectatiuæ excluduntur. p.312
Flauites improbitas vt ad Archiepiſcopatum Conſtantinopolit. perueniret. p.88
Florentiæ Dux titulo Magni inſignitus à Pont. licet renitente Imperatore. p. 741.742
Fœlix contra Liberium intruſus. 817
Formoſus Pontifex vt malet habitus poſt mortem à ſucceſſore. p.490
de Forma gratioſa,& forma dignũ.81
Formoſi Pont.commendatio. p.215
Formoſus ſede eiectus & reſtitutus. p.703
Formatæ litteræ. p.816
Fornicatio in Sacerdotibus vt grauis & punienda. p.420.421
Fornicatio eſt peccatũ mortale. 421
in Fornicantes Sacerdotes graue iudicium Tholozanæ Curiæ. ibid.
in Fornicantes Sacerdotes lex Hiſpana. ibid.
à Foro Romano vt cauſæ peregrinæ auocari poſſunt. p.680
D. Franciſci in Sacerdotes reuerentia, & humilitas. p.43
de regula ei data diuinitus ea lege vt non ei derogaretur. p.44
Franciſcus 1. profeſſus eſt ſe inuitum Concordato annuiſſe. p.136
Fraus diabolica Stephani Epiſcopi vt Epiſcopos fornicationis calumniaretur. p.388
Frederici 1. obſtinatio in fouendo ſchiſmate cõtra Alexandrũ 3.p.238
Tandem ei adhæret ex ſanctitate illius miraculis comprobata. p.239
Frederici 1. pro corona à Pontifice impetranda oratio, & ſubmiſſio. p.713
indignatio tamen eius contra Pontificem.
Frederici 2. pro exemptione Eccleſiaſticorum à iuriſdictione laica conſtitutio. p.408
Frigiditatis quæſtio ac ob illam viſitationes tractari deberent in curia laica. p. 652. 653
ac de pudore illarũ viſitationũ. ibid.
de Fructibus beneficiorum, & de parte debita non reſidentibus ob neceſſariam cauſam cognoſcit curia laica. p.458.459

Digitized by Google

eos reſtituere tenentur qui fiunt ſeculares. p.459
Fructus, & redditus vacantis Eccleſiæ ſucceſſori per canones reſeruari debent. p.566
in regno Neapolit. & Hiſpaniæ, & aliis locis quatenus fiunt Apoſtolicæ ſedis. ibid.
Reges Angliæ olim eos capiebant ac etiam de minoribus beneficijs. ibid. & p.567
abuſus. ibid. & p.184.185
legi de illis repugnat D.Thom.p.186
Fructus minorum ſacerdotiorum Epiſcopi quidam in Anglia ſibi vindicauerunt. ibidem.
in Gallia iſti fructus de Epiſcopatibus vacantibus pertinent ad Capellam regiam Palatij Pariſienſis. p.568
minorum autem beneficiorum ad Archidiaconum. ibidem.
Fructus Sacerdotij vacantis ſibi addicere prohibitus Epiſcopus.p.574
reſeruationes Fructuum primi anni vnde Annatæ dictæ ſunt, ab ipſis Epiſcopis originem habuerunt. p.575
ſummus Pont. Fructus ſacerdotij vacantis, & quandiu vacaret ſibi reſeruauit. p.576

G

GAllorum Regum in Rom. Sedem deuotio. p.754
Galli obligati non alium Regem agnoſcere quam qui de Pipini ſtirpe eſſet. ibid.
Galli Reges an ad hunc vſque diem ſint de ſtirpe Clodouci. ibid. & p.735
Galli Reges temporalia ſua à Pontifice, aut Eccleſia non tenent. p.736
inde reſiſtentes procuratores Henrici 4. p.745
ad Galliæ Regis coronam nullæ ſunt partes P. p.737
Galli Reges non ſubſunt Epiſcopali iuriſdictioni quoad tẽporalia. 737
Non ſubſunt Epiſcoporum ſuorum cenſuris, ſed ſolius Pont. Rom. p.798 799
Galli Reges primi inter Reges Chriſtianos. p.165
Ideo prima illis ſedes eis vbique poſt Imperatorem debetur & ob benemerita in San. Sed. p.335
de illorum authoritate ad dignitates Eccleſiaſticas & iure nominationis habes. cap.6. lib. 2. vide lectionem cap.
Gallicæ nobilitatis laus ex Malmeſburienſi Anglo. p.743
Gallia & Germania à tributo Pont. præſtando immunes. p.745
contra cenſuit Gregor. 7. de Gallis. ibidem.
de Gallica iuriſdict. Eccleſiaſtica habes ampliſſimè toto lib. 4. & toto lib. 6
Galliæ regnum vt quondam auguſtiſſimum & ampliſſ. fuit. p.702
Galli Principem auarum, & ſordidum exoſi. ibid.
Galteri Pictauienſis iniquè à Pont. damnati memorabilis prouocatio. p.350
Gandaui ius ſibi arrogant dandi & amouendi Sacerdotes. p.312
Gemmas habere in digitis prohibitũ Epiſcopis niſi cum ſacrificãt.p.847
Gennadij Patriarchæ Conſtant. pro Rom. Pont. obedientia ad Græcos exhortatio. p.825
Germania immunis à tributo Pont. præſtando. p.745
in Germania reſeruationes electiuarum dignitatum locum non habẽt. p.133
Germanicum cõcordatum. p.133.134
Fraus ei facta. d.p.134
Germani Pragmaticam ad inſtar Gal-

Digitized by Google

licæ inſtituunt. ibid.
ex Germania Cardinalem fieri rarum. p.295
Germania omnibus reſeruationibus eſt ſubdita: vide cap.vlt.lib.2.vſq; ad n.6.
Germanica auiſamenta, & grauamina contra illas. ibid.p.300.302
Germanicum concordatum inter Pontificem & ordinarios de menſibus. p. 300.301
Non ritè obſeruatur à Pont.inde querelæ. p.302
Iſto concordato non ligatur Papa ſecus de Gallico. p.303
Germanica grauamina de annatis & aliis exactionibus Rom. Curiæ. p.580.584
Concordatum ſuper illis. p.586
Germani parum curant de annatis minora beneficia. ratio. p.586
Germanorum procerum ira in Pont. eiuſque legatum, quod dicerent imperiũ eſſe beneficiũ Pont. p. 16
D. Germanus Antiſſiodorenſis Epiſcopus cum armatis proceſſit aduerſus Saxones, ſed non bellaturus. p.775
Georgius Scholaris Græcus vir doctiſſimus oncilium Florentinum non auſus intrare quia laicus erat. p.344
Gilbertus dictus in Pontificatu Syluester Magiæ calumniatus quare. p.168
Sede Rhemenſi deponitur. ibidem, & p.110
Inde infenſus Pontifici contra eius poteſtatem de iuriſdictione ſcribit. ibid.
Gladij poteſtas quæ. p.1
Gladius duplex. ibid.
Propriè in ſolius Dei poteſtate. ibid.
Gladij duo in Eccleſia quomodo intelliguntur. p.757
Sunt ordinati non ſubordinati, nec vnus ab altero dependens. ibid.& p.758
Gladium eſſe in nutu Pont.quomodo intelligitur. ibidem.
Gladius Eccleſiæ quis ſit. ibid.
Gladius bellicus non competit diſcipulis Chriſti. ibid.
vt in Gladium temporalem Eccleſia ſeu Pont. poteſtatem præſumeret vnde prodijt. p.759.761
de Gladio ſpirituali,id eſt excommunicatione, & vt omnes ei ſubſunt nullo excepto. Vide in litt. E,
Gofredi Vindocinenſis Abbatis charitas in Pont. oppreſſum. p. 545
Gothofredi Hieroſolymitani Regis in corona rejicienda humilitas. p.847
de gradibus conſanguinitatis & affinitatis in quibus prohibetur matrimonium. Vide in litt. M.
Gradus conſanguinitatis an ſit notio Iudicis laici. p. 54
de computatione graduum in nuptijs contrahendis inter propinquos, & ſucceſſionibus adquirendis. p.56
item in retractu. p.57
Gradus honoris & prima ſedes Eccleſiaſticis debetur. p.354
duo gradus Eccleſiaſticorum ſub Apoſtolis, Præſbyterorum & Diaconorum. p.261.262
Gratianus dictus in Pontificatu Gregorius, an ſymoniacus fuit. p.229
depoſitus tamen vt ſymoniacus. p. 230.
fabula de eius bello contra Romanos, & falſo miraculo ad eius exequias, p. 781
Gregorij Nazianzeni de Eccleſia Nazianzena in Conſtantinopolit. tranſlatio improbata. p.26
Gregorius Nazianzenus an patri in ſacerdotio ſucceſſit. p.89
Greg. Thaumaturgus abſens vnico

exemplo

Digitized by Google

exemplo conſecratus eſt. p.116
Gregorij magni authoritas in ordinandis Epiſcopis. p.115
Anglorum conuerſionem procurat. p.108
Gregorij magni digna vox de iuriſdict. vnicuique Epiſcopo ſeruanda. p.266
Gregor. magn. vt reueritus eſt cæteros primates, ſe tamen eis ſuperiorem præſtans. p.316
Gregor. mag. timet ſe miſcere in mortem alicuius hominis. p.384. 780.& ſeq.
Greg. mag. multa pia opera exercuit de ſolo redditu Eccleſiæ Rom. p.581
Gregorio magno iudiciaria ſapientia diuinitus data. p.670
eius varia iudicia de ciuilibus& temporalibus rebus ac inter laicos. p.671. 672. & ſequentib.
Gregorij mag. de Mauritio Imperatore querela. p. 794
et de Vniuerſalis vocabulo. p.822
Gregorij magni quanta humilitas. p.833
& in ea humilitate fortitudo ad conſeruandam Eccleſiæ dignitatem. ibid.
Gregorij magni veſtitus ex pictura. p.848
Græci vt excepti ab Eugenio in Concilio Florentino. p.839
Gregorij 7. elogium in eius electione. p. 233. 234
Generoſum eius reſcriptum ad Imperatorem. ibid.
inueſtituras impugnat. p. 155
aduocatus Eccleſiæ cum Hildebrandus erat nondum Pontifex. p. 232
de ordinationibus Epiſcoporum authoritas, & cura. p. 117
Greg.7.bellicoſus animus. p.782
Greg. 4. an voluit excommunicare Ludouicum Pium. p.793
Greg. 5.Imperium Occidentale Germanorum electioni commiſit. p. 705.706
Guido & Berengarius de Imperio certant. p. 703
Guido Galliæ regnum ambiens vt ignominioſe repulſus eſt. ibid.
Guilielmi Pictauiæ Ducis pœnitentia. p.74
Gymnoſophiſtarum Indiæ authoritas. p.747

H

HÆreſis caſtrantium ſe. p.24
de Hæreticis exterminandis decretum Concilij Lateranenſis. p.347
eius examen. ibid.
Hæreticum de orthodoxo iudicare nefas. p. 387.401
Hæreſis crimen licet videatur Eccleſiaſticum, tamen ſub Imperatoribus iudicatum fuit à Iudice laico. p.594.595
de illo tandem cœperunt iudicare Eccleſiaſtici Iudices. p. 608
Hæretici quatenus ſunt iuriſdictionis Eccleſiaſticæ aut laicæ in Gallia, Hiſpania & cæt. p.634.635.636
in Hæreticos plurima Concilia decernentia, non eos exterminandos dixerunt. p.765
Hæreticis vim afferre an oporteat & ſit vtile, p.766.& ſeq.vſq; ad f.cap.
Ac de ea re D.Auguſtini diuerſa ſententia. p.767
Hæretici ſuos falſos martyres habēt. ibidem.
Hæreticorum malignitas in corrumpendis orthodoxorum libris. p.814
Hæreſis impoſtura D. Hilario aliiſq; S.Patribus afficta. ibidem.
Hæreticorum dona reijcienda. p.817
Hæreticū nullum fuiſſe Pont. Rom. vide p.813.& ſeq.
Hæreditas ſine ſacris. p.619
de Hæreditatum controuerſiis vt

Digitized by Google

Eccleſiaſtica iuriſdictio voluit cognoſcere, vide in litt.I.
Hæredes cogendi pias defuncti voluntates implere. p.621
Vt Eccleſiaſtica iuriſdictio de illis ſuam curam interpoſuit. ibidem.
Hedui Sacerdotes, Magiſtratus creabant. p.748
Heliogabali fœmineus faſtus. p.697
Primus Imperatorum coronam regalem ſumpſit. ibidem.
Helueticum decretum pro collationibus ordinariorum contra Pontificias. p.312
Henricus 1. Germaniæ Rex coronam & vnctionem Imperialem neglexit, vnde Imperator non eſt dictus. p.705
Henrici 7. Imperatoris ſuperbia. p.725
Recuſat iurare Papæ fidelitatẽ. ibid.
Henrici 8. ab Eccleſia rebellio. p.57. 58. 804
Henrici Caſtellæ Regis impotentia ad mulieres: indeque notabilis hiſtoria. p.752
Henricus 3. paratus ſatisfacere cenſuræ Papæ. p.800
item Henricus 4. ibid.
Herodes Pontificiam maieſtatem timuit, ideoque de ea extenuanda curauit. p.5
Herodianorum hæreſis qui ad corpus omnia referebant. p.411
in Hiberniæ regno ius Pont. p.744
Hieroſolymit. ſedes non à principio fuit primatialis. p.99.100
D. Hieron. noluit alicui titulo adſcribi. ratio. p.535
Hildegardis virgo. p.777
Eius dicta de querelis inter laïcos, & Sacerdotes ob feuda. ibid.
D. Hilario hæreſis calumnia impoſita. p.814
Hiſpani ante Arriani quam verè Chriſtiani. p.165
aurum Hiſpaniæ notatur à D. Bernardo vt ad corrumpendos animos paratum. p.58
aduerſus Hiſpanos factione ſua electioni ſummi Pontificis obuiantes generoſa vox Montalti Cardinalis. p.246
Hiſpaniæ patronatus, vide lib.2.cap. 13.n.6.p.313
eis nullatenus valet derogare Pont. p.304.305
nec per regulam vacantium in Curia. ibidem.
in Hiſpania vt habent locum reſeruationes, expectatiuæ, & cæt.q.306 307.308.309.
diuiſio menſium inter Pont. & Ordinarios in Hiſpania. p.307
Hiſpani non patiuntur extraneis cõferri beneficia, nec etiam illorum nomine penſiones. p.308
in Hiſpania regreſſus habent locum pleniſſimum. p.309
in Hiſpania vt creatur penſio ſuper beneficio. p.309
In fauorem extranei. p.308
Hiſpani Regis nominandi authoritas ad Eccleſiaſticas dignitates. Vide ampliſſ. p.178. & ſeq. vſque ad f.cap. & p.206.
Hiſpanus Rex excõmunicatus quod Epiſcopos & Abbatem in vincula conieciſſet. p.401
Veniam petere coactus. p.402
Hiſpanus Rex Ioannes vt ſuam in exemptos Eccleſiaſticos iuriſdictionem tuetur. p.433
Hiſpaniæ Regis & laïcæ Hiſpanæ iuriſdictionis authoritas in Eccleſiaſticos. p.425. & paſſim cap.3.lib. 4. vide lectionem capitis.
Hiſpani vt auertunt laïcos à iuriſdict. Eccleſiaſtica. p.648.649
Hiſpanorum Regum in Eccleſiaſticos authoritas. ibidem.
in Hiſpaniæ regno ius Pontificis :

Digitized by Google

ſed Hiſpanis reclamantibus. p. 739. 744
Honorariam mulctam dicere in Eccleſiaſticos ſoli Iudici Eccleſiaſtico competit in leuioribus criminibus, aut curiæ ſupremæ. p. 423. 424
Honorius non fuit Monothelita, ac de anathemate illi dicto. p. 813. 814
de Honoribus debitis, & redditis Eccleſiaſticæ dignitati, vide totum cap. 4. lib. 8.
Horarias preces ſeu officium B. Mariæ Vrbanus 2. inſtituit. p. 235
Hugo Capetus an fuit de ſtirpe Pipini. p. 735
Hungari quando ad fidem conuerſi. p. 199. 100
Hungarorũ Regis corona inſigniaq; creduntur cælitus miſſa. p. 100
Hungarus Rex legatus Apoſtolicus cenſetur.
in Hungaria nulla dicitur eſſe authoritas Pont. quoad beneficia præter confirmationem. p. 313
Hungariæ Regis præſcriptio de iuribus parochorum. p. 432
in Hungariæ regno ius Pont. p. 738. 739
Hincmari Rhemenſis de appellationibus cum Pont. controuerſia. p. 504. & ſeq.
Eius in Rom. ſedem reuerẽtia. p. 506
Non fuit ſchiſmaticus. ibid. ſub f. & p. 507. 509
Errauit in ea controuerſia malè canones interpretatus. ibid.
Hypotheca non contrahitur ex contractu excepto à Notario Apoſtolico. p. 449

I

IEſus Chriſtus. vide in litt. C.
de fine regni Iudaïci in perſona Chriſti Prophetia. p. 9
Inde hæreſis. ibid.
Ieſum audire quid ſit. p. 10
Ignatius Conſtantinopolit. non ideo minus ſanctus reputatur quod pro Bulgarorum diœceſi ſummo Pont. reſtiterit. p. 510
Imperium viro Eccleſiaſtico competit. p. 314. 315.
& cuiuſmodi. p. 823. 824
Imperia ſeruire ſacris debent. p. 839
Imperatores de Eccleſiaſticis dignitatibus diſponentes. Vide cap. 5. & ſequent. lib. 2. atque in litt. K. & de inueſtituris infrà.
Imperatores quando cœperunt coronari. p. 697
& quando Græci. p. 698
quando ab Epiſcopo Conſtantinopolit. ibid.
quod iuramentum ei præſtabant. ibidem.
quando à Pont. ibid.
Imperatorum Latinorum primus Carolus magnus coronam ſuſcepit à Pont. indeque ſucceſſoribus fecit exemplum. p. 699. 700
de Imperio à Gallis ad Italos transferendo lex Adriani 3. eaque luctuoſa. p. 701
ex lege pro Imperio obtinendo varia, & funeſta diſſidia inter Principes Italos, alioſque. p. 702. 703. 704. 705. 717
vnde aucta Pont. authoritas. ibidem.
Imperialem coronam qui Reges Germaniæ à Pont. acceperunt, inde dicti Imperatores, habetur toto cap. 2. lib. 7. & cap. 3. vſque ad p. 722
Imperium Occidentale reddidit electiuum Greg. 5. p. 705
de Electorum creatione cui tribuenda ſit. p. 706
non certi erant Electores, ſed omnis populus eligebat, deinde ad certos ius eligendi delatum eſt. p. 706
Imperiali coronæ vnde pomum affixum eſt, eique pomo crux. p. 707

ad Imperium promotus non eſt verè promotus, niſi poſt conſecrationem imperialem à Pont. acceptam Romæ. p. 710
Imperator eligitur, ſed confirmatur à Pont. p. 712. 716
vt Imperator diceretur non à principio fuit neceſſaria conſecratio à Pont. p. 713
Ipſi Imperatores agnouerunt imperialem dignitatem à Pont. tribui p. 713. 714. 715. 717
ſed electionem à proceribus eſſe. p. 716
Imperium non eſt beneficium Pont. ibid. & p. 762
dici indignantur Germani. p. 725
Imperialis corona de pedibus Pont. ſumpta, & ab eis deiecta: cur hæc ceremonia. p. 717
Imperialem coronam quidam neglexerunt. p. 705. 718
Imperatoris electio fieri debebat præſentibus legatis Pont. p. 721
de Imperatoris electione ſolicitum eſſe Pont. indignantur Germani. ibidem.
Imperatoris electi confirmatio ad Pont. pertinet. ibid.
aliâs non dictus Imperator. p. 722
Imperij anni à coronatione Pontificia numerantur. ibidem.
ſi in Imperatoris electione ſit diſcordia quæ partes Pont. p. 721. 722
de iuramento Imperat. Vide infrà de iuramento.
Imperator ſua temporalia non habet à Pont.
Imperatoris deponendi authoritas an pertineat ad Pont. p. 729
Imperio Occidentali duo tantum Imperatores renunciauerunt. ibidem.
hæc renuntiatio non fuit rata Pont. quia illo inſcio facta. ibid. & p. 730
Imperij vacantis adminiſtrationem ad ſe pertinere vult Pont. exempla. p. 730. 731
contra Germani ſentiunt. ibid.
Imperij Orientalis ob Occidentali diuiſio Eccleſiæ nociua. p. 732
Imperitiæ rei in Medicina, & Chirurgia damnati. p. 414
Incantationibus Carolus 6. ſanandus exponitur. p. 414
ac Incantantium pœna. ibid.
de Indulgentiarum origine, & quo tempore in vſu cœperunt eſſe. p. 77. 78
duplex Indulgentia, ordinaria, & extraordinaria. ibid.
etiam Epiſcopi Indulgentias concedunt ſed non abſolutè vt Pont. ibid. & p. 79
reuocatio Indulgentiarum quarundam. p. 78
in diſtribuendis Indulgentiis quæſtuariorum abuſus: indeque Lutheri offenſio. ibid.
Indulgentiarum vtilitas. p. 79
Indulgentiæ illis conceſſæ qui ſequuntur corpus Chriſti dum fertur ad ægrotum. ibid.
Indulti Cardinalium de pluribus beneficiis poſſidendis limitatio, p. 258
& de collat. beneficiorum quæ ab eis pendent: aut poſſidentur ab illorum familiaribus & domeſticis. ibidem.
vt indulta ſua conſeruent Cardinales non patiuntur diſpenſationem à regula de infirmis. p. 287
Indulta Regis & Cardinalium Hiſpaniæ. p. 305. 307. 308. 309
Infidelium ſocietatem quomodo prohibuerat Deus: & de fœdere cum infidelib. non conſulto Pont. p. 762. 763
Infideles dici canes quomodo interpretatus eſt Samo Sclauorum

Digitized by Google

Princeps. p.765
cum Infidelibus iungere preces & ſacroſanctas Eccleſiæ cæremonias cum eis celebrare, nefas. p. 789. 790
Innocentius 8. quantopere grauis fuit Eccleſiis per impoſitiones. p.549.550
vnde illius defuncti viſio velut pœnitentis. ibid.
de Inquiſitionis iudicibus & vt odioſi ſunt. p.635
Interdicti Pont. in Nauarram iniquitas. p.638
Interdictorum nimia ſeueritas quæ pariat incommoda, & vnde illorum vſus. p.805
Interdictum notabile ex Synodo Lemouicenſi. ibid.
pro Inthroniſatione dari aliquid ab Epiſcopo antiquum licet abuſiuum. p.570
id ſportula dicebatur vſitata apud veteres ethnicos. p.571
damnata à Concilio Calched. p.570
à Concilio Conſtantinopolit. p.571. 572
Inthroniſationis ius quibus Eccleſiis debitum. p.574
Inueſtituræ dignitatum Eccleſiaſticarum à Principibus datæ per annulum, & baculum. p. 153
quo ſenſu damnandæ ſunt, & damnatæ fuerunt: & quo ſenſu non damnandæ. ibid.& p.154
de inueſtituris concordatum inter Calixtum Pont. & Henricum 4. ſeu 5. p.154.155
quare ex eo concordato ſuppreſſis annulo & baculo ſceptrum ſubrogatum eſt. p.154
Inueſtituras per annulum & baculum Greg.7.debellauit. p.153
Lotharius Imperator huic concordato infenſus placatus à D. Bernardo. p.159
concordati verba vt captat Fredericus 1. p.160
fraudem ei facit. ibidem.
de Inueſtituris Iuonis Carnotenſis iudicium. p.169
de Inueſtituris controuerſia in Anglia vt compoſita. p.185
ſed compoſitio non ſeruata à Regibus. p.186.& ſeq.
Ioannis 12.infamis moribus abrogatio, & dira mors. p.226.227.228. 812
Ioanni 1. Papæ delatus honor ab Imperat. Conſtant. p.338.834.699
vt calumniatus. ibidem.
Sanctitas eius miraculis comprobata. ibidem.
Ioann. Euangeliſta, & Iacobus Hieroſolymit. Epiſcopus laminam geſſerunt, non tamen inſtar coronæ. p.8.8
Ioannes Archiepiſcopus Conſtantinopolit. ieiunator dictus, pro hypocrita habitus eſt à Gregor. magno. p.852
eum pro ſancto Græci habuerunt. ibidem.
Ioannis Angliæ Regis à Pont. excõmunicati, & à ſuis vexati ſubmiſſio in Pont. p.743
Ioanna Henrici Caſtellæ Regis ſuppoſita filia: indeque ſeditiones in regno: ac eius tandem in Monaſterium receſſus. p.752.753
Ioanna Aurelianenſis miraculoſa puella, iniquo iudicio damnata,& bonæ famæ reſtituta. p.608.609
Ioannes 8. in carcerem coniectus à Rom. quare. p.701.714
Iojada Pontifex aduerſus Athaliam conſpirat. p.772
non tamen cum exercitu prodiit. ibidem.
Ionathæ Iudæi in recuſanda Pontificia dignit. modeſtia. p.143
Iſdigerdes Rex Perſarũ tutor Theo-

doſij iunioris iſque fidiſſimus. p.762
Iſdigerdes Rex Perſarum Magos decimauit. p.379
Iudicis ſecularis notio de gradu cõſanguinitatis an ſit vbi etiam agitur de matrimonio. p.54
Iudaïcus Sacerdos non omnimodæ iuriſdictioni præfuit. p.371
Iudicum verbo non intelliguntur Sacerdotes, per ea verba ſtabunt in conſpectu Sacerdotum & Iudicum. ibid.
apud Iudæos laïci cum Sacerdotibus iudicabant. ibidem & p.372. & ſeq.
Iudaïci tribunalis duo Præſides, nẽpe Pont. Max. & laïcus aliquis. p.372.373
Iudex fuit aliquando ſolus laïcus.
de Iudiciorum loco ſuperſtitio Iudæorum. p.374
Iudicia criminalia quomodo fiebant apud Iudæos. p.375
de Iudæorum ſummo tribunali Sanhedrim. p.374.375
Iudiciariam authoritatẽ dedit Deus Eccleſiæ, ſed in crimina. p.380
Iudices accipi ab Eccleſia & præcepto D. Pauli an de Sacerdotibus, an de laïcis intelligitur. p.380
potiùs de laïcis quam de Sacerdotibus. p.381
in Iudicando Diacono, Præſbytero, Epiſcopo quot eſſe debent Epiſcopi. p.389
Iudex regius de quibus cognoſcit ad excluſionem aliorum. p.453
Iudices ignorantes qui non intelligebant, id de quo iudicium tulerant. p.502
Iudices iniqui citati ad tribunal Chriſti, ac citationis effectus. p.514
Iudaïcorum Sacerdotum fraus circa legem de vſuris. p.613
apud Iudæos ſeniorum erat iudicare de hæredit. iure. p.620
Iudices Eccleſiaſtici quæ excogitauerunt vt de teſtamentis, & de hæreditatibus ac illorum controuerſiis cognitionem haberent. p. 620.621
item Pontifex. p.674.675
de nuptiis, & incidenter de ſucceſſionum iure, de dotibus & cæt. p. 624.625
Iudicis Eccleſiaſtici authoritas in laïcum quæ tunc fuit. p.625.649
Iudex laïcus rogatus de exequenda ſententia Eccleſiaſtica, an de eius validitate cognoſcere debeat. p.661
Iudæi non ſubijciuntur inquiſitioni Hiſpaniæ ob blaſphemiam in Ieſum, Mariam Virginẽ, & Sanctos. p.672
Iudæorum Reſpub. quando caruit Regibus Ariſtocratica fuit. p.692
Iudicis tentati de corruptione ab vno ex partibus æquitas. p.754
Iulius citauit ad ſe aduerſarios Athanaſij. p.319
Iuliani Cardinalis temerarium conſilium. p.764
In Iulij 2. bellicoſum animum cenſura. p.784
Iuliani Apoſtatæ de Magiſtratibus Chriſtianis cauillatio. p.384
eiuſdem de dignitate Sacerdotali ſeruanda reſcriptum. p.830
à Iuramento illicito diſpenſare pertinet ad Eccleſiam. p.61
Exempla. ibid. & p.62
calumnia ob id Guilielmi Neubricenſis de Philippo Auguſto. ibid.
à Iuramento fidelitatis diſpenſatio per Zachariam Pont. ibid.
Honorij 2. contrarium factum. p.63
creditum deinde poſſe Pont. ab hoc iuramento diſpenſare. p.63.64
Iuramentum datum etiam infideli obſeruandum, nec diſpenſare ab eo oportet. p.64
Ex diſpenſatione clades. ibidem. & p.65

Digitized by Google

de Iuramento æquiuocationes Priſcillianiſtarum, & Thalmudiſtarũ. p.65
in Iuramento illicito diſpenſatio, & abſolutio neceſſaria eſt. p.65
de Iuramento debito ab Eccleſiaſticis ſuo ſuperiori ac proinde Pont. p. 317
vnde Pont. hoc iuramentum cœpit exigere. ibidem.
Monachi Caſſinenſes id recuſant. ibidem.
Iurare an Sacerdoti liceat. p.318
Iuramentorũ ab Imperatoribus Põt. præſtandorum origo & forma, & quid per ea promittitur. p.723.724 & ſeq. vſque ad p.729.
de iuramento obedientiæ, & fidelitatis, atque vt quidam Imperatores id præſtare recuſauerũt. p.725. 726.727.728
prætextu iuramenti Eccleſiaſtica iuriſdictio voluit de omnibus cauſis cognoſcere. p.614
quod correctum. p.645
Iuriſconſultorum hæreſis de computatione graduũ ob nuptias. p.56
Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ authoritas & praxis apud Anglos. p.403. & ſeq.
vt ea iuriſdictio diu agitata à laicis. p.404. & ſeq.
Apud Germanos. p.407
In Polonia. ibidem. & p.408
de Iuriſdict. Eccleſiaſtica conſtitutio Conſtantini 1. p. 440. & aliorum Imperat. vide paſſim cap. 2. lib.4. & cap.1.lib.6. & cap.4.d.lib. p.441 & ſeq.
Iuriſdictio & gladij poteſtas à ſupremo Principe pendet. p.1
Iuriſdictio duplex, ſacra & temporalis. p.2.370
vtrique Iuriſdictioni non vnus homo, nempe Sacerdos, ſed alteri Sacerdos, alteri laicus præpoſitus eſt. p.2. & 370.371
Potuit tamen vtraque fungi Sacerdos. p.590
Iuriſdictio Sacerdotalis de legibus ſacrorum. p.4
Iuriſdictio Pont. Iudæorum. ibid.
Iuriſdictionem vtramque Eccleſiæ competere an voluerit Deus quomodo explorandum. p.9.10
de Iuriſdictione Eccleſiaſtica in Eccleſiaſticos habes toto lib. 4. ac ibid. de iuriſdictione ſæculari in eoſd. maximè cap. 4.
Iuriſdictionem in Eccleſia eſſe impium eſt negare. p.370
Iuriſdictio Sacerdotum & Pontificum, apud ethnicos quæ fuit. p.376.377
Iuriſdictionem in Sacerdotes, & de religione an habebant in Iudæa laici ſedentes in eodem tribunali cum Sacerdotibus. p.375.376
Iuriſdictio Epiſcopalis in primitiua Eccleſia, audientia erat. p. 382.383
quoniam authoritatem coactiuam non habebat. p. 382.658
nec ius gladii nec territorium. ibid. & p.659
de Iuriſdictione Eccleſiaſtica amplianda Imperatorum leges. p. 383
Iuriſdictio Eccleſiaſtica de criminibus capitalibus eſſe non poteſt. p.344.385
de Iuriſdict. Eccleſiaſtica canones Concilij Antiocheni. p.389
Concilij Carthag. Mileuit. Calched. & aliorum. Vide in lect. cap.2.lib.4
Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ fraus vt Eccleſiaſticos reos ad ſe auocaret. p.42[illegible].4[illegible]8
Iuriſdictio Eccleſiaſtica de realibus cognoſcere non poteſt nec etiam Eccleſiaſticis. p.443.444. & ſeq.
nec de incidentibus realitati. ibid.
Idque in praxi eſt apud plurimas gentes: fallit apud aliquas. ibid.

Digitized by Google

&p. 446. 447. 448
nec de reparatione templi. p. 448. 449
nec de poſſeſſoriis. p.450.451.452
etiamſi de rebus ſacris, & religione agatur. p. 453. 458
nec de teſtamentariis, aut hæreditatibus, & piis legatis etiam inter Eccleſiaſticos. p. 454. 455.597.598
Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis caſus toto cap.5. lib.4
vt de congrua portione. p. 456.
de petitorio decimarum. ibidem & p.457
Iuriſdictio Eccleſiaſtica quam pœnam imponere poteſt. Vide in litt. E.
non poteſt ſanguinis pœnam imponere. Vide ibidem.
de Iuriſdict. Eccleſiaſtica in laicos & de rebus temporalibus habes toto lib. 6. Vide lectiones capitum.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica à ſecularium rerum cognitione prohibita. p.590
niſi inter volentes atque etiam laicos. ibid. & p. 593
Iuriſdictio Eccleſiaſtica contentioſa in laicos non eſt de peccatis, ſed voluntaria tantum in tribunali ſacræ confeſſionis. p.593
fuit tamen aliquatenus contentioſa in primitiua Eccleſia. ibid. & p.594
Iuriſdictio Eccleſiaſtica non cognoſcebat de criminibus ſub Imperatoribus, ſed laica tantum. p.594. & ſequentib.
vide infra iuriſdictio laica.
ſed eam cognitionem tandem aſſumpſit etiam in laicos. p.602.603.609
vt de ſortilegio, adulterio, interfectore vxoris, homicidis, & aliis d. p. 602. 603 & p. 604. 605. & ſeq.
exemplum illuſtre de Edoüardo Rege Anglo. p.603
de illis incompetens fuit iudicio Richardi Epiſcopi. p.604
& Iuonis. p.606
ei Iuriſdictioni quem modum dedit Henricus 2 Rex Anglus. p.605
vt reſtricta & limitata. p.628.629
de hæreſi etiam in laicum. p.608
item de criminibus mixtis per præuentionem. p.609
de contractibus ob vſuram, vel iuſiurandum. p.618
ſic Pont. p. 676. 677
quod in Arragoniæ regno prohibitum. p.619
item de cauſis cruce ſignatorum & confœderatorum ob religionem etiam laicorum. p.616.617
de hæreditatib. teſtamentis ſucceſſionibus etiam in laicos. p.618.619. 620.621.622
reprobauit Iuſtinianus. p.618
Iuriſdictio Pōtificia apud Romanos ſacris cauſis prophanas iungens notata à Cicerone. p.619
vt Eccleſiaſtica Iuriſdictio plurima fuit quondam. ibid.
vt reſtricta. ibidem.
pœnam pecuniariam imponebat etiam in laicos. p.609.654.655.
hodie non licet in laicos: & quatenus in Eccleſiaſticos. ibid. & p.423
olim non cognoſcebat de nuptialib. cauſis. p.598.599
nec de mobilibus & immobilibus etiam Eccleſiæ. ibid. & p.660
nec pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum p.600
de illis omnibus tandem cognitionem vſucepit & de teſtamentariis, hæreditariis, ac quibus artibus. p. 620. 621. 624. 625
item Pontifex. p.674.675
eccleſiaſtica Iuriſdictio voluit ſupplere negligentiam vt aiebat ſecularis Iudicis. p.625
id correctum. p. 648.649
authoritas Iudicis Eccleſiaſtici in

laicum

Digitized by Google

laicum quæ tunc fuit. p. 625.649
forum Eccleſiaſticum vt cauſis abundabat. ibid.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica æquior eſſe poteſt laica. ratio. p.627
de vſurpatione eius contra laica iura iamdiu queſtum. ibid.
Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ abuſus, indeque odium. p.627.628
Iuriſdictio Eccleſiaſtica de laica queritur. ratio. p.629
Iuriſdictio Eccleſiaſtica vt limitata in Gallia. p.630.631
In Anglia. p.628.629
Iuriſdictio Eccleſiaſtica cenſuris & interdictis ſua iura vel vſurpationem defendebat. p.631
pro Iuriſdict. Eccleſiaſtica, & aduerſus illius vſurpationem collatio Bertrandi Eduenſis Epiſcopi, & Petri Cunierij. ibid.
Iuriſdictio ſiue territorio adquiri non poteſt. p.632
iſtius collationis effectus. p.632.633
ab Eccleſiaſtica Iuriſdictione retracti ſunt laici in omnibus criminalibus cauſis. p.633. & ſeq. vſque ad f. cap.
vt ſortilegij. ibidem.
item perturbantis ſacrum officium. p.634
de hæreſi diſtinguitur. ibid. & p.635
quid de adulterij crimine. ibidem. & p.638. 639
Hiſpaniæ & aliarum gentium de illa Iuriſdict. Eccleſiaſtica criminali in laicos praxis. ibid. d. p. 633. vſque ad f. cap.
ab Eccleſiaſtica Iuriſdict. reuocata cauſarum ciuilium in laicos cognitio. toto cap. 5. lib. 6. vide lectionem cap.
vt teſtamentorum, executionis eorũ & rationum reddendarum ex ea executione. p.641.642
de actionibus perſonalibus etiam ob rem ſacram. p.643
nonobſtante prætextu peccati mortalis vt vſuræ, iuriſiurãdi re. p.645. 646
de incidentibus in matrimonia vt dote, partu. p.646.647.653. ſub f.
nec de miſerabilibus perſonis p.648. 649
Iuriſdictionem Eccleſiaſticam prorogare non poteſt laicus. p. 647. 648 649
Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ in laicos caſus apud aliquas gentes. p. 650. 651. 656.657
caſus Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ Gallicanæ in laicos. p.651. & ſeq.
Iuriſdictio Eccleſiaſtica per ſe ſuas ſententias exequi non poteſt quia vim coactiuam non habet, nec ius gladij nec territorium. p.659.660
non poteſt in temporalia manus inijcere, nec illis priuare. ibid.
ſed mobilia clerici poteſt per ſuum apparitorem prahendere. p 660
laicas perſonas quatenus prahendere poteſt. ibid.
Iuriſdictionis laicæ brachium etiam Eccleſiaſticus inuocare poteſt. 437
qui Iuriſdictionem laicam dixerunt excommunicatam eo quod de Eccleſiaſticis cognoſceret vt caſtigati. ibidem.
laica iuriſdictio cognoſcit de omnibus cauſis, de quibus notatum eſt ſupra non cognoſcere Eccleſiaſticam. ibid.
atq; etiam de poſſeſſorio beneficiorum, & quarumcumque rerum Eccleſiaſticarum. p.456. & ſeq.
item de diuiſione fructuum. p 459
de penſionibus ſuper beneficiis ibid.
laica iuriſdictio de quibus criminibus cognoſcebat ſub Imperatoribus. p.594 & ſeq.
vt de hæreſi. vide in litt. H.
de vſura. vide in litt. V.

de periurio. p.597
Iuriſdictio laica niſi ſuprema mulctã honorariam dicere Eccleſiaſtico non poteſt ſaltem in leuioribus criminibus. p. 423.424
Iuriſdictionis laicæ Gallicanæ querelæ veteres contra Eccleſiaſticam. p.630
Iſtique modus datus. ibid.
Iuriſdictio laica Gallicana cognoſcit in laicos de omnibus criminibus incidentibus circa matrimonium vt adulterio, raptu & aliis. p.638
Iuriſdictio laica quatenus pronuntiat de nullitate, aut validitate matrimonij. p. 651 652
Iuriſdictio laica ne ab Eccleſiaſtica opprimatur, Principum ſecularium intereſt. p.628
vt Iuriſdictionem laicam tuëtur Hiſpani Reges. p. 648.649
& de laicæ Iuriſdict. authoritate ibi in Eccleſiaſticos. p.425
et paſſim cap.3. lib.4. Vide lectionem cap.
Iuſtiniani 1. contra Pont. quoſdam Romanos impietas. p. 793
eius de æternitate ſibi adtributa vox vt malè accepta. ibid.
in hæreſim lapſus. ibid.
Iuſtini Imperatoris ante Conſtantinum 1. proſternatio. p.834
item Iuſtiniani ante Ioannem. ibid.
Iuſtiniani de Eccleſiaſticis laicam & forenſem praxim ambientibus cenſura. p. 591
Iuuenellus Vrſinus falſo accuſatus. p.77
accuſatores ab eo veniam petierunt ſed linteo tecti. ibid.

L

LAici de rebus Eccleſiaſticis & fidei iudicare non debent. p.635
Laici concurrere debebant ad electionem Epiſcopi & Sacerdotis. p.82. 83. & ſequentib.
Laicorum inſolentia in electionibus. p.94
de Laica iuriſdict. Vide in litt. I.
& de Eccleſiaſticæ iuriſdictionis vſurpata cognitione in laicos. ibid.
Lanfranco Archiepiſcopo Cantuarienſi ab Alexandro 2. redditus honor. p.321
Lambertus coronatus Imperator. p. 704
in venatione occiſus. ibid.
Lamina in fronte Pont. Iudeorum & Ioannis Euangeliſtæ, ac Iacobi Epiſcopi Hieroſolymit. non fuit inſtar coronæ. p. 848
Lapſorũ clericorum in perſecutionibus differentia & an reſipiſcentes gradibus ſuis reſtitui deberent. p.30
de illis ad pœnitentiam non recipiendis Nouatiani error. ibid.
circa Lapſos reſtituendos diſtinctio. p.31
Latinorum in Græcia breuis fuit Principatus. p. 699
Laurentij Celſi Venetorum Ducis vt occurrens ei pater non illum ægrè ſalutaret inuentio. p. 835
pro Legatis Pont. ſe haberi Principes quondam in honore habuerunt. p. 201.473
quid iuris ea dignitas eis tribuebat. p. 203
Legatos habuit Pont. in Græcia. p.337 473
Legati ius violatum à Paulo 4 p.492. 754
Legatis Pont. ob neceſſariam cauſam procurationes non ſunt denegandæ. p.550. ſub f.561
duorum Legatorum Pont. diuerſa exempla: alterius parſimonia, alterius exactio. d. p.561
Legati Apoſtolici præſumptio in bellis ſacris quantum nocuit. p. 782
in Legibus condendis ſuprema eſt

Digitized by Google

maieſtas. p.154
Legis verba captare. p.295
Leges ſunt in futurum: inde iniquitas Arrianorum ex Concilio Antiocheno contra D. Athanaſ. p.389
Lex omnibus vtilis eſſe non poteſt. p.505
Legibus ſecularibus tenentur Eccleſiaſtici: & ſeculares Eccleſiaſticis. p.600.601
Lex de tranſlatione imperij à Gallis ad Italos funeſta. p.701
Leontij Epiſcopi ſe caſtrantis error. p.24
Leontij Epiſcopi pro dignitate Epiſcopali ad Euſebiam Imperatricem generoſum reſponſum. p. 830
Leuitæ inter bellatores non numerantur. p.772
adfuerunt tamen bellis. ibid.
illorum erat clangere tubis dum caſtra mouebantur.
Liberius Pont. non fuit hæreticus. p.817
Litteratos offendere periculoſum. p.546
Litteratis & ſtudioſis vt prouidit in Hiſpania Ximenius Cardinalis. p.304
item Carolus magnus. p. 151
Lotharingia decreto Concilij Baſileénſis adiudicata Renato Andegauo, ſed fruſtra. p.345
Lotharingia dicitur Salica. ibid.
Lotharij 1. Imperat. concubinatus, impietas, punitio. p 796
D. Ludouicus reſeruationibus obſtitit. p 269
noluit vti facultate conferendi dignitates Eccleſiaſticas. p.171
eiuſdem Sanctum reſponſum ad Eccleſiaſticos. p.662
Ludouici Pij pietas. p.397
eiuſdem in Pont. quanta humilitas. p.833
in Ludouicum Pium rebellio filiorum inſtigante Ebbone Rhemenſi. p.504
à filijs malè tractatus. p.791
Ludouicus 11. Romanæ Curiæ indictiones impedit. p. 584.585
Lugdunenſis primatia. p. 107.516
Lutheri lapſus vnde. p.78
vt ſe ſubmittere voluit Pont. p.79
arrogantia deinde illius. ibid.

M

MAhumetanæ legis violentia differens à manſuetudine legis Chriſtianæ. p.767
per Mandata iuri ordinariorum de collationib. cœpit derogare Pont. p.266
Mandatorum vnde origo. p.269
de Mandatis, & quatenus valent in Gallia, eorumque formulæ. p.277. & ſequentibus.
Mandatarij præferuntur nominatis, & graduatis. p.279
caſus in quibus mandato non eſt locus. ibid.
Mandato non parentis ordinarij pœna. p 280
Mandatarius debet prius præſentare ſuas litteras ordinario quam executori. p.281
Mandato nonobſtante quibus caſibus conferre Ordinarius poteſt. ibid
Manichæorum obſcœnitas. p.670
Marcellinus Pont. non fuit idololatra. p. 819
Marcelli 2. Pont. à pompa Pontificia, & præſertim cohorte militari auerſio. p. 851
Maria Virgo an viſitata fuit. p.655
aduerſus Marianam cenſura. p. 401. 779
Marocia meretrix Romę dominatur. p.704
Martiani miraculoſa veſtis cum ſuam pauperibus dediſſet. p. 8[illegible]

D.Martini compunctio quare.p.766
D. Martino famulatur Imperatrix. p.831
D. Martinus quem honorem habuit conſacerdoti ſuo. p.830
D. Martinus cauſam Epiſcopi apud præfectum agitari indignatur. p.390
Martyres falſos habent hæretici. p.767
Mathęus Regino monachus Epiſcopatum recuſans, irriſus à Pont. deinde appetens rejectus. p.131
Matricularij apud quos conueniendi pro rationibus fabricæ. p.643. 644
an debeant eſſe laici. ibid.
Matrimonij ſacramentum. p.44
vt ratum ſi quæ circunſtantiæ requiruntur. ibid.
ab eo ſeparatio non eſt licita quoad vinculum. p.44
de diuortio. Vide in litt. D.
Matrimonij vinculum non rumpitur propter adulterium. p.45
Matrimonium impedit, & contractum reſoluit ſpiritualis affinitas. p.48
Matrimonia illicita in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis. p.51.52
qui fuerunt iſti gradus apud Iudæos, & Gentiles. ibid.
qui gradus prohibiti ex Euangelica lege, & apud Chriſtianos. p.52
aliqui Principes Chriſtiani nupſerunt in gradu prohibito abſque diſpenſatione. p.53
diſpenſandi à gradibus propter Matrimonium ſibi authoritatem Imperatores fecerunt. ibidem
hæretici apud nos eam à Rege impetrare debent. p.54
Matrimonia apud Græcos prohibita etiam in 6.& 7.gradu. ibid.
ideoq; diſpenſatione Synodali vtuntur. ibidem.
Gregor. Magnus abhorruit diſpenſare à gradibus. ibid.
Zachariæ ſententia de huiuſmodi diſpenſatione ab eius prædeceſſore impetrata. p.54.55
Archiepiſcopus Cantuarienſis neglexit huiuſmodi diſpenſationem à Pont. indultam. ibidem.
ſumma pœnitentia cuiuſdam Comitis qui in gradu prohibito nupſerat. ibid.
Gregorius 7. & Paſchalis 2. auerſi ab iſtis Matrimoniis. ibid.
de computatione graduum ad validitatem Matrimonij. ibid. & p.56
vt Matrimonium dirimeretur falſo cauſata propinquitas. p.57
fratris viduam quomodo Iudæis vxorem ducere licebat. ibidem.
in omni ferè gradu diſpenſatio ob Matrimonium conceſſa eſt. ibid.
exempla. ibidem.
Matrimonium conſenſus non concubitus facit. ibid.& p.59
Curiæ Rothomagenſis duo decreta aduerſus diſpenſationem Pontificiam. p.58
aliquando conceſſit Pont. duas ſorores ſucceſſiuè habere vxores, aliquando recuſauit.p.57.58.59.60
Matrimonium per verba de pręſenti non amplius valet. p.59
indeque non ex eo contrahitur affinitas. ibidem
non valens in Gallia citationes ob illud. p.651
Matrimoniis cauſis de fœdere incidentia pertinent ad Iudicem laïcum. vide in litt. I. de iuriſdict. Eccleſiaſtica & laïca.
aduerſus Mauros Granatenſes anceps pro religione bellum. p.769
Maximilianus Imperator cogitat de papatu ambiendo. p.754
Mediolanenſis Dux de collatione dignitatum Eccleſiaſticarum con-

Digitized by Google

teſtatus eſt cum Pont. iam verò nominatio ibi locum habet. p.206
Mediolanenſis ducatus quo iure ad Gallos tranſlatus, eiſque ablatus eſt. p.731
Megarenſes in gentilitia religione quare excommunicati. p.809
Melchiſedech cur Sacerdos & Rex. p.690
in Menſe Pont. etiam mortui beneficium vacans collationi ſucceſſores reſeruari debet. p.311
Menſes reſeruati Pont. & Ordinariis. p.277
in Hiſpania. p.306.307.310
in iſtis præuentio non reſeruatio habet locum. p.307
Metropolitani apud Græcos quomodo electi. p.96
Metropolitani contra Pont. ius ſuũ de electionibus & confirmationibus aſſeruerunt. exempla. p.97
Metropolitas facere non licet Imperatori. p.99.148.149
Metropolitanorum iura ſunt conſeruanda. p.510
Metropolitano prohibitum defũcti Sacerdotis res capere, ſed ſucceſſori reſeruare. p.562
Militum ad electionem Rom. Pont. vocatorum modeſtia. p.220
Milites coli vt martyres voluit Phocas. p.774
de Sacerdotibus Militiam profeſſis, vide in litt. B. & toto cap. 6. lib. 7.
atque vt excitant priuilegio clericali. p.426
Minerua ſcientiarum domina caſta. p.297
ob Miſſæ ſalarium Sacerdoti competit actio. p.643
vide tamen graue iudicium Tholozanæ Curiæ. ibid.
Mitra Pontificia. p.847.848
vt exornata à Paulo 4. p.850
Mitra ſubrepta. p.851
Mobilia clerici quæ capi poſſunt ob debitum. p.462
Moguntia primatia quando conſtituta. p.108
Monachus an diſpenſari poſſit à voto continentiæ per Pont. opinio D.Thomæ. p.38.51
pluries tamen diſpenſauit. ibid.
Monachi quondam non erant clerici. p.39.359
parocho Sacerdoti ſubditi erant p.39
refugiebant Sacerdotium. ibid.
Monachi licet Sacerdotes ſecularibus Sacerdotibus honorem deferre debent. p.40.43
Monachi Sacerdotes facti vt duntaxat in clauſtris & ſibi inuicem ſacramenta miniſtrarent. p.40
Monachis tandem data eſt confitendi, prædicandi, & docendi vbique & omnes licentia. p. 40.41.42
etiam in Græca Eccleſia. ibid.
item ſepeliendi extraneos. p.42
Modo quartam fructuum inde perceptorum darent parochis Sacerdotibus. ibid.
atque ex diſpenſatione Pont. cui tamen interuenire debebat Epiſcopi conſenſus. ibid.
Monachis ſatiùs eſſet hæc munera non committere quoad extraneos. p.43
Monachis profuerunt vt honorarentur, & requirerentur, Sacerdotum parochianorum mali mores, & in res ſacras indecentia. ibid.
Monachis diſpenſationes plurimæ à Pont. conceſſæ. ibid.
à Monachali regula non fuit diſpenſatio concedenda. ibid.
Monachalis regulæ reſtitutores amplectendi. p.44.364.365
Monachi Ciſtercienſes recuſant iurare verbo Pont. p.317
ſuam exemptionem muneribus confirmant. p.482

Digitized by Google

quomodo ſe à decimæ præſtatione exemerunt. p.548
Monachiſmus iunctus Clericatui quando. p. 359.360
Monachi alij fuerunt quam canonici. p.361
Monachiſmi antiquitas. ibid.
Monaſteriorum fundatio in Diœceſani Epiſcopi poteſtate fuit. p.361
item Monachi. ibid.
vt velut tributum ei penderēt. p.479
vt nec regulam auſteriorem amplecti illo inconſulto fas eſſet. p.362
Monachi reformati non ſunt cum aliis miſcendi. p.364
de Monachorum exemptionibus ab Epiſcopali iuriſdictione. p. 478. 479.480
è Monaſteriis olim Epiſcopi ſumebantur, ideoque regulam illorum callebant. p.479
vnde congruebat tunc illis in Monachos iuriſdictio opinione Petri Cluniacenſis. ibid.
illius opinionis cenſura. ibidem & p.480
aduerſus Monachorum exemptiones D. Bernardi, & aliorum cenſura. p.481
ratio. p.482
Monaſteria aliqua vnita S. Sedi cum cenſu. p.480
iſta exemptio licita eſt Pont. p 482
Monachorum Abbatibus ornamenta Epiſcopalia data: vnde querela ibidem.
Monaſteriorum viſitatores Epiſcopos quales eſſe oporteret. p.483
Monachus fit Lotharius 1. Imperator: ac propemodum Carolus 5. p.729
Monaſteria virorum, & mulierum conuicina eſſe periculoſum cenſuit Greg.1. p.675
Monomachiæ olim vſus in cauſis ambiguis. p.675
Monſtrum ex inceſta copulatione editum. p.797
Moſcouitarum Dux regium titulum à Pont. expectat. p.742
Moyſes vtrique iuriſdictioni ſacræ, & ſeculari præpoſitus ad vnam, deinde relegatus eſt. p.2. & p.370
Moyſes fuit Pontifex & Rex. p.5
Moſis ſecreta virtus in verbi cuiuſdam pronuntiatione. p.668
Moſes an poteſtate Sacerdotali & ſumma regia præditus fuit. p.691
Mulctam honorariam dicere in Eccleſiaſticos ſoli Eccleſiaſtico Iudici competit, aut Curiæ ſupremæ. p.423.437
de pecuniaria. ibidem.
Mulierum conuictus interdictus Sacerdotibus. p.24
vnde Leontij ſe caſtrātis error. ibid.
Mutilati quatenus ad ſacros ordines promoueri debent. p.25
de illis canon inter Apoſtolicos relatus, an ſit Apoſtolicus. ibid.
Mutilatio non exterior, ſed interior obſeruanda. p.26

N

in NAtiuitate regiorum liberorum rei criminis olim aliqui liberabantur. p.258
in Nauarræ regnum ius olim Pontificis. p.740
Nauarra interdicta. p.138
Nembroth vnde dictus robuſtus venator coram domino. p.689
Neſtorij hæreſis in Virg. Mar. & aduer ſus illam Conſtantinop. Concilium. p.327
Nicæni Concilij plures fuerunt Canones qui hodie non extant. p.324
Nicolaus 3. duos Italiæ Reges voluit creare. p.746
Nominationis Regiæ ad Epiſcopalem dignitatem primum exemplū ſub Theodoſio. p.146
Nominationis lex apud Græcos ſan-

cita. p.149
Nominatio ad Sacerdotia videtur à Romanis habere originem. ibid.
obſeruatur in Græcia ſub Turca. ibidem.
Nominationis ius Iulius Pont. Ludouico 12. conteſtatur ac tandem concedit ſub conditionibus. p.171 172
ſancitum tandem Concordato & de legibus ei dictis, quæque dignitates ei ſint obnoxiæ habetur. p.172. & ſeq. toto deinceps cap. 6. lib. 2. vide lectionem cap.
Nominati vt examinandi. p.178
quales eſſe deberẽt alias non admittendi à Pont. p. 175.139
Nominationem Rex Galliæ non habet in Britannia, ſed indultum. p.208
de eodem Nominationis iure in Hiſpania habetur eodem cap. vide lectionem.
item in Anglia, ac de controuerſiis propter illud: item in Polonia, Sicilia, Venetiis, & cæt. habetur ca. 7. Vide lectionem cap.
Nominatio Hiſpaniæ non multum recedit ab electionibus. p.206
Nominari fornicatorem apud Apoſtolum quid ſit. p.594
Nominatio ſola non ſufficit, ſed cõuictione opus eſt. ibid.
Notarius Apoſtolicus ex contractu quem excepit non dat hypothecã. p.449
Notarius Eccleſiaſticus quid & quæ eius functio. p.671
Nouatiani error de lapſis ad pœnitentiam non recipiendis. p.30
Nouatus Archidiaconus Rom. Eccleſiæ nouator. p.262
Nuptiæ ſacræ fuerunt etiam apud gentiles: ideoque à Sacerdotibus & in templo cum ſacrificio ſanciebantur. p.598.599
bilis ab hoſtia auulſæ in ſacrificio propter Nuptias cæremonia, eiuſque ratio. p.598
Nuptiæ quo ſacrificio auguſtiores. ibidem.
Nuptiæ non ſunt conſummandæ niſi inuocato Dei nomine e,xemplo Tobiæ. p.599

O

OBedientiæ regiones in quibus pleniſſimam authoritatem habet Pont. p.283.310.565
de Oblationibus Eccleſiaſticis ad quas pertineant. p.532.533
Oeconomus in Eccleſia Conſtantinopolit. pro diſpenſatione rerum Eccleſiaſticarum. p.530
Ordinatio an idem quod conſecratio. p 88
Ordinationes inſcio Metropolitæ factæ, nullæ. p.96
Ordinationes à quibuſdam Epiſcopis factæ extra Prouinciam. p.98
id tamen extra regulam, ideoque in aliis reprobatum. ibid.
Ordinationes factæ à Pont. in Oriẽte, & Græcia. p.105
Ordinationes ijs ad quos pertinebãt relinquebat olim Pont. nec ferebat eas fieri ab eo qui ius non habebat. p.114.115
Ordinationes plurimas fecit Greg. Magn. in alienis diœceſibus p.115
item alij Pont. p.116 117
Ordinationes extra ſuam diœceſim facere prohibitum Epiſcopo. p 263
inde aduerſus D. Epiphanium querela. ibidem.
Ordinationes Sacerdotum & Diaconorum non fiebant ab Epiſcopo ſine conſilio ſui cleri. ibidem. & p.264
Ordinationes nullæ ſunt, factæ ab Epiſcopo depoſito. p.505.506.508
Ordinationes ſacras ſuſcipere non tenetur qui pacificus non eſt in be-

Digitized by Google

neficio. p.568
Origines licet caſtratus ad ſacros ordines promotus vnde aliquorum Epiſcoporum murmur. p. 25
Origenes apud Pont. ſuum errorem confitetur. p. 72
Oſij Cordubenſis commendatio & lapſus. p. 335.336
Oſculationis pedum, & proiectionis ad eos vetus mos. p. 828. 829. ſub f. 830. 832
vt ea Oſculatio erga Pont. in neceſſitatem & cæremoniam verſa eſt. p. 833
de Ornatu Sacerdotum. Vide cap. vlt. lib. 8
Ouetenſis vrbs Hiſpaniæ in metropolim erecta. p.117

P

PAcem facere cum infidelibus non licere inconſulto Pont. nec cum hæreticis: multi tamen fecerunt. p. 762.763.764
idque etiam cauit in lege Iudaica. ibidem.
regula de Pacificis poſſeſſoribus non habet locum etiam ex collatione inualida etiam Papæ. p.291
de Pallio habes plurima. p. 111.112
ſine illo non licuit Primati, & Metropolitano munera ſua obire. ibid.
intra tres menſes peti debet. p.112
quid ſi ſine cauſa id recuſaret Pont. p.113
Pallium dederunt alij Primates ſuis ſuffraganeis. p.112
Pallium quoque dabant Imperatores. ibid.
Pallij contextura. p.113
vetus. ibid.
pro Pallij collatione quidquam accipere horruerunt aliqui Pont. p.572
capi cœptum. Inde querela de exactione. ibid.
Papæ nomen datum Eccleſiæ miniſtris. p. 821
Patriarchæ Conſtantinopolit. coronare Imperatorem debebant. p.698
Patriarchæ legis veteris an Sacerdotali & regia poteſtate vſi ſunt. p. 690.691
Patrimonia habuit Eccleſ. Rom. in Gallia & ciuitates cenſuales. p.745
de Patrimonio Petri conſeruando vt ſoliciti fuerunt Pont. p. 704
Pro illo cōſeruando bella geſſerunt. p.783 784
de Patritiatus dignitate collata Carolo magno. p.715
Patronatus laici fauor prodeſt etiam Eccleſiaſtico. p.291
in Patronatu laico præuentio Pont. ceſſat. p. 290
ſed in Eccleſiaſtico derogatio locum habet. p. 291
de Patronatu Hiſpanorum. Vide in litt. H.
Patronatus laici nullibi ſunt reſeruationibus Pont. obnoxii nec etiam Romæ. p.312
Patrum in liberos poteſtas. p.397
Patres S. plurimi ab hæreticis calumniati, & inter illos Pont. Rom. p.814
Pauli cognomento ſimplicis Eremitæ commendatio. p.45
Paulus 5. noluit extra legis & conſtitutiones formam elegi. p. 243
ſymoniæ ſuſpicionem vt vitauit. p.244
Paulus Apoſtolus quare ad dextram conſtituitur in Eccleſia. p.339
Paupertas non eſt de neceſſitate niſi perfectus diſcipulis Chriſti. p.524
de Peccatorum abſolut. Vide in litt. A.
Pelagius hæreticis damnatus. p. 499
Penſio imponi non poteſt ſuper præbenda Theologali p.275

Penſionem

Penſionem ſoluere recuſantis perfidia vt punitur. ibidem.
Penſio ſuper beneficio quatenus valet. p.296
quatenus tranſit in ſucceſſoré. p.297
de Penſionis cõſtitutione apud Hiſpanos. p.308.309
Perjurij etiam in Epiſcopo cognitionem ſuſcepit Imperator & damnauit. p.393
Perjurij quæſtionem referre non licet iure ciuili. p.596.597
Perjurij pœnam aliquando fuiſſe. ibidem.
Pejerare in genium Principis illicitum. p.596
Perſonatus beneficia quænam ſunt in Eccleſia. p.264
Perſonatus alij ſeculares, alij regulares vtriſque præfuit Epiſcopus, & ab eo vtrique pendebant. p.264 265.
Perſonatus ſunt collatiui ad differentiam dignitatum quæ ſunt electiuæ. p.265.266
Phariſæorum hæreſis qui nihil Principi ſe debere volebant. p.411
de Petri primatia ac Monarchia & ſucceſſorum eius. p.11.& ſequent.
de reprehenſo Petro à Paulo. p. 818
Petri abnegatio non fuit à fide defectio. p.818
Petrus an exercuit iuriſdictionem in laicos de rebus temporalibus. p.668
eius ſententia in Ananiam & Saphiram. ibid.
non ideo capitalem ſententiam dixit. p.669
Petri Cunierij aduerſus vſurpationes iuriſdictionis Eccleſiaſticæ diſſertatio. p.631.632
Philippi Auguſti de diuortio cum vxore lis. p. 685.686
vt miraculoſe Regina defenſa ab eius iniuria. ibid.
Philippi Auguſti reſponſum iudicibus laicis de Eccleſiaſtica iuriſdict. querentibus. p.630
caſtigat tamen Eccleſiaſticos ei non ſubuenientes. ibid.
Philippus Pulcher non tulit ſe à Põt. citari Romam. p.698
reuerentior eſſe debuit in Bonifacium 8. p.171
Philippi D. Ludouici filij ſocordia in deſerendo iure nepotum ſuorum. p.749
Philippus 1. Imperator an Fabiani Pont. pedibus acciderit. p.833
Phocenſes in gentilitia religione quare excommunicati. p.809
Pius 2. malè Gallis affectus. p. 761
Pij 2. ad Petrum Fulgoſium Archiepiſcopum Genuenſem vt ducatum non inuaderet admonitio. p. 778
de Pio amplius in litt. A. verbo Æneas.
Pipini erga Pont. reuerentia. p.836
Pluralitas beneficiorum vetus abuſus: damnatus decreto Theologorum Pariſienſium, & Concilio Tridentino: atque vt iſti fraus facta ſit. p. 293.294.295
Pœnitentes ibant Romam pro ſatisfactione peccatorum ſuorum. p.74
de Pœnitentia quam impoſuerant cenſuerunt diœceſani Epiſcopi conſulendum Pont. an condigna eſſet: ſed illum directo non debere pœnitentiam iniungere. p.75
de grauitate Pœnitentiarum antiquarum. p.76
in non implentem pœna. p.603
inde ad Pont. recurſus. p. 76
Pœnarum atrocitas animæ periculoſa. p. 389
Pœna pecuniaria omnia crimina qui luebant. p. 606
Pœna capitali cœpit tandem Pont. vindicare crimina in ſe commiſſa. p.490.& ſeq.

Pollutio nocturna quatenus non eſt peccatum, nec proinde à ſacris remouet. p.34
eam non patiebatur Pont. Iudæorum. ibid.
Polonis impoſitæ leges à ſummo Pont. vt Cazimirum monachum Regem haberent. p.38
in Polonia reſeruationes electiuarum dignitatum non admittuntur. p.133
in collatiuis beneficiis ſecus. p.312
in Poloniæ regnum ius olim temporale Pont. p.740.741
Pontificis maximi Iudæorum iuriſdictio. p.4
an Poteſtate Principali ſit vſus in legibus conſtituendis, creandis Sacerdotibus & cæt. p.5
huius Pontificis plurima Poteſtas ideo ſuſpecta Herodi qui proinde eam extenuare conatur. ibid.
item Romanis ſuſpecta. p.6
Pontifices annui. ibid.
Pontificis Iudæ notabilis hiſtoria. ibid.
Pont. max. Iudæorum quæ authoritas fuit in temporalibus. p.691.692.693.694
ſub illo in interregno ſtatus Ariſtocraticus fuit. p.692
quando is Pont. & cur regium nomen aſſumpſit. ibid. & p.693
Pontificatum regno excelſiorem crediderunt Iudæi. ibid.
Pontifex captiua matre natus eſſe non debebat. ibid.
Pontifex Iudæorum neque creauit, neque depoſuit vllum Regem. p.746
Pont. Iudæorum quæ poteſtas in res bellicas. p.757
Pont. iſtius præcipua dignitas. p.828
ab Alexandro magno adoratus eſt. ibidem.
eo loquente Iudæi cadebant in terram. ibid.
Pontifex vnus fuit in omnibus religionibus. p.11
iſque perpetuus. ibid.
Pontificis Gentilitij poteſtas ideoque ambita à primoribus & Principibus. p.6.7
Pontifex vnde dictus apud Gentiles. p.820
Pontifex & Sacerdos vt in omnibus religionibus honoratus ſit. p.827. & ſequentibus.
Pontificis Rom. max. ethnicorũ quare inferior ſedes in conuiuiis. p.828
eius tamen ſumma dignitas. ibid.
Pontifex (intellige Pontificem maximũ ſeu Papam) verè eſt Monarcha & Princeps Eccleſiæ in regimine ſpirituali & Eccleſiaſtico. probatur & ſacra ſcriptura, & variis patrum teſtimoniis. p.11.12.494
Pont. eſt abſolutus in eo regimine. ibid.
nec vna regione clauditur eius poteſtas. p.11.70.711
nulli eſt obnoxius. p.14.138
vide cap.2.lib.8. & lectionem capitis & p.754
Pont. Principatus in legibus condendis. p.16
varia exempla. ibid. & p.17. & ſeq.
Pontificum Romanorum primorum de illo principatu epiſtolæ non fuerunt ambitioſæ. p.16
Pont. legibus non obedientes excommunicati. p.18
eius conſtitutiones à piis viris obſeruatæ. p.19
ac Præſertim quæ de fide fuerunt. ibid.
etiam approbantibus Conciliis. ibid.
Pontificatus vnitas neceſſaria eſt ob hæreſes. p.13
vnum Pontificem eſſe neceſſe eſt qui leges conſtituat. p.20

Digitized by Google

Pont. priuilegia dat, & dedit quia Princeps eſt ſummus. p.22
ſed dat in Eccleſiaſticis & ſpiritualibus rebus duntaxat. p.21.22.23
non poteſt priuilegia dare in temporalibus. p.23
Pont. diſpenſationes & priuilegia non olim requirebantur vt poſtea. p.24
Pont. de lapſis reſtituendis exquiſitum iudicium. p.30.31
de lapſis. vide in litt. L.
Pont. diſpenſatio circa bigamos. Vide in litt. B & p.33
Pont. diſpenſatio à voto, vide in litt. V.
Pont. diſpenſatio cum Monachis ad prædicandum, cõfitendum &cæt. vide in litt. M.
Pont. diſpenſatio in diuortiis, vide in litt. D.
in contrahendo matrimonio in gradu prohibito, vide in litt. M.
à iuramento in litt. I.
Pont. vult nullum eſſe fœdus ſe inſcio cum infidelib. factum: ſed inde clades maxima. p.65
quatenus & vbi valent vel non diſpenſationes fruſtra eſt quærere. p.66. & in litt. D.
Pont. an teneatur ſeruare decreta ſuorum prædeceſſorum. p.66
Pont. curioſus eſſe debet de miniſtris & officialibus ſuis vt ſint probi & incorrupti. p.69
ad Pont. pœnitentes ibant. vide ſuprà in verbo pœnit.
Pontifex prouidere debet de magiſtratibus Eccleſiaſticis. p.81
vt à Pont. confirmatio electionum ſit petita, vide in litt. C.
Pont. vt omnium primas à nemine confirmari debet. p.100
à Pont. vt omnium Primate cæteri Primates confirmationem petierunt etiam in Græca, & Orientali Eccleſia. p.101.102
Pont. ordinationes fecit in Oriente, & Græcia. p.105.116.117
Pont. primatum Senonenſem conſtituenti reluctãtur Epiſcopi Galliæ ob ius Metropolitani. p.107
Pont. Primatias conſtituit in Gallia, Anglia, Germania, & aliis regionibus. p.107.108
Pont. pallium etiam in Græcia acceptum. p.111.112
de Pont. poteſtate in conſtituendis, & deponendis Epiſcopis ſententia Iuonis. p.119
Pont. inuitos ordinare poteſt, nec vllius alius. p.119
Pont. poſuit caſus quibus eligendi, & confirmandi Epiſcopi ius ad eum deuolueretur. p. 119.120.121
Pont. neglectis electionibus contulit Epiſcopatus pleno iure. p. 122. 123
præualuit aliquando capitularis electio. ibidem.
ſchiſmata & ambitio Eccleſiaſticorum fouerunt hanc authoritatem. p.119.162
controuerſiæ inter Pont. & Regem Anglum ob electiones, & electiones. vide toto ferè cap. 6. lib. 2. & lectionem cap.
concordatum vt Regi nominatio, Pont. confirmatio competeret. p.189
contra Pontificias prouiſiones ſtatutum Anglicum. eiuſque vis. p.191. 192.193
Pont. magnificentia ætate Ammiani Marcellini defenſa contra illius calumniam. p.215
Pont. ſuperſtite nefas de Pontificatu cogitare. p.218
de Pont. electione. vt à clero populoque primum fiebat: deinde Imperatores confirmationem eius à ſe peti voluerunt: atque vt tãdem

Digitized by Google

ad ſolos Cardinales deuoluta ſit: variaq; ſchiſmata in electionibus, vide cap.9.lib.2.& lectionem cap.
Pont. non habet iuriſdictionem in Gallia: ideo non valent executoriales eius litteræ. p.280
de Pontificia præueptione. vide infra in verbo præuentio.
Pont. ordinariis ſua iura auferre non debet. p.288.289
de Pont. prærogatiuis in Gallia quoad beneficiorum collationem & diſpoſitioné habetur. cap.13.lib.2.
ne Pont. decipiatur in collatione beneficiorum remedium. p.298
aduerſus Pont. non valet præſcriptio contra concordatum in Germania. p.302
de Pont. poteſtate velut regia in Eccleſiaſticos. Vide cap.1.lib.3.
Pont. iuramentum præſtitum ab Epiſcopis. Vide tit.1.lib.3.n.7.& ſequentib. in litt.I.
de Pont. authoritate, iure, & ſede in Conciliis generalibus habes lib.3. cap.2.& ſequent. Vide lectiones.
Pontifici quantus à Conciliis redditus honor. p.328
Pont. prærogatiuæ in Conciliis ad diffiniendum, & confirmandum. p.339.& ſequentibus.
Pont. an & quatenus ſit ſuperius aut inferius Concilio. p.394.& ſeq.
contra Pont. querelæ Germanorum quod ſe non cenſeat decretis ſuorum prædeceſſorum teneri. p.353
vnde hæc opinio. ibid.
ipſi Eccleſiaſtici volunt Concilium eſſe ſuperius aut inferius Pont. provt conducit eis. p.354
quis reſpectus eſſe debet inter Pont. & Concilium. ibid.
de Pont. depoſitione à Concilio funeſta eſt, & antiquanda opinio. ibid.
in Pont. non eſt Concilio etiam generali iudicium. ibid.
de Pont. authoritate in congregationes perpetuas vt monachos, canonicos, vniuerſitates & cæt. Vide cap.4.lib.3.& lectionem cap.
Pont. non eſt neceſſaria authoritas ad academiarum inſtitutionem. p.367.368
de Pont. poteſtate, & iuriſdictione in Epiſcopos, & alios Eccleſiaſticos habes toto cap.6.& ſequentibus vſque ad f. lib.4. Vide lectiones capitum.
quanta ſit ea iuriſdictio. p.465.466
de iſta iuriſdict. epiſtolæ primorum Pont. ibid.
aduerſus eam Cypriani querela. p.466.467
de iſta iuriſdict. exempla. p.468.469.470.471.472
Pont. vt Princeps Eccleſiæ habuit vbique Vicarios. p.473
Pont. cauſas euocabat vt de illis cognoſceret in prima inſtantia. p.474
de modo iſti iuriſdictioni dato, vide toto cap.7.lib.4.& lectionem cap.
cauſa fuit auaritia practicorum Curiæ Rom. p.475
querelæ contra euocationes. p.475.476
vt ſe illis oppoſuerũt nationes. ibid.& ſeq.
Pont. gladius eſt ſpiritualis. p.486.487
an verberibus vti poſſit. p.487.488.489
Pont. cœpit tandem pœna capitis & vltimo ſuplicio vindicare crimina in ſe commiſſa. exempla. p.490.& ſeq.
in hoc ſeueriores Principib. ſecularibus. p.492.
de appellationibus ad Pont. & de modo his dato habes in litt. A. & totis capitib. 8.& 9. eod.lib.4. vide lectiones capitulum.

Digitized by Google

de Pont. authoritate ſumma & principali vt ſenſit D.Chryſoſt. p.497.498
quid item Cõcilij Mileuitani patres. ibid.
Pont. Rom. iuriſdictionem & forum approbauerunt orthodoxi, & improbauerunt hæretici. p. 520. 521
an Pont. Eccleſiaſticarum poſſeſſionum & facultatum regimen vbicumque habuit. p.528
& vt quondam eius authoritas fuit neceſſaria in illarum alienatione. p.537
quatenus hodie requiritur in Gallia. ibid.
non Poteſt permittere alienationem cum clauſula inuitis Clericis. ibid.
Pont. alij profuſè vſi ſunt Eccleſiæ Romanæ redditibus in commoda ſuorum parentum, alij parcè. p.538. 539
de indictionibus quas Pont. impoſuerunt Eccleſiaſticis rebus, redditibus, & perſonis, vide cap. 2. & ſequentibus vſque ad f. lib. 5. & in litt. D. de decimis. In litt. P. de Procurationibus. In litt. S. de ſpoliis. In litt. A. de annatis & aliis indictionibus. In litt. F. de fructibus vacantis Eccleſiæ. Vide lectiones capitum.
Pont. olim abhorruit quidquam erigere ab inferioribus Epiſcopis, & Clericis. p. 542. 543
ſolius eſt Pont. indicere velut tributa Clericis in neceſſariã cauſam. 544.
Pont. indictiones iubẽti ſe oppoſuerunt Principes temporales niſi quatenus in partem vocati ſunt. p. 547. & ſequent. vſque ad f. cap.
aduerſus Pont. exactiones Eccleſiaſtici Principes ſeculares inuocare poſſunt. p. 552
Pont. abhorruit olim quidquam erigere pro pallio. p.572
alij verò exegerunt. ibid. & p.573
in Pont. cadere ſymonia poteſt. p.581
Pont. quatenus ſunt Eccleſiæ, illarumque redditus. ibid.
Pro ſubſtentatione ſui ſtatus exigere poteſt ſi non habet ſatis aliunde. p. 582
olim Pont. redditus Rom. Eccleſiæ ſufficiebat, licet multa pia opera faceret. ibid. & p.583
ex illis indictionibus quantas pecunias Pont. colligerunt. p.585
Pia opera de illis à nonnullis facta. p.586. 587
Pont. quid intellexerunt per maiora Eccleſiæ negotia ad ſe remittenda. p. 669
an de laicis, & rebus temporalibus etiam erant. ibid.
Pont. non habebat quondam omnimodam iuriſdict. Romæ, ſed in Senatu iudiciis aderat. p.670
iudiciorum à Pont. de rebus omnibus & perſonis etiam ſecularibus datorum, varia exempla. p.67. vſque ad f. cap.
vt id correctum. p.680
Pont. de cauſis poſſeſſoriis Galliæ etiam ob beneficia non habet iudicium. p.680
non poteſt mittere in poſſeſſionem in hoc regno. ibidem
nec in integrum reſtituere. p.682
nec rehabilitare. ibid.
de quibus cauſis cognoſcere poteſt Pont. inter laicos Gallos. ibid.
non Poteſt tamen eas iudicare extra Galliam. ibid. & p.683
exemplum illuſtre. ibid.
de appellationibus ad Pont. ex cauſis laicis atque etiam Principum. p.684. 685
Pont. vacantis imperij adminiſtrationem ſibi adtribuit. p. 684. vide in litt. I.

Digitized by Google

ad Pont. de cauſis temporalibus appellatio non valet. p.684.686
appellauerunt tamen Principes. p.685
Pont. non erat quondam temporalis dominus. p.695
Pontificatus & regnum vt diuiſa ſunt. ibid.
quando à Pont. cœperunt Imperatores, Reges, & Principes coronari, vide in litt. I. R. & C.
Pont. temporalis ditio aucta per eam coronationem. p.701
quæ iura inde adquiſierit Pont. aduerſus Imperatores, vide toto cap. & cap. ſequentib.
Pont. de Imperij tranſlatione à Gallis ad Italos lex funeſta & ſibi & Italiæ. p. 701.702.703.704.705
Pont. miſera conditio dum de imperio diſceptant Itali proceres. p. 704. ſub f. 705
in Pont. ſeu Papam electus non eſt verè Papa niſi poſt conſecrationem. p. 710
Pontificis de temporalibus infauſtæ diſpoſitiones. p.731
Pont. Imperatoris iudicium reſcindens. p.730.731
Pont. nullum ius habet in coronam & temporalia Galliæ. p.736
neque in coronatione Regis Galliæ. p.734
quid de aliis regibus vide p. 738. & ſequentibus vſque ad f. ferè cap.
Pont. adtributum regios, principaleſque titulos dare, & auferre. ibid.
ad inſtar antiquorum Romanorum, & Imperatorum. p.746
Pont. tributum exegit ab omnibus ferè regnis excepta Gallia: & Germania. p. 745
Pont. regum inter ſe controuerſias voluit ad ſuum tribunal euocare. p.748
exempla ibi & ſequentibus vſque ad f. cap. & qui non obedierunt. ibid.
in Pont. comprouiſerunt Philippus Pulcher, & Rex Anglus. p.750
item Henricus 4. & Sabaudiæ Dux, ac in eo compromiſſo notanda Pontificis integritas. p.754
Pont. vt Caſtellanos dicto eius non audientes admiſit. p.751
non eſt admiſſa Pont. authoritas in litigio de Portugalliæ ſucceſſione. ibid. & p.752
de Pont. præſumpta authoritas in res bellicas & gladium materialem vide totum cap.5.lib.7.cum lectione cap. & in litt. G verbo gladius.
Pont. ſui iuris putauit iubere Principibus, vt hæreticis, & infidelibus bellum inferrent, nulla confœderationis habita ratione. p.765
& iudicare an id eſſet legitimum. ibid. & p.766
funeſti iſtius opinionis ſucceſſus. ibid. & ſequentib. vſque ad f. cap.
an Pont. & ſacerdos bellis adeſſe debeat, vide toto cap. 6. lib. 7. & in litt. B.
qui Pont. max. Chriſtiani bella geſſerunt. p. 780 781. & ſequentibus
in hoc non probati à Damiano. p.780
Pont. à quo tempore cœpit Imperatores & Principes excommunicare etiam extra diœceſim Romanam. p. 792.793
exempla excommunicatorum. ibid. & ſequentibus.
item deponere. p.797
Pont. vbicumque & quoſcumque abſoluere poteſt. Vide in litt. A & in litt E.
Pont. errare in fide non poteſt, ideoque ab eo deciſiones fidei ſemper quæſitæ fuerunt: & verè orthodoxi crediti cum eo ſentientes. p.813. & ſeq. vſque ad f. cap.
Pont. tituli toto cap. 3. lib. 8. vide

Digitized by Google

lectionem cap.
nominis iſtius, Pontifex, vera ſignificatio in Chriſtiana lege. p.820
Pont. nullus quondam ſpecialis titulus fuit. p.821
Pont. ſeruus ſeruorum, quare. p.823
competit tamen ei dominatio & quæ. p.824
Pont. quare ſanctus dicitur licet peccator. p.825
de adoratione, & aliis honoribus Pont. redditis habes. p. 832. & ſequentib. vſque ad f.cap.
de oſculatione pedum, vide in litt. O
Pont. equum aſcendenti Imperator ſtratoris officium exhibere debet. p. 836
inde querela inter Adrianum 2. & Fredericum 1. p.836.837
erga Pont. Pipini reuerentia. p.836
& aliorum Principum, vide eod.cap.
id obſequium præſtitum etiam à Regibus. d.p.836
Pont. in his honoribus admittendis modeſtiam obſeruare debet. p 839
de Pont. habitu, & ornatu, vide p. 847. & ſeq. vſque ad f.cap.
in Pontificalem pompam cenſura D. Bernardi. p.850
Pont. à militibus cuſtodiri turpe eſt. p.851
Pont. ſuperſtite nefas de papatu cogitare. p.218
in Portugalliæ regno ius olim Pont. p. 740
de Portugalliæ ſucceſſione famoſum litigium. p.751
in eo non eſt admiſſa Pont. authoritas. p.752
Poſſeſſionis cauſa in beneficialibus potior eſt petitoria. p.450.451
de poſſeſſoriis non cognoſcit iudex Eccleſiaſticus, ſed laicus, nec etiã in beneficialib. & rebus Eccleſiaſticis. ibid. & p.452.458
Poſſeſſiones vnde dictæ. p.588
Poſtulatio Epiſcopi vt plenum ius tribuit Pont. in ordinatione, & confirmatione. p.120
Poteſtas Sacerdotalis & ſecularis mutuo indigent auxilio. p.589
Poteſtatis vtriuſque diuiſa ſunt iura. p.589.590.691.695.758
duæ eximiæ Poteſtates in Eccleſia. p.757
Poteſtas gladij. p.1
Præbẽdæ affectæ in Hiſpania Theologis, Doctoribus, & artium magiſtris. p 304
de Præbendis ſeu perſonatibus. p.265
atque illorum collat. habes cap.11.& ſeq. lib. 2. & in litt. C. ac ſupra in verbo perſonatus.
Præbenda theologalis prædicationis cauſa inſtituta etiam in Eccleſia Conſtantinopolit. p.41
Prædicandi & docendi poteſtas fuit quondam peculiaris Epiſcopo. p.40.41
Pragmaticæ ſanctionis obſeruatio. p.135
Pragmatica quantum odioſa Romanis. p.135
abrogatio Pragmaticæ. p.135.136.273
deplorata. p.137
Pragmatica euerſa vt via pateret nominationibus, & confirmationibus. p.159
Pragmatica Germanica ad inſtar Gallicanæ. p.134
Præſcriptio an valet in Germania aduerſus concordatum in præiudicium Pont. p.302
Præſcriptio quæ eſſe debet vt collatiua dignitas fiat electiua aut è contra. p.173
Præſcriptione adquiritur iuriſdictio & quomodo, & an eo titulo Eccleſia eam adquirere potuit de rebus & perſonis laicis. p.631 632
Prætextus Conſul Rom. ethnicus

Digitized by Google

quid ſenſit de Pont. authoritate. p.758.
de Præuentione Pont. vnde & quatenus valet. p.286
vt non facilè præueniantur ordinarij quot regulæ introductæ. ibidem & p.287
Præuentio etiam inualida ordinarij præiudicat præuentioni licet validæ Pont. p.289
fallit in caſibus. ibid.& p.290
Præuentio Pont. habet hodie locum etiam in menſibus graduatorum & nominatorum. p.291
Præuentionis Pontificiæ malum. p.289
Primati ſeu Patriarchæ delatus honos. p.96
vt confirmare Epiſcopos electos deberet. ibid.& vide in litt.C.
Primates & Metropolitani, duo gradus fuerunt etiam in Græca & Orientali Eccleſia. p.96
ſine Primatis conſenſu ordinationes factæ, nullæ erant. ibid.
Primatiarum conſtitutio. p.99
Primatiales primæ ſedes, & inter eas non cõputata Hieroſolymit. ibidem.
de Primatia Conſtantinopolit. conteſtatio. ibidem
Primates à nullo alio confirmationem accipiebant, ſed conſecrationem ab alio Primate. p.101
plurimi tamen etiam in Græcia confirmationem à Pont. ſummo acceperunt. ibid.& p.102
Primatiæ variæ in Gallia à Pont. cõſtitutæ. p.107
item in Anglia, Germania, Dania,& aliis regionibus. p.108
ſed impropriè dicuntur Primatiæ. p.109.
Primatum & Metropolitanorum poteſtas Pallio confirmata etiam in Græcia. p.111.112
de Primatus iure obortas lites Pont. iudicauit. p.113.473
PrimatemScoti nolebant habere niſi Pont. p.194
Primates ſuffraganeis ſuis pallium dabant. p.112
de quatuor Primarum Primatum inter ſe mutua obſeruantia. p.315.316
ſolebat nouus ex illis Primas alios ſalutare ſuis litteris: alias non habebatur ab eis pro Primate.p. 315
non tamen cæteri æquales fuerunt Romano. p.316
neceſſe eſt vnum Primatem cæterorum eſſe Principem. ibid.
Principis eſt ſummi priuilegia cõcedere. p.21
Princeps optimus nihil debet ſine ſenatu aut conſilio ſapientum reſoluere. p.17
Principi terreno omnis anima ſubdita: ideo tributis obnoxia. p.22
Princeps iura priuatorum tollere iure non poteſt. p.286
non eſt Principis ſecularis cuiuſcumque euocare Pont. ad Concilium vt ei præſens adſit. p.331
Principes laici de ijs quæ ad fidem,& religionem pertinent ſe ingerere non debent.. p.329.332.333.334.
diſſidentibus Cardinalibus vacante ſede Concilium indicere poſſunt. p.330
Principibus terrenis omnes ſubditi etiam Eccleſiaſtici quoad corpus & temporalia. p.411
Principes temporales inuocari poſſunt ab Eccleſiaſticis contra exactiones Romanæ Curiæ. p.552
adhæſerunt ſæpè Pont. indictiones iubẽti, ſed in partem vocati.p.547. & ſeq. vſque ad f.cap.
Principes ſunt miniſtri,& omnis poteſtas eſt ſeruitus. p.824
Priſcilliani condemnatio. p.39●
Procuratoris conſtituendi ius ſcholares

Digitized by Google

lares Pariſienſes petierunt à Pont. p.677
per Procuratorem in iure adeſſe olim non licebat niſi concedente Principe. ibidem.
de Procurationibus ob viſitationes, vide in litt. V. & cap. 3. lib. 5.
Protonotarij dimiſſis officiis cenſentur Notarij. p.306
Proſternationis ad pedes vetus mos. p.828.829.832.& ſeq.
Purgatio rei accuſati, vetus incedere nudis pedibus ſuper carbones ardentes. p.603

R

Rationale miraculoſum Pont. Iudæorum, & quando vis eius defecit. p.757
Regaliæ ſit locus quando Epiſcopus promouetur ad Cardinalatum etiã ſine titulo. p.259
de Regreſſu quo caſu ſit licitus, vel non ſit. p.274.275.276
Regreſſus in Hiſpania habẽt locum pleniſſimum. p.309
Regreſſus pactum vitiatur, ſed non vitiat. p.276
Regulæ de infirmis & 20. dierum, veriſſimili notitia, & de publicandis quare introductæ, ac de illis. p.286.287
& quibus illarum derogare, vel non poteſt Pont. p.287.288
Regularia regularibus. p 289.290
Reges Iudæi quædam exercebãt quæ ad Sacerdotium pertinebãt. ratio. p.2
Sacerdotibus & Pont. imperabant etiam quod politiam ſacram. ibid.
Regibus Galliæ priuilegia indulta à ſummo Pont. p.23
Reges Galliæ pleraſque Synodos cõgregauerunt ſua authoritate. p.23. 24
Regis Galliæ, & Imperatoris ſubmiſſio ad iuriſdict. Pont. p.64
Regum Galliæ, & Scotiæ fœdus quod nolunt diſſolui nec ab ipſo Pont. ibid.
Regis Galli pro electionibus reſponſum ad Pont. p 93
Reges Galliæ primogeniti Eccleſiæ. quare. p.165
vnde ſedes eis prima debetur. ibidem & p.166.335
Reges Galliæ electionibus & collationibus dignitatum Eccleſiaſticarum ſe quoque ingeſſerunt. p.166.& ſeq. toto cap.
aliquando electionibus annuebant, ſed volebant à ſe peti licentiam eligendi. p.167
Reges Galliæ reſeruationibus fauerunt. p.270
eis indultum nominandi ad præbendas datum à Pon. ibid.
Regis Galliæ pro ſopiendo ſchiſmate Eccleſiæ cura. p.330.331
Rex Galliæ ſola ſucceſſione naturali Rex eſt, nec vlli mortali ac neque Pont. ſuam coronam debet. p.682
alia, vide in litt. G.
Reges & poteſtates ſupremæ ambierunt à ſe pendere collationes dignitatum Sacerdotalium. p.142.& toto cap. & ſeq.
Reges Iudæi & Romani Iudæa potiti de Sacerdotij collatione diſpoſuerunt, & abuſi ſunt. p.143
Reges & Principes interdicti per Concilia ſe electionibus ingerere. p.149
Regum intereſt quis dignitatibus Eccleſiæ præficiatur, vnde ſe electo ſuſpecto poſſunt opponere. p.156
Concilia adhærentia, & contraria Regibus de hoc iure ac diuerſæ authoritates. p. 177. 210. 221.223. 224
Reges Angliæ, Scotiæ, alijque principes ſibi hãc authoritatem adtribuerunt. vide toto cap.7.lib.2.

Digitized by Google

Regum & Principum ad Pont. appellantium exempla. p 684. 685 686.
aliqui etiam à Pont. citati Romam profecti ſunt. p 686
Regalis dignitas vnde exorta. p. 689
Reges vncti & ſacrati auguſtiores eſſe debent. p. 596. 597
ac de antiquitate iſtius conſecrationis etiam apud Iudæos & Gentiles. ibid.
in Rege Perſarum cæremonia quæ docebat regnum amaritudine mixtum eſſe. p. 697
Regna quomodo quæruntur & poſſidentur reſponſum Epiſcoporum Galliæ ad Adrianum 1. p. 743
Reges ab Imperio non tenent nec ſunt beneficiarij Pont. p. 762
Reges & Principes ſuorum Epiſcoporum cenſuris olim ſubditi. p. 791
hodie exempti ſunt, & ſoli Pont. obnoxij. p 799
Reges cenſuræ Eccleſiaſticæ modum dare velle: illicitum. ibid.
Reges miniſtros ſuos ſe inſcio excommunicari noluerunt. ibid.
Regum & Principum erga Sacerdotes reuerentiæ præſertim erga Pont. max. exempla toto cap. 4. lib. 8. & maximè. p. 838
Religio non eſt cogenda, ſed ſuadenda. p. 765. 766 vſque ad f. cap.
& eorum qui cogere voluerunt infœlicia bella. ibid.
D. Remigij licet admodum iuuenis ad Rhemenſem Epiſcopatum electio. p. 85
ea electio miraculo comprobata. ibid.
ſimile exemplum. p. 110
D. Remigij teſtamentum explicatur quoad maledictionem in illo contra Reges peruerſos pronuntiatam. p. 737
de Renuntiatione Epiſcoporum. Vide in litt. E.
Renuntiationis & reſignationis in fauorem cenſura. p. 29. 30. 91
Reſeruationes introductæ vt eligendi, ordinandi, & confirmandi Epiſcopi authoritas ad Pont. referretur. p. 121. 122
varij caſus Reſeruationum. ibid.
cui tribuenda Reſeruationum inuentio. ibid.
quæ Reſeruationes dicuntur in corpore iuris clauſæ. p. 129. 130 131
Reſeruatio vacantium in Curia. p. 130
Reſeruatio vacantium in Curia derogat nominationi regiæ apud nos, non item apud Hiſpanos. p. 176. 179. 180
grauius eſt Reſeruare electiuas dignitates quam collatiua beneficia. p. 131
Reſeruationes electiuarum dignitatum aliquando non admiſſæ in Germania: nec in Polonia. p. 133
Reſeruationibus vtebantur Imperatores Græci. p. 148
Reſeruationes introductæ in Anglia, & contra illas querela Edouardi 3. & inde decretum Anglicum contra prouiſiones Pontificias. p. 191
& concordatum inter Pont. & Regem. ibid.
Reſeruationes vt expectatiuæ, mandata & cæt. vtiliſſimæ ſunt foro Romano. p. 265. 276
Reſeruationum per mandata origo. p. 267 268
vacatura beneficia afficiebantur. ibid. & p. 269
quæ reſeruatio abominata eſt. p. 130
pro Reſeruationibus & contra illas decreta Gallicana. p. 271. 272
Concilium Baſiléenſe, pragmatica ſanctio. ibid.
Reſeruationes in Gallia quæ conceſſæ toto cap. 12. lib 2.
Reſeruationes omnes habent locum in patria obedientiæ: vide cap. vlt. paſſim lib. 2.

cuiuſmodi eſt Britannia. p.283
contra Reſeruationes aliquas decreta Leonis 10. & Clementis 7. p.313
Reſidentibus Epiſcopis quid conceſſum. p.306.307
Reſignationes factæ in manu Imperatoris. p.147
& Regis Galliæ. p.169
item Regis Anglorum. p.194
Reſignationum in fauorem cenſura. p.29.30.91
Reſignatio vitioſa vt reſcinditur. p 275
Reſignationi in fauorem adquieſcere neceſſario debet Pont. nec alteri conferre poteſt. p. 176
ſi non adquieſcat remedium. ibid.
Res ſacras in vſum prophanum conuertere odioſum etiam paganis. p.808.809
Reſtitutionis in integrum ob beneficia cauſæ quatenus ſunt fori Eccleſiaſtici aut laici. p. 457
pro illis neceſſariæ ſunt in Gallia Regis litteræ, nec vllus Epiſcopus, ac neque etiam Pont. eas dare poteſt.
Reſtitutiones in integrum & rehabilitationes ad temporalia ſunt iuris Principis laici, non Eccleſiaſtici, ac ne quidem Pont. max. p 681.682
Reuocationes cauſarum à foro Romano vt iudicentur in partibus, aliquibus exceptis. p. 483.484
Rodulphus electus Imperator coronam imperialem neglexit; quare. p. 718
eius nondum Imperatoris ſumma pietas, & deuotio in ſacro Sanctum Chriſti corpus. p. 718
atque in crucem. ibid.
vnde ei eiuſque familiæ promiſſum imperium. ibid.
Robertus Galliæ Rex excommunicatus; quare. p.797
eius in Epiſcopos reuerentia. p.858
apud Romanos in populari ſtatu populus dignitates Eccleſiaſticos electione conferebat. p.144
deinde Imperatores tranſlatio ad eos iure populi. ibid. & p.145
Romanæ ſedis miſera conditio ſub indignis Pontificibus. p.225. 226. 229. 797
non tamen minus reuerenda fuit. p.227
Romana ſede vacante an iura Pontificalia deuoluantur ad collegium Cardinalium velut ad capitulum. p. 253
Romanæ ſedi quædam Eccleſiæ cenſum debent. p.480
à Romano tribunali reuocationes cauſarum vt iudicentur in partibus, paucis exceptis. p.483.484
Rom. Eccleſia principalis eſt iudicio D. Cypriani & Auguſt. p. 494. 495
Romana Eccleſia à nemine iudicatur: ideoque errauit Conſtantinus I. appellationem ab eius ſententia recipiens. p. 495
Romana Eccleſia Apoſtolorum, & pietatis metropolis Arrianorum confeſſione. p 496
de Romanæ Eccleſiæ inconcuſſa fide elogia & teſtimonia Patrum. p.19. 815 816
Rom. Eccleſiæ redditus olim Pont. ſufficiebant, licet multa pia opera faceret. p. 582 583
hodie non ſufficiunt. ibid. & p.584
Romani fori Officiales & Iudices pretio addicti. p.520
Romanum forum maximè auxit Ioan. 22. ibid.
Roma ab Arnulpho vt capta. p.703
Romæ dominatur Marocia meretrix. p. 704. 226
Rom. Eccleſiæ patrimonia ætate D. Gregor. p.538
Rom. Eccleſiæ redditūum diuiſio. p 535

Digitized by Google

Romanus populus collationem Imperialis dignitatis ſibi attribuens irriſus à Friderico I. p.715. 716
Bartoli error ſcribentis à Præfecto vrbis Romæ dari coronam Imperatori. p.716
inſcriptio qua Rom. populus hoc ius ad ſe pertinere voluit intelligi. p. 719
Rotomagenſis Archiepiſcopi Prætextati cædes: vnde interdictus ſacris populus. p.885
Ruſtici apud Aruernos memorabilis electio ad Epiſcopatum. p.84.86

S

in Sacerdotes Iudaicos Regum imperium quoad politiam ſacram. p.2
Sacerdotes Iudaici & Gentilitij ſeculari poteſtati obnoxij fuerunt. p.373
Sacerdotum negligentia de inſtauratione templi. d. p.2
Sacerdotij Chriſtiani dignitas. p.7.8 828.829
de honoribus ei redditis, vide toto cap. 4.lib.8.
vt de oſculatione pedum, adoratione, proſternatione, & aliis.
vt ſeruari debet ab Epiſcopis ea dignitas. p.829.830
cenſura in Epiſcopos quiSacerdotes inferiores ſibi domeſticos ſeruitiis indignis ſacerdotio addicunt.p.831
Sacerdotis poteſtas eſt regalis, & quatenus. p.589
Sacerdotium regale apud Iudæos. p.691
Sacerdotalis dignitas non ab initio regiæ fuit iuncta. p.689
quia regali antiquior. p.690
antiquitus Sacerdotio fungi omnibus licebat. ibidem
Sacerdotes debẽt eſſe Chriſtiani. p.9
Sacerdotum gloria Chriſtus. ibid.
Sacerdotalis ſeu leuiticæ tribus cum regia, ſeu Iudæ commixtio quare. p.8.9
Sacerdotia perpetua vbique fuerunt non annua. p.11
in Sacerdotibus & aliis ad ſacra accedentibus quanta puritas requiſita. p.83
Sacerdos Iudæorum fluxum nocturnum non patiebatur. p.34
Sacerdotes facti cum vxorij eſſent, abſtinere à ſuis vxoribus debebãt. p.35.36
in domo Sacerdotum quæ mulieres eſſe debent, & aliquando prorſus interdictæ. p.36
Sacerdoti proprio, id eſt parochiano, confiteri ſua peccata oportet. p.41
Sacerdotum ſeculariũ murmur quod id munus indultum eſſet Monachis. ibid.
in Sacerdotiis ſucceſſio reprobata. p.89.90
in Sacerdotio ſeu Pontificatu Romano Chriſtiano. ibid. & p.218
viguit in quibuſdam locis. p.90
in Sacerdotiis conferendis non debet haberi ratio parentelæ exemplo Chriſti. p.90.91
Sacerdos parochus ſolus eſſe non debet: ratio. p.298
Sacerdotium cauſa eſſe debet vitæ reformandæ. p.434
Sacerdos vtraque iuriſdict. Eccleſiaſtica, & ſeculari fungi potuit.p.590
cohibitus eſt à ſeculari. p.591
Sacerdotum percuſſores ſunt iuriſdictionis laicæ. p.633
cuius vero ſint iuriſdictionis Sacerdotes ſiue in ciuilibus actionibus, ſiue in criminalibus, vide in litt. I.& toto lib.4.
Sacerdoti vt ſimpliciter Sacerdoti an competierit in res temporales iuriſdictio. p.690
de Sacerdotibus bellatoribus, & an licitum fuerit, & ſit Sacerdotibus

bellis adeſſe pugnaturi. vide cap. 6.lib 7. & in litt. B.
Sacerdotum gentilitiorum Romanorum, & aliarum nationum quæ authoritas. p.747
Sacerdos ſummus, aut exarchus Sacerdotum nemo dicatur. p.821
vſitata tamen hæc vocabula fuerunt. ibidem.
Sacerdotum gentilitiorum in veſtitu magnificentia. p.842
ac de veſtitu Chriſtianorum Sacerdotum. Vide in litt. V.
Sacrificare omnibus licuit apud Iudæos, & apud Gentiles. p.3
Sacrificiorum Sacerdotalium, & laicorum differentia. ibid.
quæ in Sacrificiis etiam laicorum partes propriæ Sacerdotum fuerunt. p.4
Sacris ſeruire imperia debent. p.839
Sacrorum cura ad quos pertinuit primitus. p.3
ad Leuitas deinde. ibid.
Salonius, & Sagittarius Epiſcopi improbi condemnati ad Pont appellant ab eoque, per ſubreptionem ſunt abſoluti, inde peiores. p 503.504
bella ſequentes multa homicidia fecerunt. p.775
de Saluciano Principatu compromiſſum in Pont. per Regem Galliæ, & Ducem Sabaudiæ. p.754
ac in eo compromiſſo æquitas notanda Pont. ibid.
Samuel non fuit ſummus Pont. licet ſummus Iudex, ſed erat vice ſummi Pont. p.373
Sanctitatis, & Sanctiſſimi titulus. p.824.825
vnde Sanctum quid dicitur. ibid.
Sanctitas vitæ in Sacerdote eum magis honorabilem reddit. p.8.1
Sardicenſe Concilium duplex vnum orthodoxum, alterum hæreticum p.496.497
Sardicenſe Concilium orthodoxum generale fuit. ibidem
in eo confirmata eſt authoritas appellandi ad Pont. ibid.
Saul inter prophetas & prophetans. p 2
Schiſmata in electionibus. S. Pont. Rom. vide toto cap.9. lib. 2. & lectionem cap.
Schiſmatis pro electione inter Alexandrum 3.& Octauianum examẽ. p.237.238
Schiſma peſſimum quod annis 30. durauit ſopitum opera Sigiſmundi Imperat.& Caroli 6.Regis Galliæ. p.241
Schiſmatum inter Pont.& Imperatores, mala. p.549
Scientiæ ſunt remedium contra carnis illecebras. p.297.298
in Scotiam ius Pont. p.744
Scoti nolunt habere alium primatem quam Pont. p.194
Secularibus legibus obnoxij ſunt Eccleſiaſtici. p.464
Sedes quæ honoratior dextra an læua. p.338.339
Senonenſis Epiſcopatus in primatiam erectus licet reluctantibus Epiſcopis. p. 107
Sergij Pont. contra faſtum Ludouici Lotharij filij grauis oratio quæ eum depreſſit. p.700
de ſeruitiis minutis, & communibus debitis miniſtris Curiæ Rom. & aduerſus ea querelæ. p.577.578
Sibillæ Hieroſolymitanæ reginæ in ſuum maritum fidelis amor. p. 44
Sicharij Dagoberti legati inſolens vox quantum nocuit. p. 765
Sicilia ſub primatia Rom. Pont. ſpeciali continetur. p 106
Sicilia vt ad Nortmannos peruenit. p.201. 202

Digitized by Google

Siciliæ Rex perpetuus legatus S. Sedis. p. 202
Siciliæ Reges de collatione dignitatum Eccleſiaſticarum cum Pont. decretauerunt. p. 203. 205
concordatum vnde nominandi ius. ibid.
de Siclo Iudaico. p. 525
Sigeberti error in eo quod ſcripſit Adrianum 1. dediſſe Carolo magno facultatem eligendi Rom Pont. & ordinandi. Rom. Eccl. p. 221
Sigiſmundi Archiducis Auſtriæ cum Calixto, & Pio Pont. controuerſia. p. 685
Siluestro 1. an corona fuit oblata à Conſtantino. p. 847
Siluanus Troadis Epiſcopus cauſas forenſes à clero remouit. p. 582
Simonia ab antiquo viget in Gallia. p. 166. 167
Simonia an in Pont. cadat ſi quid exigat pro collatione dignitatis Eccleſiaſticæ. p. 581
diſtinctio. p. 582
Sixtus 5. quantum nummorum repoſuit in arce S Angeli. p. 586
Sortilegi hodie ſunt iuriſdict laicæ. p. 633
de Spoliorum iure exacto à Pont. id eſt defuncti Sacerdotis ſucceſſione. p 562. 563. & ſequentibus vſque ad f. cap.
Spoliorum nomine quid veniat. p. 564
iſtorum Spoliorum maximum vectigal, & de theſaurario illorum. p. 565
non habent locum vbique: ratio. ibid.
vide infra in verbo ſucceſſori & ſequentia de ſportulæ iure vſitato apud veteres. p. 571
Sportulæ modum dedit Iuſtinianus. ibid.
D. Staniſlaus interfectus à Boleſlao Rege: indeque vt mulctati à Pont. Poloni. p. 740. 741
Statiquas Pragenſis electus Epiſcopus dum conſecratur verberatur, & necatur à diabolo. p. 111
Succeſſori olim reſeruabantur res defuncti Epiſcopi. p. 562
defuncti vero Sacerdotis res ad Epiſcopum pertinebant. ibid.
nouo iure pertinent ad Pont. niſi defunctus ſiue Sacerdos, ſiue Epiſcopus teſtãdi facultatem obtinuerit, & ex ea teſtatus ſit. p. 563. 564
Superior ab inferiore argui non verò iudicari poteſt. p. 818
Superbia vltimum Sathanæ telum. p. 832
Synodi congregandi facultatem habent noſtri Reges ex priuilegio Apoſtolico. p 23
Synodi Sueſſionenſis quam vitioſam dixit Nicolaus 1. examen. p. 507. 508

T

de TRanſlatione Epiſcopi. Vide in litt E, & p 26. 27
Templorum reparationis cognitio ſpectat ad Iudicem ſecularem. p. 449
Templorum ruina, opprobrium Epiſcoporum. p. 2
Templum ædificare in Iudæa non licuit bellatoribus p. 733
Templorum ingreſſu qui repelluntur, ac repulſorum illuſtria exempla. p. 789 790
in idem Templum conuenire orthodoxos, & hæreticos voluit Conſtant. 1. & Gratianus. ibid.
quatenus, & quando ad Templa orthoxa admitti debent infideles & hæretici. p. 790
in Temporalia regni Galliæ nullum ius Pont. p. 68. 666. 680. 681. 682. 750
Temporalium rerum dominationes ſunt iuris temporalis. p. 588

& ſecundum leges Temporales reguntur. p.589
Temporalia Eccleſiæ an aſſeri, & vindicari per excommunicationem debeant. p.807.808.809
Teſtamenta inſigna in templis depoſita. p.619
de Teſtamentis, & eorum executione, ac rationibus ex ea reddendis vt voluit cognoſcere Eccleſiaſtica iuriſdictio. p.620.621
id ſuppreſſum in Gallia. p.641.642
item apud Hiſpanos p.643
Teſtamentorum ſolemnitates vt diminuerunt Pont Rom. p. 681
Teſtamentorum ſolemnitates Romanæ olim erant in Gallia vſitatæ. ibid.
Teſtamentum ſuum ad Pont. miſit Carol. magn. p.713
Teſtandi facultatem olim Epiſcopi, & Sacerdotes à Pont. obtinere debebant, aliâs eorum velut inteſtatorum res ad eum pertinebant etſi teſtamentum feciſſent. p.563.564
ab inteſtatis vt exigebat Eccleſia. p.622
& quam partem: atque hodie in Hiſpania, & aliis locis. p.623
Teſtandi facultatem concedit monacho Greg. magn. p.675.676
Theodeberti Regis liberalitas in Virodunenſes. p.611
Theodoriti Theodoſiæ vrbis Epiſcopi fortitudo & zelus pro defendenda vrbe ſua, & nomine Chriſti aduerſus infideles. p.776
Theodoſio magno quanti fuit authoritas Pont. p.326
Theodoſij iunioris excommunicati ab Eremita religio. p.802
Theodulphus Epiſcopus vt à carcere liberatus. p.397
Theologia omnium ſcientiarum domina, vnde prouerbium Hebræorum. p.365
Theophilus Alexandrinus Epiſcopus D. Chryſoſt. aduerſarius mori non poteſt antequam cum eius defuncti imagine reconciliaretur. p.501
Thegani contra rebelles pia ſententia. p.151
D. Thomæ Cantuarienſis controuerſiæ cum Rege Anglo ob appellationum gradus. p.512 628
cenſura in D. Thomam. d.p.628
Tiara fuit inſtar coronæ. p.843.844
Tigrius licet caſtratus, factus Præſbyter abſque diſpenſatione. p.25
de Titulis antiquis, & vt alij fuerunt à præbendis, & beneficiis. p.534
Titulorum res nec mobiles non poterat Sacerdos alienare inconſulto Epiſcopo, neque ab illis recedere. p.535
Tituli hodierni abuſus. p.534.ſub f.
Toletana primatia. p.107
eius authoritas & amplitudo. p.108.180
Toletanus Epiſcopus rebellis caſtigatus. p.401.402
decreti Concilij Tolet. 12. de nominatione Regis ad Prælaturas explicatio. p.178.179
Tribuni Romanorum vt fiebant ſacroſancti. p.697
Tributum eſt ſubiectionis ſymbolum. p.541
ideo impoſitū deuictis populis. ibid.
omnes ſubditi etiam Eccleſiaſtici ei obnoxij. p.542
Tribuum commixtio apud Iudæos prohibita: tolerata. p.8.9
Trypho Archiepiſc. Conſtantinopol. confidentiarius: & quomodo dignitate priuatus eſt. p.148
tamen in Leuitica, & Iuda, quare. p.8.9
Turonenſis primatia, ſeu Metropolit. ſedes quando conſtituta. p.107
Tutelam habere non debet Eccleſia-

Digitized by Google

ſticus. p.461
an propter eam decidat ſuo priuilegio. ibid.

V

de Vacantibus in Curia, & quatenus ea intelliguntur vt ſit eis locus. p.281.282
non obſeruantur in Hiſpania. p.180
Vacare Eccleſia quãdo dicatur. p.568
Vacatura benefici : vt cœperunt reſeruari. p.267
ob ea ſunt introductæ expectatiuæ, apud Gallos damnatæ. p.262.268
Valentin. Imperat. bigamia infamis duas eod. tempore vxores habentis an vera ſit. p.46.47
Valentin. Imperator vt coactus aſſurgere D. Martino. p.830
Valentin. Imperat. de qualitate eligendi Epiſcopi reſcriptum. p.285
C. Valerij Flaminis Dialis emendatio vitæ ob Sacerdotium. p.831
quare refugiebat Sacerdotium & vt imitandus eſſet à Sacerdote Chriſtiano. ibidem.
Vaſſallis & Primoribus non licet nubere inconſulto Rege. p.750
inter Vaſſallum, & Dominum mutua eſt obligatio. p.726.727
Veneta reſpub. ius nominandi ad Prælaturas Eccleſiaſticas præſumit. p.207
cum Pont. diſcordia ob illam præſumptionem. ibid.
Venetæ reip. cum Pont. diſſidium ob iuriſdictionem. p.436
Veneta reſpub. Ducatus titulum à Pont. accepit. p.741
ſolo Verbo quantum potuerunt Moſes & D. Petrus. p.668
Veſtalibus quantum detulit etiam in ſummo ſui, ſuorumque periculo L. Aluanius. p.838
Veſtalibus quantus honor habitus. p.827
de Veſtitu Eccleſiaſtico ſine qui eſſe non debet vt fruatur priuilegio clericali. p.426
de hoc Veſtitu iudicis eſt Eccleſiaſtici cognoſcere apud quem Eccleſiaſticus eſt reus. p.427
Veſtitus mutatio ad malum operandum. p.428
& ad bonum. ibid.
de Veſtitu & ornatu Sacerdotum, vide cap. vlt. lib. 8. cum lectione capitis.
Vicarij Rom. Pont. vbique gentium. p.473
Virga poteſtatis ſymbolum. p.824
Viſitationum Eccleſiaſticarum neceſſitas. p.557
ſumptus in eis moderati eſſe debent. ibid.
Romanorum magiſtratuum antiquorum in Viſitationibus parſimonia. ibid.
D. Pauli Viſitationes nulli graues. ibid.
Viſitationes Eccleſiarum viduarum à D. Gregorio commiſſæ. p.558
Viſitantes nihil inde exigebant præter ſobrium victum. ibid.
ob alias Viſitationes non exigebatur. ibid.
vt Epiſcopi viſitantes cœperunt eſſe graues. ibid.
prohibitum pro Viſitationibus accipere pecuniam. p.559
deinde permiſſum. ibid.
hinc abuſus vt qui non Viſitaret, pecuniam exigeret. p.559.560
quod Concilio Toletano damnatum. ibid. & p.560.
item à Curia Pariſienſi. ibid.
Pont. cœpit etiam id ius Viſitationis exigere. p.560
licet non Viſitaret. p.562
Viſitationes exegerunt quoque Domini temporales aliqui. ibid.
de Viſitationibus ob ſuſpicionem defloratæ virginitatis, aut præſumptam

Digitized by Google

ptam frigiditatem atque vt penes Iudicem Eccleſiaſticum fieri non deberent. p.652.653
Vnctionis ſacræ Principibus à Sacerdotibus datæ vis, & authoritas. p.596
inuiolabiles eos reddit. ibidem & p.736
Vnctio ſacra vt tardè & quando adhibita fuit Imperatoribus & Principibus Chriſtianis. p.697
de Vnionibus beneficiorum vbi valeant vel non habetur:lib.2.cap.13. n.12.
Vniuerſitas Pariſienſis decimarum exactioni ſe opponit. p.554.555
appellat à bulla reuocatoria Pragmaticæ Sanctionis. p.137
ſe opponit expectatiuis & reſeruationibus. p.271
queritur non obſeruari diſtributionem canonicam redditus Eccleſiaſtici & obtinet à Rege legem de illa obſeruanda. p.535
Vniuerſalis vocabulum quando introductum vt à Pont. refutatum ac tandem illi & Conſtãtinopolit. Patriarchæ adtributus,ſed diuerſo reſpectu. p.821.822
Vniuerſalis iure dici poteſt ſolus Pont. Rom. ibid.& p. 823
Vniuerſalis titulus non eſt ex 1. Concilio Nicæno. ibid.
poſt Votum continentiæ an valeat matrimonium, ſẽtẽtia D. Auguſt. p.37
an à Voto continentiæ Pont.diſpenſare poſſit. p.38
diſpenſauit. ibid.& p.39
Vrbani 6. in ſchiſmate ſedentis crudelitas. p.490
Vſura in Iudaïca lege vt prohibita, & permiſſa; & quare. p.595
Vſurarius non ingredietur tabernaculum Dei. ibidem,
in Euãgelica lege Vſura prorſus prohibita. ibid.& p.596
Vſuræ cognitio erat primo iure iuriſdictionis laicæ. ibidem.
Vſura quatenus & quando eſt peccatum mortale. p.611.612.613
Vſura ex contractu redituali legitima eſt. p.612
item Vſura ex proteſtatione ob moram. p.612
de Vſuris pupillaribus an valeant abſque peccato. p. 613
de Vſuris montium pietatis. ibid.
de Vſuris dotalibus. ibid.
Vſuræ prorſus illicitæ ſacerdotibus. ibidem.
Vxores prohibitæ in interdicto Eccleſiaſtico reddere debitum naturale viris ſuis. p.807

X

XImenius Cardinalis vt prouidit in Hiſpania litteratis & ſtudioſis. p.304
Ximenij aduerſus Mauros expeditio anceps & periculoſa. p.776.779
Ximenius profitetur Pont. ſe non paſſurum fieri ab eo Sacerdotes vectigales ſine cauſa. p.555
Frãciſcanos è quorum ſodalitio erat ad regulam ſtrictiorem coẽgit in Hiſpania. p.363
Hiſpanos rebelles parere compulit. p. 264
Ximenij Cardinalis ſub veſtitu ſplẽdido auſteritas interior. p.841.842

Z

ZAcharias Pont. dubitauit de tranſlatione coronæ à Childerico ad Pipinum. p.548

Digitized by Google

Zacharias occiſus ab Herode templa: vnde ceſſauerunt ſigna diuina. p. 757
Zozimus Pont. ab impoſturæ calumnia vindicatus. p. 500
Zozimus Turca licet profugus non vult ſe proſternere coram Pont. p. 835

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA DISTINCTA IN LEGENDA, DELENDA, & addenda : vt ſi quæ propter illa legenti textum hæſitatio incurrat, ſtatim ad ea recurrat. Cum vero in ſequentibus dicitur verbi gratia dele , id eſt virgulam. dele : id eſt duo puncta. dele . id eſt punctum.

LEGENDA.

PAg. 5.lin.27.lege abduceret,lin 36 lege Ananel,p.11 lin. f lege Chriſti,p 12 lin. 9. lege denotant,p.19.lin.19 lege proteſtati,p.25.lin.8 lege Theoctiſtus,p.26 lin.24.lege veniret,p.27 lin.10.lege tranſlationum,p.30.lin.28 lege denegandam,p.32 lin 7 lege Apoſtolicus,lin.33.lege eſſe,p.39.lin.12 lege pateretur,p.48 lin 24. lege Chriſtiana,p.54 lin.f. lege quidem,p.55. lin 21. lege illis,p.64.lin.16.lege ſine, p 67.lin 13.lege euitentur,p 69.lin. 21. lege ipſis , p.70. lin. 20. lege generali , lin. 32. lege Epiſcopi, p. 73 lin. 34 pro ſubditi lege ſuperiori ,p. 75. lin. 32. lege deciſio , p. 77. lin 10 lege delictorum , lin. 16 lege iuiſſet , lin 28 lege imperij, p. 78 lin. 21. lege ſanctum , p. 83 lin 9. lege valent lege probandam , p. 85. lege venerandi cum V. magno, p. 97. lin. 1. lege ita , p. 100. lin. 19. lege conſtitutis , p. 103. lin. 26. lege auferrent lin 31. lege depoſitum,p.112.lin 13.lege Patriarcha,p.115.lin 13.lege iudicauit, p.116 lin.35.lege Lauzanenſi,p.118 lin 22 lege pis,p.126. lin 4. lege varijque,p.140. lin.17 lege gradatim, p 148.lin 8. lege proh. p. 168.lin.16 lege radiantem, p.170 lin 1 lege leuioribus, p 172.lin.28.lege priuilegia, p.177. lin. 17. lege conceſſum , p. 184 lin.33. lege Regis,& in margine lege 2. p. 188 lin.24. lege iuit, p.194 lin.6.lege Houedano, p 211.lin. 32. lege auelli,p 215 lin 37.lege Romani, p.216. lin. 37. lege Nouatianum , p. 233. lin. 21. dele Rex & lege Pontifex , lin. 31. lege authoritas, p.243 lin.26 lege vocum,p.244.lin.10 lege Cardinalis, lin.19. lege coërceri, p.248.lin. 8 lege ponit, lin.23.lege conſtituiſſe, p 249 lin.6 lege Soter , p.251.lin 30. lege Romanæ, p.253.lin.22. lege illis , p.265 in margine lege collatione , p. 268. lin. 10. lege queruntur, p. 269. lin. 6. lege apud , p.286.lin 19 lege labefactari, p. 289.lin.14 lege ſine,lin 33 lege iudicauit,p 293.lin.6. lege attendendum, p. 294. lin. 17. lege admoneretur, p. 296.lin.14 lege præfecturis , p.298 lin 15. lege inferiores,p 304.lin.7.lege Eccleſia , p 306 lin 3. lege aſſumeretur , p.307.lin.19. lege inferiores,lin 24.lege ſedi & dele , p 309.lin 10 lege quos, p.312 lin 14 lege eamd. p 313.lin 6 lege ſine , p.329 in marg.lin penult.lege condemnaria,p 332.lin 1.& 3.lege natam, p 333.lin 9.lege oſtendendam , p 340.lin.4 lege ipſi, p.342. lin 12.lege an, p.343. lin. 13 lege ſtatu, p.350. lin. 34. dele in,& lege manui , p.352 lin.1 lege Eccleſia , lin 7. lege infirmandam, lin.35. lege dignitatis, p.361.lin.38.lege diœceſibus, p.365.lin 4 lege Lexouienſis,p.367.lin.18 lege annuſi, p. 573.lin. f. lege Amariam,p.375.lin.13.lege fraudati,p.376 lin.17.lege procedit,p. 384 lin 34.lege tractatas, p 387.lin.13.lege Callinicum,lin 25.lege Arrianiſmi , p.390. lin 22 lege diuini, p.393.lin.15 lege debent,p.398.lin.7.lege clericorum,p 401 lin 3 lege clerici,p 406 lin.30 lege aſſerebat,p.411. lin.5 lege coërctionem, p 414 lin 8 lege priuilegij p 418 lin 25. lege,es. p 424. lin 9 lege &, lin.12 lege Theologus, lin.26.lege viri,p 435 lin. 30. lege prior cum P magno , p. 438 lin. 15. l.cognitori.p 449.lin 24 lege ſubditis,p.456.lin 27 lege infeodatarium,p 462 lin. 32 dele capi, & lege poſſideri ,p 463.lin.14.lege mobilia,p.464 lin f. lege conſuetudines, p 468 lin. 2. lege diœceſim , p. 478. lin,13. lege Pontifice, p. 479 lin 15 dele electione , & lege diſpenſatione, p 480 lin f lege eidem , p 487 lin. 24 lege Callinicum, p 509. lin. 33. lege commiſerint , lege commonere , p 511 lin. 1. lege vero , lin. 2 & 4 lege Folcrandus , p. 515 lin. 10. lege priuatim, p. 524.lin 3 dele erogabant,& lege cogebant, p.529 lin.13 lege ita, p 530 lin.11. lege Epiſcopus,p 532 lin 29 lege ſeruientium,p 544 lin 12 lege rogare,lin.20. dele erogandi,& lege indicendi,p.547 lin 10. dele erogatio, & lege indictio,lin 35 lege æque, p. 552. qui numerus ibi legendus pro 525 lin 37. lege ronſis , p 561 lin. 6. dele ei & lege ſummo enim Pontifici, p 582.lin 14.dele hæc perceptio & lege vt eſt in margine, p. 586 p 19. lege auxiſſe, p 615.lin.23. lege vadium,p.606 lin.33 lege diſtrictè , p.607 lin 16. lege exerceret, lin.27 lege iudici, p.609. lin.f.lege iſta,p.613 lin.3 pro&,lege at,p 621.lin 26.lege rationem lin.32. dele nec ſola fuit iſtius querela , & lege, nec iſta fuit eius ſolius querela ,p 630. lin. 24 lege cædem, p. 637. lin. 21. lege puniantur,lin.27.lege imperat p 653 lin.12.lege Ioannæ,lin.15.lege dubitabatur,p 655.lin.21.lege Ioannam,lin.33.lege iudicans , p 663 lin.22 lege poſſet, p. 692. lin. 20. lege authoritas, p. 697. lin.5.lege inſtrueretur, p.701 lin.14.lege Ioannis,p.723.lin.25. lege deprimi,p.726. lin. 31. lege

Digitized by Google

minium, p. 745. lin. 7. lege lentiſſimum, poſt pag. 764. in ſequenti pagina error eſt in numero & legi debet, 765. p. 767. lin 37. lege crudelitate, p. 775 lin. 26 lege Anicenſiũ, p 787. num. 19. lege Ioannes, p. 789 lin. 32. lege plurium, p. 790. lin. 24 lege illorum, p. 791. lin. 17. lege pluribus, p. 799 lin. 16. lege receperat, lin. 27. lege illis, p. 803. lin. 30. lege anilium, p. 804. lin. 27. dele 4. & lege 8. p. 805. lege auxilium cum A magno, p. 807 lin. 14. lege cauſa, p. 816. ſub f. in margine lege 54. p 818 lin. 18. lege datum, p. 827. lin. 12. lege Romani, p. 847. lin. 23. lege paſce, p. 852. lin. 32. lege exorta tum.

DELENDA.

PAp. 4. lin. 24. poſt erat dele. p. 5. lin. 4. poſt eſt dele, poſt exempla dele: & pone, p. 13. lin 37 poſt penes dele, p. 17 lin. 7. poſt Monarchiam dele, p. 20. lin. 1. poſt eſſe dele, p. 87. lin. 31. poſt Chriſtiana dele. p 98 lin. 12. poſt primatiæ dele: p. 99 poſt eſt dele, & repone poſt Hieroſolymis: p. 119 lin. 24 dele, p. 175 lin. 9 poſt ignorans dele, p. 186 lin. 34. poſt debet dele, p. 195 lin. 8 poſt his dele, lin. 16 poſt morte dele, p. 211. lin 6 poſt electionem dele, p. 223 lin. 27 poſt facit dele. p. 250. lin. 16 poſt penderent dele, p 289. lin. 16. poſt alia dele, p. 290. lin. 28. dele? p. 307 lin. 24. poſt ſedi dele, p. 322 in num. 16. dele Gallis, p. 332. lin. 7. dele: p. 341. lin. 17. dele meritò repetitũ, p. 344. poſt domum dele, p. 346. lin. 13. poſt beat dele, p. 354 lin. 35. dele vt ſupra vidimus, & lege vt infra videbimus, p. 383. lin. 13. poſt iuriſdictio dele: & repone poſt fuit dele, p. 424. li. 11. poſt florens dele, p. 429. poſt cautum dele, p. 437. li. 16. dele ſe, p 466. lin. 20 poſt Epiſcopos, lin 19. dele ei, p. 476. lin. 28. poſt partes dele: & pone, p. 499. lin. 17. poſt cognoſcere dele, p. 505 lin. 34 poſt iuſtè dele, p 509. lin. 10. poſt Greg. dele, p 510. lin. 1. dele &, p. 524. poſt neceſſarium dele. p. 540 lin 2. poſt caſtellanus dele, p. 542. lin 11 poſt iudicis dele, p. 544. lin 38 poſt fuit dele, p. 559. lin. 11. poſt re dele, p. 577. lin 24. poſt ſtanda dele, lin 38. poſt fuit dele: p. 581. lin 13. dele &, p 586. in marg ſub f dele de hac cõſtitutione, p. 587. lin. 6. poſt ſaſſent dele, p. 611. poſt vſura dele. p 612. lin. 16 dele in, p. 625. lin. 11. dele grauamin. p. 633 lin 35 poſt audire dele: p 635. lin. 5 poſt ordo dele, p 643. lin 33. poſt cenſuit dele: p. 650. lin. 27. poſt cauſam dele, & poſt legatum pone: p. 651 lin. 27. poſt officialem dele, p. 654 lin. 23 dele de, p. 655 lin. 33. poſt mitteret dele, p. 674. poſt auxilium dele, p. 675 lin. 21. poſt poſſunt dele. & pone, p. 703. lin. 38. poſt Sigon dele, p. 747. lin. 20. poſt volatu dele: & pone, p. 751. lin 31 poſt timus dele, p 760. lin. 11. poſt corona dele, p. 780. lin. 15. poſt lantes dele, p 802. lin. 5 poſt curaſſet dele, p. 809 lin. 1. poſt impoſitum dele, p. 812. lin. 24. poſt ſedis dele: p. 820. dele totam 13. lineam, lin. 18. dele atque, p 824. lin. 30. poſt Paulus dele, & repone poſt ait, p. 835 lin. 32 poſt ouem dele, p. 834 lin. 14. poſt illum pone, p 843. lin. 27 poſt fuerunt dele, p 845 poſt veſtibus lin 35. dele, p. 847 linea 5. poſt recenſet dele, p. 850. lin. 28. poſt temporalem dele, p. 851. lin. 37. dele ac, p. 852. lin. 13. poſt reſplendent dele?

ADDENDA.

PAp 25. lin. 13. poſt vel adde à, p. 74. lin. 1. poſt 872. adde epiſtolæ, p. 154. poſt bere adde vt, p. 124 lin. 36. poſt ſuſcepit adde, p. 239. lin 31. poſt laudabilem adde, dedit, p. 261. lin. 2. poſt erit, adde tractatus, p. 293. lin. 9. ante exteriora, pone ad, p. 351 lin 2. poſt reſtitueretur adde, p. 508. lin 4 poſt valerent adde illorũm, p. 524. lin. 5. poſt progrediamur adde, p 544. lin. 8 poſt eſt adde, p. 549 lin 35 poſt & adde vt, p. 613. lin. 13. poſt at adde nec, p. 649. lin. 25 poſt dicitur adde anno, p. 717. lin. 28. poſt ſucceſſit adde, & poſt virgulam, adde mortuo, p. 718. lin 9 poſt poſſe adde nec & lin. 10 ante membrum, adde aut, p. 761. lin. 6. poſt conſtituendi adde, p 804. lin. 12. poſt eſt adde enim, p 831. lin 30 poſt conſcius adde ob, p. 835. lin. 10. poſt recuſaſſet adde: p. 851. lin. 39. poſt pallio adde fuerunt.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google